in c. nouit. de offic. leg. quærit, vtrum lega-
tus vel alius ordinarius exiſtens extra ſuũ
territorium poſſit excõicare, & abſoluere,
& cauſas delegare, vel ſimilia? Vbi Pan. di-
cit mentem gl. eſſe, ꝙ excõicare aut abſol-
uere non poteſt, aut exequi, alia, quę requi
runt cauſæ cognitionem, ſed poteſt confer
re beneficia, & cauſas delegare, & facere
alia q̃ ſunt iuriſdictionis volũtariæ. Sed In-
no. limitat, ꝙ poterit abſoluere ſi ſe nouit
in excõicando erraſſe: q̃a iſta abſolutio ſit
ſine cauſæ cognitione. Limitari ẽt poteſt,
ꝙ poterit abſoluere in foro animæ, quan-
tum ad omnia in quib. non fit præiudiciũ
tertiò: quia talia proceſſum iudiciariũ non
requirunt. Hoſt. etiam limitat, ꝙ excõica-
re poterit ſubditum in notarijs: quia iſtam
cognitionem cauſæ non requirunt: vt in c.
euidentia. de accu. quod tamen non intelli-
go quantum ad excommunicationem ſo-
lemnem: quia talis fieri non poteſt niſi vſur
pando iuriſdictionem in eccleſia alterius
diœceſani: quod in dicta cle. quamuis pro-
hibetur. Si autem vellet contentioſè proce
dere, non valet proceſſus: quem tamen Sũ-
ma Confeſſ. lib. 3. tit. 33. quæſt. 53. dicit vale
re, ſi fiat de conſenſu diœceſani, ſed intel-
lige accedente ẽt partium conſenſu, & non
aliter quia partes extra territorium trahi
non poterũt inuitæ: vt l. fi. ff. de iuriſd. om.
iud. l. 3. de off. præſi. no gl. in c. litigãtes, de
off. ord. li. 6. niſi in caſu dictæ cle. quamuis.

12 TERTIO † vtrum ſi ep̃os alicui commit
tat abſolutionem ab omni excommunica-
tione, poſſit excommunicatum abſoluere
ab eo, cuius abſolutionem non commiſiſ-
ſet in ſpeciali ſi ſciuiſſet: vt forte quia erat
excommunicatus propter damnum illa-
tum ipſi epiſcopo, vel aliquid huiuſmodi?
Et dico ꝙ non extra, de reg. iur. in genera-
li. lib. 6. & de pœn. & remiſſ. ſi epiſcopus in
6. vide tit. ſeq. §. 1. & inf. Clauſula.

13 QVARTO † quæritur, vtrum ſi de facto
aliquem abſoluo ab excommunicatione, à
qua non poſſum, & poſtea aduerto: debeã
eum de meo errore certificare ſi poſſum,
& conſulere ꝙ denuo impetret abſolutio-
nem? Et dico, ꝙ ſic ſecundum Veru. & inte
rim debeo me habere ad illum quaſi non
abſoluiſſem: vt in Sum. Confeſſ. lib. 3. ti. 33.
quæſt. 3. ¶ Quinto quæritur, vtrum poſſit
quis abſolui ex cauſa falſa, ſiue vtrũ teneat
abſolutio facta ex cauſa falſa? Et dico, qđ
non, ſecundum Inn. & Hoſt. quia ſic iudex
abſoluere non intendit: puta ſi abſoluẽdus
mentiatur ſe ſatisfeciſſe aut ſibi remiſſam
iniuriam, vel huiuſmodi: aliàs autem abſo-

lutio

lutio siue iusta siue iniusta tenet quo ad ecclesia militantem. ar. extra, de re. iur. c. omnis res. Item quia iura promptiora sunt ad absoluendum q̃ ad condẽnandum. 50. dist. ponderet & c. cũ sunt. de reg. iur. lib. 6. & cũ prædictis concordat Alber. Pro quo nota, ꝙ Pan. in c. ex parte. de off. ord. dicit, ꝙ excõicatio & absolutio vires ab excõicatoris & absolutoris intentione recipiunt, ad quod facit gl. in c. 1. de test. cog. Et ideo vbi excõicator intendebat omnino excõicare, tenet excommunicatio licet iniusta: & similiter si intendebat omnino absoluere, tenet absolutio: ẽt si expressa sint non solum iniusta, sed ẽt falsa: vt in c. venerabilis. §. vbi de sent. excom. li. 6. Et exemplũ qñ sunt iniusta, est, vt si absoluatur q̇s nolẽs satisfacere de dãno, ꝓ quo iustè fuit excõicatus.

14 Vtrvm † autem in mortis articulo fieri possit dispensatio omnis voti per simplicẽ sacerdotem, infra. Votum. 4. §. 3. partic. 10. A quo etiam absoluatur exemptus: infra, Absolutio 55.

RVRSVS DE ABSOLVTIONE secundo, scilicet quo ad excommunicationem ab homine vel à iudice.

1 *Absolutio secundo modo considerata, quæ excommunicationis ab homine illatæ est dissolutio: abs quo impendi possit. Et an si episcopus eum absoluat, quem parochialis sacerdos, aut Archidiaconus vel consuetudinis, aut quouis alio iure, quod in parochianum habet, excommunicauit, absolutio teneat. Et ibidem, quod episcopus totius diœcesis tum laicorum, tum clericorum ordinarius est. Et quid de Prouinciali, si eum absoluat, quem cõuentualis Prior excommunicauit.*

2 *Episcopus si ad absoluendum vices suas deleget, num is, cui demandata sunt, excommunicatos a subditis ipsius episcopi absoluere possit. Et quid si addatur delegationis clausula, Demandamus vices nostras, etiam in his, quæ speciale requirũt mandatum.*

3 *Episcopus extra territorium a se vel inferioribus suis, excommunicatos, nũ absoluere possit. Et an criminis particeps cum excõicato, debeat ab eodẽ absolutionem cum ipso criminoso accipere.*

4 *Sententia excommunicationis ab inferiore lata, si a Papa confirmata sit, num proximus superior ab ea absoluere possit.*

5 *Confirmationem duplicem esse nempe, aut ex certa scientia, aut in communi forma. Et quid vnaquaque.*

6 *Excommunicatore mortuo, aut mentis non sanæ, quis absolutionem impendere queat. Et subinde absolutus ab episcopi excommunicati officiali, nũ vere absolutus sit.*

7 *Causa appellationis aut querelæ ab excommunicationis sententia ab inferiore diœcesano lata, ad Metropolitanum delata, qualiter agendum procedendumque sit. Et quid si excommunicatus non appellarit, de suffraganeo tamen apud Metropolitan. conqueratur, vt ipsi ob iniustam excommunicationem pœnam irroget: an audiri debeat. Et ibidem, quid si extra iudiciũ suffraganeus ad tutanda iura sua, vel etiam in iudicio ex officio procedens, quempiam excommunicet.*

8 *Iudex ad actum absolutionis interponendum, nũ aduersarium citare debeat. Et quid si contra, fiat, num teneat absolutio.*

9 *Archiepiscopus num eos absoluere, qui alligati sunt, ex sententia Canonis concilij prouincialis, possit. Et quid si religiosus ab hominis sententia, aqua non potest, quem absoluat, num in aliquam censuram incidat. Et ibidem, quòd in mortis articulo simplex sacerdos ab ea absoluit.*

1 Absolvtio † secundò, scilicet ab excommunicatione hominis, vt innotescat a quo possit impendi sciendum est q̃d impendi potest primo ab eo qui tulit eam: quia potens ligare potest etiam soluere: nisi in casu, vt dictum est. Secundo, ab eius successore, vbi lator esset mortuus vel amotus, 11. q. 3. si episcopus. Tertiò, quando excõicator est suffraganeus, impendi potest ab archiepiscopo non indifferẽter, sed si ad eum fuerit appellatum, & hoc vocatis partibus, & cognito de appellatione: vt in c. Romana de appel. lib. 6. & extra eo. venerabilibus. Vel si hoc habet consuetudo, aut excommunicator negligenter vel malitiose differat absolutionẽ, vel in alijs casibus, in quibus indicare potest de subditis suffraganeorum, quos habet. inf. ti. Archiepiscopus. §. 1. Et si absoluit in casu non concesso absolutio nõ valet, quia est a iudice nõ suo vt in c. pastoralis. de offic. ord. Quarto, generaliter a superiore excõicatoris: si tamẽ habet omnem iurisdictionem. & plenã potestatẽ super excõicatũ æque vt ipse excõicator: sicut si sacerdos parochialis, vel archidiaconus aut alius subditus episcopo, ex consuetudine vel ab alio iure suum subditum excommunicauit: quamuis nõ deceat episcopum irrequisito sacerdote illum absoluere: hoc tamen potest, & si absoluit, absolutus est, secundum Inn. vt in c. cum ab ecclesiarum. de offi. or. ẽt satisfactione non præmissa: quia episcopus est ordinarius,

totius diœcesis, tã laicorũ q̃ clericorũ: vt in c.1.de off. ord. & quia tales officiales dicũtur episcoporum vicarij.de off.arch.c.1. 80 dist.non debere. Quod verũ intellige, nisi habeat ex consuetudine, quod ab epo absolui nõ possunt: q̃a tunc nõ posset.vt in ca.dilecto de off:archi.Male tamen faceret episcopus absoluendo etiam q̃ñ potest, q̃a subditis suis iurisdictionem suam non seruat.de exces.præla.c.2.& de offi.ord. quanto, Et hæc opinio Inno. est communis opinio Doct.quamuis alicui contradicant, vt no.Pan.in d.c.cum ecclesiarum. Si ẽt Prouincialis ordinis mendicantium absoluit, quem Prior conuentualis excommunicauit,& idem est de quolibet vicario habente plenitudinẽ potestatis sup̃ subditis priorum conuentualium, vndecunque hẽbat, scilicet à constitutionibus vel indulto Apostolico. Archiepiscopus autem hoc non potest respectu subditorum suffraganei, nisi in casu dicto: quia non habet plenitudinem potestatis super eis, cùm ab eo non habeat suffraganeus suam auctoritatem.

2 PRIMO † verò queritur, vtrũ is, cui eps cõmittit vices suas, valeat absoluere supra dictos excõmunicatos a subditis epi? Et dico, ꝙ non, ẽm Dir.lib.3.& c.5. nisi hoc expresse concedat.ar. de pœn. & remissi eps. lib.6.vbi dicitur, ꝙ quis non intelligitur in generali commissione committere ea quæ verisimiliter, in specie non fuisset commissurus, nec est verisimile, ꝙ in specie cõmisisset, aliquid cũ iniuria alterius: & consequenter non intelligitur in genere cõmisisse, quod posset absoluere excõicatos ab alijs, quod esset in eorum iniuriam. Itẽ de reg.iur.in generali.lib.6.Item de proc. qui ad agendum.lib.6. Et hoc etiam si episcopus diceret, committimus vobis vices nostras etiam in his quæ mandatum speciale requirunt: quia in tali mandato nõ veniũt maiora & grauiora quam sint in commissione expressa.vt in d.c. quia ad agendum & in cle. non potest de proc. Istud autem minus est quam absoluere simpliciter, quia fit cum inferioris iniuria.

3 SECVNDO, † vtrum eps extra territoriũ suum absoluere possit excõmunicatos a se vel inferioribus suis? Et dico, vt in ti. priori.§.9.dubio 3.& similiter de legato: q̃a in hoc est idem iudicium de sententia iuris & hominis, secundum Doct. ibidem. ¶ Tertiò vtrum participans in crimine criminoso cum excõmunicato, absoluẽdus sit ab eodẽ cũ illo? Et dico, ꝙ sic, siue ille absoluens sit excommunicator, siue successor, siue superior eius vt in c.nuper.de sent.excom.

4 QVARTO † quæritur, vtrum si sñia excõicationis quã tulit inferior, sic confirmata per Papam, superior possit absoluere? Et distinguo secundum Pan.in ca. ex frequentibus. de inst. ꝙ aut est sententia hominis, aut statuti.& si hominis, aut est confirmata ex certa scientia: & sic nullus inferior Papa absoluere potest sine eius mandato: nisi certum esset confirmationem per falsam suggestionem impetratam, extra de cõfir. vtili.c.2.Aut est confirmata simpliciter, & sine causæ cognitione: & tũc absoluere potest inferior.vt in d.ca. ex frequentibus. Si verò est sententia statuti, tunc confirmatio non aufert inferioribus absoluẽdi potestatem, quia statutum, inferioris per Papã cõfirmatum, esse non debet maioris roboris vel momẽti quam ipsius Papæ statutum: a cuius tamen sententia absoluere possunt episcopi, vt in c.nuper.de sent. excõ. ¶ Sed pro his nota secundum Doct.in d.c.ex frequentibus,& in c.quia diuersitatem.de cõcess.præb.& de confir.vti.per totum.

5 QVOD † confirmatio est duplex, prima .s.ex certa scientia,& secunda in forma cõmuni. Prima est, quando in ea inseritur totus tenor rei confirmatę, vel quando Papa vtitur istis vel similibus verbis scilicet ex certa scientia, vel quãdo confirmat aliquid quod vidit: vt de confir. vti venerabilis, vt tenet Inn.in c.1.de transact. Secunda verò est, quando Papa confirmat simpliciter aliter non instructus de negotio: & tũc verba debent cõditionaliter intelligi, quia Papa ignorare præsumitur quæ in facto consistunt: vt in c.1.de consti.lib.6. Nota etiam, quod confirmatio prima, id est, ex certa scientia, ẽm glo.in d. c. quia tria operatur. Primò quod talis res sit maioris auctoritatis, secundò q̃d res minus valida sit valida, ita quod validet nullum vel inualidum, & habet vim innouationis: vt in c.1. de transf. & in c.quoties de pac. Tertiò, ꝙ præter auctoritatem confirmantis nullus inferior de re illa cognoscere possit. Confirmatio autẽ secunda.i.in forma communi parũ aut nihil operatur, nec tollit cognitionem inferioris nec creat aliquod nouũ ius: vt in iuribus præallegatis: impetratur autẽ, quia solent magis timeri specialiter, quam generaliter

raliter solum prohibita.infra,Confirmatio humana.

6 QVINTO † quæritur, vtrum excõicato re mortuo vel amẽte, Capitulum vel successor, aut is, ad quem eius pertinet iurisdictio, absoluere possit eos quos excõicator absoluere potuisset? Et dico, quòd sic: & ẽt à sententijs latis à iure: vt in cap. vnico. de maio.& obe.in 6.& 11.q.3.si eps.Circa hoc tamen quintum dubiũ insurgũt dubia multa, de quibus infra in tit.c.per totũ.In excõmunicatione ẽt hominis vel eius absolutione locum habent dicta in tit.priore: nisi de excõicatione iuris specialiter dicta sunt.

¶ Sextò quæritur, vtrum absolutus ab officiali epi excõicati sit verè absolutus? Et distinguo: quia aut istum officialem eps instituit postquam iam erat excõicatus, aut antè. Si primum, iste nõ est verè absolutus, q̃a eps excõicatus maiori excõicatione ab oĩ actu legitimo est suspensus, & consequenter officialem instituere non potuit. Si verò ſm, adhuc distinguo: quia aut cęperat vti officio antequam episcopus excõicaretur, aut non. Si primum, planũ est ꝙ sit verè absolutus, nisi aliud obsistat, sec.Rich.in 4.dist.18. Si verò secundum, sic secundum aliquos secus est: quia ex quo vti non cęperat officio, superueniẽte excõicatione epi expirat iurisdictio: quod ꝑ hoc declarant, quia si episcopus corporaliter moreretur, aut deponeretur, antequam officialis officio suo vti posset, iurisdictio sibi ab epo cõmissa expiraret. extrà, de offi.deleg.licet.in gl. Sed ista opinio Richar. nõ placet: dicitque non esse simile quod adducunt, quia mors potestatẽ aufert, & depositio executionem potestatis in perpetuum: non autẽ excommunicatio, sed eam suspendit vsque ad tẽpus, Vnde videtur dicendum, ꝙ procedere possit, & talis absolutus ab eo, verè absolutus est. Et probari possunt, hæc extra, de offi.vic.Rom.lib.6.in tex.& in gl.

7 SEPTIMO † quæritur, q̃o faciendum sit quando causa per appellationem vel quærelam venit ad metropolitanũ, subdito dięcesani appellãte vel quærelante? Et dico, ꝙ si defertur per appellationẽ, sic distinguit in ca.venerabilibus.de sen.excom.lib. 6. §. sanè & duobus sequen. Si certum est iustã esse sententiam excommunicationis, superior iudex excommunicatũ ad excommunicatorem remittere debet, & non absoluere, nisi periculum sit in mora: vel nisi excõmunicator requisitus cũ malitiosè nollet absoluere. Si tamen absoluit, tenet absolutio, secundum gl.ibi, ver. debet. Si verò cõstet sentẽtiam esse iniustam, sine aliqua difficultate, mox debet absolui, & nõ remitti ad excõmunicatorem. Si autem dubitetur vtrum iusta sit vel iniusta, superior eam potest iuxta formã ecclesiæ relaxare, nisi deferat excommunicatori: quamquam honestius aget si deferat ei in hoc casu. Hæc ibi. Si autem talis nõ appellauit, sed superiorẽ per simplicem querelam adiuit, dicendum est secũdum gl.in c.per tuas.de sent. excõ. ꝙ ad inferiorem pro absolutione remittendus est: quem si nolit absoluere, illũ absoluet archiepiscopus.de offi.ord.ad reprimẽdã.tamen si periculum esset in mora, propter huiusmodi remissionem, ipsum statim archiepiscopus absoluet.de sent.excom. sacro. Si tamen sententiam euidenter iniustã cognosceret, declarare potest archiepiscopus subditum epi ab episcopo irrationabiliter fuisse ligatum: licet ad ipsum non appellauerit.de app.solicitudinẽ. Hæc ex gl. Nota tamen ꝙ in casu quo non est appellatum, si excõicatus deponat querelã apud superiorem de suffraganeo, vt imponatur ei pęna pro iniusta excõicatione, & suo interesse debet eum audire non autem si quęratur de illo vt relaxetur sententia, quam ille cõtra se pro alio promulgauit: qua tueri hanc causam non pertinet ad suffraganeũ, sed ad eum pro quo est sententia. Attamen si suffraganeus extra iudicium pro defensione iurium suorum, vel etiam in iudicio ex suo procedens officio, scilicet inquirendo, vel simile quid agendo, aliquem excommunicet, in hoc casu conueniendus est suffraganeus corã archiepiscopo vel eius officiali, quia ipsius interest defendere causam suam. Hæc in d.c.venerabilibus.

8 OCTAVO † quæritur, vtrũ iudex ad actũ absolutionis citare teneatur partẽ aduersam? Et dicit Pan.in c.qua fronte.de appel. ꝙ sic, ſm Doct. cõiter, cum pars aduersa ꝑtendere possit interesse: forte enim fecit expensas quas consequi debet ante absolutionem, vel huiusmodi: tenet tamen absolutio, si de facto fiat parte non vocata. Sed gl. in cap.excommunicato.11.q. 3. vr̃ limitare prædicta, quando iudex excõicauit ad instantiam partis: secus si ex officio suo. Et hoc placet Pan. Io. autem And. arguit, ꝙ absolutio non teneat, per tex. in c. Romana.§.

na.§.sententias.de app.li.6. vbi dicitur, qđ sententia excõicationis vel interdicti nulla tenus est reuocanda parte non citata. Sed Pan. concordans dicit absolutionẽ tenere parte non vocata, si fiat ab excõicatore, siue a superiore cõcurrente cũ eo ad actum iurisdictionis circa excõicatum.tex. est cũ gl.in c.cũ ab ecclesiarum.de of.or. in d. ca. venerabilibus.§.vbi.vbi habetur regula generalis, ꝙ absolutio facta à iudice suo quãtuncunq; iniusta tenet, Quando autem ab-solutio fit a iudice, ad quem deuoluitur iurisdictio solum via appellationis, vt in archiepiscopo, si ad eũ non est appellatũ, nõ valet absolutio, secus si recipiat appellationem ex probabili causa emissam.quia tunc tenet absolutio ab eo facta parte vocata, licet sit iniusta: quia hoc casu est iudex, quod etiam patet per d.§.vbi.qui propriè loquitur de iudice ad quem, vbi dicitur, ꝙ vbi superiori cõpetit de excõicatione cognoscere, absolutio quã facit, tenet, licet forsitam sit iniusta: quoniam etsi contra ius litigatoris, non tamen cõtra ius constitutionis absoluit. Si autem vult sententiam excõicationis reuocare tanquam iniustam: vel denuntiare nullam: non potest nisi partibus vocatis: & si aliter facit, reuocatio vel annullatio non tenet.& hoc casu intellige d.§. sententias.& Io.And.ibi. Et ratio est, quia hoc est quasi diffinitiue pronũtiare, & est actus iudicialis, nec sibi competit potestas, nisi prius examinauerit causam. Hec Pan.& est verum quod dicit do. Abb. quia etiam si archiepiscopus sit iudex, non tamen potest sententiam, a qua est appellatum, reuocare sine citatione partis l.de vnoquoq; , & ibi per Doct.ff.de re iu. Potest ergo solum absoluere quia absolutio est actus poenitentialis: sed reuocare sententiam excõicationis parte non citata hic non potest.cap.inter quatuor.& ibi Inn.de maio. & obe.

9 Nono † quæritur, vtrũ archiepiscopus absoluere possit litigatos sẽtẽtia canonis concilij prouincialis? Et dicit Asten.li.7. ti. 13.de mente Host. ꝙ non, sine cõsensu suffraganeorum, si canon sit factus in ꝑsona concilij: vt si dicatur. Nos conciliũ, vel nos archiepiscopus de consensu suffraganeorũ, & hoc nisi episcopi sibi cõcesserint, vel hoc ex priuilegio vel cõsuetudine habeat. arg.de tempo.ord.si archiepiscopus.& ca. sed. Potest verò per se absoluere, si statutũ sit factum ex persona archiepiscopi, vt si dicatur, Nos archiepiscopus de cõsilio fratrum nostrorum, &c. quia consilium non importat necessitatem: vt in c.cũm olim de arbit.iuncta gl. Arch. autem 17.dist.in Summa. in vtroque casu tenet quod absoluere potest non solum archiepiscopus suum subditum, sed etiam quilibet suffraganeus: q̃ talis sentẽtia est canonis: ar. ex cap. nuper. de sent.excom.& hoc tene. An autem religiosus absoluentis à sententia hominis, à qua non potest, incidat in aliqua censuram vide infrà. Excõicatio.7.excommunicatione.14. §. 8. Ab hac etiam absoluere potest simplex sacerdos in mortis articulo, modo quo suprà Absolutio.1.§.5.

RVRSVS DE ABSOLVTIONE III.§.quo minori ad modum eius.

1 *Absolutio siue à maiori, siue a minori excommunicatione, num sub conditione, qua vere conditio est, fieri possit.*

2 *Absolutionis ab excommunicatione maiori duplex modus. Et absolutionem nudo & simplici verbo fieri posse: & eam sacramentalem non esse, an verum sit.*

3 *Absolutio ab excommunicatione maiori quantum ad solemnitatem, & modum de bene esse pertinet, quot requirat. Et ibidem vnumquodque sigillatim. Et primum quid absoluendus agere debeat, & ad qua ante quam absoluatur teneatur.*

4 *Absoluendus ab excom. abs quo: & qua ratione ac forma absoluendus sit. Et quid pracipere ac facere debeat absoluens, & an si irrationabilia mãdet, ab eo appellari possit. Et sub inde absol. formul. practic.*

5 *Absolutio ab excommunicatione minori, quo ad modum, qui obseruari debet, duo habere debet nẽpe vnum respectu absoluendi, alterum respectu absoluentis. Et ibidem qua sint.*

6 *Absoluens iuxta formulas hic traditas, cum illicite excommunicato participare censeatur.*

7 *Papa ob hoc, quod excommunicatum salutat, aut eum alioqui deosculatur, num eum absoluere intelligatur. Et quid in episcopo vel alio inferiore a Papa. Et sub hac, quod in absolutione ab excommunicatione certa forma requiratur in absolutione a suspensione non aque. Et ibidem diuersitatis ratio.*

9 *Excommunicatus per Papa constitutionem, num absolutus ex eo intelligendus sit, quod constitutio reuocata sit, ac proinde absolutione non egeat. Et quid de excommunicato per inferioris Papa constitutoonem.*

9 *Absens nũ absolui ab excõmunicatione queat. Et ibi quod per procuratorem, per literas, & sine vtriusque.*

10 *Inuito num absolutionis beneficiũ impendi possit. Et ibidem, excommunicationem pœnam, esse cu ius natura non est vt voluntaria sit.*

11 *Allegatus pluribus sentẽtijs, aut vna ex diuersis causis illata, absoluendus, omnes huiusmodi sententias, aut causas num exprimere debeat. Et quod de peccatis, ob quæ irrogatæ, & contractę sunt sententię.*

12 *Allegatus a iudicibus pluribus, num ab his omnibus absolui debeat. Et si quid si petat ac vno om nium tamen supremo.*

13 *Excõicatus se ad iustitiam offerent, num aduer sario appellante, & intercedẽte ne absoluatur ab solui queat. Et ibi, quod tribus modis, cum limitatione tamen ad tertium modum.*

14 *Dubius de excommunicatione, num absolutionem petere debeat.*

25 *Excom. demortuus, qui pœnitudinis, & attritionis iudicia exhibuit, qualiter sit absoluendus. Et quid sit in cœmiterio sepultus est.*

16 *Absoluendo ab excõmunicatione, nũ pœnitentia iniungenda, & qualis. Et quid si absoluendus ob legitimum impedimentũ, ad eum se conferre nequit, abs quo absolutionẽ accipere debeat. Et quid sit legitimum impedimentum, & tunc abs quo absolui debeant remissiue.*

1 ABSOLVTIO † 3. ab excõmunicatione quo ad modũ seruandũ, vt plenius innotescat sciendum est primo, quod a nul la excõicatione maiori vel minori, potest quis sub conditione absolui: puta si satisfecerit, vel huiusmodi, quia nec talis absolutio tenet, nec taliter absolutus, est simpliciter absolutus, secũdum Veruec. de reg. iur, actus lib. 6. Et secũdũ Pan. in ca. de quibus de pab. intelligitur de conditione suspendente act. 1. quę est de futuro: siue quę pendent in futurũ; secus autem, si esset de præterito, quæ proprie non est conditio, cum acta non suspẽdat: vt baptizo te, si non es baptizatus.

1 SCIENDVM † est secũdò, pro absolutione ab excõicatione maiori quod modus eius est duplex: vnus scilicet ptinẽs ad bene esse eius, & solẽnitatẽ, de quo § sequẽ. alius pertinẽs ad eius necessitatẽ vel essentiã, sine quo scilicet nihil fit. & quo seruato tenet. Et de hoc dico quod nõ seruato modo solemni, etiã sine causa rationabili, absolutio ipsa nudo, & simplici verbo fieri potest: vt dicẽdo absoluo te ab excõicatione: aut relaxo eã, vel te: rebenedico: aut aliquid æquiualẽs cũ intẽtione absoluẽdi extrà. de reg. iur. omnis res. 50. dist. pondire. Et hoc secũdũ Rai. Guil. Ioan. et Arch. & omnes fere Doctores. vnde dicit Richar. in 4. sufficere quæcũq; verba significant remotionem excõicationis, & idem in sentẽtia dicũt Ant. de But. & Pet. de Perusio. & in S. Th. qui in. 4. dist. 18. vult absolutionem ab excõicatione non esse sacramentalem, sed magis consequi iurisdictionẽ: ideoq; verba ipsa habere efficaciã ab intentione dicentis, vbi nõ refert quibus quis verbis suã intentionẽ exprimat. Contrariũ tamẽ videtur. s. ꝙ absolutio ista nõ teneat modo solenni non seruato, qui a iure collectus est: qa forma rescripti exacta diligẽtia seruãda est, ita vt nec ordo præposteretur. c. cũ dilecta. de rescri. & alijs in glo. allegatis. Sed distinguẽs dico ista ꝓcedere, quãdo absolutio alicui ab homine cõmissa est, & sub certa forma: qa tũc absolutio nõ valet forma nõ seruata: arg. c. fi. de præb. & c. prudẽtiã. de offic. deleg. Et ratio est, omissa forma data ab homine nulla cõpetit iurisdict. vt notatur in iurib. præallegatis: & cõsequenter nõ valet actus deficiente potestate. Si verò absolutio sit cõmissa alicui de iure vel ab homine, sed simpliciter, et nõ sub aliqua forma, sufficit vti verbo absolutionis, vel relationis, aut rebenedictionis, & huiusmodi: qa sicut in excõicat. ita, et in absolutione nulla est substãtialis, & essẽtialis forma tradita a iur. s. certa & determinata: vt notatur in c. 1. de sen. exc. l. 6. & in c. 1. de iud. ad ꝙ facit. 2. q. 3. c. 1. sed sufficit per quæcũq; verba proferre id ꝙ significat verbum excõicatio. & absolutionis. Et ita tenet Gof. vt no. Pan, in c. fi. de rest. spo. & Inn. in d. c. cũ dilecta. & sic etiã intelligit dictũ Io. And. & Archi. in ca. cõperimus. 24. q. 3. & Inno. in c. cùm desideres de sent. excõicat. dicẽtiũ quod absolutio ab excõic. solo verbo facta tenet: sed peccat non seruans modũ solennẽ, nisi omittat ex causa rationabili.

3 SCIENDVM † est tertio, quod absolutio ab excõicatione maiori, quantũ ad suam solennitatẽ, & modum obseruandum de bene esse ab ipso, absoluẽte, secũdum Hostien. in Sum. quatuor requiri. ¶ Primum est, quod absoluendus ante iuret parere, mãdatis ecclesiæ: vt in c. ex tenore. de sent. excõmu. & idẽ esset si iuraret parere man-

mandatis absoluentis, ſm Arch. quod quidem Hug. limitat seruandũ in criminibus horrẽdis, vt incẽdiarij, falsarij, & hmõi, nõ autẽ in leuibus, & hoc placet Archi. & ſm Host. hoc est de substantia absolutionis: sed tñ contrarium est verum, & cõiter tenetur, de sen. excommun. cùm desideres. Vnde si omittantur, quod tamen fieri non debet, tenet absolutio, ſm Ho. Bern. & Gul. & prædictos. Et mulieres quidem indubitanter iurare debent, an autem & pueri relinquitur arbitrio epi, vt multis placet. ¶ Secundum est, quod antequam absoluatur, si excõicatus est pro notoria offensa, pręstat emendam sufficientem iuxta proprias facultates, vt in c. puero. de sent. excom. & in c. parochiauos: eo. tit. Pro contumacia verò & offensa dubia sufficit cautio iuratoria, de verborum significatione, ex parte, scilicet vbi nullæ petuntur expensæ. Sed vbi petuntur expensæ vel satisfactio dãni, absolui non debet, nisi prius satisfaciat si potest: & si non potest, absolui debet sub cautione idonea, id est, pignoratitia vel fideiussoria de satisfaciẽdo, si venerit ad pinguiorem fortunam: vt in cap. Odoardus, de solut. & in c. ex parte de verb. signific. el 2. Quam si præstare non potest, saltem præstabit iuratoriam: absolutio autem non negabitur. 26. quæst. 6. si presbyter. Et secundum Gul. talis ad petitionem aduersarij tenetur cedere bonis, quod intelligo verum in foro contentioso: sed in foro pœnitentiæ sufficit si restituat eo modo quo tenetur, de quo infra Restitutio. Tenet autem secundum eundem Gul. absolutio, si hoc secundũ non seruetur: sed peccat absoluens, ad quod facit d. c. Odoardus.

4 Tertium † est, vt absoluatur per eum qui potest, cum psalmo, orõne dominica, & alia cõsueta, & verberibus, & postea subiungatur, absoluo te, &c. vt in c. à nobis de sent. excommu. el 2. vbi tamẽ de verberib. quæ Archid. & Summa Pis. cõmemorant, mentio non sit, nisi quatenus sunt cõsueta, & cõsequenter eadem ratione seruãda qua & consueta oratio. ¶ Quartum est vt absoluens postmodũ faciat absoluto iusta & rationabilia mandata: alias posset appellare. extra, de pac. c. fi. & de app. vt debitus. Erũt autem rationabilia, si excõicatio a iure iniungatur, vt nunquam veniat contra canonẽ illum puta percussori clerici, vt numq̃ percutiat clericũ: incẽdiario ꝙ nõ incẽdat, & similia vt in d. c. ex tenore. & 24. q. 2. pessimã. Et intellige nunquam nisi in casu licito & a iure concesso: quia beneficium iuris nemini auferendum est, in auth. de nupt. §. sed hoc quod. & ff. de re iudic. l. 4. Et ita percussori clerici iniungendum est nunquã percutere, nisi ad defensionem, vel de mandato prælati, cui ẽt iniuria fieret si nõ posset mandare subdito captionem aut verbera in casu legitimo. Aliquando etiam requiritur cautio, ꝙ taliã de cætero nõ præsumat: vt c. graue. de sent. excomm. Si tamen sñia apparet iniusta, nullum mandatum fiendũ est: quia prædicta iura loquuntur solum in casibus in quibus quis verè committit delictum, propter quod fuit excõicatus. Consueuit autem ista absolutio sic practicari: vt post satisfactionem & iuramentum incipiat absoluens psalmum Miserere, & simul virgis & flagello percutiens scapulas nudas absoluendi, nisi aliter suadeat pudor honestatis: finito Psalmo subiungat, Kyrie eleyson. & Pater noster, & versic. Saluum fac. & orationem, Deus cui proprium, excepto ꝙ non dicitur, quos delictorum, sed loco huius dicitur, & hunc famulum tuum quem excõicationis catena cõstringit &c. & deinde dicat, absoluo te a vinculo excõmunicationis quam incurristi propter tale factum: & restituo te sacramentis ecclesiæ, & communioni ac vnitatis fidelium, in nomine patris &c. vel dicat formam absolutionis quam habes, infra Absolutio. 6. §. 1. & vltimo faciat mandata.

5 Sciendum † est quarto, ꝙ absolutio ab excõicatione minori, quantum ad modum quẽ seruare debet, absoluens duo debet habere: prima vnũ ex parte absoluendi: vt .s. sacerdoti proprio, id est, ei qui potest illũ absoluere a peccatis, ſm Archid. exponat causam, petens absolutionẽ: vt in ca. nuper de sent. excom. hoc tamen non necessariũ, secundo aliud ex parte absoluentis, vt absolutè absoluat: aliter absolutio non valeret, vt de maiori dictum est. Non requiritur autẽ iuratoria cautio: vt in d. c. nuper. & intellige de parendo mandatis, aut damno resarciendo: nec requiruntur verbera, aut oratio, vel quæcunque solẽnitas præter simplicem confessionẽ alioquin dictum c. nuper. non responderet tertio ibi quæsito: quæ tamen confessio non est absolute necessaria sed sufficit rem innotuisse sacerdoti, cum etiam absoluere possit inuitum, vt dicetur.

Non requiritur etiam ipsum sacerdotem non esse ligatum excommunicatione minori, sed sic ligatus potest absoluere: vt in c.duobus.eo.tit.

6 Circa † præmissa tamen consurgũt dubia multa. ¶ Primum est, vtrum absoluens secundum prædictum modum intelligatur excõicato participare illicite in p̃dictis? Et dico qđ nõ, sed potius illicitè, q̃a in spectãtibus ad aĩæ salutẽ, vel vt vulgo dr̃ in conuertendo: & consequẽter nullam sententiã excõicationis incurrit: vt in c.cum voluntate eo.tit. & 11.q.3.c.cũ excõicato, idẽ tenet Host.in ca. a nobis, el 2.de sent.excom. etiam si is, qui absoluitur, respondeat absoluenti, vel dicat Psal. Miserere, cum eod.

7 Secvndvm † vtrũ Papa excõicatũ intelligatur absoluere per hoc, q̃ eũ salutat vel osculatur, aut quocũque modo participat ei scienter? Et dico quod non, vt in c. si summus de sent.excom. in cle. & hoc intellige in dubio, q̃ si constaret, q̃ Papa ex hoc eũ haberet ꝑ absoluto, esset absolutus: q̃a Papa iuri positiuo nõ subditur: cũ sit supra illud de concess.præb.proposuit, & cõsequẽter non subijcitur formæ iuris cõis volentis, q̃ꝑ excõicatio & absolutio verbis exprimatur, sed tñ nisi Papa id expresserit, reputari non dẽt absolutus, ẜm Inn.in c.cùm olim, de priuil. ¶ Tertiũ, vtrum ep̃s vel alius inferior Papa excõicatum possit absoluere dicto modò, id est, ei participando, nullo speciali signo absolutionis expresso, cum intentione tamẽ absoluẽdi? Et dico, q̃ nõ ? sec.Inn.in d.c.cũ olim, sed oportet vti verbo aliquo denotante absolutionem, & concordat gl.in d.c.cum desideres, & est cõis opinio Doct.in eo.c. & in eadem cle. si summus & ratio est: quia subijcitur formæ iuris cõis: vt no.Pan.in d.c.cũ desideres, vnde cum in absolutione ab excõicatione aliqua forma requiratur, non obstante etiã satisfactione, requiritur absolutio: ẽt vt dicat in excom. ad tp̃s puta quousque quis satisfecerit: sed tñ in absolutione a suspensione vel interdicto, secus est, sec.Ioan. An. vt singulariter not.Pan.in c.fi.de matr. cõtra. contra inter eccl. quia si ista ferãtur ad tp̃s post illud nõ requiritur absolutio: sed sufficit si de mente iudicis constet. Et ratio inquit, diuersitatis est: quia in istis nõ req̃rit̃ certa forma, sicut in absolutione ab excõicatione hæc Pan. qui per formam certã nõ accipit determinatam: quia nulla est substãtialis & necessaria, cum diuersis verbis fieri possit absolutio, vt dictum est, sed certa ibi est idem quod aliqua. Si tamen Papa esset is, qui excõicauit ad tp̃s, post illud non requiritur absolutio, si de Pontificis voluntate constiterit: quia non subijcitur dictæ formæ, sed voluntate potest absoluere: vt dictũ est. Sed in dubio credit D.Anto. quod absolutio requiratur: quia alio non apparẽte, non videtur Papa velle vti potestate absoluta, sed ordinaria, & ita secundum iuris ordinem impendi debet absolutio.

8 Qvartvm † vtrum excõicatus per constitutionem sit absolutus ex hoc ipso quod Papa illam reuocauit, nõ indigẽs illa absolutione? Et dico quod sic, si reuocãdo dixit quod eã vult haberi pro non facta: quia ẜm gl.in c.non debet de consanguin.& affinit. & gl.in clem.vnica, de immu. eccles. super verbo, infectis; tanta est authoritas Papæ, quod tollere potest constitutionem ẽt ratione præteriti effectus: ita quod in tali casu talis obsolutione non indigebit, & gl.in d.ver.infectis dicit, quod Papa in his, q̃ sũt iuris positiui hẽt potestatem reuocãdi ex tunc, i. sic quod retro trahantur, quæ gl.sec. Zab.non inuenitur alibi, & ei cõcordat Panor.dicens ex hoc, quod illegitimus ꝑ Papã legitimari potest, sic, quod habeatur ꝑ legitimo ex tunc. i. retrotrahatur ẽt quo ad honores seculares. Si aũt Papa talem constitutionem reuocat simpliciter, non reuocatur effectus iam causatus: nec vr̃ approbatus actus exercitus contra illã: vnde excõicatus absolutione indigebit. Non est autem simile de prælatis inferioribus, quia illud quod dictum est, potest Papa de plenitudine potestatis, vt innuit gl. prædicta dicens: Vide quanta est authoritas Papæ, plenitudo aũt illa non est in alijs p̃latis qui assumpti sunt in partem solicitudinis, vnde si episcopus dicat excõicationem episcopalem se velle habere pro non facta, excommunicatus per illam non esset absolutus.

9 Qvintvm † an absens ab excõicatione possit absolui? Et dico, quod sic per procuratorem: sec.Io.And.in c.qui ad agendũ, de proc.li.6.& Arch.in c.eos qui de sent. exc. lib.6.& Spe.tit.de procur. quod ẜm Inn.in c.cum desideres, de sen. ex comm. est vtrũ quando subest iusta cã quod non sic intelligo quasi deficiente iusta causa, nõ teneat absolutio, sed quia ex aliqua parte vel ex vtraque incidit peccatum. Et similiter potest

test

test absolui per literas, ſm Ricb. in 4. di. 18. & est tex. in c. quanto 2. q. 5. Erit autē abſolutus quando literas receperit niſi aliter cōſtet de mente abſoluētis. Et ſimiliter tenet abſolutio abſentis ſine procuratore & literis, quātū pertinet ad forū aīæ, ſicut cōſueuerunt confirmatores electos abſoluere ante confirmationē, quia totū depēdet ex intētione abſoluentis, vt dictū eſt, & ſi non requiritur præſentia animi ſeu voluntatis, vt ſtatim dicetur, multo minus requiritur præſentia corporis, & ſi abſolui pōt mortuus, cuius anima eſt in purgatorio, multo magis viuus. ¶Vnde abſolutio generalis facta in c. religioſorum, extenditur ad abſentes, ſi id prælatus intendat, vt debet, etiam ſi non faciant quod ille iniungit, quia etiam inuitus & contradicens poteſt abſolui, & multo magis volens, quamuis negligens.

10 SEXTVM, † vtrum abſolui poſſit inuitus? Et dico de hoc fuiſſe Theologorum opiniones varia, in 4. diſt. 18. & Canoniſtarum in c. ab excōicatio, de reſcr. & c. ſignificaſti. de eo qui dux. in vxor. & in c. 1. de ſent. excō. li. 6. Vnde S. Th. ibi dicit hoc eſſe poſſibile, quod Rich. verū dicit, quantū ad ſententiā hominis, non aūt iuris, quia illa eſt aliquo modo voluntaria, dū quis volūtarie incidit in canonem. Sed ratio S. Tho. concludit de vtraque ſi loquamur de poſſe abſoluto: qa inquit, excōicatio eſt pœna, de cuius rōne non eſt, quod ſit voluntaria, vnde non depēdet a voluntate puniti, ſed punientis, qui. ſ. ſicut eam ſua voluntate infert homini, aut per ſtatutum annectit alicui facto, ita etiā & remouet. Si verò loquamur de poſſe circunſtantionato, id eſt, irreprehenſibili, qđ. ſ. idem eſt quod debere, ſic nō eſt hoc poſſibile, niſi ex cauſa rationabili, puta quia expedit ſaluti excōicati, q ex hoc fit prior, vel communicari, cui participandi excōicato neceſſitas incumbit. Quod not. Pan. in c. apoſtolicæ, de excep. dicens, quod vbi ex abſolutione imminet vtilitas eccleſiæ, vel ſi non abſoluitur reus, eccleſiæ ordinatio impeditur, tunc abſoluendus eſt etiam inuitus, vt dicit ipſe c. veniens, el 2. de teſt. Et S. Tho. ſubiungit, quod etiam manente contumacia, poteſt quis excommunicationem iuſtè latam diſcretè relaxare, ſi videat ſaluti illius expedire, & conſentit Alberi.

11 SEPTIMVM, † vtrū ligatus pluribus ſentētijs, vel vna ex diuerſis cauſis, teneat omnes cauſas exprimere? Et dico ſm Pan. in c. cū pro cauſa de ſen. exc. quod ſi eſt ligatus pluribus ſentētijs, nō tenet abſolutio, cauſis omnibus non expreſſis, quia eſt ſurreptitia, & ſuperior abſoluere nō intēdebat, niſi pro cauſa expreſſa. arg. optimū in c. offic. de ſen. exc. & i c. ex parte, de off. ord. & hoc niſi petiuiſſet ac obtinuiſſet abſolutionem generalem ab omnibus, quia licet fieri non debeat niſi facta expreſſione ſpeciali, tamē facta tenet, quod ego verū intelligo, niſi doloſè ſubticeret vnā, loquēdo ī foro aīæ, quia tunc ſm Ric. in 4. diſt. 18. abſolutio eſt inanis. de ſen. exc. cū pro cauſa & c. officij. Hoc idē eſt in foro iudiciario, ſm Pan. in d. c. cum pro cauſa. col. 2. ibi no. bene glo. 27. in illis verbis, dūmodo exprimat ſeriē facti. Sed Fel. referendo S. Th. in 4. ſen. di. 18. q. 2. ar. 5. dicit hoc habere locū, qn̄ quis erat excōicatus pluribus excōicationibus ab eodem iudice, quia abſolutus ab vna, intelligitur, inquit S. Th. abſolutus ab omnibus niſi contrariū exprimatur, ſecus ſi a diuerſis, & de hoc eſt gl. in c. ſunt plures, in verbo, de omnibus, de pœn. diſt. 3. Si vero excōicatio fuit vna, & cauſæ plures, aut vna cauſa ſola per ſe ſufficit, & tunc tenet abſolutio, ſi illa cauſa exprimatur. arg. c. ſuper literis, de reſcr. ſi vero plures cauſæ per ſe ſufficiunt, vt quia plures clericos percuſſit, vel pluries eundem temporibus interpolatis, oēs cauſas debet exprimere ſm Piſanū, & vna abſolutio ſufficit pro omnibus: aliter eſt ſurreptitia abſolutio. Et ſi exprimit vnā cām tm̄, & deinde obtinet abſolutionē generalē, valet: modo fraus non interueniat, maximè ſi cauſas tacitas exprimit in generali, dicēs ſe plures talia feciſſe. Si vero nulla cauſa per ſe ſufficit, ſed oēs ſimul, tūc ſm Pan. vbi. ſ. non tenet abſolutio, niſi omnib. expreſſis. Cuius ratio eſſe poteſt ſi tamē dubitabilis eſt iſte caſus, quia vna expreſſa, vel omnibus præter vnam, non eſt expreſſa cauſa ſufficiens ſnīæ, & conſequēter iudex non iudicat iſtum ligatū, & conſequenter nec abſoluere intendit. Si tamē eo caſu intēderet abſoluere ad cautela, eſt abſolutus, cū abſolutio ab abſoluētis volūtate depēdeat. Cū oībus tū prædictis intellige quod ſi de abſoluentis voluntate conſtaret, tenet abſolutio etiā nullo expreſſa cā, ſi de ipſis excōicationibus loquamur: ſecus de peccatis quibus contrahūtur, quæ omnia oportet ſpecialiter expreſſa.

12 OCTAVVM, † vtrum ligatus a pluribus

iudicib. debeat à pluribus absolui?Et dico. quod sic,& semper vitari debet, quousque sit ab omnib. absolutus,vel ab vno,cui omnem absolutionem mandaret,secundũ not. per doc.in c.officij.de sen.exc.aut secundũ Rich.nisi absoluat vnus omniũ superior.Et intellige,quod petens absolutionem ab vno iudice pro vna causa,debet tamen alias exprimere:vt patet in d.c.officij.

13 Nonvm,† vtrum absolui debeat excõicatus offerens se ad iustitiã appellante adversario ne absoluatur? Et dico ꝙ absolui põt in triplici casu.Primò si excõicator recognoscit errorẽ suæ excõicationis:quia illũ dẽt reuocare appellatione non obstante.de sen.exc.ex sacramẽto. Secundo,si de errore dubitat,& reus p̃stat cautionem de parendo iuri, vt ibi:sed caueat iudex ne fingat errorẽ in præiudicium partis.Tertio,si nec agnoscit errorẽ,nec dubitat ꝑ eo,& tñ reus petit absolui:& de parẽdo iuri cautio idonea p̃statur,c.qua fronte, de app. Fallit hoc qñ excõicatus absolutionem petit ad cautelã,dicens sñiam fuisse dubiã, aut falsam aut nullã,quia si aduersarius dicat eum pro manifesta ostensa excõicatũ, & intra terminũ octo dierum probet: absolui non potest reus , nisi prius sufficientem præstet emẽdã.de sen.excom.solet.6. & facit c. Odoardus,de sol.& quod ibi no. Si vero non probet absoluetur cum iuratoria cautione vt in d.c.solet.Si vero excommunicatus impetret absolutionem aduersario sciẽte sed non contradicente , neque aliquid petente,postea conqueri non valebit,quia remisisse videtur.de sen.& re iud. quamuis.

14 Decimvm,† vtrum dubitãs de excõicatione,petere dẽat absolutionẽ?Et dico,q̃d sic , si habet absoluẽs cõmoditatẽ & nullũ sibi inde præiudicium generatur:qa in dubijs tutior pars est eligenda de spon. iuuenis.Si vero non habet illã commoditatem, aut sibi inde p̄iudicium generatur ab aduersario,aut a propria passione quia .s. assentiando scrupulis fit scrupulosior, & inquietior tũc si dubitatio est leuis aut scrupulosa,deponat eã ad consilium boni viri: quia absolutionẽ petere non tenetur, arg. de sent.excom.c.inquisitioni.Item quia dubius consulens peritos,laborat ignorantia inuincibili , quæ peccatum excusat, ſm S. Tho.2.dist.22.& 4.dist.9.& 12.qu.7.Sexto, quod maximè verũ est in scrupulosis, quia in re propria sunt sine iudicio de particulari eligibili, propter vehementiam passionis timoris. Si verò eã deponere , aut non vult,aut non potest,vel etiã si dubitatio sit probabilis habenti iudicium sanum , debet absolutionem petere ratione iam dicta, & arg.in eo.c.inquisitioni. Idem per omnia dico in eo,qui dubitat de peccato.

15 Vndecimvm,† vtrum,& qualiter mortuus absoluendus sit, qui signa cõtritionis ostendens euidentia,excommunicatus decessit?Et dico , quod absoluendus est iuxta dicta supra. Absolutio prima §.5.& hoc modo, quia scilicet si est sepultus in cœmeterio,non exhumabitur:si vero alibi , exhumabitur,& corpus,vel sepulchrum verberabitur cum Psal.& oratione dominica, & alia consueta,sicut circa viuos fieri consueuit.de sent.ex comm.a nobis , el 2. Sed intellige , quod si extra cœmiterium sepultus est,non verberabitur sepulchrũ secundum,id est,sacrum,sed primum id est prophanum,quia prius debet absolui, quam sepeliri , cum excommunicati careant ecclesiastica sepultura,vt Excommunicatio. 3,§. 2. Ad quid autem circa hoc teneatur hæres,infra Hæres,2.§.9.

16 Dvodecimvm,† vtrum in absolutione ab excõicatione aliqua , & qualis pęnitentia iniungenda sit?Et dico,quod in triplici casu iniungitur.Primo,quando absoluẽdus erat excõicatus ratione damni:quia peccat absoluens,nisi prius satisfecerit, si potest , iuxta dicta supra,in hoc ti.§. 2. si tamẽ absoluitur,absolutus est,secundũ Veruec.Secundum,quando iniecerat manum violẽtam in clericum:pro qua re satisfactio pecuniaria solet imponi , quæ quidem applicabitur monasterio,si percussus fuerit monachus,aut conuersus:ar.12.q.1.non dicatis & de statu monach. cũ ad monasteriũ , primo responso,vel ipsi percusso , si fuerit clericus seculari , nisi in ecclesia contumeliam fuerit propulsatus, quia tunc ecclesia agere potuit pro iniuria.Instit. de iniu. §.si communi seruo,& sic etiam ecclesiæ satisfiet Consentit Gof.& Host. Tertio, quãdo absoluendus a sentẽtia Canonis,vel hominis habet periculum mortis,vel aliud legitimũ impedimentum recurrendi ad illum , a quo fuerat de iure absoluendus,quia iniũgendum est ei,vt cessante periculo,vel impedimẽto,se præsentet illi,recepturus eius mandatum,& satisfacturus vt oportet.sed intellige, nisi impedimentum sit perpetuũ, secun-

fec.Inn.in c.q̃uis.de ſen.excõ.& niſi excõicatus ſit puer,id eſt.inf.14.annum : vt patet in eo.c.Quod ſi ſe non præſentet,q̃ cito cõmode poteſt, reincidit in eandem, ſicut & abſoluti a ſede Apoſtolica,vel eius legatis, quibus iniungitur, vt ordinario vel alij ſe præſentent pro pęnitentia, & ſatisfaciant iniuriatis,niſi hoc faciant, q̃ citius commode poterũt de ſen.excom.c.eos.lib.6.Et ibi hoc extẽditur ad quemcunque abſolutum cum onere ſe præſentandi, vel ſatisfaciendi alicui,ſiue ſententia fuerit iuris, ſiue hõminis,de quo dicunt infra.Excommunicatio.8.Quid autem ſit legitimum impedimẽtum,exemplificat Ioan.And. in ca. religioſo.de ſent.excom.lib.6.vt ſi quis eſt in mortis articulo,vel æger aut debilis,vel habẽs inimicitias capitales,vel huiuſmodi,vide titu.ſeq.§.1.dubio.15.A quo etiam abſoluatur,habens tale impedimentum,habes quãtum ad periculum mortis,ſupra Abſolutio in primo.§.5.quantũ vero,ad alia impedimenta,epiſcopus eſt requirendus,vt no.Innoc.& ſequitur Pan.in c.de cætero de ſenten.excomm.& ſi ad eum mittere non poteſt:ſecundum Inno.in c.1. de ſent. excom. ſacerdos proprius abſoluet. Et hæc locum habent, in excommunicatione tam iuris, quam hominis,vt in d.c.eot.

RVRSVS DE ABSOLVTIONE ab excommunicatione quarto ſpecialius,ſcilicet percuſſorum clerici.

1 *Iniuriam,vt tres ſunt forma, ac ſpecies, ita tribus modis contingit quempiam ex clericorum percuſſione excommunicationẽ contrahere. Et quis in vnaquaque ſpecie abſoluat. Et ibidem, quid vnaquaque iniuriarum ſpecies pulcherrime exẽplis plana ſit.*

2 *Exceſſus notorius, qua ratione enormis dicatur Vbi in hoc regula traditur ex Pano. vna : alia ab Aſtenſi.*

3 *Incidentes in excommunicationem ob manum violentam in clericum iniectionem, a ſolo Papa abſolutionem conſequuntur. Fallit modis 17. de quibus hic ex ordine, vt perſonarum ſpecies 17. ſunt, quæ ab hoc priuilegij beneficio, aut iuſta ratione aliqua eximuntur.*

4 *Clauſula ceſſante impedimento, qualiter accipiẽda ſit, & qualiter reſoluenda. Et impedimenti appellatione quid contineatur.*

5 *Excommunicatos ob iniuriarum clericis illationem inferior epiſcopo, habens velut authoritatem epiſcopalem, pro leui, ac mediocri iniuria num ſicut epiſcopus abſoluere poſſit.*

6 *Abſoluere qui poſſunt, num abſolutionem alij demandare poſſint.*

7 *Abſolutus cum mandato ſe Apoſtolico præſentandi, ſi interim ſedes vacet, num poſſit differre, dum ſedi Apoſto prouiſum fuerit. Et quid in alio excommunicationis genere, num qui Papam adire nequit, ab Epiſcopo abſolui poſſit.*

8 *Officialis clericum feriens, ab excommunicationem incurrat Abs quo abſoluatur. Et quis officialis nomine intelligendus ſit.*

9 *Delicioſi, num ex eorum ſint numero qui perpetuo dicũtur excuſari impedimento, vt huius gratia præſentandi ſe apoſt. curiæ mandatum iniungi nequeat. Et qui de his qui, ſui iuris non ſunt. Et ſub hac, quid de marito vxorem in fraudem feriente. Et an dicatur non ſui iuris.*

9 *Edictum de ſe curiæ præſentando, prohibitorum eſſe & ad omnes porrigi, niſi ſpeciatim exempti ſint. Et an ſimili de coniuge vir excipiatur, & libertus in ſimili de ſeruo. Item an ius priuilegiatum ad ſimile porrigatur.*

1 ABSOLVTIO † quarto ſpecialius: ſcilicet ab excõicatione,in quamque incl dit ex clerici percuſſione, cuius abſolutio Papæ reſeruatur,vt in c.ſi quis ſuadẽte. 17. q.4.nunc conſideranda eſt. Vt autẽ ſciatur quando à Papa,& quando ab epõ, vel alio petenda ſit hæc abſolutio, conſiderandum eſt primo,quod cum ſec.Ioan.And.& Pan. in c.peruenit.de ſent.excom. tres ſint ſpecies iniuriæ leuis ſcilicet, mediocris, & enormis,ep̃s ab huiuſmodi excõicatione, p leui iniuria põt abſoluere omnes iure ſuo, authoritate d.c.peruenit,pro mediocri aũt abſoluere non põt,niſi priuilegiatos,de q̃bus inf. pro enormi vero regulariter non abſoluit,niſi in neceſſitate,vel vbi ſibi ſpecifice cõmittitur,hæc ex illis . Sed intellige de priuilegiatis pp cõditionẽ perſonę,vel circunſtantiam facti alleuiatiuam,non autẽ de priuilegiatis propter exceſſus exilitatem ſeu modicitatẽ vt inf.de leuiter percutiente dicetur §.3.Leuis iniuria ſec. Aſten. exẽpli gratia eſt,ſi quis malo aĩo ſuper clerico manum ponat,aut accipiat eum p veſtes,vel habenas,quod intelligi debet,ſi is, q talia infert,eſt ſuperior,aut par,aut quaſi par,in mũdana reputatione: ſed q̃a in his generalis regula dari non poteſt,ideo dicit Pan.vbi ſupra,& in c.cũ illorum eo. tit. q̃d leuis iniuria eſt iudicis,id eſt,abſoluẽtis arbitrio iudicanda,ex varijs circunſtantijs pſonarũ,locorũ & tẽporum : quia ſi clerico publice miniſtrãti,quis leuiter manus inie-

2 SED † tamen verbalis hęc absolutio continet dubia multa.¶ Primū, quæ sit forma absolutionis ab excōmunicatione? Et dico quod si loquamur de forma verbali necessario obseruāda,nulla est certa, & determinata,vt dictū est supra. Absolutio 3 in pri. Si vero loquamur de ea, quæ communiter est in vsu, sic vtimur in isto verbo absoluo quod dupliciter facimus.Primo cōditionaliter qn̄ absolutio in dubio, vel in casu incerto sit ad cautelam,vt dicendo si teneris aliquo vinculo excōicationis, a quo possū te absoluere:ego absoluo te, & restituo Sā ctis Sacramētis ecclesiæ cōioni, & vnitate fideliū,in nomine Patris,&c.Secundo vero absoluere in casu certo, vt dicendo ego te absoluo à vinculo excōicationis,quam incurristi propter tale factū, & restituo te sā ctis,&c.vt supra.¶ Secundū est,quæ sit forma absolutionis a suspēsione officij vel di uinorū. Et dico,ꝙ si loquamur de verbali necessario obseruanda,nulla est,quia suspē sio,sicut, & excōicatio, pertinet ad forum contentiosum, & cōsequenter quicquid dicat,aut quibuscūq; verbis vtatur is,qui potest absoluere,vere absoluit:sicut de excōicatione dictū est, sed loquendo de ea,q̄ est cōiter in vsu vtimur isto verbo absoluo, primo conditionaliter, vt si teneris aliquo vinculo suspensionis, à quo possū te absoluere,absoluo te, & restituo executioni ordinū & officiorū tuorū secūdo absolutè,vt absoluo te,à vinculo suspensionis,quā incurristi propter talē causā, & restituo,&c. Et idē dico ꝓ omnia de interdicto.¶ Tertiū est, de forma absoluēdi ab irregularitate. Et dico quòd nulla est certa, & determinata,sed tamē in vsu est,vt fiat per hoc verbū dispenso,& non absoluo, vt dispenso tecū in irregularitate, quā incurristi propter talē causam, & restituo te ad actus legitimos, vel quando dubitatur, dicēdo non q̄,sed si quam contraxisti.¶ Quartū est, quæ sit forma absolutionis à peccato? Et supple.quidā post Pet.de Pal.dicit, quòd est hæc: ego absoluo te (expressis illis à quibus fit absolutio) alioquin super nihilo absolutio fundaretur: & intendit ꝙ est hæc forma: absolno te à peccatis tuis. Sed cōtrarium tenet S.Tho.& Inn.& Host.imò etiam Scotus in quarto dicit ꝙ est hęc:ego absoluo te. Nec tamē absolutio fundatur in nihilo,sed in re confessa,id est peccato.In alijs autem, qui confessionē nō requirunt, sed absolui possint etiā inuiti, exprimitur ligamen quod soluitur,puta excōicationis,suspensionis, vel interdicti. ¶ Quintum est, quare dictæ formę alia cōiunguntur? Et dico sec.S.Th. & cōiter Doct.Theo.quod præmittitur Misereatur nō quia sit de essentia vel integritate formæ, sed ne fortè effectus sacri impediatur ex parte pęnitētis:post ponit vero conuenienter, in nomine Patris, &c.nō

necessa-

quia sit necessarium, sed ꝙ ostendatur q́d sacerdos non authoritate propria, sed qua si minister absoluit. Impositio autē manus non requiritur. nec fit quia hoc sacramentum, non ordinatur ad consequendam excellentiam gratiæ, sed ad remissionem peccatorum: vnde magis competit signatio, quia per signum crucis Christi peccata remittuntur: quod tamen etiam nō est de necessitate sacramenti. vide etiam infra Pœnitentia. 2. ¶ Sextum est, vtrū absolutio a peccato fieri debeat ante iniunctionem satisfactionis? Et dico quod non: vt patet in clem. dudum. de sepul. & ibi Ioann. And. sed hoc intelligo, vbi timere posset quod absolutus satisfactionem recusaret, non autem alias: vt in religiosis vsitatur.

DE ACCEPTIONE PERSONARVM.

1 *Acceptionis, quæ hic lucidissima descriptione depingitur, vt vitium contrahamus, quot potissimū requirantur. Et an mortalis delicti nomen sortiatur.*

2 *Beneficiorum ecclesiasticorum distributor ac collator, ad peccatum defugiendum, num meliori tribuere semper debeat. Et ibidem quot modis quis melior dicatur.*

3 *Potentia, aut nobilitas secularis in beneficiorum distributione, vt alij alius præferatur, num spectanda sit.*

4 *Collatio beneficij in consanguineum, num personæ acceptionem inducere dicatur. Et quid si electores bonum, meliori prætermisso, eligant.*

5 *Dispensatio in gradibus prohibitis quo ad matrimonium contrahendum, occasione diuitiarum obtentarum personarum acceptionem inducat.*

6 *Acceptio personæ, nam dicatur facta, si is præpositus sit, qui alium conditione ac qualitate minus digna præcellit.*

7 *Acceptio personarum num facta esse dicatur, si in honoribus conferendis vitiosus prælatus studioso laico ac uirtuoso, aut dominus seruo, senex iuueni, aut diues pauperi preferatur. Et quid si in iudicio diuiti pauper preferatur.*

1 ACCEPTIO † personarum ex doctrina S.Th. 2. 2. q. 63. & Alex. de Ales 22. tractatu, de eodem. sic diffiniri potest. Acceptio personarum est vitium, quo id quod ex debito iustitiæ est vni personæ conferendum, exhibetur alteri, non propter meritū eius ad ipsam rem, quæ confertur, sed propter conditionem ipsius non congruentē ad ipsam rem. puta si quis conferat episcopatum alicui, quia est Petrus, aut Ioannes, vel affinis, quæ nihil faciunt ad esse dignum episcopatu, si autē hoc fiat quia est aptus, non est acceptio personarum, quia ista cōditio facit; vt debeatur ei episcopatus ex iustitia distributiua. Tamen ad incurrendū hoc peccatum duo requiruntur, primo, ꝙ collatū conferendum sit ex debito, secus si ex gratia, iuxta illud Mat. 20. An non licet mihi quod volo facere? scilicet ex eo quod gratis & misericorditer datur secundò, q́d ratio & causa dandi non faciat, ad hoc q́d recipiens reddatur dignus accepto. ¶ Primò verò quæritur, an sit peccatum mortale? Et dico quod in re parua nunq̄ est mortale, nisi per accidens, inquantum ipsa virtute aut existimatione est magna: sed in re notabili omne quod est contra iustitia, est peccatum mortale, secundum S.Tho. 2. 2. q. 59. art. 4. Et ratio est, quia est contra charitatem proximi, vnde acceptio personarū cum sit contra iustitiam in re notabili, semper est peccatum mortale, vt si beneficium scienter conferatur indigno, vel minus digno, quia est amicus, post habito digno vel digniori saltem notabiliter.

2 SECVNDO, † an spiritualium dignitatum, seu beneficiorum ecclesiasticorū distributor semper debeat tribuere meliori ad euitandum hoc peccatum. Et dico ſm S.Th. 2. 2. vbi supra. art. 2. & in quodam quolibeto, quod melior dicitur quis dupliciter. Primò scilicet, ſm se & simpliciter, vt qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis, & secundo in ordine ab bonum commune, ad quod interdum magis conferre potest minus sanctus aut sciens propter potentiā vel industriam secularē, & huiusmodi. Episcopus igitur, vel alius distributor prędictorū, non tenetur dare meliori secundum se & simpliciter, sed meliori quantum ad hoc, siue in ordine ad commune bonum, ad quod principalius ordinantur spiritualiū dispensationes, sicut etiam gratias gratis datas, q̄ ordinantur ad communem vtilitatem Ecclesiæ, Deus dat minus bonis. Igitur si præferat vnū alteri propter causam pertinentem ad honorem Dei, & commune bonū, præfert meliorem, & non est acceptio personarum: sed si causa præferendi non pertineat ad hoc, erit acceptio ꝑsonarū, & tāto grauior, quanto in rebus diuinis cōmittit.

3 Ex † his collige etiam potentiam secularem vel nobilitatem aliquid conferre ad hoc, vt quis sit ecclesiastico beneficio dignus, quia ista conferunt ad honorem Dei, scili-

cet quod in suo ministerio nobile occupẽtur, & ad vtilitatẽ ecclesiæ interdũ, q̃a magis, comprimunt aduersarios 7el hõi, sed non est intelligendũ, quod ipsa sola faciat, vt quando cõiungitur vitæ criminosæ, sed præsupposita virtute aliquid confert.

4 TERTIO † an sit acceptio personarũ dare beneficiũ consanguineo? Et dico ẽm S. Tho. in quolibet q. 2 2. vbi sup. & Sũ. Conf. l. 3. tit. 24. quod distinguendum est. Nam si consanguineus sit æquè idoneus vt alius, eps potest in hoc satisfacere naturali amori, qui non est charitati contrarius: quia saltem in hoc pręeminet, quod magis potest de ipso confidere, quod secum vnanimiter ecclesiæ negotia pertractabit: & hoc nisi inde scandalum oriatur, vel fortè inde alij sumant exemplum dandi consanguineis etiã minus degni. Si verò cõsanguineus sit minus idoneus, simpliciter & respectu boni cõis, eum præferre nõ debet postposito meliori duplici ratione. Primò, quia infideliter agit dispensator iste, nõ dominus spiritualium, qui negotiũ domini gerens, non meliorat illud cũ possit. Secundò, quia hoc ad personarum acceptionem pertinere videtur: quia conditio consanguinitatis non est pertinens ad curam ecclesiæ, sed non obtinetur iure sanguinis, sed munere diuino: est autem conditio faciens ad dispensanem patrimonialium bonorum, vnde si ex his episcopus prouideat suo consanguineo minus idoneo, non est acceptio personarum.

¶ Quartò, an sit acceptio personarum, si electores ad spirituales dignitates eligant bonũ prætermisso meliore? Et dicit S. Th. vbi sup. quod ad hoc vt lectio in foro iudiciali nõ possit impugnari, sufficit eligere bonũ: nec oportet eligere meliorem: quia sic omnis electio posset habere calumniam: quantum ad conscientiã tamen eligentis, necesse est eligere meliorẽ simpliciter vel respectu boni cõis: quia si ex aliqua causa præferatur alius, aut illa pertinebit ad negotiũ: sic quantum ad hoc magis idoneus erit qui eligitur: aut non faciet, & sic erit acceptio personarum.

5 QVINTO † an sit acceptio personarum ratione diuitiarũ, dispensare super contrahẽdo matrimonio in gradibus prohibitis? Et dicit S. Tho. 2. 2. vbi sup. quod hæc dispẽsatio fieri cõsueuit ꝑꝑ fœdera pacis conseruãda: quod quidem erit vtilitati cõi magis est necessarium circa personas excellẽtes, vnde cum ei facilius dispensatur absque acceptione personarum.

6 SEXTO † an sit acceptio personarum, si præponatur quæ excedit cõditione minus gna: qñ in pręficiendis cõditiones sunt inęquales, excedẽtes & excessæ, vt si vnus scit literas, sed est ignobilis: aliꝰ est nobilis, sed illiteratus, & ꝑferatur nobilis: Et dicit Ale. vbi sup. quod licet literatura nobilitati simpliciter ꝑferenda sit, vt in c. venerabilis, de præb. quia est necessaria in regimine ecclesię, tñ in casu põt ꝑferri nobilitas, vt arceãtur lupi ꝑ potentiã: & in casu, vt sint in corpore ecclesię mẽbra diuersa, quib. pax eius cõseruet: & sic nobiles ꝓmoueri possunt, dũmodo eis morem honestas suffragatur.

7 SEPTIMO † an sit personarũ acceptio in honoribus, si præferatur vitiosus pręlatus virtuoso laico, aut dñs seruo, aut senex iuueni, aut diues pauperi? Et dico sec. S. Tho. 2, 2. vbi sup. & in Quolibeto, quod cum honor sit testimonium virtutis eius qui honoratur: sola virtus est debita causa honoris: sed tñ aliquis honorari potest ꝑꝑ virtutẽ, nõ solũ propriam, sed etiam alterius, sicut prælati & principes, etiã si sint mali, inquãtum gerunt personã cõitatis cui præficiuntur: & eadem ratione parentes & dñi propter participationẽ dignitatis Dei, qui est omnium Pater & Dñs: & senex propter signũ virtutis, scilicet senectutẽ: licet illud sit quandoque fallax, & diuites propter hoc quod locum obtinẽt, maiorem in cõitate, & in eis cõitas honoratur, secundũ S. Tho. 10. quolibet art. 12. non aũt intuitu diuitiarũ, quia esset acceptio personarum exhibere honorẽ debitũ virtuti. ¶ Octauò, an sit acceptio personarũ, si pauper in iudicio diuiti præferatur? Et dico quod sic, ẽm præmissam deffinitionem quia iudiciũ, vt dicit S. Tho. 2. 2. vbi sup. artic. 3. est actus iustitiæ, prout iudex ad æqualitatem ducit inæqualia. ad quod facit, quod iste habet plusquã debeat, ille verò minus: non autẽ quod hic sit pauper, ille diues: sicut si Soc. ĩ te aliqua debet habere 10. & habet 15. & Plat. debet habere 10. & habet 5. ad æqualitatem cõstituẽdam confert, quod Socr. habeat v. quæ desunt Platoni, nõ autem quod sit pauper: quia quãtumcunque augeatur, vel minuatur eius paupertas, numquam erit æqualitas, nisi auferantur ei v. danda Platoni. vnde & Deus dicit Exod. 23. Pauperis quoque

que non misereberis in iudicio, scilicet prę mittendo æqualitatem iustitiæ. Illud autē Ecclesiastici 4. In iudicādo esto misericors pupillis, & similia, intelliguntur, vt personæ miserabiles ab oppressoribus iniustis defensentur, & si eis deficiunt instructores causarum suarum, suppleat iudex.

DE ACEDIA.

1 *Acedia, quæ spiritualis quadam frigiditas vel tepiditas dicta est, quasi acida, vel acetosa, eo quod huiusmodi frigida sunt: ex suo genere mortale peccatum est: quanquam & veniale quandoque sit. Et ibidem cum mortale peccatum est, cuinam præcepto diuino contraria esse dicatur.*

2 *Acedia extra filias ac species suas, quot modis mortale peccatū esse dicatur. Et quando veniale.*

3 *Acedia quot filias habeat, & quando mortalia, aut venialia peccata efficiantur. Et ibidem negligentiæ eiusdem filiæ quotuplex sit, & quam varie spectetur.*

1 ACEDIA † secundum Ric. de S.Vict. est torpor, id est, negligentia mentis bona inchoare negligentis, vel ſm Damas. est tristitia aggrauans, quæ scilicet ita deprimit animum, vt ei nihil agere libeat. vnde secundum S.Th.2.2.q.35. importat quoddā tædium operandi, & est quædam spiritualis frigiditas, vel tepiditas spiritualis, dicta quasi acida vel acetosa, eo quod huiusmodi frigida sunt. ¶Primò vero dubitatur, an sit peccatum speciale mortale? Et dico ex doctrina S.Th. vbi supra, quod tristitia prohibens ab operando semper est mala, quandoque quidem secundum se, quādo scilicet est de vero bono, quod apparet malū: sicut quando est de bono spirituali: quandoque vero secundum effectum, quando scilicet est de vere malo, sed sic hominem grauat, vt retrahat ab opere bono. Igitur acediā sēper est peccatum ſm seipsam, quia est tristitia de spirituali bono. Et est peccatum spirituale non quidē inquātū est tristitia de spirituali bono cōiter, quia hoc ꝑtinet ad omne vitium, cum fugiat spirituale bonū oppositæ sibi virtutis, similiter nec inquantū fugit bonū spirituale, vt est laboriosum vel molestum corpori, aut delectationis eius impeditiuū, quia hoc acediā nō separaret a vitijs carnalibus, quibus aliquis corporis quietem & delectationē quærit, sed inquātum est de spirituali bono, de quo spiritualis virtus lætatur. i. de diuino, de quo lætatū charitas. Et est ex suo genere peccatū mortale, si transcendat sensualitatis terminos, attingens vsque ad consensum rationis, q̄a secundum suam rationem cōtrariatur charitati, cum proprius effectus charitatis sit gaudiū de Deo, acedia verò sit tristitia de bono spirituali inquantum est diuinum. Esset tamen veniale, sicut & omne peccatū, si esset solum in motu sensuali, & similiter si sit de spirituali bono, ad quod quis non tenetur de necessitate, vt patet ibi ad secundum. Et in quantum est mortale, contrariatur, secundum eum præcepto de sanctificatione sabbati, in quo secundū quod est mortale præcipitur quies mentis in Deo, cui cōtrariatur tristitia mentis de bono diuino.

2 SECVNDO † dubitatur, quot modis sit peccatum mortale extra suas filias? Et dico q̄d in genere duobus modis. Primò, quādo inducit ad mortalem omissionem, quod tripliciter est. Primò scilicet, cū quis horret & omittit spiritualia bona ad quæ tenetur, & secūdo cum dolet se benefecisse siue nō omisisse huiusmodi bona quæ fecit, aut tertiò cum proponit in futurum omittere. Secundò verò cum inducit ad mortalem cōmissionem, puta desperationem salutis, aut contemptum beneficiorum Dei: quia scilicet nollet esse natus, aut vellet esse bestia, aut mori: non curās qualiter, modo euaderet aduersa & tristia. Est autem mortale ꝑ accidens in suo effectu, quando homo ex hoc inducitur ad corporis grauem infirmitatem: cum tamen se posset iuuare si conari vellet. Est autem veniale, quando homo quidem in operando attediatur: sed tamen ea, ad quæ tenetur, non omittit, nec contra præceptum aliquod committit. Videtur autem hęc tenere Sum. Rosel. quod acedia sit mortale, quando inducit negligentiam cōtemnentem quæ Dei sunt, & dicitur procedere negligentia ex contemptu, quādo est in consuetudine: vt si quis consueuit non dicere horas suas deuotē: sed de hoc infra. Contemptus: & infra, Negligentia.

3 TERTIO † dubitatur, quæ & quot sint filiæ eius, id est vitia quæ nascuntur ex illa, & quomodo sunt peccata mortalia, aut venialia? Et dico secundum doctrinam & mentē S.Th. in diuersis locis, quod sunt sex. prima scilicet malitia, qua bona diuina cōtemnit: & est mortale. & secunda rancor, id est, displicentia hominum inducentium ad spiritualia: & est veniale, nisi superueniat odiū: & tertia pusillanimitas, quę cōsistit in subtrahendo se a bonis quę fieri potuissent ti-

more deficiẽdi:puta a ieiunijs,religione,& huiusmodi & est veniale,nisi illa bona esset in præcepto,& quarta est desperatio, q̃ est mortale: vt patebit, & quinta negligentia agendorum. Quæ est multiplex.s.negligentia circa opera misericordię:& est mortale aliquando,vt dicetur in tit.Elemosina. Et negligẽtia addiscendi necessarie ad salutẽ, quæ aliquando est mortale,licet hoc iudicare sit difficile. Et negligẽtia procurãdi sacramẽta suæ familiæ:quæ est peccatũ mortale,si quem permittit ex negligẽtia notabili mori sine baptismo,vel cõfessione maxime vbi decedens indigebat huiusmodi. Et negligentia faciendi correctionẽ fraternam,de que infra,& confitendi,& communicandi semel in anno,& huiusmodi:de quibus in suis locis. Et sexta filia est euagatio mentis in oratione: quæ est veniale peccatum, nisi in eo qui tenetur ad officium, in quo potest esse mortale:vt inf.Horæ.

De Actione Actore,& Actu.

1 *Actio num ab Imperatore idoneè ac sufficienter definita sit.*

2 *Actio in genere duplex: est cui ex Pan.tertia adducitur species.*

3 *Actio dupliciter sumitur, & præter id quãdoque tertio modo consideratur.*

4 *Actiones reales, vt pro diuersis rebus competunt, ita & variam appellationem sortiuntur.*

5 *Actor quisnam dicatur.*

6 *Actionum personalium alia bonæ fidei, alia stricti iuris. Et quænam sint vtraque. Et an actio cedi possit remissiue.*

7 *Actũ seruitutem realem esse, & in quo consistat.*

1 ACTIO† est ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur. Instit. de actio. in princ. vbi secundum Azo.in Sum.hoc verbum,debetur,sumitur largè,vt dicatur res debita tibi,quam petis vt tuam,siue rei vẽdicatione actione commodati, siue depositi. Sed quia ista diffinitio comprehendit solum actionem personalem seu in personã, vt patebit:quia quod tuum est,tibi non debetur,sed petis vt tuum.ideo secundũ Azo. & Gofred.actio est ius ciuile,vel prętoriũ, quo debitum a te exigere possum,vel petere rem mihi restitui.

2 EST† autem in genere actio duplex,prima realis,vel in rem.s.quæ est contra quem dirigitur, non supponit obligatum: sed ideo competit, quia contendit non restituere is contra quem dirigitur: sicut tu intrasti violenter domum meam, & ego peto possessionem meam, quam occupas: & tu nullo iure es mihi obligatus, cum nec mihi promiseris,nec contraxerim tecum,sed tantũ te conueniam.quia res mea apud te est.Secũda est personalis vel in personam, illa.s. quæ illum,contra quẽ dirigitur,præsupponit debitorẽ obligatũ ex contractu,vel maleficio,seu ex varijs causarũ figuris. Et ista datur ẽt ad rẽ, sed præsupponit obligationem personę:vt si vendidisti mihi domum, vel locasti librum, obligaris mihi ex cõtractu,licet agã ad rem,i.domũ,vel librũ. Additur sec. Pa.in c.Ecclesia.el 2.vt lit. pen. actio tertio in ista.de qua vide inf.Lis.§.5.

3 IGITVR† actio sumitur dupliciter scilicet strictè:& significat ius prosequendi ortum ex obligatione:& sic conuenit solum personali,& latè significat iurisdictionem iudicis: & ita non solum personales,sed etiã reales actiones significat. adde tertiò & latissimè, & significat iudicis officium, quomodo querela inofficiosi testamẽti dicitur actio.ff.de leg.1.l.cum filius facit l.actionis verbo.de verborum sign.

4 ACTIONVM† autem realium quædã competunt pro rebus corporalibus: & sic hẽt locũ rei vendicatio:aliæ pro iuribus incorporalibus,& seruitutibus acquirẽdis,& sũt duæ.s.confessoria,quæ competit dicẽti habere se ius, vel seruitutem transeundi per fundum alienum: eundi,vel agendi, vel ad altius ædes suas leuandi, & huiusmodi: & negatoria quæ competit neganti,vel asserenti oppositum, vendicando sibi libertatem.Inst.de actioni.§.æquè sig.

5 ACTOR† autẽ est, qui agit & pulsat alium rem aliquam ab ipso petens in iudicio. ff. de iud.l.in tribus.ff.si.reg.l.iudicium.

6 ACTIONVM† etiã personalium, quædam sunt bonæ fidei:vt emptionis,& venditionis,& aliorum contractuum, nu.16. qui enumerantur.Inst.de act.§.actionum, & ponuntur in gl.de excep. cũ venerabilis.q̃ dicuntur bonæ fidei, quia in eis maximè dẽt exuberare bona fides,& in eis veniunt oĩa accessoria,& ea de quibus nõ est cogitatũ, vt ĩ emptione,& vẽditione, ꝗ & id expresse nõ est actũ.s.damna & interesse post morã,q̃ dẽnt restitui. Aliæ verò dicunt stricti iuris,vt actio ex mutuo,ex stipulatu,q̃.s.nascit ex stipulatione de re certa ĩ genere,incerta spẽ,ex arbitrio,& cõsimiles,& in his nõ venit accessoriũ:nec ea de q.b.nõ est cogitatum,vt notat Bernar.in glo.præallega.

nec damna & interesse à tempore more. Vtrum autem possit quis actionem cedere, infrà Lex. §.8.

7 ACTVS † verò est quædam seruitus realis in fundum, qua quis potest per illum, nõ solum ambulare per se, sed etiam iumentum, & vehiculum, vel quadrigam, secum ducere ff, de serui.rust.prædio.l.1.versic.actus.& l.in actu & Inst. eo.§.actus.

De Accusatione & Accusato.

1 *Accusatio quid sit. & an S.Th.definitio bona sit.*
2 *Accusatio quomodo fieri debeat. Et quid publice infamatum accusat, an si in probatione deficiat, num talionis, aut calumnia pœna puniendus sit.*
3 *Accusare num quis teneatur. Et cũ id licet, num oporteat monitionẽ precedere. Et quid sit peccatũ secretum sit, aut sub secreto sumptum, remissiue.*
4 *Accusationem proponere quis possit. Et an clericus ad vindictam publicam, etsi non subsecutura sit sanguinis pœna, accusare possit.*
5 *Accusare volens, qua ratione id facere debeat vt peccato non sit obnoxius. Et sub hac, num pactum vel iuramentum de non accusando efficax sit.*
6 *Accusatione semel cœpta, nũ quis desistere queat. Et sub inde quot modis accusatio iniusta reddi possit.*
7 *Quis pœnitentiam de peccato egit num accusari valeat. Et quid si semel accusatus, an denuo accusari queat.*
8 *Accusatus, num accusatori, vt ab accusatione desistat, aliquid dare possit. Et quia materia hac subdifficilis est, in tria causarum genera deducitur. Et inter hac, num in crimine publico transigere liceat. Et quid si transigatur, an teneat transactio.*
9 *Accusatus temere ac falso, num accusanti iniuriam remittere possit. Et quid in principe, an id remittere debeat.*
10 *Accusatus in iudicio, num si veritatẽ neget, mortaliter peccet. Et tandem, quando iudex veritatẽ inquirere, secundum iuris ordinem dicatur.*
11 *Accusato, num se, vel per calumniam defendere ac tueri liceat. Et an saltem appellando, iudicium deuitare ac subterfugere possit.*
12 *Accusatus & morti ad dictus, num se defendere aut alioquin confugere queat. Et num tunc ad carcerem redire, presertim si id iurarit, teneatur.*

1 ACCVSATIO † secundum mẽtem Azo. in Sum. est delectatio rei de crimine ĩ libello ad vindictam. Secundum autem S. Th.2.2.q.68.est delatio rei de crimine in libello ad vindictam propter bonum commune. & hæc diffinitio est melior: quia ad vindictam etiam tendit denunciatio, licet sine libello: sed ipsam vindictã denũciator ordinat ad fratris emendationẽ, accusator vero ad bonum commune. Secũdũ aliquos autem ista opinio S.Th. quæ addit propter bonum commune est falsa, quia etiam accusatio quandoque fit propter bonum priuatũ, vt habetur in tit.de accus.ff.& C. & denũciatio ẽt fit ad remotionem à benefieio, & propter bonũ cõe: vt habetur in multis locis, vt potest ẽt videri ꝑ Abbatem & Fel. in c.inquisitionis.de accu.& in c. nouit. de iud. sed S. Th. loquitur de accusatione non ordinata ad restaurandum interesse accusantis: sed solum ad puniendum delictum, vnde secundum enm non debet fieri nisi in peccatis vergentibus in damnum commune, vel diuinum, virtu.q.3.art.2.& 7.

2 PRIMO † vero q̃ritur, quomodo fieri debet accusatio? Et dico, ꝙ primò fieri debet in scriptis.2.q.vlt.qui crimen, ꝙ tñ semper non est necessarium: puta in crimine leui. ff.de accu.l.seuia & in notorijs: cum in huiusmodi nec accusator requiratur de accus. euidentia. secus in non notorijs, licet manifesta sint.11.q.3.eorum. Secundò, fieri debet cũ in scriptione, scilicet qđ accusator se obliget ad pęnã talionis.2.q. vlti. quisq̃s & q.3.calũniator.& ca.qui nõ probauerit. exceptis tñ quibusdã casibus: vt in crimine leui, ẽt in crĩe apostasiæ: & cũ maritus accusat vxorẽ de adulterio, s. quo ad separationẽ thori, & similibus: & tñ ẽt si accusator nõ inscribat, ex natura accusationis huiusmodi pęna calũnię venit, C.de accus.l.fi. Sed tñ Bar.in l.2.C.si.ser.vel li.dicit, ꝙ accusans publicè infamatũ, & in ꝓbatione deficiẽs, puniri nõ debet pęna talionis, vel calumniæ, accusante infamia præcedente, qđ menti commendandum est sec.Pan.in c.cũ contingat, de rescr. vdi ẽt dicit qđ fama inducit iustam credulitatẽ, vnde habẽs notitiam ex fama habere dr̃ ex causa probabili, & idẽ sentit gl.in c.inquisitionis, de sent. excom. Tertiò, accusatio debet exprimi viua voce & præsente accusato.2.q.vlt. præscripta Concordat prædictis Alb. & idem notatur in Sum.Conf.li.2.tit.5. Quomodo autem differantur notorium, & famosum & manifestum infra. Notorium.

3 SECVNDO † quæritur, an aliquis teneat accusare. Sum.Ang.adducens multa iura dico, qđ nemo accusare tenetur, nisi sec.Bar. in homicidio: imò, inquit, accusare vr̃ esse cõtra illud diuinũ, præceptũ, Dimitte nobis

bis debita noſtra. Cõtrariũ ſentit. Supp.& Sum.Ro.& forte omnes doct. ordinis eius. & hoc rationabiliter : q̄a ſine accuſatione aliquando ſaluari non poteſt integritas ani cõis,vt quando iniquitates emendari aliter nõ poſſunt.Vnde & S.Th.vbi ſup. dicit. quod homo tenetur accuſare,ſi crimẽ vergat iu detrimentũ ſpirituale,vel corporale reip.dummodo ſufficienter probare poſſit, non autem tenetur, ſi non redundat in multitudinem,aut ſi haberi non poteſt probatio ſufficiẽs : quia nullus tenetur ad id ꝙ debito modo ꝑficere nõ poteſt. Hæc ex S. Th. qui talem concluſionẽ habet tanquam certisſimã,vnde probationem nõ adducit, niſi authoritatẽ ſcript.Leui.v. quãdo adducit arguendo in oppoſitũ. Deceptus eſt autẽ author illius Sum.quia illa,quæ adducit, loquuntur ſecundum iura ciuilia , aut forũ contentioſum, ſed aliter eſt ſecundum conſcientiam;verbum autem Domini intelligigitur de peccatis, in quãtum ſunt in perſonã propriam.¶ Tertiò, vtrum accuſationẽ debeat præcedere monitio.Et dicit S.Tho. in 4.di.xix.q.2.art.3. q.1. ad quartum quod ſm aliquos ad accuſationem procedi non debet ſm forum cõſcientiæ non pręmiſſa monitione,& emendatione expectata,niſi forte maiori periculo obuiãdum videatur aut peccatũ ſit publicũ : quãuis ſm forum cauſarũ,non requiratur,quod accuſationẽ præcedat monitio,ſed ſolũ inquiſitio: quæ eſt facienda,niſi de notoria: quia oportet, quod inquiſitionem præcedat clamoſa inſinuatio,ideoq; ſecreta monitio nõ requiritur,de neceſſitate.Vel dicendũ ſm alios, ꝙ in accuſatione nõ agitur ad emendationẽ peccãtis,ſed ad bonũ cõe,ſ.iuſtitiã conſeruãdã ꝑ punitionẽ delinquẽtis : ideo accuſatio i iudicio bona cõſciẽtia fieri poteſt,ẽtſi admonitio nõ p̄cedat.nec eſt cõtra p̄ceptũ Dñi de correctione fraterna,ꝙ intelligitur qñ agitur ad emẽdationẽ peccantis, hæc ille. Qui iudicio meo tenet primã opinionẽ tanquã conformem mandato Domini, ſm A oportet prius procedere ad emendationẽ peccantis , quã ad iuſtitiã cõſeruandã,ſi ſperetur emendatio, & periculũ non ſit in mora:& hãc ẽt ſequitur Sup.Sũ.nũt Angl. tenuit opinionẽ ſecundã:ſed omnia iura q̄ allegat,loquũtur in foro cauſarũ ſine cõtẽtioſo.Veritas autẽ eſt, ꝙ ẽt ſecunda opinio eſt vera,qñ accuſatio expedit bono cõmuni, q̄ p̄ ponderat particulari : vnde ſi poſt pænitẽtiã,& correctionẽ licet accuſare,vt ine.§. ix. multo fortius ante ex nõ expectata.Quomodo aũt peccatũ ſecretum ẽt ſumptũ ſub ſecreto aliquãdo ſtatim ſine monitione publicari poſſit infr.Teſtis 3.

4 QVARTO † q̄s poſſit accuſare? Et dico, quod ſi crimẽ eſt priuatũ,regulariter ſolus ille cuius intereſt:vt videtur velle gl.in l.fi. ff.de priu.del.ꝙ limita,niſi pro illo imponi debeat pœna pecuniaria fiſco applicanda, quia tunc ad accuſandum admittitur quilibet de populo,ſec.gl. Dy.& Bart.in rub.licet Bal. cõtrariũ teneat in l.aduerſus.C.de furt. Si vero crimẽ eſt publicũ , admittitur quilibet nõ prohibitus ſpecialiter lege,vel ſtatuto aut cõſuetudine tñ in duobus caſibus admittit:primò qñ ſuã,vel ſuorũ iniuriã proſequitur vt no.in l.fi.ff.de priuat. delic.& in l.fi.de iniur.ſecundò,qñ delictũ nõ eſt cõmiſſum contra perſonã: vt puta ſi ſtatuto cauetur,vt blaſphemus,vel noctu vadens puniatur in decẽ:tũc quilibet ad accuſandũ admittit:vt no.Bar.& Ioã.de Im.in l. 1.ff.de pub.iud.& Bar.in l.lex Corn.§. ſi q̄s ff.de iniur.Circa ꝙ multa dici poſſent quæ omitto. quia ad forũ animæ non pertinet. Cleric tñ ad vindictã publicè accuſare non debet,ẽt ſi pęna ſanguinis non venit imponẽda: facit cap. ſicut ſacerdotes 2.q.7.quia huiuſmodi odioſis ſe immiſcere non debet ſec.Pan.in c.cũ Pan.de accu.ſed ſi proſequitur iniuriã ſuã,poteſt, etiã ſi venit imponẽda pæna ſanguinis ſec.Pa. vbi ſup.dũmodo dicat,ꝙ nõ intẽdit accuſare vt pęna imponat.& tex.eſt clar9 ĩ c. p̄latus de hom.ib.7.

5 QVINTO † qua intentione debeat quis accuſare vt ſine peccato accuſet?Et dico ꝙ propter communẽ bonum, vt cæteri quietè viuãt.23. q.5. nõ fruſtra vel propter ſuũ intereſſe:aliàs tale erit peccatũ qualis & inordinario intẽtionis , ſ.mortale,ſi ex odio principaliter vel alio iniquo fine. veniale aũt, ſi aliqua paſſio fragilitatis adiungatur prĩcipali intẽtioni,ar.c.accuſati,de accu.& 2.q.7. ſi qui ſunt , non tñ ꝑꝑ hoc ad aliquã reſtitutionẽ tenetur, ſed ſolũ ad pœnitentiã de peccato.¶ Sextò, vtrum pactum vel iuramentũ de non accuſando teneat? Et dico ſecundũ tex.iuncta gl.in c. quemadmodũ de iureiu.quod reſpectu criminis iã cõmiſſi paciſci poteſt ne de eo.agatur.& Pan. dicit caſũ eſſe clarũ.ff.de pact.l.ſi vnus.§.pacta.& cõſequenter hoc licite iuratur. ſed tamẽ ſi per hoc quis pecuniã accipere , turpi

ter acciperet & restituere tenetur de cōsilio: quia moueri debet ad nō accusandū ex charitate sperās emēdationē, nō ex cupiditate. De hoc inf. Concussio. Respectu verò criminis cōmittēdi Sum. An. indistinctè dicit pactū de nō accusando nō valere: & cōsequenter si hoc iuretur, est peccatū mortale. Pan. aūt ia d.c. quemadmodum melius loquitur vistinguendo: quia quantū ad crimē comittēdū, respectu accusationis criminalis nō valet pactū nec iuramentum, quia præstat materiā peccādi: vt in d. §. pacta. & §. illud sed respectu accusationis ciuilis, vt ad diuortiū celebrādū, ad cōmodū mariti i adulterio vxoris, est casus dubius: & credit ꝙ simpliciter pactū nō valeret: sed si interuenit iurm, est dubium, hæc ille, cū multis alijs, Veritas est, ꝙ nō licet pacisci vel iurare de non accus. in futuris, sic ꝙ hoc possit esse impeditiuū boni, aut ꝓmotiuū mali. Sed aduerte ꝙ ratio diuersitatis ẜm eū in ꝓterito & futuro delicto est, quia i vno præstatur materia peccādi, & nō i alio: vel est qa in pręterito scimus an debeamus sperare correctionē, nō i futurū: cū de ꝓsenti dispositione peccātis iudicem⁹, nō de futura: vnde qñ nō accusare respectu præteriti est causa delinquendi, qñ scilicet nō adest spes correctionis, nō licet pacisci aut iuraret de nō accusando, Aduerte ēt, ꝙ multo fortius restituere deberet, q pecuniā acciperet de nō accusādo respectu criminis ꝑpetrandi, vel ꝓ accusando calūniose, 1. q. 1. iubemus.

6 SEPTIMO, † vtrū quis desistere possit ab accusatione icepta? Et dico quod desistere tenetur omni modo possibili q videt accusatū esse innocentē 2. q. 3. si quē. si verò eū nō cognoscit īnocētē, pōt desistere si vult in foro cōscientiæ ex charitate licet nō ex pręmio: vt no. gl. in c. 1. de collu. sed quo ad ad impunitatē fori cōtētiosi, hoc non pōt, nisi in certis casibus: de quib. vide Bar. in l. quæsitū ff. ad Turp. & Pā. in c. licet: de accu. ẜm S. Th. autē 2. q. 58. art. 3. ad tertiū potest quis iustè desistere, si in processu falsum cognouerit, id de quo accusauit, aut si princeps, ad quē pertinet cura boni cōis, accusationem aboleuerit. ¶ Octauò, quot modis accusatio reddatur iniusta? Et dico qđ tribus, ẜm S. Tho. 2. 2. vbi sup. & Gratianū 2. q. 3. & in l. 1. ff. abo. ¶ Primò calūniando, qñ s. falsum crimē imponitur: & tali de omni danno illato primò tenetur. vt in ca. vlt. de call. peccat mortaliter 22. q. 2. c. 1. ¶ Secū-

do tergiuērsando, qñ s. accusator in totum a lite recedit sine licētia iudicis: quod in foro cōscientiæ intellige, si aliquo fine malo fecit: secus si intelligit innocentem, vel ex compassione quod aliquando licet, in foro autem contentioso punitur 5. lib. auri ff. de preuari. l. 3. Tertio præuaricando, qñ s. cum reo colludit adiuuās partem aduersam falsas probationes adducendo, veras dissimulādo, & huiusmodi: & talis iudicis arbitrio punitur, vt in l. 1. & 2. ff. de præuar. licet in conscientia talis non peccet eo casu, quo posset ab accusādo desistere: nisi vtatur falsitate, vel huiusmodi prohibitis. De his autem habes in l. 1. ff. de aboli. & in l. ff. ad Turpil. & infr. collu.

7 NONO † vtrū possit quis aliquem reum accusare, postquā de suo peccato egit pęnitentiam. Et dicit Inno. in c. de his de accus. quod sic. Et idem tenet ibi glo. Et ratio est quia per pænitētiā satisfit Deo: sed per punitionē impositā in iudicio satisfit rei pub. vt cœteri timeant, viuantq; quietius, & facit C. de aposta. l. hi qui. ¶ Decimò, vtrum semel accus. de eodē possit denuo accusari. Et dico ꝙ non vt in ca. de his de accusa. quia delictū vnius hoīs sæpius queri nō debet. ff. nau. cau. sta. licet. § vlt. 35. q. 9. veniā. fallit in duobus casibus. ¶ Primò si secūdus accusator doceat primū p̄æuaricasse. ff. de præua. l. 3. ¶ Secundò, si suū dolorem prosequēs ignorat accusationē institutā ab alio. l. si cui ff. de accus. vide in gl. d. c. de his.

8 VNDECIMO, † vtrū accusatus possit sine peccato dare aliqd accusatori, vt ab accusatione desistat? Et dico hāc materiam esse difficilē: sed viso Inn. de collu. in c. crimina. & gl. & Pan. in eo. ti. c. 1. vbi multa valde loquitur de hac materia, sic dici potest. A lite vel accusatione multipliciter qs discedere pōt, primò auctorit. vel motu ꝓprio: qa s. sic sibi placet. secūdo ꝑ grām ad ꝑces, s. rei, tertiò per transact. aliquo s. sibi dato vel retēto ꝙ est proprie trāsigere vt in v. sup eo. de transf. quartò ꝑ absolutionē, impetrādo s. à iudice facultatē recedēdi; & abolitionē siue deletionē: vel cassationē accusat. ex aliqua cā, puta quia ex ira vel per errorē accusauit: vel ex aliqua legitima cā: vt i l. 2. C. de abo. Ad qsitū aūt dico, ꝙ sec. Inn. & gl. in c. 1. de col. dete. i verbo grām, & causarū tria sunt genera, ciuilis s. crimin. & spiritualis. Pan. tñ in 1. c. de collu. causas diuidit ꝑ ciuilē, criminalem, & sub ciuili ponit spiritua-

lem & popularã,quã etiã tangit Inno.à cã vel accusatione ciuili pecuniaria recedere licet sec.Inn.per gratiam & per transactio nẽ iudicis auctoritate, & sine ea ante litis contestationẽ, & post.Pan. tamen dicit, ꝙ post oblatũ libellum,& a fortiori post litis cõtest.nõ licet recedere propria auctorita te,nisi vellet renũciare liti & causę in totũ: vt i l.postquã litis.C. de pact. sed solũ licet per transact.aut gratiam,excepta tñ famo sa actione, ẜm Inn.& Pan. vt actio furti,in qua sine iudicis auctoritate transigere nõ licet.ff.de his qui notan.infam.l.furti.§. pa ctus vel vt adit.Pan.nisi sit talis cã,quæ non dependeat a libera voluntate litigantiũ, & sub hoc mẽbro comprehẽdi põt cã matri monialis,In cã verò spirituali, siue inquisi tionis, siue denũciationis sie rebus spiritua libus,ex causa licet ꝑ gratiã discedere, sec. Inn.sed sine causa discedẽs punitur.1.qõ 7. qua propter.arg. de calũ.c. fi. Per transact. aũt nunquam licet:vt extrà,de decimis, in telleximus, & no.de trans c.2.In causa aũt populari,id est,ꝙ populũ tuetur.l.2.de po pul.act.trãsfigere non licet,nisi deferendo iuramentum: vt in l.eum qui.§.in populari bus.ff.de iureiur.In criminali verò quando de crimine agitur criminaliter, & non ci uiliter,ante inchoatã accusationẽ:puta an te inscriptionem ad pœnã talionis,licet in scriptio alia ꝓcesserit.potest qs desistere ꝑ gratiã:vt in eo §.pactus.& ff.ad Turp.l.mu lier.& l.quæsitum non autem proprio mo tu si præcessit inscriptio alia. secundũ Pan. post inchoatam vero accusationem non li cet discedere sine iudicis auctoritate,& si ne cõsensu rei nisi intra xxx.dies sed nec in ter illos si fuit tormentis mancipatus.D.de aboli.l.2. vel per accusationẽ infamatus.6. qu.1.quidam,& si aliàs destiterit, incidit in Turp.idest:punitur quinq; libris auri,& in famia,si intẽdit publicũ crimẽ.C.ad Turp. l.1.Si verũ crimẽ est priuatũ,punitur extra ordinariè iudicis arbitrio.ff.ad Turp.si qs. nec est infamis ẜm gl.i c.1.de coll.sed aliud sentit gl.i n c.si quem pænitet.2.q.3.& facit tex.in l.2.D.ad Turd.qui loquitur indistin ctè.Quæ autẽ dicantur publica, & quæ pri uata delicta,infr.Crimen. Transigere autẽ in crimine,publico nõ licet,& si fiat transa ctio nulla est, & accusatus habetur pro cõ fesso.C.de trans.l.trãsigere.ff. de ꝓuari.l.in omnibus,nisi tale sit crimen, ꝙ irroget pæ nam sanguinis,quia licet tũc transige re,& sanguinẽ suũ redimere qualitercũque, nisi in adulterio.ff.de bo.eo.l.1.vel nisi irroget pænã perpetuæ detrusionis,quia etiã tunc licet sec.Pan.vbi sup.In alijs autẽ vbi pęnę huiusmodi non irrogantur, trãsigere nõ li cet.2:q.3.si quẽ.§. præuaricator ibi in om nib. & hoc nisi crimine falsi: vt in d.l.tran sigere.quia cõuictus de falso est quasi mor tuus,cum nulla ei fides adhibeatur. Et hoc est verũ,quæcunq; pena veniat imponẽda, ẜm Bart. & multos alios in d. l. transigere. Et per hoc tenet Pan.idẽ licere, vbi impo nẽda est pęna quasi similis pęnæ sanguinis, quæ iure canonico nõ īfertur: vt qñ potest quis tradi curię seculari: Et hoc vr̃ tenere Go.in Sũ.de transf.& :dẽ putat in pęna per petuæ detrusionis sicut tenet,inqt,do.Ca. in c.si.de transf.Vnde Inno.dicit in ti.de ac cu.quod idẽ pœna æquiparatur morti,cõ trariũ tamen tenuit do.An.in c. 1.de collu. in criminibus autẽ priuatis videtur senti re gl.in d.ca.1.ꝙ transf.admittitur indistin cte:& idẽ vr̃ tenere Inn. qui allegat aliquos sic sẽtire. nec reꝓbat. Vbi aũt in criminali vel spirituali aliter q̃ debet accusator desi stit iudex nihilominus sec.Inn.ex off.inqui ret, vt de collu.per totũ C.de aboli.l. indul gere, & l.3. vbi autẽ vult iudex iusta cã di scedere, indulgebit.C.de abolli.l.1. 2. & 3. Quid aũ t operetur transf.vide Pan. vbi sup.

9 DVODECIMO, † vtrum falsò accusatus possit accusanti remittere iniuriã? Et dicit S.Tho.2.2.q.68.quod sic, maximè si accusa uit non calumniose, sed ex animi leuitate: qa accusato specialiter iniuria facta est: si vero accusator ab accusatione ꝑꝑ collusio nẽ desistat, iniuriã facit reip. & hoc accusa tus ei remittere nõ põt,sed ad principẽ ꝑti uet habentẽ curã reid.Et idem no.in Sum. confes.l.2.ti. 5. Princeps quoque sine iusta cã remittere non debet, quia interest reip. ne crimina remaneant impunita. ff. ad l. Aqui.l.ita vulneratus & de sent.excom. vt famæ & quia facilitas veniæ incentiuũ tri buit delinquendi 24.q.4.est iniusta.

10 TERTIODECIMO,† vtrũ peccet morta liter accusatus negãdo veritatẽ in iudicio. Et dicit S.Tho.2.2.qu.69.art.quod tenetur iudici exponere veritatem, quã exigit ab eo secundum formã iuris,de quo infr.Con fessio criminis, & ideo mortaliter peccat nolendo cõfiteri,aut mẽdaciter negãdo.Si vero iudex exquirat quod non potest secũ dum ordinẽ iuris,non tenetur ei accusatus

respon-

respondere, sed põt per appellationẽ vel aliter licite subterfugere, mẽdaciũ tñ dicere nõ licet, hæc ex illo. Sed ĩtellige, qđ ĩ primo casu qñ iudex iuridice ꝓcedit, tale mẽdacium non ideo est mortale, quia mendaciũ in iudicio, alioquin igsum tacere vel nõ confiteri non esset mortale, sed ideo ꝗa contra debitũ iustitiæ: sed in secundo casu, qñ .s. iuridice non procedit, vel quia accusatus non est ei subiectus simpliciter, vel in hoc casu, aut quacunqne alia causa, tunc licet mendaciũ sit illicitũ, non est tñ mortale, quia nec contra debitum iustitiæ, nec est in iudicio verò, sed in vsurpato, imò non erit etiam veniale, si rñdendo cautelose, & vt aiũt, sophisticè, dicat aliquid falsũ apud sensum iudicis, & apud suũ verũ: ꝗa eo casu cũ non sit eius subditus, non tenetur dicere veritatẽ ad eius intentionẽ. Rationem dictorũ assignat Hen. de Gan. ꝗa si quis tenetur celare crimen fratris occultũ, multo magis suũ. Addit autẽ dictis S. Th. Sum. Cũ ses. vbi sup. quod tũc iudex veritatẽ reꝗrit ẜm ordinem iuris, cũ præcedit infamia super crimine, vel apparẽt iudicia, vel p̃cessit probatio semiplena. sed intellige supposita iudicis auctoritate iuridica. Si tñ agatur ad pœnã spiritualem, vide inf. Confessio. §. 1.

II QVARTODECIMO, † vtrũ liceat accusato se calumniose defendere? Et dicit S. Th. vbi sup. quod nõ nã in causa criminali iuřm de calumnia præstandnm est, vt in c. inhærentes, de iur. cal. Accusato igitur licet se defẽdere vijs licitis occultãdo veritatem, q̃ cõfiteri, nõ tenetur per aliquẽ licitum modũ puta non respondendo, ꝗa hoc nõ est calũniose se defendere, sed euadere prudenter, nõ aũt licet ei dicere falsum, nec tacere veritatẽ q̃ tenet̃ confiteri, nec adhibere fraudẽ aliq̃ vel dolũ, q̃ habent vim mendacij, & hoc est calũniose se defendere. Adde quod ẽt est calũnia appellare: vt ex mora declinetur iusta sñia, ꝗa est nolle fateri. Cõcor. Rich. in 4. di. 15. ¶ Quintodecimò, an liceat accusato appellando iudiciũ declinare? Et dicit S. Th. vbi sup. quod sic, qñ fit ex confidentia iustæ cãæ, quia .s. accusatus iniuste grauatur a iudice, secus si ꝗa appellat cã af ferẽdæ moræ, vt dictũ est. 2. q. 6. quicũque.

IV SEXTODECIMO, † an liceat accusato & condẽnato ad mortẽ se defendere aut fugere? Et dicit S. Th. vbi sup. ar. 4. qđ si fuit iuste dãnatus, ei se defendere nõ licet, ꝗa cũ sit licitũ iudici resistentẽ impugnare. illicitum est bellum ex parte resistẽtis, si verò fuit condemnatus iniuste, resistere licet, ꝗa tale iudicium simile est violẽtię latronum, nisi propter scandalũ vitandũ: cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur. Et si contra arguatur de fuga q̃ est licita: dico nõ esse simile. Vnde ibi ad primũ sic ad hoc dicit S. Th. Nullus ita condemnatur, quod ipse sibi mortem inferat, sed quod mortẽ patiatur, vnde nõ tenet̃ facere illud, vnde mors sequatur, quod est manère in loco vnde ducatur ad mortẽ, tenetur tñ non resistere agenti, quin patiatur quod iustũ est eũ pati, sicut ẽt si quis condẽnatus, vt fame moriatur, non peccat sumẽs cibum occulte oblatũ, quia nõ sumere esset seipsum occidere. Dicit tñ Hen. de Gan. quodli. 9. quod non licet ei carceres effringere, aut inferre iniuriã rei, suꝑ q̃ iudex habeat ius, vide ẽt inf. Fugere. ¶ Decimoseptimo an teneat̃ accusatus, & forte condẽnatus ad mortẽ redire ad carcerẽ, si hoc iurauit? Et dicit Pan. in c. si verò, de iureiu. qđ qui hoc iurauit, tenet̃ obseruare iuřm, ẽt si subsit periculũ mortis, dũmodo carcer nõ sit iniuriosus, id est, cõtra iura & idẽ vř tenere gl. in cle. pastoralis. de sen. & re iud. in verbo, per violentiã, nisi mors esset iniuriosa. De materia autem accusationis tangitur inf. inquisitio. §. 2. De accusatione autem contra matrimoniũ infra. Matrimo. 7. & 8. per totum.

DE ADIVRATIONE.

1 *Adiuratio quid sit vbi luculenter describitur: quotuplex autem, ibidem apertè traditur.*

2 *Adiurare quidpiam num homini liceat. Et an Deum & Angelos adiurare possit. Et quid de dæmonibus.*

3 *Exorcizanti dæmoniacum, num dæmon, vt nomen edat, societatem & vexandi causam designet & huiusmodi num adiurare liceat. Et quid si illi curiosa, & ad expulsionem nihil facientia imperet.*

4 *Adiurare creaturas num liceat irrationales.*

5 *Adiuratio illicita, num omnis mortale peccatum fiet.*

1 ADIVRATIO † ex mẽte S. Th. 2. 2. q. 90. & Ric. in 3. dist. 37. ar. 3. q. 2. sic diffiniri potest: Adiurare est aliquam personam, vel rem imperando, vel obsecrãdo inducere ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ex inuocatione alicuius sacræ rei: sicut Apostolus Rom. 12. adiurat Romanos dicẽs: Obsecro vos per misericordiam Dei, &c. & Ecclesia adiurat Christum, dicens: Per

crucem

crucẽ tuã, &c. Adiuratio, licita, est adiuratio deprecatiua ad oẽs subiectos, & non subiectos, vel imperatiua ad subiectos. Adiuratio illicita est adiuratio imperatiua ad nõ subiectos, sicut adiurauit Christũ Caiphas, dicens: Adiuro te per Deum viuum &c.

2 PRIMO, † verò quæritur, vtrum homini liceat aliquid adiurare? Et dico ex doctrina S. Th. ibi, quod sic: quia sicut homo iuramento promissorio seipsum obligat ad aliquid faciendum ob nominis diuini reuerentiam, quod est se immobiliter ordinare ad aliq̃d agendum: ita potest ad aliquid agendum ordinare alios superiores .s. deprecãdo inferiores aũt imperãdo, & vtranq; ordinationẽ per aliquod diuinũ cõfirmare, quod est adiurare. Sed tũ adiuratio erit illicita, si q̃s intendat alium sibi nõ subditum ordinare ad aliquid, imponendo ei necessitatẽ, sicut si sibi imperatiuè imponere posset: quia in alium vsurpat sibi potestatem q̃ nõ habet. ¶ Secundo, vtrum liceat homini adiurare Deũ? Et dico ex doctrina eiusdem, q̃d Deũ, sicut & omnẽ hominẽ superiorem, licet adiurare deprecatiuè, vt patet ex dictis: sed tñ aliter ad Deum, & aliter ad hominẽ vtimur adiuratione: quia homines adiurando immutare intendimus ad aliquid agẽdum ob reuerentiam sacræ rei: non aũt Deũ, cuius volũtas est immutabilis: sed intendimus a Deo aliquid obtinere per æternam eius volũtatẽ: nõ ex nostris meritis, sed ex eius voluntate. ¶ Tertiò, vtrum liceat homini adiurare Angelos bonos: puta dicendo, adiuro te Michael Arcãgele per diuinã bonitatẽ, vt mihi præstes auxiliũ. & dico, q̃d sic, deprecatiuè, sicut & homines superiores quia cũ sint conciues nostri, licet nobis eorũ suffragia expetere, & aliquid diuinũ interponere ad mouẽdũ, sicut & circa Deũ dictũ est: licet aliter hoc fiat hic, & ibi: q̃a Deum inuocãdo interponimus aliquod diuinum non ad mouendum, seu inducẽdum Deum immobilẽ, sed ad mouẽdum nos, vt vehementius petamus, & petendo expleamus, q̃ Deus ordinauit. Inuocãdo aũt angelũ interponimus sacra, vt & nos excitemus & illũ moueamus, commemorando ea, p̃p quorum amorem: & contemplationẽ libẽter operatur. ¶ Quartò vtrũ liceat homini adiurare dæmones. Et dico ex doctrina S. Th. vbi sup. q̃ñ si eos qui adiuret deprecatiuè, est illicitum: quia hoc ad beneuolentiã & amicitiam pertinet, qua nos vti ad dæmones nõ licet, similiter si quis eos adiuret imperatiuè quidem, siue cõpulsiuè, sed tñ ad aliquid ab eis sciendum, aut ad aliquod obsequium per eos consequendum, est illicitũ primò, quia hoc pertinet ad quandam societatem, vel familiaritatẽ cum ipsis, secũdo, quia in cursu huius vitæ eorũ actus nostræ dispensationi non subduntur: vt .s. eis veluti subditis ad nostrum obsequiũ vtamur, nisi fortè ex speciali instinctu, vel reuelatione diuina aliqui sancti ad aliquos effectus dæmonum operatione vtantur, sicut Iacob. per eos Hermogenem ad se fecit adduci. Adiurare aũt eos imperatiuè, vel cõpulsiuè, non ad aliquid per eos obtinendũ, sed ad eorum nocumentum repellendum, puta adiurando ne nobis aut socio tanquã nostri aduersarij in cursu huius vitæ spiritualiter aut corporaliter noceant: est licitum, ẽm potestatem nobis traditam a Christo, ẽm illud Luc. 10. Dedi vobis potestatẽ calcandi super serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, &c.

5 QVINTO, † vtrum liceat exorcizãti dæmoniacum adiurare dæmonẽ, vt dicat nomen, & societatem suam, & causam vexandi hominẽ, & huiusmodi? Et dico iuxta prędicta, quod sic licet eum adiurare vt nõ noceat, licet ẽt eum adiurare vt exeat, q̃a non exeundo nocet; licitè ẽt adiuramus eum imperatiuè in omnibus quæ imperamus, vt de corpore expellatur. vt puta, quod suum nomen fateatur: quod valet ad hoc, vt p̃cepta quibus vtimur contra eum nominatim dirigamus: similiter vt dicat causam vexandi hominẽ, vt eam ad cautelã amoueamus, licet .n. non credamus: puta si dicit hoc accidisse p̃p aliquod peccatum, vt ad pęnitẽtiam moueamus obsessum, si fortè id verũ esset: similiter vt dicat societatem suam, vt imperemus exeunti, vt secum quantũ potest socios trahat, & omnia huiusmodi quę sancti leguntur imperasse: q̃ omnia talia finaliter ordinantur non ad consequendum beneficium per eos, sed ad nocumentum repellendum. Et hac ẽt ratione non solum licet adiurare dæmones non obsidentes ne adiuuent obsidentes: sed ẽt superiores, vt appellant inferiores. Si autem exorcizator impetet dæmoni, vt dicat curiosa, & nihil ad expulsionem facientia, non quia illi credat, sed quadam leuitate & curiositate ductus: est peccatũ graue, licet illud nõ videã mortale: q̃a nõ vr̃ mortale, nisi cũ q̃s adiurat ob-

rat obsecratiuè, aut ad aliquod consequendum, puta obsequium, vel notitiam: quod iste non facit, qui ei non credit: quòd si ei crederet, vt nicromantici, credo esse mortale, quia pertinet ad amicitiam.

4 SEXTO † vtrũ liceat adiurare creaturas irrationales? Et dico ex doctrina eiusdem, & Rich. vbi sup. ꝙ si adiurentur ẜm se absolute, est vanum: quia nec imperium nec obsecrationem intelligunt: & illicitum, quia vane assumitur nomen Domini. Si verò adiurentur relatiue ad alium à quo mouentur, est licitum respectu Dei deprecatiue, quomodo sancti miracula faciunt: & respectu demonis imperatiue, ne eis tãquam instrumentis vtatur ad nocendum, quomodo adiurantur ab exorcistis ecclesiæ.

5 SEPTIMO † vtrũ oĩs adiuratio illicita sit peccatum mortale. Et Sum. Ang. nititur adscribere Rich. ꝙ sic, quia est contra illud ꝓceptum, Non assumes. Sed illud à Rich. nõ hr̃, nec illa ratio probat: alioquin oĩs illicita iuratio esset mortalis ẽt si quis iuret verum, sed leuiter: ꝙ non est bene dictũ. Vnde dico, ꝙ adiuratio septem modis est illicita. Primò, si fiat imperatiuè ad non subditum. Secundò, si fiat imperatiuè ad subditũ sed quantum ad aliud in quo non est subditus. Tertiò, si fiat ad dæmones deprecatiuè, Quartò, si fiat ad dæmones imperatiuè, ad aliquid discendum, vel ꝑ eos consequẽdum. Quintò, si fiat ad eosdẽ imperatiuè ex leuitate, aut curiositate. Sextò, si fiat ad irrationalia ẜm se. Septimò, si fiat ad Deum, vel hoĩes, vel Angelos, vel dæmones, aut irrationabilia leuiter, i. sine reuerentia diuini nominis, aut necessitate. Et primo ac secundo modo est peccatũ mortale, ẜm Arch. q̃a est contra iustitiã, & ledit ius cõe. dũ quis vsurpat sibi in aliũ potestatẽ iniuste, sed intellige in re notabili. tertio autem, & quarto modo sir̃, q̃a repugnat diuinę amicitiæ hr̃e amicitiã cũ suo aduersario incorrigibili. quinto aũt modo vr̃ veniale, non obstante, ꝙ ibi esse videat̃ vsurpatio potestatis in dæmones nobis subiectos, quia nõ est ibi peccatũ ratione iniustæ vsurpationis: cũ habeamus potestatem super omnẽ virtutẽ inimici, sed rõne malè intentionis in vsu iustæ potestatis: sicut iudex suspendens latronẽ ex odio, nõ facit contra iustitiã, sed contra charitatẽ: quæ intẽtio in proposito non vr̃ mortale: & sir̃ sexto modo, & septimo vr̃ veniale, sicut & iuratio leuis.

DE ADMINISTRATIONE.

Administratio libera & legitima quænam sit. Et administrator de mala administratione satis facere teneatur, & tum de dolo, an etiam de lata & leui culpa, & quid de casu siue fortuna.

Administratus male aduersus quem actionem habeat.

Administrationem indigno scienter cõmittens, num de mala teneatur administratione. Et sub hac in ecclesia administrationem habere dicatur. Et num ante administrationem in mora constitui possit, qui ad aliquid dandum faciendũue sine temporis definitione obligatus est, remissiue.

1 ADMINISTRATIO † legitima & libera secundum mentem Inn. est, quãdo quis potest agere & conueniri in iudicio, & etiam extra iudicium de re aliqua disponere facit c. ex literis de proba. & ibi Inno. allegat. l. 2. D. de iur. cal. ¶ Primo verò quæritur, vtrum administrator teneatur de mala administratione satisfacere. Et dico, q̃d sic, secundum Inn. in ca. ex præsentium, de pig. & ille cuius est administrator habet cõtra eum actionem negotiorum gestorum. ff. de neg. gest. l. 4. §. vlt. 12. q. 2. si qua de rebus & cap. si quis qualibet cõdictione. ¶ Secundò, vtrum administrator teneatur solùm de dolo, an etiam de lata & leui culpa? Et dico secundùm gl. in l. cùm ostendimus. ff. de fideiuss. tut. quod tenetur de dolo, vt ibi. & de lata culpa: vt l. curatores. C. de neg. gest. & de culpa leui: vt l. quicquid. C. arbit. tut. Et de solo quidem dolo tenetur, quando in ea affectione ductus solùm ministrauit. sec. glo. in l. 3. ff. de neg. gest. & similiter de lata culpa, quæ æquiparatur dolo: vt in l. ꝙ Nerua. ff. depo. de leui autem tenetur, vt communiter iu d. l. quicquid. imò etiam aliquando tenetur de leuissima: vt quando diligentissimus erat gesturus. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. ¶ Tertiò, vtrum teneatur nunquam de casu siue fortuna? Et dico, quòd sic, in quinque casib. positis in l. si negotia. ff. de ne. gest. quarum primus est, si accessit animo deprædandi: secundus si noua insolita negotia fecit: tertius si culpa præcessit: quartus si fuit in mora: quintus si casum in se recepit.

2 QVARTO † quæritur, contra quem habeat actionem administratus? Et dico, ꝙ cõtra administratorem: & etiam contra hæredes, quòd. l. hæredes teneri Inn. vbi sup. intelligit, quando dolo, vel lata culpa aliquid gessit: ex leui aũt culpa non tenẽtur, nisi in casibus

casibus quatuor, quorum tres ponuntur in l.1.C.de hære.tut.quartus vero est in gl. d. l.cùm ostẽdimus.Primus est, si lis fuerat inchoata contra tutorem.Secundus, si aliq̃d ad eos peruenit de rebus administrati.Tertius si de rebus administrati alijs ex gratia concessit:quia dr̃ in l.si pignora.ff. de furt. ꝙ species lucri est ex alieno largiri, & bñficio sibi debitorẽ acquirere.Quartus, si non explicet inchoata per defunctum: quia tenetur de leui etiam l.quicquid C.arbi.tut.

4 QVINTO † vtrum sciẽter cõmittens administrationem indigno, teneat ipse de mala administratione? Et dico sic, sec.Inn.in c. ex ratione.de ęta.& qual.& alle.ff. ad mun. Lucius.§.Imperator.ff.de man.conue. l. 1. in princ. per totum. & peccat mortaliter. Quis dicatur habere administrationem in ecclesijs, vide infra Beneficium.1.§.2.

ADMONITIO, vide inf.Denunciatio. Vtrum autem ante administrationem constituatur in mora qui est obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum sine determinatione temporis, vide infra Mora §.1.

De Adoptione, siue Arrogatione.

1 *Adoptio quid sit. & quot species habeat. & inter hac quanam persona intelligenda sit extranea.*
2 *Adoptio ab arrogatione in quot distet.*
3 *Absens aut reluctans, ac nõ consentiens, nũ arrogari possit Et contra, num quis absens arrogare, aut adoptare queat. Et an vel per procuratorem.*
4 *Filius arrogatus, num quid sibi retinere possit. Et qui in filium filij sui arrogatur, num sicut simpliciter arrogatus bonorum partem quartam sibi acquirat.*
5 *Adoptare quis possit, & quis minime. Et contra, quis adoptari possit, vel id nequaquam.*
6 *Adoptare in fratrem, aut sororẽ, num quis possit.*
7 *Adoptare num dicatur, qui coram multis, vel ẽt per se in domo sua aliquem in filium, aut filiam accepit, dicens accipio te in filium meum.*

1 ADOPTIO † est personæ extraneæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio, sec. Ray.S.Th.Pet. & Ala. & Rich.in 4.di. 42. Vel, adoptio est legitimus actus, per quem qui filius non est, pro filio habetur pene naturam imitans Institut. de adop. in gl. Et persona extranea intelligit omnis, qui non est in potestate adoptantis: siue sit de eius carnalis cognatione siue nõ & per masculinum intelligitur etiã fœmininum: vt per filium filia, & per nepotem neptis. Adoptare autem sec.S.Tho 3: q. 23. & 3.dist.10.admittere ex gratia ad participandum hæreditatẽ. Habet autem adoptionis genus species duas, in quas diuiditur.ff. de adop.l.1.& 2.Prima dicitur arrogatio, q̃ sec.S.Th.est adoptatio perfecta: & est, q̃n is qui non habet patrem: sicut ẽt qui emancipatus est, vel generaliter qui est sui iuris transit cum filijs, iuribus & rebus suis in potestatẽ arrogatis principis auctoritate. Secunda verò cõi nomine nuncupatur adoptio, quando adoptatur is, qui est in potestate patris, siue alieni iuris auctoritate magistratus, non transeundo in potestatem adoptantis.ff.eo.l.1.& 2.C.eo.l. pen. Et sicut dicit S.Th.in 4.di.42. adoptatus primo modo succedit patri ab intestato, nec potest eum pater sine culpa priuare quarta parte hæreditatis. Adoptatus autem secundo modo non succedit, nec tenetur ei adoptans aliquid in testamento dimittere.

2 PRIMO † verò quæritur, vtrum arrogatio & adoptatio in omnibus conueniãt? Et dico, ꝙ sic, nisi in quinq;.¶Primò, quia adoptio fit cuiuslibet magistratus competenti: auctoritate: dum tñ apud eũ plena sit actio, scilicet merum & mixtum imperium. C.de adopt.l.1.Arrogatio verò solùm auctoritate principis.Inst.e.in principio.¶Secundò, q̃a in arrogatione requiritur vtriusque verbum expressum, non autem in adoptione. Vnde infans adoptari potest, nõ arrogari.ff.de adop.l.2.& l.in adoptionibus. ¶ Tertiò, quia arrogatus qui est sui iuris adoptatur autẽ, qui in aliena est potestate. Nã arrogatio statim arrogatũ, & res suas, & liberos, ac nepotes, qui erant in sua potestate, subijcit potestati arrogatoris.ff de adop.l.2.§. vlt. adoptio vero non nisi in casu, q̃n scilicet dat auo materno, vel si post emancipationẽ, genuit filium, & auo pater no dederit.insti.de adop.§.si vero.¶ Quartò, quia arrogator tenetur satisdare de restituendis illis bonis ꝑsonis, ad quas essent ventura, si arrogatus in suo statu mansisset ff.de adop.l.nec ei.§.fi.¶ Quintò, quia arrogatus hẽt de necessitate legitimã in bonis arrogatoris, vnde si arrogator emancipauerit eum, vel exhæredauerit sine causa, tenetur ei relinquere legitimam .i. quartam partem suorum bonorum, quæ scilicet habiturus fuerat ab intestato.sec.gl.in l. si arrogator.ff.eo.quæ quarta non est augmentata per auth.de trien.& se.sec.Bar.ibi.Inst. de adop.§.cũ autẽ impubes, adoptiuo autẽ nihil tenetur de necessitate relinquere. C.

eo.l.

eo.l.1.& 2.Si tñ moriat̃ adoptator sine testõ succedit in bonis eius.l.pen.C.de adop. post mediũ,nisi sit emancipatus legitime.

3 Secundo,† vtrum absens,vel dissentiẽs possit arrogari? Et dico,quod nõ tex.est.ff. eo.l.neque.sed neque etiã adoptare,vel arrogare quis absens põt:nec ẽt per ꝓcuratorem põt,quis adoptare,vel arrogare.ff.e.l. post mortẽ.§.neque. cuius causam no. Bar. in l.Gallus.§.forsitan.ff.de lib.& posth. vbi dicit,ꝙ ea,in quibus solus consensus requirit̃,ꝑ procuratorẽ fieri possunt;vt in legitimatione,vbi sufficit,ꝙ filius ostẽdat voluntatem patris:nec est necesse patrẽ esse præsentem.Itẽ ex parte filij non requirit̃,ꝙ sit præsens:sed sufficit,ꝙ habeat ratum, vt in Auth.quib.modis na.effi.sui.§.naturales, & §.gñaliter col.7.quia in legitimatione,pater nihil disponit:sed principi, vel habenti auctoritatem à principe consentit. non.n. ipse legitimat,sed auctoritas prĩcipi. Secus aũt est,qñ pater ipse disponit:vt quia pater emancipat, vel absoluit filiũ,& iudex autorizat. Itẽ pater adoptat. Item dominus manumittit. Et ex hoc colligi põt illius q̃stionis determinatio:an filiatio spiritualis, siue compaternitas per procuratorẽ cõtrahi possit? Et vr̃,ꝙ non:quia ipse pater spiritualis aliquis disponit & agit,nec simpliciter consentit, & consequenter requiritur præsentia eius:vt in l.post mortem.de adopt. & ita dicunt canonistæ,hæc Bar.

4 Tertio,† quærit gl.in l.si paterfa.ff.eo. vtrum filius arrogatus possit sibi aliquid retinere pro se? Et vr̃,ꝙ sic: quia in traditione pactum quod apponitur, debet seruari. in contrarium facit aut ingressi.de sac.san. ecc.idem Bar.ibi.¶ Quartò,vtrum arrogatus in filium filij sui acquirat quartã partẽ bonorum,sicut arrogatus simpliciter? Respondet Azo in Sum.ꝙ si pater adoptat aliquem loco nepotis:si filius consentit,mortuo suo patre,hic arrogatus transit in potestatem filij,cui fuit arrogatus:nec agnoscit̃ auo suus hæres.Si aũt filius nõ consenserit, mortuo patre non reincidit in potestatem: sed agnosceret̃ auo suus hæres: vel tanquã nepos,licet in filium non adoptauerit: vel tanquam is, quem vr̃ suus animus voluisse esse sibi hæredẽ. Idem dic de adoptato, in nepotem,vel deinceps,quod fieri põt:vt Instit. de adopt.§.licet.excepto,ꝙ non transit in potestatem patris adoptãtis. Et quod dictum est de masculo,dic de fœminis.

5 Quinto † q̃ritur,q̃s possit,aut nõ possit adoptare? Et dico,ꝙ potest pater fa.qui sui iuris est & generare põt,vel si nõ põt, est ex defectu accidẽtali:vt est spado,siue gladio castratus.ff.eo.l.2.& sit̃r presbyter, sec.Pan.in c.vnico.de cog.leg. Non potest aũt adoptare,qui generare non põt, propter defectum naturalẽ:qui ẽt dr̃ castratus nec fœminæ,nisi ex rescripto principis in solatiũ liberorũ amissorũ:nec ille. qui per 18.annos non præcedit eũ,quẽ vult adoptare vel arrogare.Vnde dicit S.Tho.ꝙ dẽt ita esse senex,vt naturaliter possit esse pr̃ adoptati:vt pater 4.di.42.& habetur.ff.e.l.adoptio.hæc habentur Inst.de adop. Nec põt adoptare,sec.S.Th.qui non est sui iuris,nec minor 25.annis:vt idem dicit.nec põt arrogare,qui non hẽt 60.annos:licet possit adoptare,nisi iusta causa interueniente.l.si pater.§.vl.ff.de adop. & iusta cã est morbus, aut cõiunctio ꝑsonæ adoptandæ: aliàs dẽt intendere gñationis,vt in d.§.vlt. ¶ Sexto q̃ritur,quis possit vel non possit adoptari? Et dico ꝙ adoptari põt quilibet, tã masculus,q̃ fœmina.ff.adop.l.adoptio.dũmodo sit præsens:aliter non.l.neque absens.ff.e.etiã si ageret per procuratorem,vt dictum est: dummodo etiam sit minor adoptante: sic vt possit esse filius eius naturalis, nõ competit autem consanguineis adoptari:sec.S. Th.in 4.quia naturaliter sunt hæredes.

6 Septimo † vtrum quis possit adoptare in fratrem,vel sororem? Et dico,ꝙ non: vt l.nec apud.C.de hære. inst. & ibi Ang. nec etiam in patrem,quia contra naturam.

7 Octavo † vtrum sit adoptio, si quis coram multis,vel etiã per se in domo sua, aliquẽ accepit in filiũ,aut filiã dicens,accipio te in filiũ meum? Et dicit Pan.in c.vnico.de cognatione leg.ꝙ nõ l.non nudis.C.de ꝓbat.nisi seruetur forma,de qua sup. scilicet ꝙ fiat principis,vel magistratus anctoritate:quod est de substãtia adoptionis. & verbum in arrogatione,vt dictum est.

Adoratio,vide infra.l.atria.

DE ADVLATIONE.

1 *Adulatio quid sit. & in quo consistat.*
2 *Laudare aliquem,vel illi placere velle, numquid semper peccatum censendum sit.*
3 *Quempiam in laudando excedere; & adulari, quot modis dicatur.*
4 *Adulationẽ triplici modo peccatũ mortale dici.*
5 *Beneficium per adulationẽ impetrans, num id ipsum resignare teneatur. Et ibidem, turpe officium*

dici, vt peccatum, annexum est.

6 *Adulatoribus dare, num mortale peccatum sit.*

1 ADVLATIO † sec. S. Th. 2.2. q. 115. est excessus delectandi alios verbis laudis, aut factis. Nam qui vult in omnib. alteri loqui delectabiliter, excedit modum virtutis, & peccat: quia virtus affabilitatis, & si principaliter intendat delectare eos, q̄bus conuiuit: tamen vbi necesse est, non veret̃ contristare, propter aliquod bonũ. Si autẽ aliquis sic excedat sola intentione delectãdi, vocatur placidus, ſm Philosophum. Si vero hoc facit gratia lucri, vocatur blanditor, siue adulator: communiter tñ nomen adulatoris solet attribui omnib. qui sup. debitum modum, volunt alios verbis, vel factis delectare in communi conuersatione. hæc ex illo. Igitur laudare aliquem de eo, quo non est laudandus, puta de malo, vel plus q̃ est laudandus, vel vbi, & quando, & quomodo, & quo fine non est laudandus: est adulatio. de qua 25. dist. §. aliàs 46. dist. sunt nonnulli. 6. q. 1. sunt plurimi. & 11. q. 3. nemo peritorum. Et ad idem reducitur, si quis vltra debitum velit alteri placere vestibus, ludis, & huiusmodi.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum laudare aliquẽ, vel velle placere, semper sit peccatum? Et dicit idem ibi quod non: sed laudare aliquem cum debitis circunstantijs, puta ne deficiat in aduersis, vel vt magis ꝓficiat in bono, pertinet ad virtutem affabilitatis, siue cuiusdam amicitiæ, q̃ consistit in exteriore cõuersatione: pertinet verò ad adulationem laudare in his, quæ non sunt laudãda: vel quia sunt mala, vt peccata: vel quia sunt bona incerta: vel ẽt si timetur, ne inaniter eleuetur. Et silr velle placere hominibus, propter charitatem nutriendã, & vt in eis homo spiritualiter ꝓficere possit, est laudabile, sec. illud 1. Corint. 10. Per omnia omnibus placeo. Esset verò peccatũ, si quis hoc faceret in malis, vel ꝑꝑ inanẽ gloriã, aut lucrum, secundum illud Psal. Deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent.

3 SECVNDO † vero quæritur, quod modis quis excedit in laudando, & adulatur? Et dico, sec. Alex. de Ales, ꝙ quatuor. Primo laudando in aliquo bonum, quod non habet. Secundo augendo bonũ quod habet plus, q̃ habet. Tertio laudando malum, & dicendo illud bonũ. Quarto minuẽdo malum: vt dicendo nõ esse peccatũ ita graue, sicut est.

4 TERTIO † vtrum adulatio sit peccatum mortale? Et S. Th. dicit, vbi sup. ꝙ sic tripliciter. Primo ratione materiæ, sicut cũ quis laudat peccatũ alicuius, quia contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iustitiã loquit̃ homo: & dilectioni proximi, quẽ in peccato fouet, sed ĩtellige si id, qđ laudat, sit peccatum mortale: aliàs ista adulatio nõ esset mortale. Secundo ratione intentionis, puta cum quis alicui adulatur, vt noceat fraudulenter, corporaliter, vel spiritualr. Tertio, propter occasionẽ: sicut cùm laus adulatoris fit alteri occasio peccandi, etiam preter adulatoris intentionem: & tunc considerãdũ est vtrũ occasio sit data, vel accepta: vel qualis ex hoc ruina sequatur, venialis scilicet, aut mortalis: & ſm hoc iudicandũ est. Si aũt aliquis ex sola auiditate delectandi, ad vitandũ malum: aut aliquid consequendũ ĩ necessitate, alicui fuerit adulatus, nõ ẽ contra charitatẽ: nec mortale, sed veniale.

5 QVARTO † vtrũ adulator impetrãs beneficium per adulationẽ teneatur resignare? Et dicit Alex. hoc reduci debere ad munus ab obsequio. vnde recipiẽs solũ ex hoc ꝙ adulatur, nõ ex alio seruitio indigne reciperet, & resignare teneretur, sicut ille, q̃ seruiuit in officio turpi. Turpe autẽ officiũ dr̃, cui peccatum annexum est, hæc ex illo, quem sequitur Sum. Ange. contra Arch. 2. parte. tit. 1. c. 5. § 4. eicẽtem, quod licet hoc reducatur ad munus ab obsequio: & talis reputandus sit simoniachus. 1. q. 1. ordinationes, non tñ tenetur illud beneficiũ resignare ar. extrà, eo. c. fi. & alleg. Dir. li. 3. & Inn. & Host. qui hoc no. in c. tuã de æta. & qual. Et ratio est: quia ex quo est simonia mentalis tantummodo, purgatur sola pœnitentia: nec aliter resignatio necessaria est, per tex. in d. c. fi. scilicet, de simo. ad fi.

6 QVINTO † vtrum dare adulatoribus sit peccatũ mortale? Et dicit S. Tho. 2. 2. q. 168. ꝙ non nisi nimius appetitus gloriæ vanæ, hoc causaret: sicut delectabatur Herodes, qñ ei Dei, & non hominis laudes dabãtur: vel nisi intẽdat quis, & cupiat laudationem de peccatis: quia tales largitores communicant cum adulatore in crimine. Et hoc est; quod dicit Alex. de Ales, quod tale peccatũ est ista datio, quare adulatio propter q̃ dat, i. si veniale, veniale: si mortale, mortale, vt patet 86. dist. in c. ponere. & duob. sequentibus, vbi etiam dr̃, ꝙ dare adulatori, non propter adulationem, sed propter pietatẽ ad sustentationem naturæ non est peccatũ.

Vtrum

Vtrũ aũt liceat dare histrionib. inf. Ars. §.6.

DE ADVLTERIO.

1 *Adulterium, quod est thori alieni violatio, quandoque simplex, quandoque duplex dicitur. Et idẽ modis quatuor admittitur.*

2 *Mulieri adultera, quæ ex adulterio sobolem suscepit, vt de expensis & hæreditate mariti tuta sit, quid agendum sit.*

3 *Præceptum positiuum non obligare quenquam cũ scandalo, & præsertim vbi animarum, aut corporum periculum subesset.*

4 *Filius qui in filiationis possessione est, num matri eum spurium esserenti, vel eundem suppositũ, credere teneatur. Et quid si vterque parens idem dicat. Et ibidem limitata leguleiorum sententia, quæ eum fatuum coarguunt, qui regno ob matris dictum enunciauit.*

5 *Filius putatiuus, post præscriptum filiationis ius, num cognito, quod legitimus non sit, de successione in bonis conscientiam facere posit.*

6 *Mulier de adulterio susceptos filios, num sibi hæredes instituere queat.*

7 *Adulter, num de impensis, & damnis acceptis ob de adulterio susceptos filios, marito teneatur.*

8 *Viri atque vxoris adulterãtiũ, quanã pœnam sit.*

9 *Adulterium notorium, quomodo & quando dicatur. Et num adulteriũ sine dolo committi possit.*

10 *Metus conditionalis, num mulierem ab adulterij pęna excuset. Et ibidem ꝙ respectu leg. adulterium sine dolo committi non potest. Et an voluntas coacta in maleficijs excuset.*

1 ADVLTERIVM † est alieni thori violatio 32.q.6. non mœchaberis, vnde dicitur adulterium, quasi ad alienum thorum accessio 36.q.1.§.cum ergo, & quandoque est simplex, quando scilicet solùm alter est solutus: aliquando duplex, quando, s. ambo sunt coniugati, vnde fit quatuor modis. Primò, quando vir coniugatus accedit ad mulierẽ coniugatã. Secundò, qñ solutus accedit ad coniugatã. Tertio, quando coniugatus accedit ad solutam. Quartò, ẜm quandam iuris interpretationem, quando non sistitur intra limites matrimonij, sed libidinis feruore tenditur in suam, etiam si esset aliena, v el econuerso, mulier respectu viri. Vnde sec. S. Th. 2.2.q.154. ardentior in suam est aliqualiter magis adulter, quam cum aliena, & sic intellige c. origo. 31.q.4.

2 PRIMO † verò dubitatur, quid faciet mulier adultera, q̃ sobolẽ ex adulterio suscepit, vt tuta sit de expensis, & hæreditate? Et dico, sec. Ray, quod mulier in præsentia factum reuelet sacerdoti perito, vel ep̃o, aut vtrisq;: qui caute inquirendo, si inuenerit, spurium timere Deum, & viderint expedire, reuelẽt ei factum corã adultera matre, recepto prius iur̃o ab ea, ꝙ non calumniose procedat, & ab illo ꝙ teneat secretũ consulentes, ꝙ religionẽ ingrediatur, vel se absentet, ita vt nihil ꝑcipiat de bonis putatiui patris. Addit ãt Verue. ꝙ ipsa mulier poterit reuelare marito, si periculũ nõ timet: sicut sunt aliqui sustinentes scienter adulteria vxorum, vel etiam consentientes: quia proprios filios habere nõ possunt, & huiusmodi: & si ille acceptet, mulier absoluta ẽ. sed intellige: nisi respectu eorũ, qui hoc nõ obstante manerẽt in dãno: vt veri filij mariti, quantum ad legitimã: vel etiam forte quicunq; alij, quantum ad totam hæreditatem, quando talis filius est ex adulterio vel incestu: cum penitus excludatur à successione, ẜm iura. Si aũt dicto spurio reuelari nõ põt, aut ipse consilio non acquiescit: iniungatur mulieri, vt viro iuxta posse, si q̃d habet, vel habitura est, satisfaciat ꝑ aliũ secretè, & cautè, non reuelando viro ꝑsonã vxoris, & tuta erit, 22.q.5. hoc vr̃. & extrà, de pę. & remis. officij. & consentit Host. Tenetur aũt viro, de cõsumptis a spurio: de hereditate ãt hr̃dibus viri ab intestato, vel hæredibus scriptis: vel quibus verisil̃r credit, quod reliquisset: quod si nescitur, pauperibus largiatur. Si aũt mulier non hẽt, q̃d 1 estituat: hẽt aũt probationes, per quas dicti successores releuarentur à dãno, dicit Inn. ꝙ eas debet adducere, nisi graue malũ esset prouenturum: quia minus malum est dãnum rerum, quam corporum, aut animarũ. Si verò non habet probationes, sileat. 2.q. 7. pleriq; hæc sec. Ray. Host. & Inn. Pan. aũt in d.c. officij optime prædictorum mentẽ, & veritatem colligit, dicens: Si nullum periculum est in reuelando veritatem: & verisimiliter crederetur mulieri, tenetur reuelare. Si autẽ ei non crederetur, nec habet probationes promptas: sufficit ei pœnitere: & taceat, ne potius scandalum, q̃ vtilitatem inducat. Si autẽ probationes habet, & verisimiliter crederetur ei, sed subest periculum mortis in reuelando, taceat: quia in non reuelãdo, est periculum rerum, sed in reuelando, est periculũ animarum, & corporũ. Nec obst. reg. iuris, qui scandalizauerit, vbi habetur, ꝙ facilius scandalum nasci permittitur, quã ueritas relinquatur quia sec. Inn. illud procedit in iudice, vel in teste.

ſte.Igitur mulier pœniteat, & ſatisfaciat de ſuo, venientibus ab inueſtato, vel ſec. Sum. Roſel his, quos veriſimiliter maritus inſtituiſſet, ſi credidiſſet iſtũ non eſſe filiũ ſuũ; ſed male: quia iſtis nullum ius erat quæſitum: & ſi dubitat, diſpenſet in pauperes, & ſi ſatisfacere non poteſt, pœniteat: & confeſſio ei non negabitur: vt in d.c.officij.

3 Qvod † eſt valde ſingulare. Et colligit hæc theorica ſingularia, valens ad multa.ſ. ꝙ præceptum poſitiuum nõ obliget aliquẽ cum ſcandalo: & conſequẽter, vbi veriſimiliter ſcandalum animarum vel corporũ futurum eſſet, iuſta cauſa eſſet non exequẽdi præceptum etiam Papæ: vt in d.c.officij. & in c.ſi quã de reſcr. imò etiam habetur ex d. c.officij, ꝙ ius poſitiuũ interpretatur diuinũ. Reſtitutio enim vr̃ de iure diuino, & tñ Papa interpretatur reſtitutionẽ huiuſmodi non fiendam ratione ſcãdali, vel periculi corporum, aut animarũ. vide Pan. in c. cũ teneamur. de præb. & inf. inobediẽtia. §. 5.

4 Secvndo † vtrũ filius, qui eſt in poſſeſſione filiationis teneatur credere matri dicenti eum ſpuriũ vel ſuppoſitum? Et dicit Veru. ꝙ non, quia poſſet eſſe fallacia mulie bris? Idem tenet Pa. in c. ꝑ tuas de proba. & idem tenent Docto. in l.filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in l.ſi vicinis. Co. de nup. & ibi dicunt fatuum extitiſſe eum, qui ꝑꝑ dictum matris renunciauit regno. Et dicit ibi Pan. hoc procedere, ẽt ſi ambo parẽtes negarunt eum filium, vt probatur in ca. tranſmiſſæ. in fin. iũcta gl. in verbo iudicijs qui filij ſint legi. & eſt tex. cũ gl. in l.1. §.2. ff. de Carbo. edi. & l.ſi poſtulamus. ff. de libe. & poſth. quod verum eſt, niſi probent tꝑe conceptionis ſe non concubuiſſe ſimul ꝑꝑ abſentiam vel infirmitatem: imò etiam ſi ꝓbaretur, ꝙ tꝑe conceptionis adulterabatur cum alio quodã, dummodo vir eius habitaret cum ea, cenſebitur nihilominus talis filius legitimus: vt in l.miles. §. defuncto. ff. de adulte. Ratio, quia in dubio debemus in fauorẽ filiorum ſic interpretari: vt no. Pan. in c.intelleximus de adult. & facit d. l. ſi vicinis & l. quia ſemper. ff. de in ius vocan. Et ſec. Veru. ſi ſana cõſcientia non credit excuſatus eſt tam de perceptis, q̃ de percipiẽdis: ſed ſi honeſtas fœminæ, & aliæ circũſtãtiæ faciũt ei de hoc probabilẽ conſcientiã: & vult etiam viã eligere tutiorem: imò tutam ſm̃ alios, nihil vlterius percipiat: ſed intellige, niſi aliter viuere non poſſet: q̃a ſic poſſet capere vitę neceſſitatẽ: maximè alijs quibus deberetur, non exiſtentibus in tãta neceſſitate. De ꝑceptis aũt & conſumptis in bona fide Ray. cõſulit vt reſtituat, vel cõponat: licet, inquit, nõ ſit cogẽdus, q̃a poſſeſſor erat bonæ fidei. C. de rei ven. certũ. Ho. quoque, Veru. & dicunt. ꝙ non tenetur de cõſumptis ĩ bona fide: de quibus tñ ſec. Ho. mulier teneť. & ita limitãda ſunt dicta Legiſtarũ, q̃ prædictũ de fatuitate notarũt.

5 Tertio † vtrũ autẽ dictus filius poſt cõpletam præſcriptionem debeat ſibi facere conſcientiã de ſucceſſione in bonis, ſi ꝓbetur, vel ſibi cõſtet ſe nõ fuiſſe legitime conceptũ? Et dico, ꝙ non: vt patebit ex notãdis in ti. de præſcriptione: ſecus ante cõpletã præſcriptionem. Incepit autem præſcribere, quando cœpit nominari, ſeu reputari ꝓ filio legitimo: vt no. in d.c. per tuas.

6 Qvarto † vtrũ mulier poſſit ſibi filios de adultero ſuſceptos hęredes ĩſtituere? Et dico, quod ſic: quia quilibet põt ſibi hęredẽ inſtituere eum, qui nõ prohibetur, reſeruata legitima parte liberis ſuis: de quo vide inf. Legitima. per totũ. Sed intellige hoc niſi repugnet conſuetudo regionis, ſec. Alberi. & Sum. Conſ. li.2. tit.5. pater autem non põt hos filios inſtituere, vt inf. Filius. §.4.

7 Qvinto † vtrũ adulter teneatur ad reſtitutionẽ dãnorum & expenſarum, q̃ maritus incurrit ex filio nato in adulterio? Et dico ꝙ ſic ſm̃ ſuũ poſſe, ſm̃ Arch. ſi hoc ſcit aut veriſimiliter credit: & mater ſatisfacere non põt, adde tu aut, ẽt nõ vult: q̃a cauſam damni efficacẽ dedit: & ſi adultera admitteret filiũ ad hoſpitale: vel q̃a finxit ſe mortuum peperiſſe, vel quia ſine ſuo periculo notificauit marito, tenebitur hoſpitali de expenſis: niſi notabilis paupertas illũ excuſet, cum ad hoc naturali iure teneať: & hoſpitalia ꝑꝑ pauperes facta ſint. Sed de hæreditate vel dote ſi dotaretur à patre putatiuo, teneri vr̃ ad arbitriũ boni viri, attẽta ſui facultate. Si autẽ dubitat ad alter ex eo, ꝙ mulier ſit leuis, & cũ alijs adulterať, vel ẽt quia ipſamet dubitat, vtrum ſit eius: vel mariti: relinquať iudicio Dei, nec đ reſtitutione grauetur: quia iudicis ẽſt, vt in re dubia certa ſñia nõ proferatur hęc ex illo.

8 Sexto † quæ eſt pœna tam viri q̃ vxoris adulterantis? Et dico ſec. gl. in c.tuę, de procu. ꝙ mulieri olim erat pœna capitis: vt C. de adulte. l.caſtitati hodie vero prius verberata retrudetur in monaſteriũ, C. de adulte. auth.

tē aut.sđ hodie.Eſt & alia pęna, ꝗa ſec.Pa.
in c.plerũq; de dote poſt di.re.mulier ꝑdit
dotē, & vir donationē ꝑꝑ nuptias, ſi mr̄i-
moniũ ſeparatur ꝑ ſn̄iam iudicis eccl̄aſti-
ci, aliàs non ſec.Io.And.Pa.tn̄ ibi tenet, ꝙ
ſi adulteriũ notoriũ eſt, tũc cum poſſit vir
ꝓpria auctoritate expellere vxorē, & ecō
trario lucratur: ꝗa ſi peteret, obſtabit ei ex
ceptio adulterij.Perdet ēt mulier donatio
nem ꝑꝑ nuptias, quē ex pacto aut ſtatuto
debeat lucrari ſoluto matrimonio, bona ve
rò paraternalia non perdit, ſm̄ doc.quia in
pœnis verba debent reſtringi.regula, odia
de re.iu.li.6.ꝗuis gl.in d.c.plerunq; teneat
ꝙ perdat.Eſt ēt tertia pœna, ꝗa perdit ius
petendi debitũ, de quo inf.Debitũ, ſi tn̄ re-
cōcilietur, oĩa recuperat: vt in d.c.plerũq;.

9 SEPTIMO † qũo adulteriũ dicatur noto
riũ? Et dicit Pan.in c.intelleximus.de adul.
ꝙ publicè dr̄ adultera, qn̄ ita ſtat in domo
cũ publico cōcubinario, & cōuincit̄ noto
rie de adulterio: qn̄ hēt eam in mēſa, in do-
mo, & in lecto, vt in c.fin. & c.tua.de coha.
cle. & mu. Vnde in l.furē ff.de furt. & in l.c.
5.ff.de adul.no.ꝙ adulterium dr̄ notorium,
qn̄ vir & mulier dep̄henduntur in latebris
ſe oſculātes, & hmōi actibus propinquis a-
dulterio, facit l.ſi quis nō dicam rapere.C.
de epiſc. & cle.itē qn̄ paſſim admittit viros
adulterij, vt in l.palā, in prin.ff.de ri.nup. &
qđ no.in c.cũ in diœceſi.de vſur. ¶ Octauò
vtrũ adulteriũ committi poſſit ſine dolo,
q.ſ.eſt calliditas, & machinatio ad circum-
ueniendum, fallendumque.l.1. ff. de dolo.
Et dico, ꝙ loquendo de adulterio quo ad
culpā ſine dolo committi pōt, quia peccat
mortaliter, quicunq; illud cōmittit ex me
tu, ſiue ignorātia, vel errore iuris niſi igno
rātia eſſet facti, pura quia credit virũ ſuũ,
ꝗ erat adulter: niſi ēt adſit coactio abſolu-
ta, non conſentiente mente, quia tunc eſt
ſine culpa: ſed quo ad pęnā legis committi
nō pōt ſine dolo: vt patet in l.ſi ex lege. ff.
de adul. vbi errātes ĩ iure excuſant̄ à pęna
inceſtus & adulterij.Facit c.Lucretiā aliàs
eſt ſub c.ꝓpoſito.32.q.5.qđ nō intelligitur
ſec.gl.1.d.c.quo ad culpā.Sed tn̄ Pan.in ca.
& ſi neceſſe ſit de do.poſſ.di.re.diſtinguit:
ꝗa aũt loquimur de pœna ꝑditionis lucri:
ſic error non excuſat niſi ſit iuſtus, vt in l.
pe.paſſim.C.de iur. & fact.ignor. aut loqui
mur de pœna corporali, aut ꝑditionis ꝓ-
priæ ſubſtātiæ, vt dotis vel donationis ꝑꝑ
nuptias: & ſic excuſat error ēt iuris, vt l.ſi
adulterium.ff.de adult. & arg.in auth. ince
ſtas nuptias.C.de ĩceſtis & inutili.nuptijs.
Et licet Io.An. & cōiter doct.in d.c. & ſi ne
ceſſe teneāt cōtrariũ.ſ.ꝙ error iuris nō ex
cuſat a pęna: tn̄ Car.ĩ l.ꝗ cōtra. C. de ĩceſt.
eſt cũ Pan. ꝗa nō eſt ĩ dolo ꝗ errat. vide ĩf.
Culpa.§.antep.Excuſat ſimiliter à dolo me
tus etiam conditionalis, vt d.c.propoſito.

10 NONO † vtrũ metus conditionalis excuſet
mulierem a pęna adulterij? Et dicit Pan.in
conſ.l.4.qđ incipit, facti contingentia, ꝙ ſi
mulier eſt paſſa violentiā vi præciſa, indu-
bie pęnā pati non debet, quinimo nec vllā
peccati maculā cōtraxit, ſed ſi vis, aut me-
tus fuit conditionalis, licet cōtraxerit ali-
quod peccatũ, & digna ſit aliqua pęniten-
tia: quia ad minus affuit aliquis conſenſus:
pęnam tn̄ adulterij pati nō debet, & ſic do
te priuari nō debet & cōſortio mariti qđ
ꝓbat̄ expreſsè in l.vr̄ paſsā, & in l. ſi vxor.
§.ſi quis, ff.de adul. Et eſt rō quia adulteriũ
reſpectu legis non committitur ſine dolo:
licet interuunerit aliqualis culpa: vt nota-
biliter probat̄ in l.pe.ff.de adul. Itē eſt iun
cta gl.fi.34.q.1.in lectum. & 15. q.1.inebria
uerunt, & iura procedunt et in metu cōdi
tionali: vt apertiſſimè ſentit gl.32.q.5. pro-
poſito aliàs incipis Lucretiā. Addit autem
Pan. ꝙ non ſolũ metus illatus excuſat à pę
na adulterij, ſed ēt pudor & verecundia ꝗ-
dam in clamando, maximè noctis tp̄e, à vi
ro præſertim potenti oppreſſa: quia ibi ceſ
ſat dolus qui requiritur, ad pęnā adulterij
incurrendā. Et hoc notabiliter probat̄ in
d.c.Lucretiā iuncta gl. & ver. facti cōtingē
tia. quia illa Lucretia nobilis & pudica ꝑꝑ
iſtam ignominiam & confuſionē vitandā
expoſuit ſe libidini filij Tarꝗnij regis: nec
fuit iudicata adultera ab Aug. viro sāctiſſi
mo & doctiſſimo, ſed de caſtitate mētis cō
mēdata: vt ibi ĩtelligit gl. & bene, ꝙ lʒ quò
ad Deũ nō fuerit immaculata: ꝗa coacta vo
lũtas ñ excuſat ĩ maleficijs: ſed dēt ꝗs prius
oĩa mala pati, ꝗ̃ cōſentire peccato: tn̄ excu
ſata fuit ab adulterio, quo ad pęnā legis: cũ
non cōmittat̄ ſine dolo. Ad hæc, ꝗa vbi ad
incurrendā pęnā requirit̄ dolus, nō ſufficit
culpa.l.1.ff.de ſica.notat̄ in l.in actionib.ff.
de in litē iur. & l.quod Nerua. ff. depo. Ad
incurrendam aũt pęnā adulterij requirit̄
dolus, qui per metum excludit̄: & ita vide-
tur firmare Bar.in d.l. quod Nerua. Et etiā
quo ad pęnā pecuniariā lata culpa nō æꝗ-
parat̄ dolo, vbi lex expreſſe dolũ reꝗrit. &

idem sentit gl. in l. magna negligentia. ff. de ver. si. Et sic licet hic non agatur criminaliter ad pęnam adulterij: ex quo tamen agit ad pęnã, non sufficit illa culpa sine dolo, ꝑsertim cum agatur ad grauem pęnam, vt. s. perdat patrimoninm suum. l. 3. ff. de mi. & vt separetur à viro. & consequenter priuetur iure petendi debitum coniugale & petendi vires alimentales passiuè.

DE ADVOCATO.

1 *Aduocare seu postulare quid sit? Et item quis aduocatus dicatur, & qualis esse debeat:*

2 *Aduocatus esse quis non possit, vsque ad numerũ 3. varij enumerantur, cũ limitationibus tamen nonnullis. & ibidem ad finem, ꝙ pracepta negatiua semper & ad semper obligent.*

3 *Aduocare a Iudice vnius ciuitatis prohibitus, num in alia aduocare posit.*

4 *Aduocandi modus quisnam debitus sit.*

5 *Aduocatio iniustam causam num defendere liceat. Et quid si scienter iniustam defendat. Et an & quomodo iniustę causa eum excuset.*

6 *Aduocatus iustam causam habens, num cauillationibus licite vti posit.*

7 *Aduocatus nũ pro vtraque parte licite aduocare (posit.*

9 *Aduocatus num aduersus eũ, absquo beneficium accepit, sine ingratitudine aduocare queat. Et quid de clerico: qui beneficium ab ecclesia habet.*

9 *Aduocatus num aduersus reipub. aduocationem exercere posit.*

10 *Aduocatum Iudex num quando dare teneatur. Et aduocatus qui operam suam impendit, nũ salarium petere posit. Et quantum, ac quando.*

11 *Aduocatus num gratis operam impotenti impẽdere teneatur. Et quid si Iudex huiusmodi impotenti de aduocato non prouideat.*

12 *Aduocatus de certa litis quota pacisci num posit. Et quid nomine quota contineatur. Et ibidem quid Palmarium, & vnde deflictatur.*

13 *Aduocatus num litigatore cum aduersario trãsigẽte integrum salariũ habere debeat. Et quid si aduocatus casu aliquo distẽtus, aduocare nõ ualuit, ꝑ eum tñ quo minus operã prestare nõ stetit.*

14 *Aduocatus causam tanquam desperatam defendens, num salarium integrum sit habiturus.*

15 *Aduocatus de publico salarium accipiens, num posit priuatum quippiam ab aliquo accipere.*

16 *Aduocatus de quibus, & quando ad restitutionem teneatur.*

1 ADVOCATVS † quis sit, vt innotescat, sciendum est, quod sec. Pan. super rub. de postulando, postulare seu aduocare est desiderium suũ, vel amici sui in iure apud eum, q̃ iuris dictioni præest, exponere, vel alterius desiderio cõtradicere. Aduocatus igitur dr̃ is, qui in iudicio apud eũ, q̃ iurisdictioni præest desideriũ suũ vel amici exponit, vel alterius desiderio contradicit. l. sciẽdũ. §. 2. & ibi ꝑ doct. & l. Paulus. la. 1. & ibi Bar. ff. de le. & ideo ex hoc qđ dr̃ i iure, concludit, ꝙ consules in camera ꝓpriè nõ dr̃ aduocatus; nec prohibitus aduocare, cẽsetur prohibitus in camera cõsulere, vel facere allegationes in scriptis, ſm eundẽ ibi: & cõsentit Bar. i l. 1. ff. de va. & extraor. co. ¶ Primò vero quæritur, qualis debeat esse aduocatus, sciens videlicet, vel ignorãs? Et dicit gl. in l. 1. ff. de posthu. ꝙ non dẽt. s. necessario habere literas: sed ibi tenet Bar. ꝙ doct. sunt contra illam gl. & bene: quia aduocati debent studuisse saltẽ quinquẽnio, & examinari debent à doctoribus, & eorũ iuramẽto ꝓbari. l. nemini. C. de aduo. de iu di. & no. Car. in d. l. 1. Nec obstat, qđ dicit glo. de iudice. quia ille peritiã hr̃e põt per suos assessores, quod in aduocato nõ cadit.

2 SECVNDO † verò quæritur, quis non possit esse aduocatus? Et dico, ꝙ nõ põt primo hęreticus, vel paganus, & excõicatus. 1. q. c. 1. extrà, de hær. excõicatus. el 1. & de pæ. di. 1. nemo vel in foro. itẽ l. nemo. C. de posthu. & l. nemo. la 2. C. de epi. au. & oẽs supra dictos, & quemlibet eorum iudex admittens peccare grauiter, & puniẽdus venit: vt ĩ d. cap. nemo vel in foro. & 2. q. 3. excõicatos. ¶ Secundò si sit monachus aut religiosus: quia tales peccant, aduocando, nisi ꝑ monasterio de mandato prælati 16. q. 1. monachi. extrà, de postu. ex parte. ¶ Tertiò si sit clericus in sacris cõstitutus, vel ẽt in minoribus, dum tñ sit beneficiatus: talibus. n. ꝓhibita est aduocatio coram iudice seculari, nisi in ꝓpria, vel pro ecclesia sua, vel cõiunctis, aut miserabilib. personis. extra, de postu. cleric. & c. cũ sacerdotis. An verò corã ecclesiastico iudice possint: satis vr̃, qđ sic: ar. in d. cap. clerici, exceptis episcopis & sacerdotib. quibus vr̃ simpliciter interdictum coram vtrobiq; nisi, vt dictum est, in quatuor casibus: vt in c. fin. de postu. extra, ne cle. vel mo sacerdotib. 15. q. 2. ca. vnico. in gl. 14. q. 4: denique. Primo, vt dictum est, pro se. secũdo ꝑ sua ecclesia. tertio. si necessitas imminet, pro ꝑsonis sibi cõiũctis: qui in isto casu sunt vsque ad quartum gradũ. C. de epis. & cle. aut licẽtia & C. de aduo. d vid. l. petitionẽ Et necessitas imminere sec. Pan. intelligitur, quando aliũ habere non

possunt

poſſunt,vel non æque bonum.quarto,pro
miſerabilibus perſonis,quæ.ſ.ſunt,quæ per
ſe proprias cauſas adminiſtrare nõ poſsũt,
vel eccleſiaſtico auxilio indigẽtes 86. di.c.
fi.& 82.di.defenſionis.C.quando Imper.in
pu.& vidu.per totum.In cauſa criminali ta
men coram ſeculari iudice nullo mõ poſ-
ſunt,vt inf.§.5. Et intellige dummodo in p̃
dictis caſibus diuinum officiũ non omittat:
ar.di.51.clericus.Et no.quod quicunq; be-
neficiatus in aliqua eccleſia præſtat contra
eam pro extraneis beneficium aduocatio-
nis aut procurationis, debet illo beneficio
ſpoliari:vt in d.c.ſacerdotis qđ licet de cle
rico loquatur:tamen etiam idem dicit Inn.
de ſeculari ibi:beneficiato.¶ Quartò iudex
& aſſeſſor,non debet quis eſſe iudex vel aſ
ſeſſor.in cã, in qua vult eſſe aduocatus, q̃a
duo officia in eadẽ cã ꝓhibent̃ exercere.4.
q.4.c.1.& 2.¶ Quintò,quædã aliæ perſonę
prohibentur aduocare ꝑ canones: vt 3.qõ.
7.infames.§.tria.vt ſurdus, q ſ.penitus ni-
hil audit.ff.de poſt.l.pe.item mutus.itẽ cæ-
cus.ſ.oculo vtroq. priuatus:vt in d.l.1.item
ꝑpetuò furioſus.itẽ impubes vſq; ad 18.an
nã.itẽ ſeruus,fęmina. & vir volũtarie paſ-
ſus muliebria.ſ.cõtra naturã.vt in d.l.1. itẽ
dãnatus capitali crimine,vel calũnia publi
ci iudicij. Itẽ qui operas ſuas locauit ut pu
gnaret in harena cũ beſtia dicta l.1. vbi gl.
in verbo,locauerit. dicit ꝙ hic eſt infamis
ipſo iure.& bene dicit locauerit.ſ.cã mer-
cedis, ſecus vbi hoc faceret ſine mercede
cã virtutis oſtẽdẽdę,vt ibi in tex.& rõ põt
eſſe:q̃a ſi ſe vẽdidit,multo fortius vẽderet
aliũ.Prædictis aedit Sũ.Piſ.eũ cui amotus ẽ
à ſenatu.ſed Suppl.dicit de iſto nõ fieri mẽ
tionẽ in d.l.1.nec ĩ d.§.tria,uñ Sũ. Roſ. eius
auctoritatem ſecuta,de hoc nihil dicit:ſed
mirũ eſt,ꝙ hũc nõ viderit expreſsũ ꝑ tex. ĩ
d.§.tria.Adde p̃dictis generaliter,qđ ꝑſona
infamis nõ põt eſſe ꝓcurator:vt in d.c.ĩſa-
mes.i.aduocatus,ſec.glo.¶Tertiò,ſpeciali-
ter q̃ritur, vtrũ ſacerdotes & epiſcopi, &
ſuperiores poſſint aduocare ꝓ alijs? Et Sũ.
Aug.tenet,ꝙ nõ in quocunq; caſu, quo ad
ep̃us corã eccleſiaſtico iudice aut ciuili.11.
q.1.te quidẽ.di.88.prælatum,& c.ep̃s.14. q.
5.denique.21.qõ.3.per totum.Sum.aũt Piſ.
videtur tenere,ꝙ poſſit coram iudice eccle
ſiaſtico in quatuor caſibus,de quib.dictum
eſt in §.priore,& idẽ vr̃ eſſe de mente Pan.
quia extra,de poſt.per totũ. diſtinguit: q̃a
epiſcopus in foro ſeculari nõ debet eſſe ad
uocatus:quia nõ eſt decens,vt exhibeat re
uerentiã iudici,q̃ exhibere debẽt aduocati
qui debẽt ꝓponere ſtãdo, & non ſedẽdo.l.
quiſquis.C.de poſt. Sed coram iudice eccle
ſiaſtico ſi habeat cãm,eſt ĩ optione ſua, v-
trũ ꝑ ſe,vel ꝑ aliũ velit promouere. hæc il
le.Nec obſt.ſi dicatur, ꝙ loquit̃ de cã ep̃i,
quia cã eccleſiæ eſt eius,cum ſit ſpõſus, &
cauſa coniunctorũ ſimiliter.& cã miſerabi
liũ perſonarũ,cũ ſit pater reſpectu earum.
Quo ad ſacerdotes aũt, planũ eſt ꝙ poſsũt
corã iudice eccleſiaſtico in quatuor caſib.
vt dictũ eſt.Et à fortiori q ſũt ordinis infe
rioris hoc poſſunt,vt §.ſeq.¶ Quarto,vtrũ
conſtituti in ſacris non ſacerdotes.i.diaco-
ni & ſubdiaconi poſſint eſſe aduocati ſiue
beneficiati,ſiue nõ?Et dico ꝙ ſic, corã iu-
dice eccleſiaſtico,ſm Inn.c.1.de poſt. etiã
quo ad negocio:vt patet ſm Pan.in d.c.1.a
cõtrario ſenſu,& cõmuniter tenent Doct.
& etiam iudicio ſeculari pro negotijs ec-
cleſiaſticis:vt ibidem patet in illa verbo,in
negotijs ſecularibus, vbi Inno. arguit di-
cens: ergo ſecus in eccleſiaſticis. Et dr̃ ſe-
cundum Pan. negotium eccleſiaſticum ra-
tione perſonæ:vt quia perſona eccleſiaſti-
ca ſequendo forum rei litigat corã ſecula-
ri.Item rõne delicti:vt ſacrilegiũ, & huiuſ-
modi.Itẽ rõne rei: vt quia res eſt eccleſię:
Non licet autem eis aduocare coram iudi
ce ſeculari pro negotijs ſecularibus.c.1.&
c.fi.de poſt.niſi ĩ quatuor dictis caſibus.ſ.ꝓ
cauſa ſua,vel ſuæ eccleſiæ, vel ꝑſonarũ cõ
iunctarũ,aut miſerabiliũ,ſec. Pan. vbi ſup.
& ſm Spe ti.de aduo.Pan. tamen dicit hæc
procedere, ſi conſtitutus in ſacris habet be
neficia,quibus ſuſtentari põt,ſi vero nõ ha
bet,licet gl.in d.c.1.dicat, ꝙ non poteſt ad
vocare,ſed debet agere cõtra ep̃m, vt ſibi
prodideat:melius tñ vr̃ ſm Hoſt.ꝙ ſi de ſa-
cto ageret, licet ex tali aduocatione quæ-
rere victum:& hoc uerum eſt,nec dicta gl.
ſtare poteſt,quia 15.q.2. c. vnico concedit̃
clerico aduocãti,vt recipere poſſit oblata
ſponte tñ nihil pro ſalario quærere dẽt. &
gl.dicit ꝙ hoc non ſeruat̃:quia nemo mili-
tat ſtipẽdijs iuis.c.cũ officij.de præſcr.quæ
gl. ſi loquitur de nõ beneficiatis, habet̃ in-
tentũ,ꝙ poſſunt ſalariũ petere:ſi vero loq
tur de beneficiatis,à fortiori licet oetere ñ
bñficiatis q ſũt ĩ neceſſitate maiori, & cõſe
quẽter eis licet aduocare.¶ Quĩto, vtrũ ad
uocare poſſit clerici ĩ minorib.ordinib.cõ
ſtituti?Et dico,ꝙ ſi ſũt bñficiati.nõ poſsũt,

 niſi

nisi coram ecclesiastico iudice c.1. de post. quod ſm Pan. & Host. limitatur qñ habent beneficiũ ad sustẽtationẽ, q̃a alioquin possunt sibi per aduocationẽ acquirere. Si verò nõ sunt beneficiati aduocare possũt corã iudice ecclesiastico & seculari in cã ciuili, nõ aũt criminali coram seculari vt in c. sñiam: ne cle. vel mo. 23. q. 9. his a q̃bus di. lib. 1. aliquantos. Et licet quidã dicant, eos posse postulare, seu aduocare ꝓ reis, & prosequi appellationẽ: arg. 23. q. 5. c. 1. & c. eos. tñ tutius est abstinere totaliter. d.c. sñiam. & no. gt. in c. aliquãtos. ¶Sextò, vtrũ monachus postulare possit? Et dico, q̃d non, nisi exposcẽte necessitate monasterij, & abbate imperãte. c. ex parte, de post. & vt patet ibi, hoc extendit ẽt ad canonicos r̃lares, & Pan. dicit idẽ intelligendũ de oĩbus religiosis, qui largo modo dicũtur monachi: & ſm eundẽ oportet p̃dicta duo simul concurrere. s. necessitatẽ & imperiũ: q̃ si concurrãt, aduocare possunt, ẽt corã iudice seculari, & sec. Pan. ar. c. 1. & c. fi. de post. s. in cã ciuili tm̃: si vero non concurrant, non licet eis ẽt corã ecclesiastico. ¶Septimò, q̃uo intelligatur p̃dicta necessitas monasterij? Et dico, ꝙ sec. Doc. si cã est monasterij, indubitatũ est, ꝙ est necessitas si verò cã non sit monasterij, sed monachus aduocatur lucretur ad releuandũ monasteriũ ab aliqua necessitate, vel debito: vtrũ sit licitũ in vtroq. foro. Io. An. in reg. iu. arg. in mercu. cõcludit, q̃d non dicit tñ ꝙ Abbas Lap. seruauit cõtrarium, & facit ꝓ hoc notabile dictũ Inn. in c. cũ I. & A. de re iudi. vbi dicit, q̃d monachus põt esse procurator vel aduocatus, ẽt pro amico monasterij imperante abbate, q̃a per consequentiã tractatur de vtilitate monasterij, q̃ ꝑ amicos monasterij promouetur. Pan. aũt dicit, quod primũ vr̃ honestius & securius, licet adhæreat opinioni Inn. sed prima magis placet, arg. c. non magno. ne cle. vel mo. 16. qõ. alia est. Sed tamẽ aduerte, ꝙ cleri. vel monachi solũ prohibẽtur, vt dictum est, postulare, qñ indifferẽter exercere volunt officium tale, sec. Inn. in c. vnico. de ob. ad ratioci. secos si volunt solũ assumere in vna cã, & hoc sequitur Arch. in c. peruenit. 86. di. sed Colle. in ca. dilecti. extrà, de arbi. tenet, quòd nec etiam in vna causa, & hoc est verius: quia præcepta negatiua obligant semper, & ad semper, & eadem ratio prohibitionis in omnibus est.

3 OCTAVO,† vtrum prohibitus aduocare à iudice vnius ciuitatis, aduocare possit in alia? Et dicit gl. in l. 1. C. eo. ꝙ aut fuit prohibitus ex causa quę infamiã nõ irrogat. & sic ꝓhibitio se nõ extẽdit vltra locũ iurisdictionis iudicis ꝓhibẽtis aut ex cã irrogãte infamiã: & tũc vr̃ prohibitus in oĩ loco: vt l. ex ea. ff. de post. no. tñ Bar. in l. Paulus la 1. alias incipit, eũ. ff. de leg. ꝙ ꝓhibitus aduocare, si mittit schedulam iudici, vel ei loquatur nõ propter hoc videtur aduocare.

4 NONO,† quis sit debitus modus aduocãdi? Et dico sec. Ray. vt nõ producat falsa instrumenta, aut testes falsos vel corruptos: nec mẽtiatur, nec inducat falsas leges, aut probationes: nec quærat in grauamen alterius partis dilationis nõ necessarias: & q̃d fideliter quãtum iustitia permittit, cãm foueat, nihil de contingentibus omittens. 3. qõ. 7. si quis aũt. & arg. extra, de test. intimauit. C. de in d. l. properandũ. §. illo proculdubio. 3. q. 4 c. 1. & 2. itẽ non procaciter aut vociferando: quia propter hoc impeditur processus. 5, q. 4. in loco. 3. q. 7. si quis adeò. Itẽ dicit S. Th. 2. 1. q. 71. quod aduocato defendenti causam iustam, licitum est prudẽter occultare ea, quæ posset impedire processum: non autem vti aliqua falsitate.

5 DECIMO,† vtrũ liceat aduocato defendere cãm iniustã? Et dicit S. Th. 2. 2. q. 71. quod si hoc sciẽter facit, absque dubio grauiter peccat: & tenetur parti de dãno illato per eius auxiliũ contra iustitiã. Si vero hoc facit ignoranter, excusatur ſm modum, quo excusari põt ignorantia. Si aũt in principio credidit cãm iustã, & in processu appa ret non iusta cã procedere nõ dẽt, vt. s. alterã partę iuuet, aut ei causæ secreta reuelet dẽt aũt cãm deserere, vel eũ, cuius cãm agit ad cedendum inducere, siue ad cõponendũ sint damno aduersarij. hæc ex illo. Quandiu aũt cã est dubia, sec. Ver. nec bene põt patrocinari. No. etiam, q̃d si scienter hoc facit, teneẽ ẽt clientulo, si eum decepit suadens cãm esse iustam, quia aliter non litigasset, ar. C. de admi. tu. l. non est ignotũ. Vndecimo, q̃uo eũ excuset ignorantia cãæ iniustæ? Et dico quod si prouenit ex culpa sua: puta, quia nõ est peritus in iure, aut nõ inquit à clientulo, vt debuit, merita causę, non excusatur: sed teneẽ parti læsæ & cliẽtulo, si aliter non litigasset, secundum modum culpæ, & regulam, de quibus infra, Culpa. Si vero ignorantia illa prouenit ex qualitate negotij, vel falsa, aut magna

infor-

informatione clientuli, excusatur: sed tñ cognita iniustitia causæ, eã dimittere tenetur. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. & sm Monal. restituere tenetur salariũ receptũ, quod verum est, si fuit in culpa: non aliter, secundum Host. & est mens S. Tho.

6 Dvodecimo † vtrum aduocatus habẽs iustam causam, licite possit vti cauillationibus? Et dicit gl. in c. cupiẽtes, in verbo, malignantium de elec. lib. 6. dicit consueuisse, quod habẽs ius in principali, cauillationes & malitias aduersarij ꝑ alias repellere põt & sic põt intelligi c. nullus 4. q. 4. & de hoc 13. q. 2. dñi nrã. Et ibi glo. ibidẽ tenet, dicẽs qđ ꝑ insidias, & dolũ licite vincere possumus hostes: vt 2.2. q. 2. c. vtile, dũ tñ hosti fidẽ nõ rũpamus. Idẽ dicas đ aduocatis, qđ si habent iustã causam, licite possunt decipere aduersarios suos, hæc gl. sed intellige, dvmodo non opponãt falsas allegationes, aut faciãt aliqđ de se malũ, sicut do. Matth. 21. volens excludere principũ cauillationes, qui interrogantibus de vna quæstione non respondit: sed aliã opposuit, volẽs clauũ clauo retundere, & ostendere licitũ esse cautelis vti contra malignorũ cautelas.

7 Decimotertio † vtrũ aduocatus aduocare possit ꝓ vtraq; parte bona fide? Et Sum. Ros. tenet, ꝙ nõ (qa inquit) nõ video qũo vtriq; partiũ contrarium purè seruire possit. Sed Sum. Ang. & Spe. in tit. de aduo. tenet, quod sic in casu, & facit quod no. 45. dist. disciplina, in tex. & in gl. quod Arch. ilimitat, qñ ex aduocatione non fit præiudicium parti. Sed veritas est, ꝙ vbi scit iustitiam vel iniustitiam causæ, hoc non potest: quia semper ex vna parte tueretur iniustã cãm scieter, quod nõ licet vbi vero hoc nescit, sed est ĩ dubio, sicut licite põt tueri singulas, ita & vtrasq; partes: qa ĩ casu dubio patrocinari põt, sec. S. Th. & Rod. Quod indubitanter verum est, primo vbi postq̃ patrocinatus est vni parti & deĩde cognoscẽs se male allegasse, reuocat suũ cõsiliũ vt tenetur caute tñ ꝑꝑ scandalum pusillorũ: ar. Bar. in l. fi. C. de fur. & Ang. in l. Labeo. ff. de aqua plu. ar. Ioan. And. in c. fi. de resti. Secũdo, in diuersis articulis, & diuersa instãtia: puta, aduocãdo pro vna parte in cã principali, & pro alia in causa appellationis cauendo tñ a scandalo pusillorum, gl. in fi. ff. de post. Spe. tit. de aduo. Io. An. & Præposi. in c. disciplina dist. 46. Sed in eadem instantia etiam in dubijs hoc fieri non põt, tum quia non est sine scandalo & detrimẽto famæ, nisi rarissime: tum quia vr̃ ita possibile, vt visa materia diligenter habeat bonã fidẽ respectu vtriusque causæ: tum ẽt, quia vr̃ contra iura: quia allegans contraria nõ est audiendus. l. 1. C. de fur. l. cũ precum. C. de li. cau. de app. solicitudinem, ad fi. Vnde eo casu dẽt ex toto desistere, vel in dubio eligere partẽ rei cõtra actorẽ, iuxta regulã. cũ sunt, in sexto, vel cõsulere ꝓ matrimonio ꝓ testõ, pro dote, pro libertate, vel piã causa: vt in dubijs tex. dicit eligendum, de re iud. c. fi. de prob. ex literis, de fi. inst. inter dilectos ad fi. Aliter est præuaricator & puniendus l. 1. C. de aduo. diu. iu 11. q. 3. c. fi. & gl. 1. d. c. disciplina, & ibi Dñ. & Præpo.

9 *Appellare quiſnam poſſit, vel id minime. Item abs quo, vbi, & ad quem appellandum, & ſub hac Raph. Fulg. cautela pro epiſcopo, vt cauſa nõ poſſit ipſius iuriſdictionem exire.*

10 *Iudex appellationis ſi deſit, ad quẽ appellãdũ, & iudicẽ huiuſmodi quot deeſſe, modis cõtingat.*

11 *Ab rectore collegij ad quem appellandum ſit.*

12 *Appellans ſimpliciter, iudice ad quẽ non declarato, ad quem appellaſſe intelligẽdus ſit, & quid ſi non dixerit, appello, ſed dixerit, ſubijcio me Apoſtolicæ ſedis protectioni, vel alterius iud. ap.*

13 *Iudicis a cuius ſententia appellatum fuerit, quænam partes ſint, & qualiter gerere ſe debeat, ſiue in dandis reuerentialibus apoſtolis, ſiue refutatorijs. Et quid ſi in iudicis abſentia ob ipſius motum appellatum ſit.*

14 *Iudicis appellationis in inhibitionibus decernendis iudici ad quem, ne procedat, quodnam ſit munus, ac partes.*

15 *Statutum, aut municipij conſtitutio, quæ caue-*

tur, ne

tur, ne ad alium, quàm loci iudicem, appelletur: num efficax sit, & num saltem municipes legem condendo appellationi renunciare possint.

16 *Quid si quis a iudice instantia prima, iniuriam sibi illatum iri veritus ac timens, non appellet, sed eidem ex principis nomine præcipiat, ne iniuriam inferat, moxque ad principem iter arripiat: num huiusmodi comminata præceptio itinerisq; arreptio vim appellationis, & cuiusnam habeat, & an iudex contra faciens, puniendus sit.*

17 *Terminus appellationi prosequendæ definitus, nũ prorogari possit.*

18 *Læsus iudicij iniquitate, num aduersus iudicem ipsum ad id, quod interest, prætextu inique sententia, agere possit.*

1 APpellatio † est à minore ad maiorẽ vel superiorem prouocatio, 2.q.6. c.omnis oppressus.& c.si quis.& c.placuit, & est duplex.s.iudicialis, quæ vt ibi refert gl. summaria, est prouocatio iniquæ sñiæ q̃relã continens.ff.de min.l.præfecti, siue, vt diffinit Pan.in rub.de appel.est à minore iudice ad maiorem Prouocatio. Et extraiudicialis, quę est a pręsenti aut verisimiliter futuro grauamine ad superiorẽ prouocatio. Appellatur.n.& extra iudiciũ, vt in electione: vt extra, de appell.constitutus. Prima si est legitima, suspendit pronuntiatũ, at ẽt iudicis iurisdictionem, quo ad illã causam, & ipsius ad superiorem trãsfert cognitionem. secundo vero, si est ꝓbabilis, ipsã causam ad superiorẽ trãsfert: vt ea pendente nihil in ipsius p̃iudicium attentetur. Vnde appellatio operat̃ duplicem effectum.s. deuolutiuũ & suspensiuum: q̃ suspensiuus est triplex, i.in iudiciali: q̃a suspendit pronunciatũ, & iurisdictionem iudicis, quantum ad illã causam. extra eo. super. & præsumptionem, q̃ erat pro sñia, sed tñ nõ semper omnes istos effectus operatur, & exẽplum est in appellatione sñiæ censuræ ecclesiasticæ: quia propter sequentem appellationem talis sñia non suspendit: sed appellatio tunc operat̃ effectum deuolutiuũ deuoluendo causam ad superiorem. & de hoc inf. Excommunic. vlt. §.1. Et idem est, qñ appellatur a sñia nulla, quia talis appellatio non suspendit pronunciatum, cum iuribus non subsistat: sed operatur effectum deuolutiuum duntaxat: & hoc respectu appellari potest a sñia nulla, vt in ca.dilecto. extra eo. Concordat Pan. vbi sup. & quia appellantes debent apostolos petere intra 30.dies, vt extra eo.cordi.& c.2.eo.lib. 6. Hoc declaro, & dico sec.glo.in d.c.cord. hoc non intelligi de Petro & Paulo, sed de literis dimissorijs.ff.de li.dimis.l.vna. quæ literæ dicuntur apostoli. ab apo. ꝙ est de, & stolum missio, quasi dimissio, quam facit vnus iudex ad alium hæc ibi.

2 Primo † verò quæritur, quo iure adinuenta sit appellatio? Et dicendum vr̃, quod substantia appellationis est de iure naturali, cum sit defensio quædam, seu præsidium innocentiæ: vt in c.speciali.eo.ti. quod etiã excõicato conceditur, de excep.cum inter formalitas autem eius est de iure positiuo: vt probatur in l.vna.C.de sen.præfec.prætorio. nam olim reddebatur ius manu regia: nec ẽt inuentæ actiones, & solemnitates iudiciorum, & appellationum: vt in l.2. col.3.ff.de origine iuris, & principaliter inducta est ad iniquitatem, vel imperitiam iudicis corrigendã, vel ad supplendũ quod incaute in priori iudicio fuerat omissum, ex quib. inferri potest prima fronte, quod licet princeps tollere possit appellationis formalitatem, non tñ substantiam: vt.s.iustitia nõ reddat̃ aduersus iudicis iniquitatem, vel imperitiam, cum tollere non possit ea quæ sunt iuris naturalis, vel gentiũ, vt in cle.pastoralis.de re iudi. Est autem de substantialib. eius inter cætera, quod appelletur ad maiorem: de accidentalibus verò ꝙ appelletur gradatim, vnde valet consuetudo, ꝙ appelletur omisso medio: vt in ea.referente iuncta gl.de præb.& in c. Romana.e.tit.li.6. Imo valet appellatio omisso medio, ẽt cessante consuetudine, si non fuit obiectum: vt no.gl.in c.dilecti. eo. tit.

3 Sed † tñ finaliter teneo, ꝙ a sñia principis appellari non possit: nec tenet̃ admittere supplicationem, si non vult, q̃a licet nõ possit directè tollere defensionẽ, ꝓ eo tñ p̃sumitur, cũ processit causa cognita: ideo non est dicẽdum, ꝙ defensionem tollat. & ad hoc faciũt multa. hæc omnia Pa. vbi su.

4 Secundo † vtrũ appellatio extraiudicialis sic annullet post facta: sicut iudicialis? Et dico sec.Inn.ĩ c.ex parte.el j.de ver. sign. quod sic.& facit cap.ad audientiam de app. in hoc tamen s̃m eundem, est differẽtia in ea.1.de his quæ fiunt a ma.par.c. q̃a iudex qui procedit in forma iudicij, debet audire legitimas exceptiones: & nisi audiat, iuste appellatur ab eo. Sed secus est in eo, qui nõ vt iudex, sed vt priuata persona perficit factum suum: quia iste in forma iu-

dicij

dicij nõ procedit.nec ꝓcedere põt:& ideo nõ dimittit quin perficiat factũ,super quo appellat:nec reuocabitur veritas cãæ:nec imputabit ei,si nõ audit cõtradictionẽ,vel appellationẽ aduersarij,nisi ꝓbet veritatẽ cãæ appellationis:vt de elec.c.cũ dilectus. & melius c. cũ inter canonicos. iuncto qđ no.in c.interposita,in glo.in ver.sed ẽt, de app. Et sic collige.Primù,quod appellatio extraiudicialis debet fieri ex causa ꝓbata iure ciuili,vel canonico, vel consuetudinario.Secundo, quod tenẽt gesta etiam post appellationẽ ipsam,nisi approbata veritate causæ.Tertiò,qđ eo ipso approbat veritas cãæ,quo nõ probatur cõtrariũ. Quartò, ꝙ sñia excõicationis nõ tenet post appellationẽ ex causis legitimis interpositã, ẽt si nõ probatur veritas, ꝙ quartũ est speciale ĩ excõicatione,& cõtra sup.dictã. Et ratio est:quia nũquam dẽt quis excõicari, nisi cã probetur,2.q.1. de quo vide Inn. in c.dilectis filijs.de app.ꝗ in hoc concordat.

5 Tertio † qñ appellãdum est? Et dico, quod intra decẽ dies,alias appellatio reijcitur.C.de app.l.vlt.qui dies hodie currũt a die sñiæ:vt ibi no.& in gl.2.q.6.anteriorum,quia quantum ad sui initium, hoc tp̃s est vtile,currit ẽt hoc tp̃s a tp̃e,quo potest agere,vt ibi patet:sed quantũ ad progressum est continuum,vt ibi patet.Vnde spõtanea appellationis omissio: purgat sñiæ turpitudinẽ:vt no.extra,de offi.dele.c.pastoralis,ita qđ lapsu decẽ dierum sñia,ẽt si iusta sit,executioni mandat: quia lapsu termini renũciationem inducit.ff.de acq.hær. l.quãdiu.in fi.& hoc nisi iusta cã ætatis,vel alia restitutionẽ ad appellandũ indulgeat. ff.de mino.per totũ.Nec potest iudex hoc tp̃s decem dierum ad appellandum, statutũ,aut tp̃s anni,vel biennij ad ipsam prosequendum, & tp̃s restitutionis in integrum concessum minuere:vt no.extra. de ap. cũ sit.& idem est,sec.Dy.in omni dilatione, q̃ datur sine ministerio indicantis:vt no. extra.de reg.iu.lib.6.quia indultũ a iure beneficium nemini est auferendũ. Hinc est,ꝙ si iudex mandat alicui,vt aliquid soluat, aut faciat,intra x.dies ei licebit appellare. vnde licet sñia sit data sub cõditione,vel etiã ad terminũ maiorem q̃ x.dierũ, tñ intra x. dies dẽt appellari.licet cõditio in sñia adiecta nondum existat, & terminus nõdũ aduenerit.ff.qñ appel.sit.l.j.nec post x.dies licebit appellare:vt no.Inn.de app.in c. ꝑterea.Sed si datur ita breuis terminus,in quo deliberare non potest ad plenum,& sic incipere põt in prõptu periculũ,vt puta triũ dierũ,vel alius minor x.diebus.qui terminus modicus appellatur: licebit a breuitate termini appellare extra,de dil.c.j.& hoc nisi ex causa minor daretur, quæ tñ causa est in dilatione exprimẽda:vt no.in d. c.1.

6 Quarto † qualiter appellatio est faciẽda?Et dico,qđ sufficit facere viua voce sine scriptis,si sit incõtinenti eadẽ die,iudice in eadẽ figura iudicij existẽte & hoc iure ciuili.ff.ẽo l.1.C.eo. l. litigatorib. Si aũt non fit incontinenti, dẽt porrigere libellũ appellatorium intra x.dies.C.eo.aut hodie autem,qui libellus debet continere nomẽ appellantis, & eius aduersarij, & iudicis a quo,& ad quẽ appellat,vt no.in l.1.§.fi. ff. eo.Exẽplũ,ego Titius dico sñiam nullam, q̃ tulisti dñe iudex contra me,condemnãdo me Sempronio in x. libris persoluendis:& si aliqua est,ego sentiẽs me grauatũ, ad talem iudicẽ appello in scriptis,petens apostolos,&c. Iure aũt canonico ante sententiam appellando,non valet ẽt eadẽ die, nisi fiat in scriptis. Vnde qñ dr̃ licitum appellare viua voce,intelligitur a diffinitiua, in qua nõ oportet inferre causam:si tñ appellans viua voce ab interlocutoria exprimat cãm legitimã,non vr̃ ratio,quare non valet,vbi no.ex Pa.in c. sacro. de sent. excom.quod appellans ab interlocutoria,tenetur exprimere causam,seu grauamẽ: & similiter appellans ab excõicatione:vt sentit Inn.in c.per tuas.de sen. excom. & Ioã. And.in venerabilibus.eo.tit.lib.6.¶ Quintò,a qua sñia possit quis appellare, aut nõ possit?Et dico,primo,qđ a pœna, vel sñia legis,appellari non potest.l.si qua pęna. ff. de ver.sig.& in c.ꝗa nos de app.& ibi gl.& secũdo nõ põt appellari a sñia interlocutoria,vel aliquo grauamine ante sñiam de iure ciuili rł̃ariter:vt in l.3.C.quo ap. non re.& in l.2.C.de epis.aud.Et rõ est, ꝗa grauamen,quod ꝑ illã infertur, reparari pt ꝑ appellationem a diffinitiua.Fallit tñ,qñ iudex in criminali,vel ciuili negotio quæstionem ꝑ tormenta interlocutus est, contra. l.ante sñiam.ff.de app.reci. ꝗa tunc p̃t appellari.& facit gl.in l.ante sñiæ tp̃s.C.quo. app.non re.Et similiter licet,qñ grauamen illarum reparari nõ põt ꝑ appellationem a diffinitiua.Imo quidam tenent,quod semper ab ea licet appellare:vt in l.ait prætor.

§.quid

§.quid tibi.ff.de min.ſed primũ verius. Et tertio nõ appellatur in iudicio momentaneæ poſſeſſionis,q̃uis hoc liceat đ iure Canonico:vt in c.ſignificauit,de teſt. Et quarto nõ appellat̃ a mero executore,extra,de appe.c.nouit,niſi modũ excedat,vel arcti⁹ exequat̃,vt no.ibi.Et quinto non appellat̃ à terminatione,vel noĩatione muneris,ꝙ eſt vtilitate tm̃ priuatum,vt tutela, & cura.ff.qñ ap.ſitil.j.§.ſi qs:ſed a reprobatione excuſationis põt appellari,vt ibi: in alijs aũt muneribus publicis autoritate, & vtilitate,ſecus eſt.Et ſextò non appellatur ab arbitro:quia nulla eſt eius ſnĩa, vt.C. de arb.l.2.licet hoc fieri poſſit, iure Can. ſec. Sum.Ang.q̃ allegat c.à iudicibus 2.q.6.ſed vt ibi patet in textu,qcquid ſit de gl. licet appellare à iudice ordinario tm̃, & ordinario ſimul ac arbitrario,nõ aũt àb arbitrario tm̃.Et horũ oĩum rõnẽ pulchrè reddit S.Th.2.q.69.art.3.ad ẜm.Sunt aũt innumerabiles aliæ ſnĩæ, & cauſæ & crimina, à q̄bus de iure ciuili non licet appellare, de quo vide,ſi vis Arc.3.par.tit.9.cap.14.

7 Potest † verò appellari,primò ab interlocutoria,de iure Can.ſi appellatio cõtineat cãm ꝓbabilẽ,& nõ aliter: vt extra, eo.c.vt debitus,& ſecũdo à declaratione, vel denũciatione excõicationis,ſeu alteri⁹ cẽſuræ,ſec.Pan.in c.ꝑuenit,de app.q̄a hęc nõ eſt ſnĩa iuris,à qua ñ licet appellare:ſed iudicis declarantis,q̃ eſt ſnĩa hominis,& facit gl.in c.cupientes,de ele.lib.6. & hoc verum,niſi ſit notorius exceſſus:q̄a notorius criminoſus nõ audit̃ appellãs.Facit qđ no. Inn.in c.ex parte,el 1.de ver.ſig.qui dicit, quod in notorijs nõ req̄rit̃ ꝓprie ſnĩa: ſed ſit q̃dã iuris executio.& tex.in c.qm̃,de filijs presby. ſed intellige in notorio,qđ nõ põt aliqua tergiuerſatione celari,& tertiò appellari põt eadẽ ratione,à declaratione pęnæ legis,& gl.eſt ſingularis,in d.c.cupiẽtes,§.quod ſi ꝑ viginti dies,de cle.lib.6. & quarto gñaliter appellari poteſt,a qualibet ſnĩa hoĩs,vel grauamine: loquẽdo de iure Canonico, quod tñ ſallit in delegato, qñ Papa ꝓhibet appellationẽ:vt ſi dicat, appellatione remota,extra,de of.deleg.c. ſuper q̃onum.quo tñ caſu ſola friuola appellatio interdicitur:vt de appellatio.c. qđ ſuper eo.in gl.vnde nihilominus a grauamine appellauit, q̄a tunc non contra reſcriptum,ſed contra iudicis malitiã appellat; vt no.2.q.6.dubium.Non appellat̃ etiam à correctione,de appel.c.reprehenſibilis.Et hoc niſi modum excedat. Nec a citatione extra e.cum parati,& hoc niſi appelletur a breuitate termini:aut niſi citatio fiat cõtra formam canonis,de reſc.c.2.lib.6.

8 Sexto † qñ,vel qual̃r non valeat appellatio?Et dico,ꝙ nõ valet,ſi appellet̃ tertio ſuꝑ eodẽ art.de appel.directæ,& S.Th.2.2. q.69.ar.3.ad tertium.Sed hoc ſec. Io. And. vt refert Pan.in d.c.directæ,intelligitur in eadẽ perſona Arch.autẽ dicit, quod ẜm canones toties licet appellare,quoties iudex ſuperior inuenitur:ẜm leges aũt bis tm̃:in caſu autẽ ſemel tm̃ appellatur: vt in auth. de ſacroſ.ecc.§.ſi quis.Non valet ẽt ſi non fiat in ſcriptis,vt dictũ eſt.Nec ſi iudex reuocat grauamen, à quo appellatur,extra eo.cum ceſſante,dicit tñ Inno. quod iudex reuocare non poteſt ſnĩam interlocutoriã poſt 10.dies ſine licentia illius,pro quo data eſt:poteſt autem ante 10.dies,niſi appellãs aliquas feciſſet expenſas, q̄a tunc non poteſt,niſi prius refectis expẽſis,quib. nõ reſtitutis, nõ vr̃ grauamen plene reuocatũ.Nec ſi appellãs pęniteat, nec ꝓſequens intra tp̃s ſtatutũ ab homine, vel a iure, de ſen.excom.c.licet,lib.6. Nec ẜm aliquos,ſi non ſunt petiti apoſtoli,extra eo.cordi. li. 6.ſed hæc petitio apoſtolorũ nõ eſt de ſubſtãtia appellationis: q̄a peti poſſunt intra 30.dies,a die latæ ſnĩæ extra eo.ab eo.li. 6. Sed ſi intra illos non petãtur,deſerta vr̃ appellatio.C.de appel.l.nonnulli. Nec ſi deficit in forma,vt quia non continet à quo, aduerſus quẽ,& a qua ſnĩa:vt in l.1.§. fi. ff. eo.Nec ſi nõ interponitur corã illo,a quo appellat̃.ff.de ap.l.cũ quidã,niſi qñ eius copia haberi nõ põt:q̄a interim ẽt tꝑa appellationis non currunt:& niſi eius violentia iuſte timeat̃:vt in d.l.cũ q̄dã.Quia tunc ꝓ appellãte reputat̃, dũmodo publicè ꝓteſtetur,vt in d.l.cũ quidã,& C.de his, q̄ ꝑꝑ metũ iudicis non appellant.l.2. Sed de hoc vide,qđ plene no.extra,de app.c.appellatio.Nõ valet ẽt ſi appellatur ad iudicẽ inferiorẽ,vel æqualẽ iuriſdictionẽ habẽtẽ: q̄a dẽt ad maius tribunal appellari.di.21.inferior,ẽt licet ſit maioris,ad quẽ appellatur, nõ tñ eſt iudex competens inter ipſos litigãtes,ſicut appellat̃ ad metropolitanũ ꝓuinciæ cui nõ ſubsũt litigãtes,nec iudex à quo ꝓuocat̃.11.q.2.c.j.& de of.or.c.paſtoralis.Nec ẽt ſi ñ fiat ex ordine gradati.ext. eo.dilec.omiſſis tamẽ medijs appellatur ad

princi-

principē.Nec,ſm aliquos,qñ ſnīa,a qua appellatur,eſt nulla: q̃a ex hoc non vr̄ iudicium deuolutum ad iudicē appellationis, ſed primus iudex pronunciat,ſi cognoſcit. C.quo.& qñ iud.l.ſi præſes,ſed verius eſt, quod valeat appellatio,& quod iudex appellationis pōt de nullitate cognoſcere: q̃a & ſi nō principaliter, tñ incidenter q̄ritur de nullitate:ꝙ tñ verum eſt,ſi in appellatione de nullitate:fit mētio, extra de ap. c.cordi.li.6.De qua quidē nullitate & poſt dies decem,& quādocunque pōt obijci,& cognoſci,habes extra,de offi.iudi.deleg.in c.paſtoralis.§.q̃a verò,& ſec. Oddone,tanto tp̄e pōt obijci de nullitate, quanto tp̄e durat actio,cuius nomine iudicatū eſt.Poteſt ēt obijci cōtra perſonā iudicis, ad quē appellatur,quod eſt excōicatus,īterdictus, vel ſuſpēſus,vel infamis, vel qđ eius iuriſdictio eſt finita:& alia, q̄ obijci poſſent cōtra iudicem cāæ principalis,de quibus dicit Spe.in tit.de iudicijs.Non valet ēt,ſi appelletur ab electione, vt nō fiat, extra, de elect. conſiderauimus, ſed vt non fiat niſi canonice bene valet,vt ibi. Sunt & alij caſus,quos not.Spe.in tit.de appe.§.item.

9 Septimo † q̃s pōt, vel nō pōt appellare?Et dico,qđ nō appellet is,cuius nō intereſt:ſed ille,cuius intereſt:alias p̱ aliū facta nō valet l.1.ff.de app.nō reci.& c. ex ore đ his,q̄ fi.a ma.par,ca.niſi qñ ꝓuocaret, ſeu appellaret ꝓ eo,q̃ ducit ad ſuppliciū:vt in l.nō tm̄,ff.de ap. & pōt appellare vtraque pars,qñ ſnīa p̄bet diuerſa capitula: vt in c. Raynaldus, extra, de teſt. ſicut aliqñ vna pars appellat a principali ſnīa,p̱ q̄ condemnat:alia verò appellat à ſnīa, q̃a expēſæ factæ ſibi nō reſarciunt:puta, q̃a pars condēnata habuit iuſtā cauſam litigandi, q̃a materia erat dubia valde.Nō appellat ēt religioſus a correctione ſuorū prælatorum, ſi fiat ſm ſtatuta regulæ,vel ordinis:aut ad effugiendā eccleſiaſticā diſciplinā.ca.ad noſtrā.c.reprehenſibilis,& c. cū ſpeciali, extra,de ap.niſi p̄latus excedat modū in corrigēdo:vt in c.de priore,eo.ti.& de of. deleg.ſuper quæſt.§.vos aūt,vide gl.fi.in d.c. ad noſtrā.Sed & ſi modus excedatur, fieri nō debet in ordine appellantis.i. ad aliquē ſuperiorem ordinis prælatū: qñ conſtitutiones approbatæ p̱ Papam hoc ꝓhibent: ſed extra ordinē. Non appellat ēt ſm aliquos,cōfeſſus in iure canonico: q̃a ipſa cōfeſſio in iure facit notoriū:& a notorio nō appellat,extra eo.c.cū ſit Romana. & hæc opinio vr̄ innui extra,de ap.c.Romana.li. 6.Sed cōtrariū pōt ex illo c.potius haberi, vnde iure canonico,& ciuili cōfitēs appellat,iuſtā cām inferēdo,puta,q̃a,errore,ve ꝑꝑ terrorē tormētorū,vel q̃a cōfeſſionem expoſitā declarare intēdit: vel aliq̃d aliud rōnabile:vt l.creditor.ff.de ap.Si āt appellat abſolute, ſine exp̄ſſione cāæ nō audit, vt dicit Arch.in c.Romana,e.ti.li.6.¶ Octauò,à quo,vbi & ad q̄ eſt appellādū? Et dico,qđ fieri dēt primò à iudice, q̃ pronunciauit,& ſecūdo,vbi ius reddi cōſueuit:cū rł̄ariter,q̄ ꝑtinēt ad cās agēdas, in eo loco fieri,& agitari debēt.ff.de inter.act.l.volui §.qđ ait,& corā iudice,q̃ ſnīam tulit,ſi eius ſit copia:nō p̱ vicos,vel hortos.ff.qñ ſit appel.l.1.§.dies,& ſi nō vult ille appellationē recipere punit l.iudicibus,& l.qm̄. C.e. Si aūt timet iuſte appellare corā eo,appellat corā aliqua honeſta p̱ſona,vt dictū eſt. Et tertiò fieri dēt ad ſuperiorē eius, q̃ iudicauit,& in ordinarijs hoc fit gradatim.ff.e. l.Imperatores.& C.eo.l. ad dictos, & 2.q. 6.anteriorū,excepto Papa, ad quē omnibus p̄termiſſis appellat,vt 2.q.6.ca.2.& alijs ſequenti. Si verò à delegato appellat, ad delegantē.C.eo.l.præcipimus.§. eorū. Si aūt a delegato delegati,ſeruetur forma poſita.C.q̃ pro ſua iuriſd.l.vnica,in fi.& in gl.ibidē.In delegatis verò diſtingue, q̃a ſi ipſi alijs cām cōmiſerūt,& tota iuriſdictio ē delegata:appellat ad primū delegātē,de of.del.ſu p̱ qōnū.Si verò nō tota, appellat ad delegantē ſm ff.quis,& à quo app.ſit.l. fi.Et ꝓpterea dat cautelā Raph.Ful.in l. eo caſu.C.de app.qđ Ep̄s,vel alius ordinarius deleget cām:q̃a ſi appellat à ſnīa deuoluitur ad ipſum,q̃ iterum deleget cām appellationis,q̄ delegari pōt,vt l. cū poſt ſnīam. C.de ap.no.gl.& Ang.in l.eos, in princ. C. eo.tit.& ſi iterū appellet,ad eum reuertatur:& conſequenter,cū non liceat appellare tertiò loco,non exibit de eius officio.

10 Nono † ad quē dēat appellari, cū deeſt iudex appellationis?Et dico,qđ dupliciter deeſt talis iudex.Primū ꝑꝑ defectū ſuperioris, vt q̃a princeps ille nō recognoſcit ſuperiorē in tp̱alib. & puto qđ a tali nō poſſit appellari,cū ſit loco principis,a quo nō appellatur:vnde vr̄ velle glo. diſt. 10. qm̄, quod à tali principe non appellatur ēt ad Papam,ſi tñ iniuſtitia eſſet notoria, peſſet dici, quod Papa tunc adiri poteſt, ar. ex

his

his q̃ notauit Inn.in c.cũ te.de sen.& re iu. & in c.licet ex suscepto de foro cõp. Secũdo potest intelligi, qñ non deest superior, sed deficit specialis iudex super appellatione, puta ciuitas eligit sibi potestatẽ, vel aliquis princeps in sua ciuitate, sed non prouidit sibi de iudice appellationis, & tunc dic, qđ appellabitur ad superiorem, qui potestatẽ elegit, & facit c.venientes, de iureiur.hæc Pan.super rubricã, de appellat.

11 Decimo † ad quẽ sit appellãdũ a rectore alicuius collegij? Et dico, quod Pan. vbi sup.recitato Bar.& Inn.latius sic dicit: Aut ipsum corpus est seculare, nõ ecclesiasticũ & ipse rector secularis: exẽplũ in lanificibus.sutoribus, & similibus: & tunc indubie appellatur ad maiorẽ officialem loci, puta Potestatẽ: quia regula est, vt semꝑ appelletur ad superiorẽ eius q iudicauit, vt in l. 1. C.vbi & apud quẽ. Aut ipsum corpus est ecclesiasticũ: puta, q̃a pro maiori parte sunt clerici, iuxta notata in l.fi.ff.de colle. & rector ecclesiastica ꝑsonã: & tũc appellari debet immediatus superior, puta eps: vt in c. Romana.eo.ti.li.6. Si aũt vniuersitas est secularis, puta q̃a plures in eis sunt laici, sed rector est clericus, sicut tenet̃ esse in forma statuti ꝑꝑ scholares clericos: distingui posset ita æquè, qđ quatenꝰ iudicat đ scholari clerico, cũ iudicet vt iudex ecclesiasticus, aliter in eũ non caderet iurisdictio: vt no.Inn.in c.cũ ab ecclarũ, de off.ord.appellari dẽt ad epm: quia regula est, vt ad superiorem sententiantis appellandum sit. Sed quatenus iudicat inter laicos, ad Potestatẽ appellandũ est, quia tũc licet ipse sit clericus non tñ iudicat vt iudex ecclesiasticus, sed laicus, tanquã rector collegij secularis, ideo non appellandum ab eo tanquã a clerico. Hæc ille, q ad hoc multa adducit ibi.

12 Vndecimo † quærit̃, quod si quis appellet simpliciter dicens, ego appello a tali vestro præcepto: nec dicat ad quẽ? Et dicit Spe.qđ valet: & intelligit̃ appellare ad proximum superiorẽ.ff.e.l.1. quia in dubijs nõ est recedẽdum a iure, qđ scilicet hoc disponit, vt gradatim appellet̃, & idem si nõ dicat, appello: sed subijcio me sub protectionem sedis apostolicæ, vel alicuius iudicis appellationis: quia habetur pro appellãte.

13 Dvodecimo † quæ sunt partes iudicis, a quo appellatur: siue quid agere debeat, si appellatio videtur, sibi frustratoria? & dicit, qđ aut sibi apparet euidenter legitima aut euidẽter frustratoria & illegitima, aut de hoc dubitat. Si primũ, deferẽdũ est: alias nõ deferẽs punitur pecuniariter ſm leges 30.pnndo auri.C.eo.l.qm̃, ſm canones vero deponitur ab officio.2.q.6.decreto, & c.de priore extra, de appel.& omnia attẽtata reuocat iudex appellationis in statũ pristinũ, extra de iureiu.c.venientes, q̃a nihil est innouandũ appellatione pẽdẽte. Si ſm, iudex nõ dẽt ei deferre extra eo. cũ appellationibus.li.6.vnde ea nõ obstãte exequetur: quia si deferret, nõ esset reuerẽtia, sed malitia & imprueẽtia: & sic teneretur ff.de euic.l.si ꝑ imprudẽtiã: & facere litẽ suam. Inst.de obl.ex quasi delic §.impij, q̃uis iudex appellationis possit tractare ꝙ actum est: vt notat.2.q.6.ad Romanã. Si tertiũ, dẽt deferre, extra eo.cũ speciali, põt tñ vti cautela verborũ, q̃ legitur & notatur eo.ti.cũ cessante.s.dicẽdo, admitto si & inquantum de iure debeo, & cũ petuntur apostoli, põt iudex sumere dilationẽ ad cogitãdũ quos apostolos velit dare: & si defert appellationi, sec.Anch.dicat, appellationi defero, & apostolos reuerẽtiales cõcedo, si verò nõ defert, dicat, appellationi nõ defero, & apostolos refutatorios concedo. Quãdo verò appellatur in absentia iudicis ex metu: appellatur coram aliqua honesta persona, & ab ea dantur apostoli testimoniales.

14 Decimotertio † quæritur q̃ sint partes iudicis appellationis in faciẽdis inhabitionibus iudici a quo appellatũ est, ne procedat? Et dico, ꝙ circa hoc dicit Spe. valde plene in ti.de app.§.de offi.& breuius Archi.3.pat.ti.9.c.14.circa fin.de q̃bus breuissime dr̃ sic: Cõparente coram eo appellatore, nec eũ dẽt andire, nec ad citationem, vel inhibitionẽ ꝓcedere, nisi facta fide de sua appellatione, q̃a non põt dici deuolutũ ad eũ causæ negotiũ: vt in c.Romana, de app.li.6. Illa verò exhibita corã eo, si apparet interposita ante sñiam.& nõ est ibi cã inferta, facit idẽ, imò illã omnino reijciat: aut in d.c.Romana, & idẽ est, si sit interposita a sñia diffinitiua, in casibus a iure expꝑsse prohibitis: q̃ sunt ff.de app.rec.l.n. quia reijcienda est.ff.vbi sup.per totũ. Si vero de prædictis non apparet, & est dubiũ: debet partes citare: quia de vnoquoque negotio ꝑsentibus &c.ff.de re iud.i.de vno quoque & appellatio nõ comparẽte potest inhibere: imò & pronũciare in causa ſm Azo.altera parte absente. Sed partibus præseutia

liter

liter cõstitutis, si sic opponat, ꝙ cãæ nego tiũ non sit ad eũ deuolutũ, quia .s. appella tio non valuit: non dẽt inhibere, nisi prius constiterit cãm ad se delatã, de resc. dile ctus & in d.c. Romana. Qñ autẽ appellatũ est ante sniam, & objicit, ꝙ non est remis sa ex cã ꝓbabili: tunc si appareat patẽter ꝓbabilis, puta in iure expressa, põt inhibe re antequã cognoscat vtrũ sit vera: vt ex tra, de app. c. non solũ li. 6. & inhibitione fa cta nil est innouandũ, extra, vt lit. pe. nihil Inn. & ideo reuocandũ est si innouet. Si ve rò dubitat an cã sit probabilis, nõ dẽt inhi bere, donec incipiat cognoscere: vt in d.c. Romana, quæ cognitio in hoc vr̃ consiste re, vt sufficiat suꝑ hoc litem contestari: & ex tunc inhibeat: quia tunc iudiciũ cogni tionis initium sumit q̃ quidem litis conte statio in cã appellationis fit ẽt vna parte absente, hæc Arch. qui etiam ibi multa alia ponit circa reuocationem innouati.

15 DECIMOQVARTO † vtrũ valeat statutũ vel ordinatio alicuius municipij, qđ appel lari nõ possit, nisi ad iudicẽ illius loci? Et vr̃ ꝙ sic: q̃a statutũ est q̃dã cõsensus & pactũ ciuiũ illius loci vbi fit, cõstat aũt, ꝙ potest q̃s remittere ꝑ pactum ius appellãdi, C. de tẽp. ap. l. fi. ergo & ꝑ statutũ: maxima cũ ꝑ statutũ tollitur ius cõe in illo municipio. ff. com. præd. l. vẽditor. Sed tñ in cõtrerium est veritas: q̃a iurisdictio collata in iudices appellõnũ ꝑ legẽ aut principẽ, ꝓ subditos tolli aut minui ñ põt. dist. 21. inferior imo ẽt ponit necessitas obsequẽdi. extra, de cõ stit. ca. eccles. q̃a iã ex hoc videret enerua ri iurisdictio imperij & ecclæ Romanæ: & vires principalis negotij exhauriri. C. de prec. Impera. offe. l. 3. circa qđ nulla cõsue tudo valere põt, extra, de consue. c. j. Itẽ pa ctũ litigatorũ facere nõ põt, ꝙ appellatio ni gñaliter renuncietur extra, de ap. c. 2. er go nec statutũ. Itẽ tale statutũ esset diminu tiuũ iurisdõnis & libertatis ecclæ, & im perij: ideoq. ipso iure nullũ. Et hęc est veri tas: q̃a in omnibus semꝑ intelligit ius supe rioris exceptũ de iureiu. veniẽtes. Possent tñ municipes non condendo legem renun ciare appellationi: no. Inn. in d.c. veniẽtes.

16 DECIMOQVINTO † q̃ritur, q̃d cum ali quis, timens sibi inferri iniuriam ab aliquo iudice p̃cipit ei ex parte principis, ne sibi iniuriã faciat, & arripit iter ad Pricipẽ? Et dico, ꝙ hoc p̃ceptũ cũ arreptione itineris hẽt vim cuiusdã extraiudicialis appellatio nis q̃a ꝑ hoc vr̃ positus sub Pricipis ꝓte ctione facit qđ no. Bar. in l. de pupillo. ff. de noui ope. nũc. & Inn. & Io. And. i c. vt debi tus, de appel. facit ẽt c. dilecti el j. & c. ad au dientiã. e. ti. vbi patet, qđ arreptio itineris ad superiorẽ cõstituit sub eius ꝓtectione: & tali inferens iniuriã punitur, dum ius cõ temnit, & eum sub cuius protectione se posuit: vt no. Pan. in c. in causis, de elec.

17 DECIMOSEXTO † vtrum ꝓrogari pos sit terminus appellãti cõstitutus? Et dico, quod terminus prosequẽdæ appellationis est triplex. Primus status ad iter capiendũ de sen & re. iudi. cũ cã. Secundus ad se præ sentãdũ iudici: vt in c. cũ sit Romana, & in duo sunt ab homine. Tertius statuit a lege annus vel bieniũ. Primus ergo & secundus p̃figi, & limitari põt tã a iudice, q̃ a parte. extra eo. Romana, & c. oblatæ, & tenet ap pellans ꝓsequi cãm suã intra terminũ sibi p̃fixũ, vt ibi dr̃ qđ si no. faciat, ꝓceditur, & sit vt no. c. sæpe. in gl. de ap. Si verò nec a iu dice, nec a parte assignatus ẽ terminus: tũc licet appellato ẽt ante finẽ anni, vel biẽnij impetrare iudicẽ, & cãm appellationis co rã eo prosequi tenebitur appellans: vt in d.c. oblatę, nisi appellans impetratũ iudicẽ vt suspectum recuset, & nisi præmature fuerit ab appellato iudex impetratus.

18 DECIMOSEPTIMO † vtrũ possit agi cõ tra iudicẽ ad interesse p̃textu iniquæ snīæ? Et dicit Pan. in rub. de ap. ꝙ sic, siue nõ fue rit appellatũ excõicando lites, siue succũ bens bis appellauit, & nunc nõ licet tertio appellare. Nec obstabit exceptio rei iudi catæ: q̃a ad aliũ, & cõtra aliũ nunc agit, de quo vide bonã gl. & qđ ibi no. in c. pastora lis. § q̃a verò, de offi. deleg. ibi idẽ Inno. & doc. in c. sæpe de appe. & Io. post Inn. in c. sacro. de sen. exc. Idẽ Bar. in l. j. ff. e. in versi. vlt. Arbitrator aũt tenetur solum de dolo & lata culpa. l. 2. ff. de proxenetis. & in l. fi. ff. si mens. fal. mo. di. & Bar. ibi, & idẽ dicen dum in assumentibus officia similia.

DE APOSTASIA, ET FVGA monachorum.

1 *Apostasia, quæ a Dei militia defectio est, tribus modis contingere potest Vnde & Apostasia spe cies triplex constituta est.*

2 *Apostata species prima, & haretici, & intesta biles habentur: ac proinde excommunicati quo rum bona confiscantur: nec post peractam pœni tentiam ad pristinum admittuntur, vt qui infa mes habeantur.*

3 *Secunda*

3 Secunda Apostasia species in quo consistat. & in quo tertia.

4 Apostata a fide, aut vere, aut apparenter quis dicitur. Et id quot modis esse possit. Et ibidem Apostatam omnem hereticum esse, non contra.

5 Apostata a clericatu quis censendus sit, & cuinã clericorũ generi conueniat huiusmodi Apostasia.

6 Clericus in sacris deferens vestes virgatas, aut partitas, quibus & quot concurrentibus Apostata efficiatur.

7 Clerici Apostatantes qualiter peccent, & ad quid coercendi sint. Et quomodo cum his, qui in sacris sint, si vxorem duxerint, dispensandum. Et quid si in minoribus.

8 Tonsuram primam si quis semel assumpserit, nũ eam deserere libere, ac impune possit.

9 Apostata ab religione, quis dici possit. Et quis sit. Et quis eiectus.

10 Eiecti ac fugitiui, si redeãtur nũ admittẽdi sint. Et quid, vbi regula ac vita, & Canon, ordinis receptionem non admittit. Et an huiusmodi fugitiuos, teneatur Abbas, & id quando, requirere. Et ter egressum regula Bernardi non admittit. Et quid tum.

11 Apostatantium pœna, quanam sit. Et id per singula Apostasia genera prosequitur.

12 Monachus apostata fugitiuus, aut eiectus, cuinã interim acquirat. Et fugitiuum monachum cum bonum interim quasitis, num possit Abbas diuendere. Et quid si huiusmodi fugitiuus, diu in quasi possessione libertatis perstiterit.

13 Coniecto & traducto in monasteriũ aliud, quisnã impensas ministret. Et quid si mona. ad noua regulam reformatio optione monachis antiquis data, vt ibidẽ posint libere permanere, si alibi eligant manere, ac viuere, quorum impensis aleiur.

1 APOSTASIA † ſm etymologiam vocabuli dr̃ quasi retrostatio, vel retromissio, ab apo, qđ est re: & sto, qđ est stare, vel stolos, quod est missio. Sed quãtũ ad vsum loquentiũ, importat quandam retrocessionem: quia scilicet qui non progredit̃, retro stat nisi regrediatur primò vel quandam retromissionem pro quanto progredientẽ in uia Dei diabolus suggerendo retromittit. Quantum autem ad propositum pertinet, sicut dicit S.Th.2.2.q.12. apostasia importat retrocessionem a Deo. quæ tribus, modis, fit ſm tres modos cõiũctionis ad illum, scilicet per fidem, obedientiã, & religionẽ. Vnde sec. Ray. Gof. Host. & Alex. & mentẽ S.Th. sic diffinit̃. Apostasia est temerarius à statu fidei obediẽtię, vel religionis recessus & sic triplicem collige apostasiam: vt etiã

no.gl.in c.1.de apo. prima est peafidiæ, quæ scilicet quis recedit a fide, & intellige ſm Archidiaconum, quando simpliciter & ex toto recedit. In qua apostasia fuit Iulianus apostata, vt in c.Iulianus 9.q.3. & quicunque recedit a fide 2.q.7.non potest.

2 ET † isti, sec. Host. in d.c. sunt vere hæretici: & in ipsis locũ habẽt oĩa iura loquẽtia de hæreticis: & consequẽter sunt excõicati ipso facto, extra. de hære. ex cõimus. el j. & 2. & ita tenet Inn. in d.c.1. nec possunt etiã condere testm̃: & eorum bona confiscãtur: nec peracta pœnitentia redeũt in pristinũ statũ C.eo.l.2. & 3. & hodie ista confiscatio fit ipso iure, extra. de hæret. cum sec. lib. 6. & recipi debent, sicut hæretici: de quibus inf. Hæreticus. Item sunt infames, & repellũtur à dignitatibus, & alijs multis: de iureiu. querelam, 6.q.1. infames, & cõcor. Ray.

3 SECVNDA † inobedientiæ, quæ scilicet importat voluntatem à mandatis Dei resistentem: & in omni peccato mortali inuenitur, vt dicit S.Th. Sed tñ ista inobediẽtia aliqñ venit ex ĩfidelitate: vt puta ex hoc ꝙ creditur Papam authoritatẽ non hr̃e condẽdi canones, & talis vt hæreticus puniri debet. 19.dist. uulli fas vbi dicit Hug. ꝙ est excõicatus & hæreticus, & schismaticus ca. licet. de elec. excõicamus de hær. & Pan. in clé. j. de æta. & quali. dicit, ꝙ est infamis & no.gl. 6.q.1. infames, & in c. generali. de ele. li. 6. & ibi Gem. Aliqñ autem venit ex contemptu formali. s. quo quis contemnit obedire præcepto Dei, siue canonum, siue prælatorum & talis efficitur infamis, & repellitur a testimonio, & est excommunicandus. 3. qu. 4. si quis a suo. 11.q.3. si autem nobis. Et si perstiterit in contumacia, crescere debet & pœna extra, vt lite non contestata quoniã frequenter, & si redierit, nõ prius excõicatus recipitur ad pœnitentiam: excõicatus autem prius recipitur cum satisfactione, quá facere tenentur excõicati iniuriam passis, sec. Sum. Donfes. Aliquando autem venit ex ignorantia, vel fragilitate, siue appetitu alicuius delectabilis: & tunc minus punitur. Et de his vide infra. Obedientia & inf. Cõtemptus. Tertia est irreligiositatis, siue irregularitatis. & hæc est duplex: vna scilicet, qua quis a statu clericatus. alia quæ a statu assumptæ religionis recedit 47. dist. quantumlibet. 16.q.1. legib. Et de ista tertia hic principaliter intenditur.

4 PRIMO † verò, quæritur, quis dicatur

apoſtata a fide?Et dico,ꝙ is qui receſſit a fide penitus,ſec.Archidiaconum,& ſponte, vt vr̃ velle Ray.& hoc vere quo ad Deũ,aut apparenter quo ad eccleſiã,quæ nõ iudicat de occultis,ex his infero primo,ꝙ recedẽs a fide in parte puta q̃a decredit reſurrectionem licet credat incarnationẽ, non eſt apoſtata,ſed hæreticus,quod eſt in plus: q̃a oĩs apoſtata eſt hæreticus,& nõ ecõtra. Secundo,ꝙ faciens id quod faciunt recedẽtes penitus a fide,vt adorãs idola,vel ſepulchrum Machometi,nõ eſt apoſtata,ſi hoc nõ facit ſpõte ſed ductus timore,nec hæreticus, vt tenet Ray.nec ẽt eſt excõicatus: ſed tñ peccat mortalr̃,vt idẽ dicit.Tertiò,ꝙ nec q̃ vtitur habitu infideliũ nõ ſponte,id eſt,re ipſa delectatus:ſed timore,vel alia iuſta cã,imò ſine peccato in caſu fieri põt,vt dicit Veru. ſicut beatus Sebaſtianus ſub chlamide militari Chriſtiani militiã gerebat abſconditã: niſi inquit Veruec.eſſet inſtitutum aliquod determinatum ſignum, ad cognoſcendum profeſſores alicuius idolatriæ quia eo caſu nõ liceret. Sed tñ ñ intelligas,qđ eo ipſo ꝙ nõ liceret,iudicaretur apoſtata,niſi appareret ꝙ talia ſponte deferat.Quarto, ꝙ qui haberet ſanã fidem catholicã in animo, & nec tñ extrinſecus oſtenderet ſe ab illa ſpõte recedere:puta adeundo partes Sarracenicas ex deſperatione vel libidine ductus: & ibi ſeruando ritus eorũ, quantum ad eccleſiam,eſſet verè apoſtata:quia eccleſia de occultis non ſe intromittit:vt inf.Excõicatio.6.§.2.vnde frequenter, aliqui tales fatẽtur ſe nunquam fidem catholicam perdidiſſe:& tamen vt apoſtatæ recipiuntur.

5 SECVNDO † quæritur, quis dicatur apoſtata a clericatu,vt de inobedientia tanquã de manifeſta taceatur?Et dico quod apoſtaſia non cõuenit clerico in minoribus, quia impune põt ſeculariter viuere,& renũciare in totũ ordini clericali:& ſi nõ verbo,ſaltem facto exercendo actum omnino cõtrarium:vt docet Pan.in c.tuæ.de apo.fallit tũ ſec.Inn.vt recitat ibi Pan.ſi hẽt beneficium quia eſt apoſtata,ſi dimittat habitũ & tonſurã:& cogi põt habitum reaſſumere.ſecus ſi habitum ſolum,ſec.Inn.licet alij dicãt cõtrarium.& facit ꝑ Inn.cle.qm̃,de vi. & ho. cler.vbi non punitur clericus in minoribus portans veſtes inhoneſtas:niſi ẽt portet tõſuram:quã ſi portat,punitur deferẽs veſtes laicales,ſecus ſi per omnia incedit vt laic⁹. Si autẽ clericus ſit in ſacris,eſt apoſtata,dimittendo ſolum habitum,ſec.Pan. quod intellige, qñ dimittit nõ aſſumpturus ſtatim ſed cõuerſaturus laicaliter: imò ſi ducat vxorẽ,licet retineat inſignia clericalia ĩ fraudẽ extra,de cler.coniu.ex parte, & generaliter quicunq; talis ad negotia ſecularia ſe cõuertit extra de vi.& hon.cle.ex literis.& de ſen.excõ.in audientia, & c.perpẽdimus.

6 IGITVR † colligi põt,ꝙ clericus apoſtata,eſt clericus in ſacris deferens habitũ vti laicaliter viuat,aut laicaliter viuẽs,vel cõſtitutus in minoribus,cũ bñficio, ñ deferẽs inſignia clericatus,aĩo viuẽdi laicaliter.Vñ clericus ĩ ſacris portans veſtes virgatas vel partitas ñ ẽ apoſtata,niſi cõcurrẽtib.duob. Primò,ꝙ ita ſint alteratæ vt nõ cenſeantur habitus clericalis,& ſecũdò niſi taliter d̾ferat eas,vt appareat eũ renũciaſſe clericatui & velle viuere laicaliter, eſt tñ hoc ei & religioſo illicitũ,ſec.Inn.in clem.qm̃.de vi.& ho.cle.imò peccat mortaliter, vt patet per no.in cle.niſi,qñ cã paupertatis portaret veſtes diuerſi coloris:q̃a ſec.Zen.& Imo.tunc non cadit in pęnã d. cle. ſimiliter.ſec. Zen. nec is in cã cadit,quæ talem veſtem continue nũ portat,nec cã vſus ꝓprij,ſed ob feſtũ doctorale,vel vxorale, ſil̃e, vel ob honorẽ alicuius magnatis,d̾ cuius vrbe eſt,q̃a dicta cle.loquit̃ de vſu, qui cõtinuationem no.dicit ẽt Veruec. ꝙ cler. coniugatus vtẽs tali veſte,perdit priuilegium clericale, q̃a eſt veſtis laicalis,& alleg. de cleri.con. c. 1. lib.6.Et de hoc etiam inf.Excõicatio.6.

7 TERTIO † vtrum & qualr̃ peccent clerici apoſtatãtes?Et dico ꝙ ſi sũt ĩ ſacris,peccãt mortaliter:& coercendi ſunt ad reaſſumendum habitum & tonſuram:vt in d, ca. tuæ.de apo.Qũo ãt diſpenſetur cũ eis, ſi acceperint vxorẽ de facto, inf. Bigamia. §. 7. exiſtentes aũt in minoribus,ſm̃ Alex. peccant apoſtatando prima vice: q̃a faciũt cõtra illud quod dixerunt: Dñs pars hæreditatis meæ &c. non autem peccant poſtea, & ſm̃ aliquos peccãt mortaliter. vnde Ric. in 4.diſt.24.tenet quod habens primam tõſuram,non poteſt eam deſerere ſine peccato mortali, quod tñ limitat bene Naaſon, verum quando ex ſola libidine laicandi deſerit:ſecus ſi ex cauſa rationabili,ego verò dico,ꝙ quantum eſt ex parte deſertionis, nullo modo mortaliter aut venialiter,peccat,ſed ſolum ex intentione deferendi:quia nec voto nec iur̃o, nec præcepto aſtrictus eſt ordini clericali, ſed liber eſt ad laican-

dum

dũ,licet peccet laicando sine bona intẽtione vel cã.& hæc haberi possunt ex ca.fi.de vi.& ho.cl.& ex si.Ioannes.de cle.cõiu.vnde seq.Pan.potest clericatui renunciare facto:imo & verbo pari ratione,licet Pa.hoc neget,sine sufficienti ꝓbatione:quia c.fi diligenti.de fo.cõp.qđ adducit, põt intelligi de clerico astricto,id est,existente in sacris & irrationabile est,quo liceat mihi đ facto renunciare clericatui,& laicaliter viuere: & non liceat mihi dicere,ꝙ sic facere volo.

8 Pro † hoc scito quod de hoc antiquitus fuerunt opiniones, vt no.in Sum.Conf.lib. 1.ti.2.q.7.Et licet per antiqua iura videat, ꝙ habens primã tonsurã, eã deserere non possit,hodie tñ hoc põt,tam de consuetudine quã de iure,vt dicit Sum.Pis.& concordat Alb.& habetur c.vno de cle.cõ.li.6.vbi patet,ꝙ tali contrahere licet,& consequenter se ad secularia conuertere.Si tamẽ talis habeat beneficiũ, & illud retinet, peccat mortaliter:& est apostata vere.de coh. cle. & mu.c.Io.& dist.30.c fi.

9 Qvarto † q̃ritur,quis dicatur apostata a religione?Et dico, ꝙ nouitio cõstituto in probatione apostasia non conuenit, qa exire põt sine peccato,nisi peccet ex intentione vel causa exeundi:vt inf.relig.5.§.8.In professo autem apostasia & fuga videntur æquipollere,sec.Ray.dicentẽ qđ nõ dẽt iudicari apostata seu fugitiuus,ẽt si ad longinquũ diu euagetur,nisi postquã sic viuit, ꝙ animũ redeundi se deposuisse ostendit.ff.de re mil.l.desertorem hæc ille, qui vr̃ vti lyseu expositiue pro id est,proprie tñ sec.Io. An.fugitiuus est q ꝓ se exiuit, & stetit extra monasteriũ se celãs abbati,ꝙ sufficit:licet postea ductus penitẽtia redeat ad abbatem ff. de ed. edi.l.si qs sit fugitiuus. Igitur collige,ꝙ apostata à religione est religios⁹ ꝓfessus,sine licẽtia exiẽs à monasterio, cũ intẽtione nõ reintrandi illud vel aliud, sed viuẽdi irreligiose,puta clericaliter,aut laicaliter,vel inobediẽter:vñ si egrediatur qdẽ,sed intrat monasteriũ laxius,nõ ẽ ꝓprie apostata sec.gl.in c.fi.de apo.& in c. ex parte.imo s̃m aliquos,nec fugitiuus, qđ intelligo si licite intrat,idest, cũ aliqua licẽtia vel si itrat monasteriũ eiusdẽ religionis,licet ñ eiusdẽ rigoris, quorũ vtrũq; subsit eidẽ simpliciter:alioquin capi posset a priori ꝑlato vt fugitiuus subditus.Si verò exeat & tñ retineat habitũ & tonsurã,sed non ingrediat aliud monasteriũ,nec subijcit se alterius obediẽtiæ,est apostata ꝓprie.s̃m Inn.in c fi. de renũciatione & in c.intelleximus.de æt: & qual.qa oportet,ꝙ ingrediatur monasteriũ,si vitare vult apostasiam, & de hoc no. c.ex parte.de temp.ord.& in c.Ioã. de reg. Et sic patet ꝙ oĩs apostata est fugitiuus,nõ econtra.Eiectus autem dr̃,quia suo superiore forte sua culpa exigente fuit eiectus.

10 Qvinto,† vtrum eiecti & fugitiui reuerti volentes admittendi sint?Et dicit do. Ant.de But.ꝙ sic imo ad hoc ꝑlati cõpellũtur.extra,de reg.ne religiosi,& hoc nisi regula cõtradicat.qa cõtradicẽtes nõ sũt habẽdi in derelicto,sed sunt alimẽtãdi in locis cõpetentibus,si id sine scandalo graui fieri possit:alioquin in alijs domibus eiusdẽ ordinis id fiat: vt sibi dicit ẽt Arch. ꝙ regula vt authentica põt allegari,& disponere, vt nõ recipiant vagabundi: & ꝙ monasteria, ẽt si ordo repugnet,arctari possunt ad præstandũ alimenta fugitiuis & eiectis,vbi velint ad cor reuerti.¶Sexto quæritur,vtrum monachi apostatæ siue fugitiui sint à suo abbate req̃rendi?Et dico,ꝙ abbas & q̃libet cõuẽtualis ꝑlatus,requirere dẽt monachos fugitiuos:& ad claustrũ reducere salua ordinis disciplina,extra de reg.ne religiosi.alioquin si redire volentẽ recipere noluerit imò s̃m Arch.si eũ reuocare neglexerit, & ipse manẽs in seculo acq̃sierit aliqua,& postea moriat extra monasteriũ nõ receptus nihil de bonis eius petere põt abbas:qa impie monacho suo alimẽta negauit:extra,de tangui.expo.c.vno.ibi de hoc in gl. & ꝑtinebit ad s̃m monasteriũ,si ingrediat illud, alias ad ep̃m,s̃m Arch.Et hoc verũ est, si cõuentus totus aut pars maior delinquit:alias delictum personæ in dãnũ eccl̃æ redundare non dẽt,per regulã,delictũ,de re.iu. lib. 6.idẽ aũt vr̃ de monacho eiecto, de quo simul cũ fugitiuo loquitur.d.ca.ne religiosi. Sed tñ ista requisitio ibi mandatur & ꝑcipitur fieri annuatim in t̃pe capituli. Qñ tñ aliquis talis esset scãdalosus & periculosus alijs,& apte nõ posset capi,corrigi,& detneri:forte ꝑlatus vel conuentus non tenet reducere talem,s̃m Arch.ne alijs noceat,si non speratur posse emendari: quia vtilitas cõis præponitur priuatæ:quæ etiã non sequeretur incorrigibili 24.quæst.2. resecandæ.Si autem speratur correctio vel impeditio malorum eius,si coerceatur vel teneatur prælatus vel conuentus eum corrigere & cogere ad redeundum: extra de apo. a

 nobis,

nobis,& ſi nolunt,debent incarcerari:vt ibi.¶Septimò quæritur de quibuſdã terminis contentis in duob.§.prioribus.Et dico, ꝙ exẽplũ qñ ꝑdicti recipi nequeunt ſaluã ordinis diſciplina,ponit̃ in regula B. Bñdicti, q̃ hẽt, ꝙ ter egreſſus monaſterium, ad monaſterium recipi non dẽt,vt in c.2.eiuſdem regulæ:loca aũt cõpetentia,in q̃b. ponũtur qñ regula prohibet receptionẽ, ſec. An.de Bu.ſunt loca ſeruiẽtiũ,cum quib. ponenẽ nõ cum monachis:vel,ſec.Hoſt. ponẽtur in ergaſtulis, de quibus exire non poſſint.Graue autẽ ſcandalũ dt̃, qñ alij dicunt ſe potius exituros q̃ moraturos cum illo, quia cum eo durare non poſſent:ſicut & Hoſt.dicit ſe aliquando vidiſſe de facto, & ſimiliter Arch. in quàdam moniali. In hoc tamen puta ſtandum arbitrio bonorum.

11 Octavo † quærit̃, quæ ſit ãpoſtatantiũ pęna?Et dico,qđ apoſtatæ à fide q̃ cito denunciantur excõicati per ſñiam ipſo facto, eorum ſubditi abſoluti ſunt a dñio, & iuro fidelitatis,quo eis tenebant̃.Iul. tñ tolerauit eccl̃a:quia nõ habebat compeſcendi poteſtatem de facto,ideoq; fideles obediebãt ei in his,quæ non erant contra fidem,vt dicit Ambr.11.q.3.Iulianus,& hoc ad vitãdũ ſcãdalũ maius perſecutionis.Apoſtata inobedientiæ,ſec.Inn.in c.1.eo.tit.eſt, qui non obedit prælato vel canonibus, repellit̃ ab accuſatione & teſtimonio,& excõicat̃.& đponitur,& iudici ſeculari aliqñ tradit̃, 3.q.4.ſi quis à ſuo.11.q.3.ſi autem vobis, quod intelligo qñ non obedit ex cõtemptu:alias quilibet clericus peccãs mortaliter,veniret deponendus.Apoſtata vero a clericatu,ſi ẽ in ſacris,interim ab accuſatione & teſtimonio tanquã infamis repellit̃.2.qu.7.alieni.3.q.4.beatus.Item interim ſi admonitus ſe nõ correxerit,eſt deponẽdus.21.q.4.fine, & c. præcipimus.Item interim caret priuilegio clericali:ita quod verberãs illum, non incidit in canonem,quod tñ intellige,ſi poſt trinam monitionẽ epi ſe nõ correxerit: vt de ſen.excõ.in audiẽtia,vel ſi ſeditionib. & enormitatibus ſe immiſceat,extra,eo.c.1.de ſent,excõ.c.cum non ab homine.Item interim ad dignitatem vel ordinem promoueri non poteſt.16.q.1.legi.50.diſt.c.vlt.Si vero ſit in minoribus,perdit priuilegiũ clericale,ſi tranſit ad actum omnino cõtrarium ordini:puta q̃a factus eſt bigamus aut exercet ſæua,puta quia recipit miniſteriũ occidendi,mutilãdi,aut aduocandi in cauſis criminalibus diſt.84.quiſquis.& Inn. in c.1.de apo.quod tamẽ intellige,ſi talia facit actu, & ẽ in officio,puta iudicis aut executoris, vel hmõi,ſec.gl.& Ray.& ratio poteſt eſſe: quia clericus ſęua exercens delinquat:tñ ex hoc r̃tariter non ſubijcitur curiæ ſecul̃ari, extra,de cler.cõ.c.vno.lib.6.Similiter illud perdit,ſi nullo modo vult viuere clericaliter,quod põt patere per tria.Primo,ſi contrahit,conuenit,conuenitur,talliatur,ſuſtinet alia onera, & vt laicus vadit in exercitũ.Scđo,ſi tertio admonitus nolit ad clericatum redire.Tertio,ſi conuentus corã eccleſiaſtico iudice excipit de foro ſeculari, vel al̃r in iure cõfitetur,ꝙ non vult viuere clericaliter.Si tñ cõtraxerit cũ vnica & virgine nõ perdit oĩno priuilegium clericale, vt inf.Clericus ſecũdo.Apoſtata vero à religione,ſi habitũ dimiſerit,eſt excõicatus: extra ne cle.vel mon.vt periculoſa,& ſi redierit, recipit̃ in monaſterio ſ̃m ꝙ cõtinet̃ ĩ regula.ſ.ſi illud viuat regulariter,alioquin in diſtrictiori,ponetur monaſterio,cũ vſufructu rerũ quas obtulerat monaſterio primo,q̃ res cuius ſint poſtea,vide §.ſeq,& ſi ĩ apoſtaſia recipit ordinem ſacrũ,non habet eius executionem,ſec.Pxn.in ca.fin.de apo. quantumcunque pęniteat:& ſolus Papa cũ eo diſpenſat,vel ẽps,ſi minorẽ tm̃ ſuſcepiſſet.Quod intellige primo ſi nõ ſit exẽptus: quia ſuper exemptum nullam habet ẽps authoritatem niſi forte in foro cõſcientiæ ab ſolutio in defectu præla ti:& ſecundo ſi nõ depoſuerat habitum:quia ñ dimiſſo habitu ordines ſuſcepiſſet cum eſſet excõicatus.c. vt periculoſa,ne cle.vel mon.li.6.ſolus Papa diſpẽſabit,vel melius dic,ꝙ hẽbit locum quod dicitur,in c. cum illorum de ſen. excom.de quo vide ſup.Abb.§.2. particula 4.

12 Nono † q̃ritur, cui acquirit monachus apoſtata ſeu fugitiuus vel eiectus? & dico, ꝙ quãtũ colligit̃ ex no.ꝑ Inn.in c.cũ olim. de priui.& Ho.in ti.de inſ.expo.& alios.ſic diſtinguendũ eſt.Nã ſi maior pars monaſterij neglexit eũ reducere,aut recipere noluit erũt alterius monaſterij, ſi illud ĩgrediat̃, vel ep.Qđ intelligo,ſi nõ ſit exẽptus, alias erũt primi p̃lati ſuæ religionis. Si verò ſolus abbas vel minor pars monaſterij fuit in culpa,acq̃ret monaſterio ſuo,ſicut & ſeruus dño.ff.de acq.poſ.l.j.§.ꝑ ſeruũ.& multo magis ſi monaſteriũ illũ reperijt,ſđ aliquo ĩpedimẽto obtinere nõ potuit, acq̃rit ſuo monaſterio.in auth.de ſanc.epiſ.§.ſi mõ actus.

Præ-

Prælatus enim poteſt monachum fugitiuũ: vẽdere, cum oĩbus bonis ꝑ eum q̃ſitis vt in c.abbates.17.q.2.fallit tñ, ẜm aliquos ſi fuit in poſſeſſione libertatis diu, id eſt, decẽnio. ff.a q̱bus mali.non fiunt, ſed & ſi.quia, vt dicunt tunc acquirit ſibi alleg.ff. de acq. poſ. l.per eum.§.fi.ſed dicit Arch.qđ ius non eſt in tꝑe, nec hoc hr̃et locũ in monacho, cum nullo tꝑe excuſetur: extra de te.quia & hoc omnino verum eſt, ſi de monachatu cõſtet & in hoc eſt vis an conſtet vel non: & ex quo cõſtat, oĩa reuocat monaſteriũ.18.q.2. abbates. Et debẽt talia de plano & ſine libello expediri: quia ſeruus Dei &c.ſte accu. olim.2.q.1.ſi quis hæc Arch. qui vr̃ allegare Inn. Si ãt forte ad alind monaſteriũ tranſlatus eſt ꝑꝑ peccatnm ſuum, puta ad faciẽdam pęnitentiã, & hmõi.27.q.1.ſi qua monacharũ, an ſic bona illa, q̃ primo attulerat monaſterio erunt monaſterij ſecundi, quo ad vſumfructum, 16.q.6.de lapſis, & poſt eius mortẽ redibunt ad primũ, ẜm cõiorem opinionẽ, q̱ tuetur Ray. Hoſt. & Sum. Conſe. ſi verò monachus tranſit ad ẜm monaſterium licite: puta q̱a arctius, vel quia ꝓmouetur in p̃latum, ſicut tenent aliqui in c. qđ a te, de cle.coniug. ꝙ quicquid acquiret poſtea, erit ſecundi, ſed alia primi & text. pro hoc 18 q.1.in c. vnico. Alij verò dicunt, ꝙ omnia ſibi vndecunq; prouenta erunt ſecũdi vel dignitatis: quia videntur accedere ad perſonam, licet expreſſe fuerint collata tẽpore ingreſſus, & illud c. vnicum loquitur de acquiſitis ex induſtria monachi: quia erunt penes primum monaſterium, in quo illa acquiſiuit, non de patrimonialibus datis primo monaſterio. Et hoc vltimum ſentit do.Car.in d.c.quod a te, & Pan. poſt Hoſt. & Io.And.vide iuf.relig.4.§.vlt.

2 *Iura antiqua quid circa beneficiorum pluralitatem causerint, & quid de ea cõtineant, ac tradant & plura beneficia iure communi, vel speciali statuto residentiam requirentin, num tenere liceat.*

3 *Summa Pisana, quot & quibus casibus pluralitatem ecclesiarum, aut præbendarum sine dispensatione permitti tradit, & quibus ecclesiis, ac præbendis accipiendum sit.*

4 *Beneficia plura habens, cui vnum sufficit, an per dispensationem Papæ excusationem mereatur.*

5 *Dispensatio super beneficiorum pluralitate, an in aliquibus inefficax sit, & quibus.*

6 *Personatum vnum, seu dignitatẽ, vel beneficium curatum habẽs, an per acceptationem secundi, primum ipse iure vacet, & huius quæsiti limitationes variæ, nu seq eleganter traduntur.*

7 *Personatus & dignitas, num semper pro eadem re ponantur.*

1 BENEFICIVM† quarto specialiter quan cum ad pluralitatem sciendũ est, quod ẜm ius diuinum non inuenitur aliquid circa hoc expresse determinatũ: cum in sacra scriptura expressa de hoc mentio non fiat: quãuis ad hoc argumenta ex aliquibus authoritatibus scripturę forte adduci possint, q̃ tñ non lucide veritatẽ ostendunt: loquendo autem, ẜm ius naturale, quod nulla humana lege, vel cõsuetudine potest abrogari, ẜm S.Th. vt patet in 9. quolibet q.7. habere plures præbendas non est actio secundũ se mala, vt Deum odire, nec ẜm se bona, vt Deum amare; nec secundum se indifferens, vt leuare festucam: sed continetur inter actiones, quæ absolute consideratæ, important deordinationem quandã; sed ex circunstantijs aduenientibus efficiuntur bonæ: vt occidere si occidendus sit malefactor, & occidatur ꝓꝑ iustitiam: quia habere plures p̃bendas cõtinet in se plurimas inordinationes: vtpote, quia non est possibile aliquẽ in pluribus ecclesijs deseruire, in quibus est p̃bendatus; cum præbendæ videantur esse stipendia ibidem ministrãtium Deo. Sequitur etiam diuini cultus diminutio, dum vnus loco plurium instituitur. Sequitur etiã in aliquibus defraudatio voluntatum testatorũ, qui ad hoc bona ecclesijs contulerũt, vt ibi esset certus numerus seruientium Deo. Sequitur ẽt inæqualitas, dum vnus plurib. beneficijs abundat: alius nec vnum habere potest; sequuntur etiam multa alia huiusmodi; tamen per circunstantias prædictę deformitates possunt totaliter vacuari; puta si ĩ pluribus ecclesijs eius obsequium sit necessarium, & possit plus, vel tantumdẽ seruire absens, vt alius præsens, & hmõi: & tunc si adsit recta intentio, non erit peccatum, ẽt nulla interueniente dispensatione: si considere tur tñ ẜm ius naturale, ad quod dispẽsatio non pertinet, sed solũ ad positiuum. Si vero quis hac intentione plura hẽat beneficia, vt sit ditior, vel lautius viuat, vel facilius ꝑueniat ad ep̃atum non tolluntur illæ deformitates, sed augentur. Hæc ex illo, qui loq̃tur de præbẽdis; sed eius dicta sunt vera de oĩ beneficio sine cura eadẽ rõne: a fortiori vero de beneficijs curatis. Si vero loquamur ẜm ius positiuum, dicit ibidẽ S.Th. quod ẜm antiqua iura prohibitum est habere plures p̃bendas: sed consuetudo est in contrariũ, ꝑ q̃ quidã dicunt illa iura abrogari, & quidam hoc negant: q̃ cõtrouersia Iuristis relinquatur: q̃uis hoc sit probabile, ꝙ inquantũ continent ius naturale, abrogari non possunt, sed solum inquantum continent ius Positiuum, si hi, quorũ est ius positiuum mutare, scientes contra consuetudinem, & dissimulantes intendunt ꝑ hoc antiqua iura mutare. Igitur si stãt in suo robore antiqua iura; non põt quis hr̃e plures præbendas sine dispensatione, ẽt superuenientibus dictis circunstantijs. Si vero sunt abrogata; tunc suꝑuentibus dictis circunstãtijs licet ẽt sine dispensatione; & sine eis non licet, ẽt cum dispensatione: & quia humana dispensatio nõ aufert ligamen iuris naturalis, sed solũ positiui hæc ex illo succincte. Circunstantia aũt remouẽs talẽ inordinationẽ, ẜm Gof. p̃t esse triplex. s. necessitas; puta, quia plures nõ inueniunt idonei: vtilitas ecclesiarũ. s. & eorũ q̃bus præsunt, & p̃rogatiua meritorũ, puta quia plus valet absens, q̃ alius præsens.

1 PRIMO† vero q̃ritur, quid circa præsentẽ q̃stionem positiua iura contineãt? Et q̃dã, vt recitat Io. And. in ca. olim iã dudũ. de p̃b. dicunt hodie cõi iure posse aliquem plures habere præbendas, cũ prohibeãt solum pluralitas beneficiorum, & dignitatum cum cura: vt in c. de multa de præb. quia si papa de præbendis aliud non intellexisset, hoc idẽ de ipsis excepisset. de dec. ad audientiã. cum suis concor. aut, ep̃i. dist. 80. & presbyteros. 16. q. 1. & similia, loquuntur, ẜm sua tẽpora: sed hodie secus, vel restringũtur ad bñficia curata, vel ad illos, qui habent non solum pluralitatem prębendarum, quæ non prohibe-

betur: sed multitudinē nimiā, ꝑsonat in uitium, & prohibetur in d. ēt dudum, & sup. eo. in tm̄. Et opinionem hāc dicit Io. An. veram, nisi vtraq. requirat residentiā, referet se ad dictum in c. fi. de cle. non resi. vbi ponit opinionem Inn. quæ habet in summa, quod habere plura beneficia non curata, & quæ de cunsuetudine, vel statuto residentiā non requirunt, non est peccatum, nec contra iura, & sic refert gl. in c. gratia. de rescrip. lib. 6. Hos. autem iē c. literas. de præb. arguit ꝑ dicta opinione: sed dicit rationes esse debiles & tandem tenet, vt refert Arc. quod nullus pōt plures præbēdas hēre in titulū, arg. d. 75. acutius, nec in hoc, ſm eum, possent dispensare prælati. d. 70. sanctorū, quod intellige, qn̄ sunt completæ non diminutæ. Et ratio est ſm eum, quia singulæ præbendæ req̃runt singulos actus & ministros & canonici ad residentiam tenentur, vt Assisij: tñ ne inde tāta multitudo cauetur, dici potest epm posse dispēsare in pluribus præbendis habēdis in beneficium, nō in titulū: & cum aliq̃bus alijs limitationibus, de quibus vide eū in d. c. literas. Gof. aūt, vt recitat Io. An. in c. quia nonnulli. eo. ti. dicit, quòd plures p̄bendas non potest quis simul hr̄e, dummō vna per se sufficiat, alias ēt de iure communi potest quis habere plures, vt de cle. non resi. conquerente. Pa. autem in c. cum iam dudū, de præb. dicit, quòd indubie illicitum est tenere plura beneficia, requirentia residentiā cōi, vel spūali statuto: quia sunt incompatibilia ꝑꝑ onus residentiæ: si verò non requiritur residentia, quia consuetudo est in contrarium, quæ satis valet in simplicibus, vt in c. cum omnes. de const. tūc dicit ibi, & in d. c. conquerente. coniuncto. in quod habens beneficium quantuncunq. simplex, ꝙ per se sufficiat ad vitam beneficiati: non pōt aliud tenere sine peccato mortali, ſm gl. in c. dudum el 2. de elec. quod ipse limitat si ꝑꝑ se solum habet, secus si collata sunt, non rōne sui, sed ꝑꝑ vtilitatem beneficiorum: vt quia est homo industriosus, & conscientiatus, vt no. in c. cum iam dudum, de præb. Et hāc limitationem, & sententiā tenet: quia est mēs S. Th. vbi su. Sed adde aliam limitationē: vt dicatur id licere, quando plures præbendæ, vel ecclesiæ nō habent rationem plurium, sed vnius, siue ratione vnionis, siue ratione dependentiæ vnius ad aliam.

3 VNDE † partim ex concessione iuris naturalis, partim ex concessione iuris positi videbene hētur in Sum. Pis. ꝙ sunt quinque casus, in quib. potest quis habere duas, vel plures ecclesias, vel p̄bendas sine dispensatione. Primus est, qn̄ ecclesiæ ita sunt tenaues, qđ neutra sufficeret ad sustentationē. 10. q. 3. vnio. de reli. do. qđ monasteriū. Secundus. Si vna pēdet ex altera, de æta. & qual. eā te. Tertius ꝑꝑ raritatem clericorū. 22. q. 1. clericum. in fi. Quartus, si ecclesia est annexa p̄bendæ, vel dignitati: quo casu ipse tenetur maiori ecclesiæ ꝑsonaliter deseruire, in ipsa āt parochiali hr̄e idoneū, & perpetuū vicarium, q̧ cōgruentē habeat de illius ecclæ prouentib. portionem, de præb. extirpādæ. Quintus si habeant vnā intitulatam, & aliā commendatā. 22. q. 1. qui plures. de qua cōmenda. vide infra. Commenda. Hanc tamen pluralitatem Archidiac. dicit intelligēdam esse de ecclesijs non habentib. curam, & de præbendis in ecclesijs diuersis: quia in eadē hoc sine dispensatione non licet: vnde quia dr̄ in primo, & in tertio casu quantū ad ecclesias curatas, fieri non pō, per epm, nisi ꝑ modum vnionis, multas scilicet ecclesias vniendo: quam vnionē episcopus facere potest, vel simpliciter. & perpetuò, vel ad vitā eius cui conferuntur, de consensu tñ habentium ibi ius aliquod, vt patronorum, & ex causa rationabili, vnde etiam in his in gl. in c. dudum, el 2. de elect. in ver. intitulatam.

4 SECVNDO † quæritur, vtrum habens plura beneficia, qn̄ vnum sufficit, excusetur per dispensationem papę, & dico ex mente S. Th. vbi iu. ꝙ non, si dispensetur in fauore sui: q̄a hoc est cōtra ius naturale, in quo papa non dispensat; nō licet gl, in c. dudū. el 2. de cle. dicat, qđ excusatus, tñ Pa. ibi dicit se hr̄e ꝑ indubitato, ꝙ non sit tutus quo ad ecclesiā triumphantem, ēt dispensatus per papam, qn̄ dispensatus est ad suam utilitatem, quid hoc casu non solum alteratur iuris positiui dispositio, sed ēt Christi p̄rimoniò iniustè dispergitur, unde cū bona ecclesiæ papa sine cā alienare non possit sine graui peccato, ut dicit Arch. 2. 2. q. 2 nō liceat papę. multo minus potest dare licentiā alteri ipsa dispergendi: ut in c. nuper. de do. poss. diuor. ses. & sic cōuincitur rō Inn. in c. cū ad monasterium, de statu mon. q̄a hic nō solū uiolatur ius positiuū, sed potius diuinū, & idē tenet Hos. in d. c. dudū. quē sequitur Io. And. & idē sentit S. Th. Nec ualet cōsuetudo contratia, ut ibi dicit Pa. & iura siue gl. quia dicūt, ꝙ ualet, intelligūt ꝑ necessitate, uel utilitate

litate. vel prærogatiua meritorum, vel pro potentia retinẽdi plura beneficia simplicia: sed non vt fructus lucrifaciat sibi ad vtilitatẽ priuatã, vel augendũ pr̃imonium, vel vt lautius viuat, aut facilius ẽpatũ, vel maiorẽ dignitatẽ cõsequat̃: q̃a, vt dicit S.T. vbi sup. hac intẽtione tenere vtrunq. bñficiũ, ꝙ nullã deordinationẽ in se importat, est illicitũ: q̃a contra rõnẽ. in c. ratio nulla, cum ibi no tatis, de præb. & contra officiũ pietatis. 16. q. 1. cap. fi. de hoc etiam infra. Clericus.

5 TERTIO,† vtrum dispensatio super beneficiorũ pluralitate in aliquibus casibus, non valeat. Et dico, qd̃ sic, ₰m Arch. qñ impetrãs subticuit aliquod quantuncunq. modicum beneficium. Qñ autem conceditur, vt quis possit habere beneficia duo curata: intelligitur de duobus primis post concessionem: & de alijs non valet. Quando etiam mandatur alicui prouideri de beneficio, non obstãte, quod aliud habeat, per hoc non est dispensatum, vt habeat ambo simul. de præb. si motu lib. 6. Quando etiam papa obtinenti beneficiũ aliud cõfert motu ꝓprio, nõ habita mentione de priori, non propter hoc gratia inualida est: sed secus si ad alterius petitionem gratiam facit, vt in d. c. si motu.

6. QVARTO,† vtrum si quis habens personatum, seu dignitatem, vel beneficiũ curatũ, accipiat ₰m personatum, seu dignitatẽ, vel beneficium curatum, ipso iure vacet primũ, & dico, qd̃ sicut in c. de multa. de p̃b. nec excusat cõsuetudo contraria, ₰m do. Ant. quia consuetudo nõ excusat in delictis. Pro quo est tex. in c. 1. de cõsue. li. 6. & in c. literas. de conces. præb. sed tñ quo ad dignitates, ₰m aliquos intelligitur, qñ sunt in eadem ecclesia, vt vr̃ colligi ex d. ca. de multa & ꝑ dom. Ant. ibi. Et hic ₰m Inn. Ho. & Io. An. Beneficium curatum intelligitur large, siue in foro aĩæ curã hẽat, siue aliàs; siue sit ecclesia parochialis, vel cathedralis, siue capella, curã hñs parochianorũ de iure, vel de facto, dũmõ parochiã hẽat, in qua parochiale ius exerceat: siue dignitas, siue officiũ, siue ecclesia: sicut sunt multi archipresbyteri, archidiaconi, & decani, qui nullã habentes ecclesiam cui præsint, habent tñ iurisdictionem super multa loca: sicut Pictauis, & Paduæ.

7 PERSONATVS† autẽ, & dignitas, ₰m Inn. ferè semper ponuntur pro eodem: sed ₰m Io. And. ideo dicit fere, quia in Anglia rectores parochiales dñi personæ: de app. personæ, in alijs vero regionibus dicuntur rectores, vel curati & tñ non dicuntur in dignitate cõstituti. E contrario ãt abbates, epi, & superiores nõ dñr ꝑsonæ, & tñ sũt in dignitate cõstituti, & q̃nq. priores, vt extra eo. nisi essent. Intelligas ergo dignitatẽ, vel ꝑsonatum, ₰m institutionem, vel consuetudinem ecclesiæ, hæc Io. An. Fallit tñ dicta regula in casibus multis. ¶ Primò, qñ hoc fit cũ dispensatione sufficiẽti: vt in c. de mulcta. & de ele. dudum. el 2. ¶ Scd̃o. ₰m Hos. qñ primum, vel ₰m beneficium est curatũ, nõ actu, s. q̃a nõ actu hẽt parochianos, vt quia derelictus est locus. de elect. licet canon. li. 6. Inn. tñ, & Abbas vñr tenere contrariũ. ¶ Tertiò, qñ alterũ beneficiorũ non hẽt curã ex se, sed ꝑ unionẽ alicuius curati, de p̃b. sup ꝑ eo. ¶ Quartò, qñ ignorabat se hr̃e beneficium tale: q̃a tunc sibi datur optio. de rescri. gratia. lib. 6. ¶ Quinto si non sciebat se illud hr̃e de iure, & si de facto nõ habebat, vt q̃a erat spoliatus primo, stat regula, ₰m Vin. qui hoc no. in d. c. dudũ, repetit tñ fructus primi, quos ꝑcipere poterat, usq. ad receptionem scd̃i. ¶ Sexto, qñ scd̃i beneficij, fructus ali⁹ ad tp̃s ex cã, puta papę cõcessione ꝑcipit, vt de p̃b. c. si tibi cõcesso: q̃a pro tꝑe, quo ad alias ꝑtinẽt dicti fructus, nõ censet uacare primũ, ꝙ tñ Hen. Boic. uerum dicit, ₰m Io. An. & Arc. quantum ad perceptionem fructuum primi beneficij: vacat tñ quantum ad hoc, vt postquam pacificã possessionẽ administrationis secundi beneficij habuerit, debito tꝑe cõferatur, uel locũ habebit Lateranense cõcilium, de cõces. præb. ca. nulla. ¶ Septimò fallit, si secundi beneficij pacificam possessionem administrationis nõ habuerit, nec per eum stetit quin haberet, quia tunc nõ uacat primum, ₰m Hos. Inn. Hen. Boich. & est tex. in cle. si plures. de præb. ¶ Octauò fallit in episcopatu, ₰m Inn. in c. cum nostris, de cõcess. præb. quem sequitur d. Ant. & Io. And. & Imo. in cle. gratia de resc. & facit tex. 7. q. 1. in uerbo, carebit, quod est uerbum futuri temporis, & sic uĩ requiri sententia. gl. tamen in c. relatio. 21. q. 1. tenet, quod regula in ẽpatu nõ fallit, sed primum est uerius, quia non uacat per adeptionem secũdi beneficij, siue sit superius, siue inferius, siue æquale, cum episcopatui expresse, uel tacite renunciare non possit sine licentia papę, de transla. episco. inter corporalia, ₰m Henri. Boich. Inn. & Host. Sum. autem Ange. dicit idem esse de quocunque alio beneficio, quod quis non potest cũ alio tenere, nisi dispen-

ſpenſetur. Sed hoc patet falſum ex ratione, q̃ aſſignant dicti doct. Item quia ſm hoc per dictam regulam non vacarent, niſi beneficia inſufficientia: quia nullum ſufficiens pōt teneri cum alio ſuperueniente, niſi diſpenſatiuè. Vinc. autem ponit alios duos caſus ſuper d.c. dudū. ¶ Nonò igit̃ fallit, vt no. Ber. in d.c. dudum, in beneficijs vnitis, vel depēdentibus, vel cōmendatis: vnde ſi ſm curatū q̃s adipiſcitur per viam annexionis, quia .ſ. eſt annexum non curato, non vacat primū curatum, de præ. ſuper eo. lib. 6. ¶ Decimò, ſm Vinc. ſi colore, & non animo beneficij perpetui recipit ſm, q̃a poſſet tunc pœnitere. 2. q. 6. ſi q̃s libellos, de pę. di. 1. diuortiū. Idē ſi incōtinenti fuit deiectus. ¶ Vndecimò, ſi ſm recipit in epiſcopatu alieno ſine licentia ſui ep̄i, à quo repetitur: q̃a q̃uis priuatus ſit primo q̃tum ad ſe, non tñ quantum ad prælatū ſuum, ſi ſine licentia ipſius trāſit. Et hoc no. Io. 21. q. 2. ſi quis iam translatus. & concor. Gof. & Hoſt. ¶ Duodecimò, in eo, qui expenſas de proprio fecerat in primo, p̄p quas cōpetit ſibi retētio primi, ſm Io. de Lig. d. Ant. & do. Abb. per tex. 12. q. 4. quicunque, & ſufficit tales expenſas eſſe vtiliter cęptas, licet deinde totū perierit à caſu ſm Io. And. in c. ex parte de conſt. vt q̃a domū factam ignis ſtatim cōbuſſit, & ex his infert d. Abb. quod ſi clericus morit̃ inteſtatus, hæres repetere poterit expenſas, quas fecerat in beneficio. Sed hoc intelligo, ſi expēdiſſet de bonis ſui p̃rimonij: & hoc de expenſis factis ante receptionē ſecūdi: ſecus de factis poſtea. Inſti. de rer. diui. §. certè. Tertiodecimò, in eo qui proteſtatur, quod primū dimittere nō vult: q̃a tunc fatue agit p̃latus ſibi concedēs ſm, & poſſet in hoc caſu locū hr̃e conciliū Lateranenſe. ſ. qđ nō tenet collatio ſecundi de cle. non reſi. q̃a nonnulli. Vnde ſm Hoſt. ſi q̃s recipit ſm minus pingue, nō vr̃ primum vacare: cū non videatur hr̃e animū deſerendi primum p̄p ſm: & maximè cum errauit: arg. di. 74. quorundam, qui licet dicat hanc opinionem veram in ſcholis: fatetur tñ eā eſſe falſam in iudicijs, & in curia non ſeruari, extra hos caſus, q̃ retinere primum contenderit, ēt ſecundo priuabitur: vt in d.c. de multa. Hodie tñ per conſtitutionem extrauagantem. Io. 22. quæ incipit, execrabilis: ſi recipiens ſm, primum quo priuatur abſque moræ diſpendio, verbo, vel facto in manib. ordinarij ſub teſtimonio publico nō dimittat, priuatus eſt ſecundo, & inhabilis ad ſacros ordines, & bn̄ficia, hæc oīa Io. Andr. in nouel. ſup̄ c. de multa. exceptis his, q̃ ponūtur de Henr. Boich. ¶ Quartodecimò addi poteſt, qñ quis acceptaret ſm calore iracundiæ, ſm Io. An. de Lig. & Ant. de But. & facit gl. in c. ex litteris de diuor. quæ vult, ꝙ confeſſio ex iracundia facta non præiudicet. ¶ Quintodecimò, qñ acceptat ad tp̄s: puta; donec aliter fuerit beneficio prouiſum ſm Pe. de Anch. in c. 1. de conſue. li. 6. exemplum dicit ſtatutum quod mortuo ep̄o archipreſbyter adminiſtret iuriſdōnem ſp̄ualē eius, donec alius fuerit creatus. ¶ Sextodecimò, vbi habenti beneficia curata cōfertur aliud curatū nō oſtēſa fide diſpenſationis: q̃a nec valet collatio vltimi, nec vacant priora, de off. ord. li. 6. quod intellige, ſi ſm beneficiū acceptauit tm̄, poſſeſſionē eius minimè nactus, quia ſi eā fuiſſet nactus: vacarēt priora vt in cle. ſi plures, de p̄b. nec tñ hoc caſu valeret collatio vlt. Et ita hāc materiam intelligit gl. in d. cle. ¶ Decimoſeptimò fallit in caſibus, in q̃bus licitum eſt habere plura beneficia curata, de quibus in c. dudū, de elec. el 2. cum gl. in verbo, intitulatam, & ſup. in prin. huius tit. Quicūq; igitur præter hos caſus recipit dignitatē, vel p̄ſonatum, ſeu beneficiū, vel officiū, habēs curā aīarū, ſi ante obtinebat ſimile: cū ſit priuatus primo, poſt quā poſſeſſionē obtinuit de ſecundo, vel p̄ eū ſtetit quo minus obtineret, tenet̃ abſque mora dimittere primū in manib. ordinarij, in cuius ep̄atu hoc fuerit: alioquin ēt ſecundo eſt priuatus ipſo iure: & non ſolū ad ſacros ordines: ſed etiam ad omne aliud beneficium eſt inhabilis: & oīa talia vacatura beneficia ipſo iure reſeruantur apoſtolicæ ſedi: & ſi alius diſponat de eis, non valet: hæc Io. 22. in extraua. quæ incipit, execrabilis, & cōcor. Albe. habet autem hęc regula locum in prioribus curatis, q̃b. præficiūtur religioſi, vt in c. cū ſingula. de p̄b. li. 6. imò ēt idem ſeruaret̃, ēt ſi prioratus nō eſſet curatus, vt dicit tex. in cle. q̃a regulares. de ſup. neg. p̄l. in fi. & ſil'r habet locum in præbendis, qñ tā prima, q̃ ſecūda eſt in eadem eccleſia, quia tunc ipſo iure vacat prima, vt in c. literas. de conceſſ. præb. etiam ſi acceptaret ſecundam iure annexionis, vt in cle. ſi. de præben. aliàs autem non habet locum in præbendis, ſecūdum Vincen. & do. Anto. quia non eſt eadē ratio, ſicut de beneficijs curatis.

8 Qvinto, † vtrū ſpolians aliquem beneficio curato, p̄dat ſuū? Et dico, ꝙ recipiens ſecun-

ſm beneficium curatũ, perdit ipſo iure primũ curatũ, quo ipſe fuerat ſpoliatus, multo fortius primũ pacificè poſſeſſum, ſm glo. in cle. gratiæ, de reſci. in verbo, renunciare, ꝓ quo facit, quod no. do. Ant. & Io. de Lig. in c. cum teneamur, de ꝑb. vbi dñt, quod impetrans tenetur facere mentionem beneficij, quo fuerat ſpoliatus. Poteſt tñ iſte, ſm dom. Ant. petere fructus primi beneficij, quos recepit ſpoliator vſque ad tp̃s acceptionis ſecundi, & ad hoc alle. Spe. Ecõtra verò ſpolians aliquẽ iniuſtè bñficio curato, perdit illud, qđ ipſe pacificè poſſidebat, vt in c. eum qui. de ꝑb. li. 6. & ſi quod ius hẽbat in ſecũdo ꝑdit illud, & bñficiũ uacat: vt in d. c. eũ qui.

9 SEXTO † quæritur, vtrum habens beneficium non curatum, requirens tamen reſidentiam ex ſtatuto, vel conſuetudine, perdat illud ipſo iure, ſi acceptet ſecundum ſimile, vel curatum? Et Inn. in c. fi. de cler. non reſi. diſtinguit: quia ſi ſtatutum requirit reſidentiam temporalem tantum, aut etiam ſi perpetuam, ſed non reſidentem, obligat ad perditionem fructuum ſolum, tunc non perdet primũ ipſo iure. Si vero reqrit reſidentiã ꝑpetuã, & nõ reſidentẽ, obligat ad ꝑditionẽ bñficij ipſo iure ꝑdit primum per acceptionẽ ſecundi, vt ẽt tenet gl. in d. cle. gratiæ & Fed. Cõtrariũ autẽ eius, qđ tenuit Inn. in 2. mẽbro, tenet Io. And. in addi. Spe. in ti. de cler. non reſi. & ſic reprobat dictum eius. Et hãc opi. ſequitur do. Card. & Pet. de Anch. & do. Abbas in d. c. fi. Et mouẽtur, qa dictũ c. de mulcta, eſt correctoriũ, & loquit̃ de eccl̃a curata. ſed do. Ant. in d. c. fi. diſtinguit dicens, priuationis formam conſiderãdam eſſe: quia ſi propter nõ reſidentiam ſtatutum imponit pęnã priuationis ipſo iure, tũc vera eſt prima opinio. Aut non priuat ipſo iure, & ſic eſt vera ſecunda. Vide pleniſſime per do. Abba. in c. extirpandæ, de præb.

10 SEPTIMO † quæritur, quæ ſit pęna eius, qui beneficia ꝑdicto modo vacantia, ſ. ex adeptione ſecundi tp̃e debito non confert? Et dico, ꝙ ſi conferat illa intra ſex menſes, poteſtas conferendi deuoluitur ad aliũ, vt ſup. Beneficium 2. §. 6. & incurrit ẽt aliã pœnam: quia tenentur aſſignare in vtilitatem eccleſiæ vacãtis de ſuis prouentibus, nõ de illis eccleſiæ ſuæ tantum, quantum à tempore ipſius vacationis ꝑceptum fuit à quocunque detinente ipſum: vt in c. de mulcta, de ꝑben. Et ſi proprium nõ habet, punietur alia pęna ad iudicis arbitrium. 16. qu. 6. illud. 13. q. 6. ſi res, vel repetẽtur ab eo, qui percepit: quia ipſe tanquam inuaſor omnes fructus reſtituere tenetur. C. de rei vend. l. certum. Et cum prædictis concor. Alber.

11 OCTAVO † quæritur, quis diſpẽſare poſſit in beneficiorum pluralitate legitima cã interueniente? Et dico, quod in plurib. ſimplicibus, item in vno curato, & alio ſimplici, diſpẽſare pt eps i diuerſis eccleſijs, & in vna ſi ſint ſimplicia, ſm gl. in c. literas, de cõceſ. præb. ꝙ Io. An. verũ dicit, ſi ſunt diſtormia: vnde põt inquit, diſpenſare, vt quis in eadem eccleſia habeat dignitatẽ, & canonicatũ, facit c. 1. cũ gl. de cõſue. li. 6. & Fed. cõſ. 115. tenet, qđ poteſt diſpenſare, vt quis in eadẽ eccleſia habeat canonicatũ, & altare, ſeu bñficium alicuius capellę. Et hoc ſequit̃ Pan. in d. c. literas. In duob. aũt cõformibus, nõ poteſt in eadem eccleſia, puta, vt qs habeat duos canonicatus, quod Pan. vbi ſu. dicit ſequi cõiter Doct. Vnde in eadem eccleſia duo altaria haberi non poſſunt in tit. ex diſpenſatione epi ſed Gul. de Monte Laud. & vr̃ ſequi Gemi. vbi ſupra, & placet: quia altaria data in titulum perpetuum, dicũtur beneficia: ſm gl. in cle. 2. de deci. & ſequitur Ge. in c. 1. de conſue. lib. 6. Altaria verò, quæ non dantur in titulum, bene haberi poſſent ex diſpenſatione eius: in perſonatibus vero vel dignitatibus, vel adminiſtrationibus, aut officijs perpetuis, quocunque nomine cenſeautur, ſolus papa diſpenſat: vt in d. ca. 1. ſ. in eadem eccleſia, vel diuerſis, vt in d. ca. de mulcta. de præb: Et licet text. videatur ſolum de eadem eccleſia prohibere: tñ Doct. in dictis capitulis dicunt hoc habere locum etiam in eccleſijs diuerſis per ca. quia nonnulli. de cleri. non reſi. quod not. licet Inno. dicat contrarium in d. c. de mulcta. dicens, quod epiſcopus diſpenſare poteſt in pluribus eccleſijs: dummodo curam animarum non habeant. Sed prima opinio tenenda eſt, tanquam tutior, & verior.

RVRSVS DE BENEFICIIS, præbendis, & dignitatibus v. ſpecialiter quantum ad fructus.

1 *Fructus beneficiorum tempore vacationis, in cuius vtilitatem expendi debeant, aut quid de ipſis fieri debeat. Et quid ſi contra, quam iure cautũ ſit, fiat.*

2 *Indulgentia perſonis, non eccleſiis, aut dignitatibus conceſſa, de beneficiorum in abſentia fructibus percipiendis, an valida ſint. Et num beneficiorum fructus alienari poſſint. Et qua locari. Et horum locatio in quantum tempus fieri poſſit*

Canonici,

3 *Canonici, & reliqui beneficiati, qui diuinis officijs personaliter non intersint, num quotidianas distributiones percipere queant.*

4 *Clericus patrimonium habens idoneum, num licite de ecclesia bonis sustentari queat.*

1 BENEFICIVM † quinto quantum ad fructus, sciendũ est ꝙ fructus tp̄e vacationis dẽnt in vtilitatẽ ecclesiæ expendi, vel futuris successoribus fideliter reseruari: aliàs in cathedralibus ecclesijs & in regularibus & collegiatis, si fiat contra per capitula, cõuẽtus & collegia, vel singulares personas, ipsi contrafaciẽtes sunt suspensi ab officio, & bñficio quolibet, donec plene restituerint, q̄cq̄d de bonis ꝓceperint; a p̄latis mortuis dimissis, aut vacationis tp̄e obueniẽtibus; nõ obstãtibus priuilegijs, consuetudinibus statutis, iur̃o, confirmatione sedis apostolicæ, aut alia quacunq; firmitate vallatis, ext. de ele. quia sæpe, li. 6. & similis ꝓhibitio fit gñaliter de oĩbus ecclesijs, ne bona earum occupent̃ a p̄latis, quib. subsunt, seu ad quorũ custodiã pertinẽt, aut alijs quibuscũque ꝑsonis ecclesiasticis, ad quorũ collationẽ, ordinationẽ, præsentationẽ, seu custodiã ꝑtinent dignitates, personatus, prioratus, vel ecclesiæ vacãtes, nisi de speciali priuilegio, vel consuetudine præscripta, vel alia rõnabili causa, alias ep̃i, & superiores sunt suspẽsi ab ingressu ecclesię, & alij ab officijs & beneficijs, donec satisfecerint, vt in c. præsenti. de offi. ord. li. 6. vbi ẽt dr̃, quod vbi ex priuilegio, vel consuetudine, vel alia rõnabili cã sibi quis asserit dicta bona cõpetere, hoc de illis bonis solum debet intelligi, q̃ solutis debitis, si qua sint, & his q̃ fuerint necessaria pro seruitoribus & ministris ac onerib. incumbentibus vsque ad nouos reditus supportandis cõgrue reseruatis, ex ipsis reperta fuerint superesse. Qũo ãt ista prohibitio differat a priori, vide in d. c. præsenti. in fin.

2 PRIMO † vero q̃rit, an valeãt indulgentiæ concessæ personis, non ecclesijs, aut dignitatibus, de percipiẽdis fructib. beneficiorũ in absentia. Et dico ꝙ sunt cassæ & irritæ: extra, de rescr. c. si. li. 6. Sed illud capitulum, vt patet intuenti, non cassat futuras post illam constõnẽ, sed cassat p̄teritas, & futuras ostẽdit nõ fiendas a successorib. vnde si fierent, tenerent, licet forte interueniret peccatũ.

¶Scd̃o, vtrũ alienari possint bñficiorum fructus. Et dico, ꝙ de iã perceptis planũ est, qd̃ sic: vt sup. alienatio: nec requiritur illa solẽnitas, q̃ in alienatione immobiliũ requirit̃, sed & percipienti locari possunt, ẽt si sint decimæ, vel alia. extra, de loca. vestra. Sed hæc locatio non extenditur vltra tẽpus vitæ locãtis, quia clericus in beneficio vsufructuario comparatur. 16. q. 6. illud imo hodie dicendum est, vt sup. Alienatio. §. 15.

3 TERTIO, † vtrũ canonici, & alij clerici beneficiati, q̄ personaliter diuinis officijs non intersunt, possint percipere quotidianas distributiones? Et dico, ꝙ nõ: nec valet cõsuetudo contraria, nec statutũ, aut remissio canonicorũ, q̄n eis non accrescunt, & tenẽtur ad restitutionẽ, nisi eos excuset infirmitas, aut iusta corporalis necessitas, aut euidẽs ecclesiæ vtilitas: ext. de cle. nõ resi. c. 1. li. 6. & intellige de infirmitate, q̃ est causa, ꝓp q̃ diuinis non intersunt, alias, secus: vt quia ẽt si quis non fuisset infirmus, non interfuisset diuinis, q̄a tunc nõ habebit distributiones, ſm Gem, ibi in d. c. 1. & ratio, quia casus sup̄ueniẽs recipit interpretationẽ ſm statum p̄cedentẽ: vt in c. maiores. ad finem. de bap.

4 QVARTO, † vtrũ clericus habẽs sufficiens patrimoniũ, licite sustentari possit de bonis ecclesiæ? & dico, ſm Host. & Guli. ꝙ sic, si ecclesiæ deseruit. 12. q. 2. charitatẽ, & ca. ecclesiasticis. Sed si nõ seruit, & in malos vsus expendit, multipliciter peccat, & sacrilegium committit, 16. q. 1. quoniã, & 1. q. 2 clerici, & de huiusmodi debet intelligi ca. pastoralis, & ca. non est mea, & similia. q. ea. Multa ad materiam beneficiorum habes infr. titu. Clerici, & ti. Ecclesia, & tit. Præbẽda, & tit. Residẽtia & ti. ꝑmutatio. & tit. Renũciatio.

DE BIGAMO, VEL BIGAMIA.

1 *Bigamiam, quæ in vxorum multitudine ac pluralitate spectatur, quisnam primum induxit. Et quotupliciter contrahatur.*

2 *Vir, si cum corrupta contrahat, cur irregularis efficiatur, num item si corruptus contrahat. Et quid si mulier esset ordinis capax, num cum corrupto contrahens irregularitatem contrahat.*

3 *Bigamiam duplicem esse, nimirum veram & interpretatiuam. Et an sit quædam similitudinaria.*

4 *Bigamus num dicatur, qui primum virginem ducit, quam non cognoscit, sed ea mortua cum alia virgine contrahit, & eandem cognoscit, aut cõtra primam, non autem secundam cognoscit. Et quid si quis ducat viduam, quæ tamen cognita non fuerit, aut quam virginem crediderit, corruptam tamen corruperit.*

5 *Bigamus num dicatur, qui vxorem vnam ante baptismum habuit, quam cognouit, & aliam suscepto baptismo superduxit.*

6 *Bigamus cur promoueri nequeat, & huius quotuplex est causa, & ibidem, quod in matrimonio iuxta duplicem coniunctionem, animorum scilicet, & corporum, duplex spectetur sacramentum.*

7 *Dispensari cum bigamis, nunquid possit, & quis cum huiusmodi dispenset.*

8 *Bigamus vere, num clericali priuilegio priuatus sit, & id num in omni bigamo locum habeat.*

9 *Constitutio pœnalis de casu vero ad fictum, num extendi possit.*

1 BIGAMIAM,† quæ.s.est in vxorũ pluralitate, ſm S.Th.Heb.11. primus introduxit Lamech peſſimus, & vt dicit in 4.d.27.irregularitatẽ inducit: quia habẽs alijs miniſtrare ſacra vt habens ſacrm̃ ordinis, nullũ debet in ſacris defectum pati. defectus autẽ in ſacro eſt, qñ ſacramenti ſignificatio integra non inuenitur; ſacrm̃ aũt matrimonij ſignificat coniunctionem Chriſti ad eccleſiã, q̃ eſt vnius ad vnam: vnde ad perfectã ſignificationem ſacri pertinet, vt vir ſit tantum vnius vir, & vxor tm̃ vnius vxor: & conſequenter bigamia, quæ hoc tollit, irregularitatẽ inducit, hæc ex illo. Vnde qui fornicat̃ cũ pluribus, nõ eſt irregularis, vel bigamus: quia coniunctio fornicaria non ſignificat illã coniunctionẽ Chriſti ſponſi, & eccleſiæ ſponſæ. Vt autẽ dicit S.Th. vbi ſup. Bigamia quadrupliciter contrahitur. Prima, cũ quis habet plures vxores de iure.ſ.ſucceſſiue. Secundo, cum ſimul hẽt plures, vnam de iure, aliã de facto. Tertio, cum plures habet ſucceſſiue, vnam de iure, aliã de facto. Quarto, qñ quis viduam duxit in vxorem, & in omnibus his eſt irregularitas adiuncta. Sed intellige, ſm eundem & Rich. ſi interuenit copula. Quinto, ẽt ſm eundẽ ibi, quæſtiuncula 3. quãdo quis contrahit & conſumat matrimonium cũ corrupta ab alio, ſiue hoc ſciat ſiue non. Sexto, qñ quis cognoſcit ꝓpriam vxorem poſtq̃ eſt ab alio cognita. Et intellige ẽt ſi ad præceptum eccleſiæ debitũ redditur, ſm cõem opi. Hoſt. & Ray. & etiam ſi ignorabat eã adulterã, ſm Pan. in ca. ſi vir. de adul. & alleg. c.2. de big. & in his etiã eſt irregularitas. Septimo, ſm aliquos, ſi aliquã deflorauit, deinde vxorem eã duxit: tamẽ ꝓbabilius eſt, ꝙ non ſit irregularis; quia carnem ſuã non diuiſit in plures. Hæc ex illo, quo.ſ. ad bigamiã propter defectum ſacramenti. Et hoc etiam vltimum tenet gloſſ. & Pan. in c. ſane. de cle. coniug. Ex ſtatuto aũt eccleſiæ bigamus large. Octauo eſt, q̃ poſt ſolemne votum continentiæ, i. qui exiſtens in ſacris, vel profeſſus religionẽ. matrimoniũ contrahit de facto. Sed in hoc eſt diuerſitas: quia Sum. Piſ. & Arch. limitãt, ſi cõtrahit cum corrupta. & alleg. ca. nuper a nobis de biga. Sed Sum. Ang. & Roſ. extendũt, ẽt ſi ẽ virgo. & all. d.c. nuper. & c. ſuꝑ eo. de bigamis. in gl. & in c. ſi. eo. tit. & 27.q.1. quotquot. in quibus tñ de virgine mentio nõ ſit. Alij loquuntur indiſtincte, dicẽtes, ꝙ eſt irregularis ſi contrahat. Sed omnes dicũt verũ; quia talis cõtrahens ꝑꝑ duo eſt irregularis. Primo.ſ. ꝑꝑ ſimilitudinem ad vere bigamum: vt ſi contrahat cũ corrupta, q̃a talis non eſt bigamus, cũ ibi non ſit matrimoniũ, & tamẽ eſt ſimilis bigamo, quia niſi obſtaret votum, ibi eſſet matrimoniũ, & bigamia, & ſic loquuntur primi. Et ſecũdo, ratione præſumptionis de innocentia, & ad maiorem ſacri ordinis reuerentiam. & ſic loquuntur ſecundi ac tertij. Quantum ad diſpenſationem tamẽ refert, an cum virgine, vel cum corrupta contrahatur, vt dicetur.

2 PRIMO† vero q̃ritur, quare irregularis eſt vir, ſi contrahat matrimonium cum corrupta: non aũt ſi cõtrahit corruptus: Et S.Th. vbi ſup. reprobatis multis opinionib. dicit, ꝙ defectus in ſacro cauſat irregularitatem: corruptio aũt carnis, q̃ matrimonium præceſſit, nullum defectũ facit in ſacro ex parte illius, in quo eſt corruptio, ſed ex parte alterius: quia actus cõtrahẽtis matrimoniũ nõ cadit ſupra ſeipſum, ſed ſupra alterũ: & ideo ex termino ſpecificat̃: q ẽt eſt reſpectu illius actus quaſi mã ſacri. Vnde ſi mulier eſſet ordinis ſuſceptiua, fieret irregularis, ſi cõtraheret cũ corrupto: non aũt ſi cõtraheret corrupta, niſi prius in alio matrimonio fuiſſet corrupta, ſicut ecõtrario eſt de viro.

3 SECVNDO† q̃ritur, quotuplex in prædictis modis reperitur bigamia? Et dico, ꝙ eſt duplex, ſ. vera & interpretatiua, ſm gl. in c. ſuper eod. de biga. Vera eſt in primo modo, id eſt, qñ quis plures habuit legitimas vxores, ſm gl. ibi. & Rich. in 4. diſt. 17. Interpretatiua autẽ quantũ ad legẽ promotionis, eſt in oĩb. alijs modis, ſm glo. ibi. Quidã tamen dicunt bigamiã interpretatiuam dici, cu quis contrahit cum corrupta ab alio, vel cognoſcit ſuam poſt adulterium eius: & vlterius dicunt bigamiã ſimilitudinariã, qñ quis cõtrahit poſt votum, vel habet duas vxores, vnã de iure, aliã de facto ſucceſſiue, aut ſimul. Et iſta bimembris diſtinctio vr̃ eſſe de mente dictæ gl. & Gem. & cõſonat rationi.

TER-

4 Tertio † quæritur,ſi ſit bigamus,qui primo accipit uirginem,ſed non cognoſcit, & ea mortua contrahit cũ alia virgine, & cã cognoſcit, vel ecõuerſo ſi cognouit primã & nõ ſecundã?Et dicit Mo.ꝙ nõ. ext.eo.ca. debitũ, & patet ex dictis, quia req̃ritur copula,& ſimiliter non eſt bigamus, qui ducit virginẽ ab alio ductã,ſiue viduã,ſed ĩcognitã.30. d.c.ſi. qui verò duxit iudicio ſuo virginẽ,ſed tãdẽ eã ĩuenit corruptã, & cognoſcit:bigamus eſt.30.d.c.ſi cuius.& c.ſeq. nec excuſat error,vel ignorantia,ſecundũ Gof.

5 Qvarto,† vtrum ſit bigamus, qui unam vxorẽ habuit, & cognouit ante baptiſmũ, & aliã poſt?Et dico,ꝙ ſic.28.q.vlt.c. oportet,& c.cautius.licet Io.male cõtrariũ ſẽſerit,& idẽ ſi habuit duas vxores ante baptiſmũ,& ſimiliter qui antebaptiſmum dimiſit vxorem ꝑꝑ fornicationẽ, & poſtea accipit eã, quia per baptiſmũ irregularitas iſta nõ tollitur,vt ꝓbat S.Tho.vbi ſu.licet tollatur irregularitas,homicidij,vt ĩfra,Homicidiũ.

6 Qvinto † q̃ritur,quæ cã eſt,quod bigamus promoueri non põt?Et dico huius tres eſſe cãs.Vna eſt dignitas ordinũ.26.diſt.vna & c.vlt.Alia eſt incõtinentiæ ſignum.di.72. propoſuiſti. Alia principalis eſt defectus ſacr̃i in ſignificando mr̃imonium Chriſti, qđ eſt inter vnum, & vnã:ex quo iſte diuiſit carnẽ ſuã in duas.26.di.acutius.ext.eo.debitũ. Pro quo ſciendũ eſt,ꝙ in mr̃imonio ſm duplicẽ coniunctionẽ.ſ.aĩorũ,& corporũ,attẽditur duplex ſacr̃m:q̃a prima coniunctio ſignificat vnionẽ aĩæ ad Deũ: ſecunda verò vnionem Chriſti ad eccleſiã, quæ fuit quaſi patrimonium initiatum in patrib. antiquis, ratificatum in natiuitate Chriſti, conſummatum in Cruce,vel ratificatum in Cruce, & conſummatum in gloria. Significat etiã vnionem diuinitatis, & humanitatis factam in vtero virginis,26.diſt. acutius de conſec. diſt.2.in Chriſto,extra eo.debitum.

7 Sexto † quærit̃,vtrum liceat diſpenſare cum bigamis?Et dicunt quidã,ꝙ non,ſed tu dic cum opinione cõi,& cum S.Th. in 4. dicente,ꝙ bigamiæ non eſt adiuncta irregularitas iure naturali, ſed poſitiuo:nec iterum eſt de eſſentialibus ordinis,ꝙ quis nõ ſit bigamus:quod patet, q̃a bigamus accedẽs ad ordines,characterẽ recipit. Vnde in tali irregularitate papa diſpẽſare põt.Quod autem obijci poſſet per decretale,extra eo.nuper. ꝙ cum clericis,qui quantũ in ipſis fuit,ſecũdas mulieres ſibi matrimonialiter coniũxerunt,tanq̃ cũ bigamis non liceat diſpẽſare: ſoluit dicens ꝑ hoc oſtendi,ꝙ eadẽ eſt difficultas diſpenſandi in illis, q̃ de facto cũ plurib. contraxerunt,ſicut ſi de iure contraxiſſẽt:nõ ꝙ ſubtrahatur papæ diſpẽſandi ptãs, & intellige eandẽ eſſe difficultatem, q̃a idẽ diſpenſat vtrobiq; licet facilius in bigamo interpretatiuè ſm multos. Quod ãt obijcitur,ꝙ nõ licet diſpenſare contra doctrinam apoſtolicã,vel ius diuinũ: ꝙ dicit oportere ep̃m eſſe vnius vxoris virũ:dicit verum eſſe q̃tum ad ea q̃ ſunt de iure naturali, de neceſſitate ſacr̃orum,ac fidei: in alijs autem,quæ ſunt de inſtitutione Apoſtolorum cum eccleſia hẽat nunc eãdem poteſtatẽ ſtatuendi, & deſtruẽdi,q̃ tunc hẽbat:põt per eum,qui primatum in eccleſia tenet,diſpenſari, hæc ille,& conſentit Pet.& Ala.Poſſet tñ dici,ꝙ iſta diſpenſatio ideo dr̃ non licere:q̃a nunq̃ fit,niſi ꝓ magna, & ardua cã, ſicut 34. di. lector in gl. vbi Lucius Papa diſpenſauit cũ Pan.Arch.ep̃o bigamo.¶ Septimò quærit̃, quis poſſit diſpẽſare cum bigamis? Et S. Th. in 4.dicit,quòd papa poteſt diſpenſare in tali irregularitate totaliter:ſed epiſcopus quãtum ad minores ordines, & ſm aliquos etiã quantum ad maiores,in his, qui volũt Deo in religione ſeruire propter vitandum religioſorum diſcurſum,hæc ex illo,qui loquitur de omnibus bigamis,excepto eo,qui cõtrahit poſt votum ſolemne, quia de omnibus alijs fecerat mentionem,& in omnibus eſt æqualis difficultas diſpẽſationis.ſiue ſint verè ſiue interpretatiuè bigami.Sum. tamẽ Ange. tenet,quòd in bigamo verè ſolus papa diſpenſat.34.diſt.lector.in glo.epiſcopus autem diſpenſare non poteſt,etiam in minoribus,& alleg.not.in capitulo vnico, de bigamis libro ſexto vbi Fran.hoc dicit: & ſequitur Ioan.And.fundantes ſe ſuper illo capitulo vnico,ex quo hoc tamen haberi non poteſt,quia licet illud cap.prohibeat clerico bigamo ferre tonſuram: tamen hoc intelligitur,niſi talem habeat cauſam,vt cum eo diſpenſetur:opinio autem S.Tho.probat̃ in d.c.lector.ſaltem quantum ad permanere in ordine ſuſcepto:quia illud ca.dicendo,ꝙ poterit permanere in lectoratu, & ſi fuerit neceſſe,promoueat̃ ad ſubdiaconatum, qui .ſ.olim non erat ordo ſacer,vt dicit gl.de bigamis,ſupra eo.innuit quod dictũ eſt. Quãtum verò ad bigamũ ſimilitudinarie,id eſt, eum,q̃ cõtrahit poſt votũ ſolẽne dicit Pan. in d. c. de diacono, & c.ſeq.qui cler.vel vo.

ꝙ clericus cõtraxit in ſacris cũ corrupta ſo
lus papa diſpenſat, vt in d.c.nuper. Siĺr etiã
ſi de iure contraxit cũ vna; puta, anteq̃ eſſet
in ſacris, & de facto cũ alia.ſ.poſt ordinatio
nem, & vtrãque cognouit: ſolus papa diſpen
ſabit: vt d.c.nuper. & ſiĺr in non clericis, qui
iſto modo ſunt bigami, nõ diſtinguendo, v-
trum ſciuerint, aut ignorauerint impedimẽ-
tum, quia textus ad animum cum opere ſe-
quuto attendit: qa ſic in ipſis eſt defectus ſa
cr̃i, ſicut in vere bigamis, ſm glo.in d.c.1.&
in d.c.nuper.de bigamis ſm Gem.in ca.vni-
co, de bigam.lib.6. Si verò exiſtens in ſacris
contraxerit nõ cũ corrupta, ſed virgine, nec
aliã vxorem habuerit ante in habitu laicali,
vel in minorib. poterit ep̃s diſpenſare vt mi
niſter, & eſt tex.in ca. diuerſis, de cler.con-
iug. & in c.1.qui cle.vel vo.cum glo. & ẽt vt
promoueatur ad vlteriora.c.ſane.de cle. cõ
iug. Ad c.autẽ nuper. qđ vr̃ contra, dicit il-
lud intelligi de eo, qui ante ſacros ordines
aliam habuit, & poſt in ſacris aliam accepit
Ad c.verò ſm, qui cle.vel vo. dicit ꝙ loqtur
in eo, quem vere non pęnitet, vel eſt ſuſpi-
cio de recidiuo, quia tũc niſi religionem in
grediatur, epiſcopus non poteſt, & ſimiliter
quando imminet ſcandalum: vt no.in d.cap.

8 Octavo, † quæritur, vtrũ bigamus verè
ſit priuat⁹ priuilegio clericali? Et dicit tex.
in c.cum altercationis.li.6. ꝙ bigami nudati
ſunt omni priuilegio clericali, & addicti fo-
ro ſæculari, non obſtante conſuetudine, &
eis ſub pęna excõicationis inhibitũ eſt de-
ferre tõſurã, vel habitũ clericalẽ, ſed gl. ibi
dicit hoc intelligendũ de his, q facti ſunt bi
gami in minorib. q aũt ſunt in ſacris, bene
gaudent, ſm Gem. ibi, & diuerſitatis rõ eſt,
ſm eum, quia exiſtens in minoribus taliter
contrahendo p̃t, & dẽt viuere, vt laicus: qui
verò eſt in ſacris, redire non p̃t ad ſeculum,
vt no.de apoſt.c.tuæ, in gl.fi. ſm Io. de Fan-
to. Vnde licèt ſit priuatus habilitate ordinũ
nõ tñ priuilegio clericali. Siĺr religioſus ap-
probatæ religionis gaudet: ita ꝙ talem per
cutiens eſſet excòicatus: quia tex.in d.c.vni
co reſtringitur, vt loquatur de exiſtentibus
in minoribus, non de monachis, vel exiſten
tibus in ſacris. Nec obſtat c.quiſquis.diſt.84.
vbi dr̃ bigamum eſſe nudatum omni priui-
legio, & laicum ſolum hr̃e cõionem, & con
ſequenter vr̃, ꝙ non poſſit eſſe monachus.
Quia rñdet Io.And.in regula, delictum, in
mercu. quod erit laicus profeſſus, quod eſ-
ſe non poteſt.c.ex eo, de elec.lib.6. Et idẽ ꝓ
omnia dicendum eſt de bigamo interpreta
tiuè, ſicut de vero, ſm Ge. & gl.ibi, & Gul. &
Guarro.Io.Mo. & Io.Cal. licet Bona gratia,
aliàs Boatinus, teneat contrarium, qui dixit
in c.1.de biga. ꝙ ſacerdos qui contraxit cũ
vidua, vel duo matrimonia ſucceſſiuè, & po
ſtea commiſit homicidiũ poterit puniri per
iudicem ſecularem, per d.c.vnicum. Sed pri
mum eſt cõius, & verius, non obſtante eo,
quod dicetur de caſu vero ad fictum: quia in
iſto interpretatiuo idem eſt, quo ad omnẽ
modum, ſicut in vero: quia ſic eſt in eo defe
ctus ſacr̃i, ſicut in vero bigamo, vt no.gl. in
c.1.de biga. & patet in cap.debitum. eo. tit.
vbi dr̃, quod diuiſit carnem ſuam, & facit ẽt
c.quiſquis 84.diſt.de bigamo verò ſimilitu-
dinariè vtrum ſit ſimiliter priuatus clerica-
li priuilegio, dicit Gem. vbi ſup. quod non
niſi quo ad executionem ordinum.

9 Et † ex hoc ipſe infert, ꝙ conſtitutio pę
nalis, non extendit̃ de caſu vero ad fictum,
qñ caſus fictus nõ fingit̃ idẽ eſſe quo ad oẽm
effectũ, quẽ hẽt caſus verus, ſicut eſt in pro
poſito, vt patet in c.nuper.de biga. Intelli-
ge ergo tex.d.c.vnico, de bigamo vero, & ĩ
terpretatiuè, q ñ eſt in ſacris, vel religioſus,
q eſt nudatus oĩ priuilegio, & adſtrictus fo
ro ſeculari, & ei ſub excõicationis pęna p̃ci
pit̃, vt nõ deferat tõſurã, vel habitũ clerica
lẽ: vt in d.c.vni. & ſi portat, mortaliter pec.

DE BISSEXTO.

1 *Biſſextus cur ita appelletur, & an ſuſpenſus per annum poſſit in vltima dio anni biſſeſtilis celebrare.*

1 Bissextvs † dr̃, qa bis, id eſt, per duos
dies ſtamus ſuper ſexto Calen. Martij,
& no.qđ vigilia S.Matth.dẽt ſemper ieiuna
ri die immediatè p̃cedente feſtum, niſi iſtud
die lunæ euenerit, ſicut de alijs inf. dicet̃ in
verbo, Ieiunium: ẽt qñ in anno biſſextili fe-
ſtũ eius, ſm cõſuetudinẽ Romanæ curiæ dię
ſecunda celebratur.de ver.ſig.q̃ſiuit, qa vi-
gilia eſt ꝓꝓ feſtũ, non econtra: vnde muta-
to feſto mutat̃ vigilia, vide no.in d.c.q̃ſiuic.
de ver.ſig. Vtrũ ãt ſuſpẽſus ꝑ annũ celebra-
re poſſit ĩ vltima die anni biſſextilis? Dic ꝙ
ſic, ſm gl.ĩ d.c.q̃ſiuit, ſicut libertas promiſſa
ſeruiẽti per annũ, acq̃ritur ſi ſeruit.365.die-
bus.ff.de ſtatu libe.l.cum hæres §.Stichus.

DE BLASPHEMIA.

1 *Blaſphemia iuxta Ambroſium diſtinctio, & quid blaſphemia nomen iuxta Tho.impertet.*

2 *Blaſphemia, aut iuxta Theologos, & propriè quandoq. ſumitur, aut iuridice, aut deniq. vulgariter.*

Blaſphe-

3 *Blasphemiæ spēs quot sint, & quot modis dicatur.*
4 *Blasphemia, num mortale peccatum sit, & quid si ex repentina subreptione sine deliberatione fiat.*
5 *Blasphemia num sit peccatum remissibile, & ibidem, ꝙ quædam remissibilia dicantur, & quædã irremissibilia, & qualiter hæc sint intelligenda.*
6 *Blasphemiæ peccatum, num remissibile sit per proprij sacerdotis absolutionem.*
7 *Blasphemare publice, quando quis dicatur. Et nũ a blasphemia publica sacerdos simplex absoluere queat.*
8 *Blasphemantis publice, quænam pœna sit.*
9 *Dispensatio, num aliqua in pœnis blasphemãtib. publice infligendis, contra c. statuimus de maled. dispositionem adhiberi possit. & quid si blasphematum est ebrietatis occasione, vel iracundiæ calore.*
10 *Pœna d c. statuimus. num in omnib. blasphemandi modis, de quibus tractatum est, locum habeat. & quid si blasphemanti pœna irrogetur pecuniaria, cui cedat.*

1 BLASPHEMIA, † ₰m mẽtẽ Ambrosij, diffinitur vt sit affirmatio falsitatis, vel negatio veritatis, circa Deum, & blasphemare, sit attribuere Deo falsum, siue ꝙ illi non conuenit: vel negare de illo verum, siue qđ illi conuenit, cuius ratio est, quia ₰m S. Tho. 2.2.q.13. nomen blasphemiæ importat derogationẽ excellentis bonitatis, præcipue diuinæ: quicunq; ãt negat de Deo aliquid ei conueniens, vel asserit de eo, ꝙ ei non conuenit, diuinæ derogat bonitati: q̃a cũ Deus, ₰m Diony. sit ipsa essentia bonitatis: q̃cquid Deo conuenit, pertinet ad eius bonitatẽ, & quicquid ad ipsum non ꝑtinet, lõge est a rõne ꝑfectæ bonitatis: vnde oĩs talis blasphemat, vel ₰m solã opinionẽ intellectus, vel ẽt cõiũcta quadã affectus detestatione: quorũ vtrũq; si cõsistat ĩ corde, dr̃ blasphemia cordis, si vero exterius ꝓdeat ꝑ locutionẽ, est blasphemia oris q̃ opponit̃ fidei cõfessioni.

2 SED † tñ aduerte, ꝙ blasphemia sumit̃ primo Theologice, & ꝓprie, & sic est id, qđ dictũ est. Sumitur ẽt iuridice; & sic ĩcludit blasphemiã proprie, & ẽt maledictionẽ factã Deo, vel sanctis: vt patet ext. de male. ex rubrica, & capitulis: q̃a rubrica est de maledicis, & tñ capitula loquunt̃ de blasphemis: vt patet in c. statuimus. vbi maledicus appellatnr blasphemus. Pro quo ẽt facit: quia ibi dr̃ maledicus, non solũ imprecator mali, sed ẽt mali enunciator, vt detractor, sicut ꝑ gl. ibi patet in c. 1. & sic ibi sumitur maledicus pro quocunque maledicente: & consequẽter ẽt ibi sumitur blasphemus pro quocunque dicente aliqua mala de Deo, vel sanctis enunciatiue, vt blasphemus proprie, & imprecatiue, vel etiã detestatiue, siue despectiue, vt maledicus. Sumitur etiã vulgariter blasphemia, & sic conuertitur cum iuridica: vt intelligamus iura allusisse locutioni vulgari: vel vulgarem ex iuridica descendisse.

3 PRIMO † vero q̃ritur, quot sunt species blasphemiæ. Et dico, vt recitat S. Tho. ꝙ ₰m aliquos sũt tres, s. attribuere Deo incõueniẽs, remouere ab eo conueniens, & attribuere creaturæ, ꝙ est ꝓpriũ Deo: sed S. Th. vbi su. ar. 1. ad tertiũ, dicit, ꝙ ₰m illa tria non possunt ꝓprie distingui diuersæ species peccati blasphemiæ; q̃a duo prima non differunt: nisi ₰m affirmationẽ, & negationẽ: q̃ diuersitas spẽm habitus non distinguit? q̃a per eãdẽ sciam innotescit falsitas affirmationũ, & negationũ, & per eandẽ ignorãtiã vtroque mõ erratur, cũ negatio ꝓ affirmationẽ probet̃, primo posteriorũ. Tertio vero. s. attribuere creaturæ, ꝙ est Dei, ꝑtinet ad primũ: q̃a q̃cq̃d est Deo ꝓpriũ, est ipse Deus; & cõsequẽter attribuere qđ est Deo ꝓpriũ, creaturæ, est ipsum Deũ dicere idẽ creaturę. Sũma aũt Ang. attribuit S. Th. quod tria prędicta sint tres species; sed fallitur. Igit̃ ₰m mẽtẽ S. Th. species blasphemiæ sunt duæ. s. blasphemia Dei, inquantũ Deus; & blasphemia Dei, inquantũ Spiritus sanctus. ¶Secundo q̃ritur, quot modis fit blasphemia Dei inquãtũ Deus? Et dicit, ꝙ in gñe fit duob. modis, s. corde, & ore: sed vterque illorũ modorũ diuiditur in sex modos. Primo, si affirmat̃ de Deo falsum, vt est Deus improuidus, iniustus, & hmõi. Scđo, si negatur verũ, non est Deus iustus, non est prouidus, non põt facere hoc, vel illud, qđ tñ est possibile; & idem est si dicatur ad despectũ, cũ sit dicere, quod Deus eũ ꝓhibere nõ põt. ¶Tertio, si appetitus detestetur diuina vt maledictus sit Deus veniat Deo hoc, vel illud, & huiusmodi, quasi Deus esset creatura subijcibilis hmõi imp̃cationibus; q̃a hoc est blasphemia vulgaris . s. imprecatio; licet sit ꝓprie maledictio; & ẽt est blasphemia iuridicè: includit etiã hoc blasphemiã Theologice, ꝓ quanto virtualiter attribuimus Deo incõueniens: puta ꝙ sit talib. subijcibilis. Quarto affirmãdo, vel negãdo, vel detestãdo p̃dicto mõ ĩ Sãctis Dei; & in quib. ipse, & contẽnitur, & honoratur. Quinto, si Deo, vel sanctis eius attribuatur quidem aliquid verum, sed tamẽ inhonestũ, cũ irreuerentia magna sicut faciunt ribal-

di iurantes periculũ Dei, aut ſexum fœmi-
neũ Sãctarũ. Sexto, qñ attribuitur Deo, vel
Sanctis aliquod verum, & honeſtum, ſed tñ
irreuerenter, vt iurãdo per corpus, & ſãgui
nem, & caput Dei, & huiuſmodi, ex conſue
tudine, vel paſſione: ſed duo vltimi modi
ſunt reductiui, & non ſunt blaſphemiæ pro
prie, ſed ſolum ſecundum modum.

4 TERTIO † q̃ritur, vtrũ blaſphemia ſit pec-
catũ mortale? & dico ꝙ ſic, ſm S.T. vbi ſup.
ex gñe ſuo: quia repugnat diuinæ charitati,
cũ deroget diuinæ bonitati; vnde pro ea in
fligitur pęna mortis. Leuitici 14. Vnde q̃tũ
ad primos quatuor modos non eſt dubium
de mortali, ẽt ſi fiat ex repentino motu paſ
ſionis; niſi excuſet ſubreptio tãta, vt hõ nõ
aduertat id, ꝙ cogitat, aut loquitur eſſe bla
ſphemiã; q̃a tunc eſt veniale, vel nullũ. Quã
tũ ẽt ad quintum cõis doctrina Sãctorũ eſt:
quod ſit mortale ex ſuo gñe, cũ ex ſe hẽat
irreuerentiã magnã. Quantũ vero ad ſextũ,
dico ꝙ de ſe non eſt mortale; quia talia iurã
poſſunt aliqñ licite fieri: vt dicetur inf. Iura
re. ſ. qñ eſſent cum iuſtitia, veritate, & iudi-
cio: aliqñ vero ſunt venialia, vt qñ interue-
nit irreuerẽtia parua: aliqñ mortalia, vt qñ
ſunt cum irreuerentia, & deſpectu magno
qđ arbitrio boni viri penſabit, & ſılr eſſent 6
mortalia, & eſſent veræ blaſphemię, qñ in
hmõi haberetur ſenſus erroneus: puta qđ
Deus, ex ſua natura corpus, aut caput, vel ca
pillos hr̃et. ¶ Quarto, vtrũ blaſphemia ex re
pentina ſurreptione poſſit eſſe mortale? &
dicit S. Tho. vbi ſup. ꝙ duplr̃ blaſphemia ex
ſurreptione ſine deliberatione ꝓcedit. Pri- 6
mo ſic, ꝙ q̃s non aduertit hoc, ꝙ dicit eſſe
blaſphemiã: vt cũ quis ſubito ex paſſione in
verba contumelioſa prorũperet, quorum ſi
gnificationẽ non conſiderat; & tunc eſt ve-
niale. Scđo, qñ aduertit, hoc eſſe blaſphe-
miã, cõſiderãs ſignificationẽ verborum; &
tunc nõ excuſatur a mortali: ſicut nec occi
dẽs ex ira hoĩem ſubito, hęc ex illo. Sed ta-
men aduerte, qđ ex duplici cã eſt, ꝙ hõ non
conſiderat blaſphemiã, eſſe blaſphemiã. Pri
mo. ſ. ex ſubita paſſione, & ſic ipſe loquitur
& ſcđo ex conſuetudine, concomitãte quo
dã propriæ ſalutis contẽptu, vel lata negli-
gentia, qua non curat hõ cauere peccata, &
hoc dubito mortale, ſaltẽ præſumptiue, &
in iudicio cauſarũ, q̃tum ad blaſphemiã pro
prie dictã: quia lata culpa æquiparatur do-
lo, ff. depoſiti. l. quod Nerua. & in c. vt anima
2 SECVNDO† quæritur, vtrum aliquod artificium vel alia honesta negotiatio clerico liceat? Et dico sec. Ray. quod si clericus eget pōt honesto artificio q̄rere necessaria, imò sec. Arch. sine hoc duntamen ꝑ hoc non desit ab officio diuino. d.91. per totum de conse. d.5. nunquam. ne cle. vel mon. cap.1. Nec obst. de c.1. & 88. dist. per totum vbi clericis oīs negotiatio prohibetur: quia sec. glo. in c. canonum. 14. q.4. emere chartā ꝓ libro conscribendo, vt sic lucretur victum, non est negociatio propriè, sed artificium, in iurib. aūt allegatis prohibetur negotiatio, propriè. ꝑo test ēt recipere possessiones excolendas ad quartā vel quintā partem, & huiusmodi, seu ipsas conducere ad sustentationem sui & suorum. arg. dist. 86. peruenit. in verbo, auaritiæ causa. vbi hoc sentit gl. & in c. clericus d. 91. & satis concordat Host. & Pan. in c. secūdus. ne cle. vel mo. Potest etiam locare animalia, vt oues & boues s. si hæc habet ex decimis, vel successione, aut alias sibi data, aut se habens pascua multa emit ea vt illa depascerēt ad sustentationem suam suorum, & pauperum, nō autem si emit vt traderet ad cremētum, vel aliud ageret in fraudem negociationis, sec. glo Ray. & Sum. Con. Pōt ēt vt addit Veruex emere rem, vt eam melioratam vendat carius, puta equi pullum nutriēdum, vel tabulam vt imaginē faciat, qa in talibus non est negociatio, sed artificium, vt no. 14. q.4. canonum. de conse. d. 5. nunquam. & de his Sū. Con. lib.2. tit.7. q.41. & ti.8. q.2. & 3.

3 TERTIO† quæritur, quæ sit pœna clerici negociatoris propriè? Et dico, quod mortaliter peccat ſm mentē Doct. maxime Pet. de Pal. & Arch. qui hoc arguit ex pęna imposita, qa dēt excōicari: extra, ne cle. vel mo. ſm, quia pro quolibet mortali, a quo quis nō vult corrigi, pōt excōicari. 11. q. 3. nemo episcoporū alias incipit, secundum instituta, & si se non correxerit, dēt deponi. 91. d. clericus extra, ne cle. vel mon. sed nec. ita tamen quod religiosi districtius alijs puniātur. vt in d. ca. nec in foro pœnitentiæ iniungi dēt vel saltē consuli, vt lucrum huiusmodi pauperibus erogent. 14. q.5. qui habetis. ad hoc tn̄ non tenentur, sec. gl. Ray. & Sum. Conf. & hoc vr̄ sequi Zen. & Car. in cle.1. de vi. & ho. cleric. licet Matth. ibi teneat, ꝙ tenetur. Postquā autem quis tertio monitus nō destiterit, perdit priuilegium clericale. de vita & hone. cle. c. fina. Quanquam vero Doct. sint varij, tn̄ credo, ꝙ mortaliter peccet negociando religiosus, etiam conuersus, vt dicit Pet. de Pal. & clericus in sacris, non autem clericus existens in minoribus, siue coniugatus, siue non, quia

potest impune redire ad seculum: & laicare, vt sup. Apostasia §. 1. maxime, si non habet beneficium. Si tñ nõ est coniugatus, cogi potest per priuationem priuilegij clericalis fori, quo. s. cauetur ne clerici vexentur exactionibus in persona vel bonis: vt l. 2. C. de episc. & cle. de vita & hon. cle. c. fi. non aũt forte ꝑ priuationem priuilegij canonis, si quis suadente, 17. q. 4. ẽt per trinam monitionem: nec ẽt per priuationẽ priuilegij fori, quo ad hoc, vt possint per laicum cõdemnari pro criminib. vel excessib. criminaliter aut ciuiliter: q̃a clericus coniugatus quẽ oportet secularib. negotijs intẽdere: vt in c. Io. de cle. coniuga. is gaudet: si contraxit cum vnica & virgine, & defert habitum ac tonsuram: vt in ca. vnico. de cler. coniug. lib. 6. Si verò sit coniugatus, cogi non potest per priuationem dicti priuilegij quo ad vexationem in ꝑsona vel bonis: quia ipso facto per contractũ matrimonij illud perdidit: vt in d. c. vnico. Et sicut existentes in minorib. & ita & religiosi & clerici ĩ sacris compelli possũt per dictã priuationem.

¶ Quarto quæritur per quẽ & quoties necessariũ sit fieri dictam monitionẽ? Et dicit Pa. in c. cõtingit. el 2. de sent. excõ. ꝙ fieri nõ dẽt per iudicẽ secularẽ: sed oportet eam fieri per epm̃, vel per habentẽ iurisdictionem episcopalem super monendũ: nec refert vtrum eã habeat ex priuilegio, vel consuetudine, vel a iure, s̃m gl. in c. si clericos. de sen. excõ. lib. 6. Et dicit idem Pa. in c. fi. de vita & hon. cleric. ꝙ oporteat eã esse trinã, quia vbicunq. agit de pœna incurrenda, & ius exigit trinã monitionem aut citationem, non sufficit vna peremptoria: vt voluit gl. not. in cap. 1. de vita & hon. cle. & Io. And. in c. ex tuæ de cle. non resi. Et si obijciatur, q̃a vbi a iure requiritur trina citatio, sufficit vna perẽptoria: quæ hẽt vim trinæ, vt in l. tres denũciationes. C. quo. & quan. iud. Sum. Ang. soluit, ꝙ in citatione sufficit vna, non in monitione: quia iura ita voluerunt. Sed quia Pau. de vtroque promiscue & indifferenter vbique loquitur, quantũ ad hoc: ideo dico, ꝙ vbi agitur ad pęnam, non sufficit vna monitio pro trina, nec similiter vna citatio, nisi vrgeat necessitas, vt dictũ est sup. Citatio. §. 1. Si tñ fieret monitio, etiã in pęnalib. per viã statuti valeret: q̃a statutũ hẽt vim legis: & p̃latus p̃t statuẽdo augere pęnã iuris, & infligere pęnã sine monitione verbali: aliàs requirit̃ monitio. de const. c. 2. li. 6.

4 QVINTO † quæritur, vtrum liceat clerico exercere officium tabernarij aut macellarij? Et dico, ꝙ clericus nec ministrare nec mãducare aut bibere debet in taberna, nisi causa necessitatis in peregrinatione 44. d. c. non oportet. & c. nulli. & c. clerici. si autem officiũ tabernarij aut macellarij facit publicè, & ꝑsonaliter: si tertiò monitus nominatim non desistat, seu si postq̃ desistit, illud reassumat, ꝑdit priuilegiũ clericale oĩno, si sit coniugatus, ẽt illud, si quis suadẽte. Si verò nõ sit cõiugatus. & nõ incedit vt laicus, sed habitũ defert, ꝑdit in rebus tm̃: & si oĩno incedit vt laicus, perdit illud ẽt in ꝑsona, q̃diu ꝑdictis ĩstiterit: vt in cle. 1. de vita & ho. cle. Si tñ tale officium dimittit, & habitũ recuperat, recuperat vtrumq. priuilegium tã coniugatus, quã non coniugatus, sec. Imo. ibi post do. Ant. & idem Pa. & gl. Sed intellige, ꝙ nõ eodẽ modo reassumit priuilegium coniugatus vt nõ coniugatus: sed illud quo gaudet, vt in c. vnico de cler. coniug. lib. 6. Et dicit gl. in d. cle. in verbo, clericos, ꝙ illa cõstitutio cõprehẽdit ẽt exemptos delinquentes in loco non exempto: cùm per id subsint diœcesanis: non aũt exemptos delinquentes in loco exempto: cũ exerceat officiũ diœcesanorum tm̃: maxime quia qñ iura ista volunt super exemptos iurisdictionem tribuere, hoc exprimũt: vt in d. cle. quia regulares. de supp. negl. pręla. Et sec. Cardin ibi, hæc monitio debet esse trina. nec sufficit vna pro tribus, & nominatim, nec sufficit generalis & facta clerico tale officium exercentis: nec sufficit ꝙ fiat ante tale exercitium, aut si exercet vnum horum officiorũ, nõ sufficit vt moneatur desistere ab alio, nec erit locus pęnæ. s. r exercet aliud. ¶ Sexto quæritur, vtrum sit locus dictæ pęnæ si clericus exercet quidem ꝑdicta officia, sed non publice, vel nõ ꝑsonaliter? Et dicit gl. in verbo, publice, ꝙ nõ: sed illa duo publice & personaliter. coniunctim requiruntur: vnde si occulte, vel per aliũ hæc exercet, cessat pęna, sed non culpa. Gemi. aũt in c. 1. eo. tit. li. 6. dicit, ꝙ aut clericus vult habere tabernam, vt personaliter administret in artificijs ẽt inhonestis, & hoc est prohibitum di. 44. nulli. Aut vult administrare in artificijs clerico ꝑmissis: & tũc potest hr̃e: vt in gl. di. 88. negociatorem. Aut vult eam habere: non vt personaliter ministret, sed vt alij locet, qui exerceat ibi sua artificia: & hoc non est prohibitũ. Pro quo facit ẽt tex. in c. significante. de appella. vbi canonici habebant alios, in quibus carnes incedebant. Cui etiam tex. consonare videtur dicens, non sine ministerio personaliter: qui si voluis-

voluiſſet prohibere etiam per alium,hoc potuiſſet.de deci.c.ad audientiam. Credo autē, quod ſi clericus hæcꝑſonaliter exerceret,ſed pro alio,adhuc teneretur hac cle.quia ſubeſt horror,& vilitas.¶Septimo,vtrū clerici poſſint exercerę officia præfatis viliora: vt aptare pelles,& hmōi?Et dicit Pan.in d.cle.1. qđ non rōne identitatis rationis,rō,q̃a in his ſtatus clericalis dehoneſtatur, arg.l.athletas.§.ait Prætor.ff.de his qui no.infa. non tñ incurrunt pęnā ſtatutā contra exercentes officiū tabernariorū. Vñ credo,ſi ſunt religioſi, vel in ſacris,ꝙ mortaliter peççēt exercendo iſta publicè:ſecus ſi occultè ꝓ artificio ad victū.

5 OCTAVO,†vtrum liceat clericis facere officiū hiſtrionis? Et dico ꝙ vt colligit ex c.clerici.iuncta gl.de vi.& hon.cleri.li.6. qui dicūtur hiſtriones,ſm canones,vt de conſec.diſt.2.ꝓ dilectione dñr bufones,ſm vulgare Tuſcum:ſm Gallicū vero goliardi a gula,cui ſolent eſſe dediti:& Latinè dñr ēt ioculatores, quaſi iocillatores in publicum.Faciunt enim ſpectaculū proprij corporis, cuius ludibrio geſtus, & habitus hoīum rep̄ſentant cum comędijs,vel ſine.Et de his dico,ꝙ ſi hanc ignominioſam artē clerici per annū exercuerint: ipſo iure carent oī priuilegio clericali,& ſimiliter ſi minori quidē tp̄e,ſed tertio moniti non reſipuerint:vt in d.ca.clerici. Vbi nota, ſec.Gem.ibi, ꝙ vbi canon pęnam imponit ipſo iure ex facto negatiuo:.monitio nō requiritur,qñ illi additur certum tp̄s: vt ibi,ſi non deſiſtant intra annū:qui in hoc caſu requiritur continuus,& integer.Ex quo ēt nota,qđ vbi lex vel ſtatutū dat certum tp̄s,ad hoc, vt pęna committatur,intelligitur de tp̄e continuo. Nota vero hic, ꝙ Arch. quem ſequitur Gem.in d.c.clerici dicit,ꝙ clericus in ſacris, & ēt monachus perdit priuilegium canonis, ſi quis ſuadēte 17.q.4.Io.aūt Monal. tenet; ꝙ perdunt ſolū exiſtentes in minoribus:ſed primum eſt verius. In occulto tñ,vt dicit ibi gl. vel cauſa infirmitatis,vel alterius honeſtęrei cauſa,ioci aliquid facere non reprobatur. Et facit,quod no.Io.de Cithariſtis, & his q̃ varijs vtuntur inſtrumentis 86.d. donare in gl. hæc gl.ex quo intelligitur , quod dicta pęna ligat ſolū exercentes artē illā publice.¶Nono,vtrum liceat clericis arma portare?Et dico,ꝙ non, niſi pro defenſione eo modo quo dictū eſt ſup.Bellū.2.§.3 [Si autē relicto habitu clericali arma portauerint: & tertio moniti illa non deponunt:perdūt priuilegiū clericale.de ſent.exc.in audiētia.Silr ſi non ſint moniti,& immiſcent ſe tyrannidi, & enormitatibus,perdunt ipſo facto priuilegium clericale,ſi quis ſuadente.& c.de ſent.exc. perpendimus,& c.cum non ab homine. de iud. c.1.in prin.priuilegium autem fori non perdunt niſi poſt monitionem , ſecundum aliquos,& facit c.ſi iudex de ſent.exc.lib.6.

6 DECIMO , † vtrum liceat clerico iurare in manibus laici? Et dico,quod hoc nullo modo debet præſumere,ſ. ad petitionem cuiuſcunque laici, niſi fuerit per iudicem eccleſiaſticum requiſitus.22.q.vlt.c.nullus.

7 VNDECIMO,† vtrum clericus poſſit contrahere matrimonium? Et dico,quod ſi eſt in ſacris,contrahendo eſt ipſo facto excōicatus, & matrimonium nullum: vt inf.Excōicatio. 9.§.40.Si vero eſt in minoribus,contrahēdo cum ſecunda,vel cū prima,ſed non virgine, exuitur oī priuilegio clericali,& additur ſęculari foro: & prohibetur ſub pęna excōicationis deferre tonſuram.de biga. altercationis.lib.6.ſed contrahendo cum vna, & virgine,deferendo tonſuram,& veſtes clericales, retinet clericale priuilegiū in duobus, vt dictū eſt ſup.Clericus.1.§.6. ſed iſta nō deferrēdo retinet in nullo.de cleri.cōiu.clerici.li.6. Vtrū āt clericus poſſit eſſe iudex infr.iudex. Vtrū autē poſſit eſſe Tabellio. infr.Tabellio. §.3.Vtrum ēt poſſit venari.inf. Venatio.§.1.

RVRSVS DE CLERICO QVARTO, quantum ad bona temporalia.

1 *Clerici bona multiplicis generis habere poſſunt , vt quibus proprium habere minime vetitum ſit.*

2 *Clericus adminiſtrationē habens, an teſtari queat. Et an mortis cauſa donare. Et quid ſi adminiſtrationem nō habeat,ſed beneficiatus ſimpliciter, an teſtari inter viuos, donare, & mortis cauſa poſſit, n.3.*

4 *Clericus, quod de acquiſitis perſona contemplatione & intuitu poſſit diſponere , an in omni clerico, & caſu locum habeat.*

5 *Clericus cur quadam donare poteſt, legare non pōt.*

6 *Clericus de acquiſitis intuitu dignitatis clericalis, num diſponere poſſit. Et quid de acquiſitis ex pęnitentiarum iniunctione. Item quid de eo quod quis prelato, ipſius ſuaſione, relinquit.*

7 *Relictum clerico prelaturam non habenti, aut adminiſtrationem , cuius cōtemplatione in dubio relictum eſſe videatur.*

8 *Clericus, qui rem eccleſia ſua propria induſtria meliorem reddidit , num de huiuſmodi melioratione diſponere, quaſi de re ſua poſſit.*

9 *Clericus in titulum patrimonium habens, num poſſit illud ad arbitrium citra ſolemnitatē alienare.*

10 *Clerici & religioſi , num poſſint de bonis aduenti-*

tijs sine patris consensu disponere. Et quid de acquisitis ante ingressum.

11 Clericus nũ de bonis ecclesiæ sorores dotare, aut parentes alere possit.

12 Clericus patrimonium sufficiens habens, nũ illud hæredibus seruare, & de beneficio viuere possit.

13 Clericus ab intestato quis succedat. Et quid tũ agẽdũ est. si nescitur, res ecclesiæ num fuerint, an psonæ.

14 Clericus præbendatus, num de redditibus ecclesiæ, & fidelium oblationibus, partes quatuor iuxta vetera iura facere teneatur.

15 Clericus beneficij fructus in vsus minime honestos conuertens, an peccet. Et qui male ab ecclesiasticis accipiunt, num ad restitutionem teneantur. Et cui.

16 Clericus officium temere dimittens, fructus interim ab ecclesiæ perceptos num restituere teneatur.

17 Clericus an quos in peccato mortali existens, fructus percipit, restituere teneatur. Et quid si excommunicatus.

18 Clericus ex quibus, & quibus restituet, quæ ob ecclesiastica beneficia restituere tenetur.

1 CLERICVS † quarto, quantum ad bona tẽporalia habere potest bona multiplicia quæ ad duo genera reducuntur, quæ sunt bona laicalia, vt acquisita intuitu personæ, puta ex successione cognatorum, vel amicorũ donatione, vel acquisita ex industria, & bona ecclesiastica, cuiusmodi sunt beneficia, & acquisita intuitu ecclesiæ, vel ex facultatib. vt de testa.c.1.cum gl. Et aliqñ clerici nõ habent administrationẽ, quod sec.Gem.in c.psenti.de offic.or.tunc est, qñ non habẽt beneficiũ, cui sit assignata dos, & tunc dñtur simpliciter beneficiati, vt sunt canonici, & similes, quibus id, quod habent, obuenit rõne psonæ, non ꝙ habeant præbendam in ecclesia distinctam, quia sic haberent administrationem. ¶Primo vero quæritur, vtrũ clerici possint hre ppriũ: Et dico, quod sic, vt patet 12. q.1.epi. & si qua inueniantur capitula contraria, intelliguntur ſm statum ecclesiæ primitiuæ, quando nihil propriũ possidebant, vel de religiosis qui renunciauerunt pprijs. Tñ sec.S.Th.2.2.q.185. clerici, non sic debẽt proprium possidere, vt dum curant illud, deficiant in spectantibus ad cultum diuinum.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum clericus habẽs administrationem testari possit? Et dico, qđ sic de laicalibus indubitanter.12.q.3.c.1.& 2. & extra, de testa. ad hæc & c.quia nos, & hoc etiam si clericus sit in potestate patris, aut aui constitutus. C.de epis.& cle.auth.presbyteros. licet secus sit in alijs personis: vt inf.peculium. de alijs ecclesiasticis autem immobilibus, aut mobilibus testari nõ potest, sec.Inno.in c.cum in officijs.de test.vt ibi. & in ca. ad hæc. & in c.relatum el 2.& 12.q.3.ca.1. De cõsuetudine tamẽ clerici alicubi testantur de fructibus, & rebus mobilibus ecclesiæ acquisitis: licet de iure sit contrariũ, vt dictum est. Et sec.Vlt.talis consuetudo valet, quia de his testari non est illicitũ: nisi quia in fauorẽ ecclesiarum prohibitũ: vnde ẽt quia rõ suadet oppositũ, vbi est consuetudo, hoc pt ſm eũ. Et hæc si sint modica, sec.Pan. alioquin consuetudo esset in ecclesijs onerosa, quod adhuc limita, si piè, & rationabiliter disponat in foro animæ: & si dispositio non se extendat ad sacra vasa diuino cultui mancipata, q̃ censentur quasi bona immobilia, vt sup.alienatio.§.6. super quibus, nullam non solũ donationem, sed nec alienationẽ facere potest. 12.q.2.c.2.& opposita consuetudo esset irrationabilis, nisi vasa essent superflua, & transirent ad aliã ecclesiã: & de alijs mobilibus, satisfieri necessitatibus nõ posset. Et idẽ vr̃ de alijs mobilibus pretiosis diuino cultui dedicatis, arg.c.fi.de test. De rebus aũt immobilibus cõsuetudo nõ valeret: quia esset onerosa, & irrationabilis, & reprobata a iure: dum ista alienari non pñt sine illa solemnitate, de qua 12.q.2.sine exceptione. ¶Tertio q̃ritur, vtrũ clericus hñs administrationem, donare possit cã mortis, vel inter viuos? Et dico, ꝙ de bonis laicalibus donare põt, sicut & testari. de testa.quia nos. de ecclesiasticis aũt mobilibus, & fructibus perceptis põt in ęgritudine constitutus, modo sit compos mentis, dare pauperibus, & religiosis locis, & his qui sibi honestè seruierunt, siue sint siue non sint affines, vt in c.ad hęc 2.& in c.relatũ el 2.de test. & idẽ pt ex iusta cã dũ sanus est, dũmõ tẽperatè.đ do.cęterũ.& c.ad apostolicę. Nota tñ, sec.Pan.in c.cũ in officijs de testa. ꝙ non põt clericus de reb.prędictis donare, aut aliomodo disponere, nisi in quatuor casib. ¶Primo, qñ tantundem de suo expendit in vtilitatem ecclesiæ.12.q.2.si quis & q.5.si episcopus, qa in hoc casu posset etiam testari: imo si nõ testaretur, hæres posset petere: facit c.de mulcta.& qđ ibi.no.de præbendis, & l.q̃ oĩa in fi. ff.de pc.& gl.in l.si non fortẽ.§.si centum.ff. de cond.indeb. ¶Scđo, qñ hoc hẽt cõsuetudo ſm Host.& Lau.in d.c.si eps, qđ Pan.intelligit de rebus mobilibus, & modicis: & tu limita ẽt, vt de testõ dictum est.§. priore. quo casu etiam testari posset. ¶Tertio, qñ donat intuitu ecclesiæ, quam clericus etiam in ægritu-

dine

dinc facere pōt, vt in c.ad hæc, & in c.relatū. el 2. de testa.¶ Quarto, quando vult remunerare honesta seruitia, tam a consanguineis, q̄ ab extraneis recepta. vt in d.ca.relatum.§.licet. Sum. Ang. addit quinto, quando dat locis pijs, & religiosis, ex d.c.relatum, sed hoc sub tertio membro continetur. Nota vero practicam, secundum Pano. vbi sup. ꝙ si clericus vult aliquod illorum quatuor respectuum vl timorum dare, faciat dum viuit, & nō relinquat: quia non valet d.ca.ad hæc. sed hoc dictū fallit ratione consuetudinis. De donatione aūt causa mortis, vide inf. Donatio 4.§.4.

3 QVARTO, † vtrum clerici non habentes administrationem, sed simpliciter beneficiati possint testari? Et dico, ꝙ Gemi. in ca. p̄senti. de offic. ord. li. 6. dicit, ꝙ Arch. in c. statutum. de resc. lib. 6. tenet, quod clerici non faciunt fructus suos qui supersunt deductis expēsis: alleg. c. 1. 12. q. 3. & ita intellexit Bar. Brix. illū canonem, & sic patet, ꝙ res acquisitæ de bonis ecclesiæ non sunt clericorum: quia clerici dēnt ea q̄ supersunt deductis necessarijs, pauperibus erogare: alias iniquè agunt. Et ꝙ acquisita sint in ꝓuisione ecclesiæ, patet 12. q. 1. ep̄i. & consequēter de acquisitis solus vsus cōpetit eis; licet fateatur, ꝙ clerici sunt ꝑceptorum fructuū dñi, & habent eorum proprietatē quantū ad fidē, & debitam dispensationē sibi, & suis faciendā. Et istā partē Arc. Gemi. veram credit, q̄ optimè probant iura q̄ allegātur, quia nō dicunt dñi, sed procuratores, & pro hoc est tex. optimus, 12. q. 1. clericus. & istud tenet gl. in ca. quia nos de testa. His igitur suppositis, ad quæsitum sic dicit Gem. ſm gl. in d.c. p̄senti. clericus non habēs administrationem: sed simpliciter, & ꝑsonaliter beneficiatus in vita, & in morte comparatur vsufructuario quantū ad faciendū fructus suos, & de ipsis ꝑceptis testari pōt, & ei ecclesia succedit, quantū ad hos ab intestato, quam glo. quidam sic intelligunt, ꝙ quilibet habens beneficiū simplex, testari possit, quod dicunt falsum esse, & cōtra c. relatum, quod loquitur in canonico, & consequenter habēte beneficiū simplex, q̄ tñ, vt ibi patet, testari non potest, & hoc inquit, fateor: sed gl. recte intellecta est verissima, & id non dixit, sed ad bñficiatū posse testari tria requirit. Primo ꝙ non habeat administrationem. Secūdo, ꝙ beneficiū sit simplex. Tertio, ꝙ illud sibi obueniat ꝑsonaliter tm̄, & consequenter tales fructus sint cōcessi rōne stipēdij ꝑsonalis, quib. concurrentibus, poterit testari. Ex his infert primo, qđ canonicus habens præbēdā distinctā in ecclesia de fructib. eius testari non p̄t: cū habeat administrationem, & hoc expresse voluit Inn. in ca. nouū genus. de decimis & est casus in d.c. relatum. Et secundo, qđ canonicus testari p̄t de quotidianis distributionibus, quia dātur ꝑ ꝑ stipendium personale, & pro diurno labore, vt in c. 1. de cler. non resi. li. 6. vnde de hoc testari potest, sicut mercenarius, & rusticus de lucro operis diurni. Et ita intelligi poterit ista gl. quia talis quo ad istas distributiones est bñficiatus simpliciter, & ꝑsonaliter: quia dantur pro stipendio personali tm̄, nec habet rerum administrationem: vñ tales distributiones soluunt̄ per capitulū, singulis. Et hāc partē vr̄ tenere Pan. dicens, qđ ea q̄ recipit clericus intuitu seruitij ꝑsonalis tm̄, trāsmittit ad successores. Et tertio, quod si p̄bendæ non sunt distinctæ in ecclesia, quia oīa veniunt in cōi, & postea distribuunt̄ singulariter tm̄ pro quolibet, ꝙ ēt de istis possit de iure testari. Et quarto, quod habens capellanias in ecclesijs ad nutum remouibiles, q̄ non dantur eis in titulum: sed datur eis certū stipendium in anno in pecunia, de tali stipendio testari possunt. c. quia nos. & ca. relatum. de testa. quia datur eis intuitu personæ pro suo labore. Et sic alio modo intelligi p̄t d. gl. q̄a tales sunt simpliciter, & personaliter beneficiati absq; alia administratione. Et quinto infertur, ꝙ sacerdotes, qui sunt in consortijs ciuitatum, sicut Bononiæ, vbi hñtes bñficium in ciuitate ponuntur in q̄busdā consortijs, & vniuersitatib. & cōueniūt in certis ecclesijs ad certā missā celebrādā habentes possessiones illi consortio deputatas, de quarum fructib. datur tm̄ veniēti ad illam missā: possunt testari de talib. q̄a dantur rōne seruitij personalis, & nō principaliter intuitu ecclesiæ. hæc ex Gem. in d.ca. p̄sēti. ¶ Quinto, vtrū tales clerici nō habētes administrationē, donare possint inter viuos, & cā mortis? Et dico, quod sic, q̄tum ad ea de quib. testari pñt, quæ. s. ꝓueniunt eis rōne personę, siue inquā tum nō sunt administratores: quia maius est legare, quā donare, vt patet ex dictis, & vlterius si quæ habent, de quib. testari nō possūt: vt quia respectu aliquorum habent administrationem, de illis possunt donare vtroque modo eadē ratione, qua & administratores.

4 SEXTO † quæritur, vtrum id, quod dictum est clericum posse disponere de acquisitis intuitu personæ: puta, ex successione cognatorum, vel donatione amicorum, seu industria

sua: puta,doctrina,vel artificio, habeat locũ in omni clerico,& oĩ casu?Et dico,ꝙ Pet.vt refert Cy.in auth.licentiã.C.de epis.& cle.limitat hoc verum esse in clericis inferiorib. non aũt in epo,ẽt si esset Cardinalis.vt addit Bal.ibidem,& idẽ de p̄latis ecclesiarũ regularium.& est tex.in d.auth. qui solum cõcedit, ꝙ prædicti disponere possint de acquisitis ante epatum,vel prælationẽ: & de acquisitis in episcopatu,vel prælatione ꝑ cognationẽ, vsque ad quartũ gradũ: de reliquis vero qualitercunque acquisitis disponere non possunt; sed acquirunt ecclesiæ.Cõis ãt opinio tenet contrariũ:vt inf.Legatum. 2.§.1. ¶Clericus aũt potens de aliquibus disponere ad libitũ: hoc non põt in multis casibus,in quibus ecclesię tenetur.Primo,si dolo,vel culpa ecclesiam læsit:intelligendo tñ sec.Inn.in d.c.cum in officijs de culpa non leui:quãuis ipsum tenere ẽt de leui culpa sit text.apertus,C.arbitrium.tu.l.quidquid facit ff.de admin.tu.l. si res & gl.in c.ea quæ de offi.ordi.& idẽ Host. & tñ eadẽ gl.dicit,ꝙ non tenetur de negligẽtia nisi crassa,i.lata: quæ tñ negligẽtia est culpa.Vnde vr̃, ꝙ teneatur de leui culpa si delinquit scienter:& solũ de non leui,si ignoranter,siue ex negligentia, & de hoc inf.Dolus. Secundo, si de bonis ecclesiæ alicui fecit gratiã sec.Inn.vbi sup.qui allegat l. cum ostendimus.ff.de fideius.tu.& C.eo.l.2.& vlt.Tertio, si passus est propter negligentiã suam rẽ ecclesiæ præscribi sec.Pan.in c.ex præsentium, de pigno.qui allegat cap.placuit.el 2.16.q.3. Quarto,si redditus conuertit in vsus inhonestos.12.q.4.ca.1.Quinto,in casibus,in quibus dicetur,ꝙ clericus tenetur ad restitutionem. In istis enim casibus primo tenetur ecclesiæ satisfacere,antequã aliud disponat: q̃a prius sunt reddenda debita, q̃ beneficia præstãda: sicut magis tenetur homo soluere creditori cæteris paribus,quam amicis benefacere.

5 SEPTIMO†quæritur, quæ est ratio qđ clericus aliqua donare potest,& non legare?Et dicit Pan.in ca.ad hæc.de testa.hanc esse rationem, quia testm̃ morte confirmatur.de cele. mis.cum Marthæ. & consequẽter effectus cõfertur in tp̃s,quo clericus non est futurus p̄latus:ideo non potest de aliquo disponere in testõ ex facultatibus ecclesiæ:q̃n autem vult disponere dum viuit non prohibetur: quia hoc facit tanquam administrator ecclesiæ.

6 OCTAVO† quærit,quid iuris sit de acquisitis intuitu dignitatis clericalis,puta pro missis,dicẽdis?Et Pan.in c.cũ in officijs. de testa. recitat,ꝙ Pet.vt refert Cy.in d.auth.licentia C.de epis.& cler.voluit,ꝙ de his clericus testari possit.qđ Host.& Inno.placet in c. quia nos.de testa.qui dicũt,ꝙ si clericus aliqua ratione officij acquisiuit: puta,quia fuit capellanus alicuius principis,q̃ ei multa donauit: de talibus põt ad libitum disponere.qđ Pan. vbi sup.limitat,nisi q̃ dedit ꝓ missis dicẽdis, dederit tanq̃uã parochiali sacerdoti:quo casu disponere n õposset.Et ex hoc infert Pan. ad quæst.nunquid ex relicto pro missis dicẽdis debeatur epo canonica portio?Et dicit attendendas fore coniecturas, an relinquens, vel donans respectum habuerit ad ecclesiam vel ꝑsonã:quia fortè relinquens,sicut donãs suo parochiali,hoc non fecisset nisi fuit proprius parochialis,secus, si nulla qualitas suggerat ecclesiã esse consideratã, sed ꝑsonã dũtaxat. ¶Nono,quid de acquisitis per sacerdotẽ ex iniunctione pęnitentiarũ quas imponit parochianis? Et dicit Inn.ĩ c.cũ inter,de ver. sign.quod debent esse ecclesiæ: ideoq; de eis disponere non põt ad libitum.¶Decimo q̃ritur,q̃d de eo,ꝙ quis suasione p̄lati reliquit p̄lato,alias relicturus ecclesię,an illud sit ecclesiæ, vt de eo prælatus disponere non possit? Et dico,ꝙ Cy. formãs hanc quæst.in tutore, dicit,ꝙ nõ tenet̃,si ad sibi relinquãdum induxit blãdo sermone, ar.in l.fi.ff.si quis ali.test. pro.Vbi patet talẽ nõ cõmittere delictum.Si vero induxit dolo,seu fraude,ecclesiæ tenet̃ ad interesse.Panor.aũt in c.2.de pec.cle.dicit quosdã tenere,quod non põt disponere: sed ecclesiæ restituere tenetur, per l. quicquid. C.arbi.tut.& est tex.cum gl.ꝙ tenentur restituere simpliciter.12.q.4.quicũque.vbi patet, ꝙ prælatus tenetur ecclesiæ ad interesse, q̃n ei potuit[quærere,& neglexit.ad instar tutoris: vt in d.l.quicquid & in l.pupillorum. C. de admi.tuto. nec enim debet vtilitatem suã præponere vtilitati ecclesiæ: sicut nec tutor vtilitatem suam, vtilitati pupilli.l. tutor ꝑm dignitatẽ.§.1.ff.de admi.tu.l.si vt certo.§.cõmodatum.ff.commod.l.quod Nerua,ff.depo. 7.q.1.præsentium.& ca placuit.Pan.autẽ vbi sup.consentit Cy.cui & ego consentio quantum ad tutorem:quia non tenetur plus pupillum,q̃ se diligere:aut bona eius,q̃ sua,arg.de iureiur.petitio.& de pœ.dist.2.charitas:Consentio etiam appositæ opinioni in clerico, vel prælato, quando suam vtilitatem temporalem procurat cum iactura ecclesię:quo casu propriè loquitur d.c. quicunque q̃n,s. clericus de rebus, vel augmentis ecclesiæ auget pro-

propriam facultatem: ita quod ea, in qb. ius habet ecclesia, vt deseruiant cōmoditatibus ecclesiæ conuertit ad seruiendum cōmodita tib. suis: vt si ex redditib. ecclesiæ colat suas possessiones, ecclesiasticas relinquens incultas: & idē in tutore. In p̄senti vero casu cōsē tio iterum Cy. & Pa. quia nō est ecclesiæ ius acquisitū p̄p solā intētionē testōris: nec ipse tenebatur tunc procurare bonū ecclesiæ, cū sine peccato facere potuisset: ergo potuit p̄ curare suum: cum nulli faceret iniuriam.

7 VNDECIMO, † quid de eo, quod relictum est clerico non habenti prælationem, aut administrationē ecclesiæ? Et dicitur sec. Pan. in d. c. cum in officijs. & de testa. requisisti, quod p̄ sumitur factum intuitu personæ in dubio: q̄a non est verisimile, ꝙ intuitu ecclesiæ reliquisset ei, qui ecclesiæ non habet administrationem, quod verum est, nisi per cōiecturas con trariū probaretur. vt in c. requisisti. de testa. Secus autem si habet administrationem.

8 DVODECIMO, † vtrum clericus, qui rem ecclesiæ ex industria meliorauit, possit de tali melioratione disponere, quasi de re sua? Et dico quod non: sed illa cedit ecclesiæ. facit c. inquirēdum. & c. si quis. de pecu. cle. Et ratio est, quia ad hoc tenetur, si de eius fructibus viuit: secus autem si de suo meliorasset.

9 TERTIODECIMO, † vtrum clericus habens patrimonium in titulum, possit illud alienare ad libitum, sine solemnitate requisita in alienatione ecclesiasticorum bonorum: de qua 12. q̄. 2. fine exceptione. Et dico, ꝙ sec. Io. & Gofr. alienari non potest, sicut nec alia bona bn̄ficij spiritualis: licet illi patrimonio non adhæreat ius spirituale ad hæredes non transmissibile: vnde mortuo clerico extingui tur causa priuilegij, sicut fundus dotalis alie nari non p̄t durāte matrimonio: quo tñ m̄rimonio soluto, trāsit ad h̄rdes. Sed Hos distin guit: q̄a si clericus est ordinatus simpliciter, p̄t de p̄rimonio ordinare ad libitum. secus si expressè ordinatus est ad titulū p̄rimonij. Et idē v̄r sentire Gem. in c. si ep̄s de præb. li. 6 di cens, ꝙ clericus ordinatus ad titulū sui patrimonij, si expresse assignatur ei sic, ꝙ transierit in rē ecclesiasticam, de eo disponere non pōt. Et idē Io. And. & Io. de Li. si vero assigna tur tacite, tñ licet ep̄s non teneatur ei prouidere ex quo habet vnde viuat: tñ illud vēdere non poterit. Pa. tñ vbi ad illud ordinatur, expresse excipit vnum casum, in quo licitè de eo disponere potest ad libitum. s. si deinde consequatur beneficium spirituale: quia eo casu cessat ratio aliorum, cum possit ex beneficio viuere. Et hęc secunda opinio de rigore iuris est verior, licet prima sit benignior, & æquior, ne mendicet in opprobrium cleri. Et sentit Inn. in c. ep̄s de præb. ꝙ in alienatione talis ep̄i consensus non requiratur. Et si quæratur, quid operetur ordinatio ad istū titulū, ex quo fieri p̄t hæc alienatio? Dico, ꝙ satis fit iuri, vt non videatur ille promotus sine sustē tatione: & si deinde vendat, non reprobatur in clerico voluntaria, sed coacta paupertas.

10 QVARTODECIMO † quæritur, vtrum clerici, & religiosi possint de bonis aduētitijs sine patris assensu disponere? Et dico pro fundamento quæstionis quod sec. Pan. in ca. quia nos, de testa. & in c. constitutus. de resti. in inte. peculium, quod in laico est aduentitiū, clerico est quasi castrense: vnde licet sit filius familias, tamen vsusfructus non acquiritur patri. Et hoc tenuit Host. in d. c. quia nos, & casus est in auth. presbyt. C. de epis. & cler. vbi dr̄, ꝙ res ad dominium clericorum veniētes sunt eius, ad similitudinem castrensium, vt testari possint. Quod Pa. dicit indubitatum, q̄n clericatus adhæret t̄pe deletionis bonorū: vt per eum patet in c. constitutus. de in integ. resti. ¶ Ad quæst. igitur dicit Pan. in c. in præsentia. de proba. ꝙ si loquamur de bonis aduenientibus ingresso monasteriū, indistinctè acquiruntur monasterio: tum quia amplius nō est filius in potestate patris, & sic nō acquiritur vsusfruc. patri: tū quia clerici, & religiosi sunt priuilegiati super bonis aduētitijs, vt sint eis castrēsia vel quasi per d. auth. presbyteros. Et forte, inquit idem dici posset in bonis acquisitis prius, vt statim per ingressum gaudeat illo priuilegio, per d. auth. Et sic pater priuabitur vsufructu illorū bonorum ēt in vita sua: quod intelligo, q̄n filius hoc exp̄sse disponi: alias stabo dispositioni authent. si qua. C. de sac. sanct. eccle. non obstante. c. licet. de sepul. li. 6. quia illud loquitur in laico, non in clerico, aut religioso: hæc ex illo.

11 QVINTODECIMO, † vtrum clericus possit de bonis ecclesiæ dotare sorores, vel alere parentes? Et dicit Pa. in c. peruenit. de arbi. ꝙ sic: vel ēt alias consanguineas quod p̄batur per c. 1. de coha. cl. & mui. & per gl. cū tex. in c. oīno cōfitemur. 31. dist. vbi dicit glo. ꝙ clericus habens vxorē, vel filios, pōt eos pascere de redditib. ecclesiæ: & cōsequenter a fortiori dotare: cū cā dotis sit fauorabilior, quā alimētorū: vt notat Cy. & facit q̄d notatur ī l. cū in plures. §. pen. ff. de admi. tu. & in l. non

omni.C.eo.tit.in gl.Hoc tñ limita, & intellige si ipsæ indigent.vt in gl.d.c.oĩno.& nõ ad pompam, vel altum statum, ar. eorum, q̃ no. 42.dist.in prin.quia sic tã dantes, q̃ accipientes tenentur ad restitutionem.16.q.7. peruenit.vt not.Matth.& Card.in cl.2.de vi.& ho. cler. Hoc tñ, quod accipientes teneantur ad restitutionem limita, quando clericus esset soluendo.alias non, si acceperint de rebus, q̃ alienari possent ad libitum clericorum, ẜm Vide.& placet addito, vel si soluere nollet: licet alij velint indistinctè quod teneantur, ꝙ esset tutius. Ratio aũt omnium illorum est: quia clericorum bona superflua sunt pauperum: inter quos primi sunt coniuncti cęteris paribus: vnde quod tenet Sum.Ros.indistinctè.s. quod clerici de bonis ecclesiæ possint consanguineos in studio sustentare, non est verum indistinctè, sed si indigent.

12 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum clericus habens sufficiens patrimoniũ possit illud seruare hæredibus, & viuere de beneficio? Et dico ẜm Rich.in quolib 3.q.20. qđ habens patrimoniũ sufficiẽs ad necessitatem naturæ solum, põt recipere beneficiũ ẜm exigentiã status, & personę; habens vero patrimoniũ sufficiẽs, ẽt ad hæc, & ad eleemosynas multas faciendas, si recipiat beneficium, vt benè dispẽset, nõ peccat, modo sit idoneus: si vero recipit illud non intẽdens ecclesiæ deseruire, sed amicos ditare, & magis honorari, & viuere delicatius, mortaliter peccat, facit cap.clericos.1.q.2.& c.se imo in d.c.clericos. dicit Io. quod seruiẽdo ecclesiæ si bona eius cõsumit, & ex cupiditate, suũ p̃rimoniũ seruat, peccat mortaliter, & facit tex.in c.qm̃.in fi.16.qõ.1. Alias aũt seruiendo ecclesiæ, licet viuere de ecclesia, & suis hęredib.seruare patrimoniũ, ẜm Inno.in c.eps, de p̃b.& cõiter hoc tenent Doct.& idem Host.& Pan.ibi, dummodo honestè viuat.& idem Verue. addẽs, si deseruit ecclesiæ, cui si non deseruiat, vel si in malos vsus expẽdat: peccat mortaliter.Nec obst.c. pastor.1.q.2.quia ẜm Inn.intelligit, qñ clericus vellet de beneficio viuere, & auarè thesaurizare de p̃rimonio: secus si vult illud pro hæredibus cõseruare. Nõ obstat ẽt c.vlt.16. q.1. vbi dicit Hier.in fi.ꝙ qui bonis parẽtum sustẽtari possunt, si quod est pauperum accipiunt, sacrilegium incurrunt, quia ẜm Verue. intelligitur cũ extrema necessitas pauperum hoc requirit: vel ẜm Host.sensus est, ꝙ de superfluis dẽnt clerici largas eleemosynas facere, ẽt si necessitas non sit extrema, & hoc magis congruit: alioquin non esset differẽtia inter clericos, & laicos, & eorum bona. Quantum vero ad debitũ pœnale, dicit do. Ant.in c.olim nobis.de restit.spo. ꝙ illud soluere potest de fructib.ecclesiæ, & facit ca.peruenit. de fideiuss.sed Arch.in c. statutum de rescrip. li.6.tenet contrarium, cuius dictũ Pan.in d.c. olim verũ limitat, qñ debitũ est contractũ p̃ delicto, vel patrimonio: & sic seruãdum est.

13 DECIMOSEPTIMO † quæritur, quis succedat clerico ab intestato? Et dico, quod in bonis ecclesiasticis succedet ecclesia: in alijs cõsanguinei, ẜm ordinem iuris. 12.q.4. quicunque & q.vlt.c.vlt.quibus deficiẽtib.succedet ecclesia de suc.ab inte.c.1. dicit tamen Pa. in c.relatũ.de testa.ꝙ acquisita per canonicum intuitu ecclesiæ, seu præbendæ, nõ cedũt successori in præbẽda: imo nec episcopo. sec.Pisa.sed ecclesię capitulo: sed vbi bñficiatus nõ est de congregatione, sed habet beneficium oĩno separatum: puta quia est rector ecclæ parochialis, vel præpositus, seu Arch.non beneficiatus a capitulo: tunc bona acquisita intuitu beneficij cedunt successori, & non capitulo: Ratio diuersitatis est: quia canonico datur præbẽda ex bonis cõibus capituli principaliter, vt inde sumat necessaria: non ãt vt sit administrator ecclesiæ: vnde si qua remanent vltra præbẽdã debẽt cedere capitulo, cuius sunt oĩa bona præbẽdarũ; satisq; est, vt successor habeat corpus præbẽdæ: & capitulum administrabit bona quæsita, sicut alia bona cõia. Alij vero beneficiato per se extra cõgregationẽ datur beneficiũ tãquam administratori eius, seu ecclesiæ. Vnde quẽadmodũ administrare habet bona cõia ecclesię: ita & hæc intuitu ecclesiæ quæsita. ¶ Decimooctauo quęritur, quid faciendũ est in successione ab intestato, si nescitur vtrum res fuerint ecclesię, vel p̃sonæ? Et dico ex mẽte Io. An.in c. vnusquisque. de pecu.cle. & aliorum doctorum, quod prę̃sumuntur oĩa esse ecclesię. poterit tñ hr̃s probare, ꝙ fuerint bona p̃sonæ. Sed si cõstat clericũ res habuisse, q̃ non erant ecclesiæ, sed p̃sonæ, & dubitatur, q̃ sint illæ: p̃sumit pro eo, q̃ est in possessione rei, de qua est quæstio. Vñ si post mortem ecclesia est in possessione: p̃batio incũbit hr̃dibus: & econuerso. si hr̃des sunt in possessione, probabit ecclesia.ar.12.q.4.c.1.& q.5.c.1.in fi. Et si possessio est oĩno confusa, & nihil probatur, sed statur in dubio: æqualis dẽt fieri distributio inter ecclesiam, & hr̃des: nisi fortè q̃s ex seruo ecclesiæ factus sit clericus: quia tunc fiet

vt dr̄ in c.2.de ſucce.ab inteſt. ita quod pecu lium decedētis in quatuor partes diuidatur: q̄ ſingulæ aſſignentur ep̄o eccleſię pauperib. & parētib.& ſi non ſunt parētes, ep̄s illā par tem recipiet in vſum eccleſiæ conuerſurus.

14 DECIMONONO, † vtrum clericus præbēda tus teneatur facere quatuor partes de reddi tibus eccleſiæ, & oblationibus fideliū.ſ.epi- ſcopo, pauperibus, ipſi ſacerdoti, ac clericis, & fabricæ: ſicut volunt antiqua iura: vt in ca. quatuor, & in ca.cognouimus. & ſeq.12.q.1. Et dico colligēdo ex Pa.in c.1.de eccl.ædi. ꝙ ſtādū eſt conſuetudini, quo ad quartā ep̄i, & fabricæ: q̄ valet p̄fatis iurib.derogare: niſi qn̄ fabrica remaneret derelicta: q̄a tunc eſſet ir rationabilis, & nō valeret: & cōſequēter te- neretur dare quartā.& intellige qn̄ redditus ſuperſunt detractis neceſſarijs. Quantū vero ad quartā pauperum, nulla valet cōſuetudo in cōtrarium quin teneatur: imo plus dico, ꝙ non ſolū quartā, ſed oīa ſuperflua in neceſſi- tate tenetur erogare pauperibus ſub pœna peccati mortalis, niſi in duobus caſibus. Pri- mo, ſi egeat fabrica, vel ſecundo, ſi Dei cultū in ſua eccleſia velit ampliare, nulla tamē ex- trema neceſſitate occurrente ar. eorū q̄ no. in c.dudū.el 2.de ele.& in c.cū ſc̄m.de præbē. Vnde & ſc̄m S.Th. in quol.& 2.2.q.185. ſi iſta bona ſint diſtincta.ſ.quæ debentur prædictis & aliquid ſibi retinet ep̄s, ꝙ dēt pauperibus vel miniſtris vel in diuinū cultū erogare: pec cat mortaliter reſtōni obnoxius. Si vero di- ſtincta nō ſunt, eius fidei cōmittit̄: & erit ve niale, ſi deficiat in modico ꝙ bonæ fidei non repugnet: mortale vero in exceſſu notabili.

15 VIGESIMO, † vtrum clericus conuertēs fru ctus beneficij in vſus inhoneſtos peccet? Et dicit Ray. ꝙ ſi eccleſiaſtica bona det conſan- guineis diuitibus.ſ.vltra ſtatum eorū, & non vt pauperib. ſc̄m Ver.& meretricibus, aut hi ſtrionibus, & ſimilibus pauperibus debita, ra ptor eſt: quia quicquid hēt pauperum eſt.16. q.1.c.fi. vnde peccat mortaliter, & reſtituere tenetur eccleſiæ, ſc̄m Pan.in c.cum ſc̄m. de p̄b. ſi habet in patrimonio, vel aliundè.12.q.4.c. 1.& 2.quia de altari debet viuere, non luxu- riari: accepta luxuria pro omni luxu, ſiue il- licita cōcupiſcentia diſt.44.in prin. imo re- ſtituere tenentur, quia accipiunt ab eis inde bitè Nec ſufficit ſc̄m Ho. ꝙ reſtituat de fructi bus beneficij, niſi quatenus ſubtraheret ſibi neceſſaria. Et hæc vera intellige in foro aīæ, non ſimpliciter, & indiſtinctè: vt tenet Sum. Ang. ſed quantum ad peccatum mortale, li- mita ſi ſit magnus exceſſus. ſc̄m S.Tho. vt §. priore. quantum vero ad reſtitutionē, limita concurrentibus duobus. Primo, qđ exceſſus ſit magnus: ſecus ſi modicus, ſc̄m Hoſt. in Sū. de pœni.& re.& Aſten.lib.1.tit.35.& Franc. de Pla. in tract.de reſt. ¶ Secūdo, ſi bona ſunt diſtincta. vt §.priore. ita.ſ. quod aliqua diſtin ctè ſint pauperum, ſaltem principaliter, licet conſequenter ſint miniſtrorum: vt bona ho- ſpitalium, & aliqua principaliter miniſtro- rum: vt bona præbēdarum & beneficiorum. alias S.Th. vbi ſup.& 2.2.q.185.ar.7. vr̄ tene- re, quod non ſit de neceſſitate ſalutis reſtitue re: ſed ſolum quod ſit mortale. Et idē Arch. in 2.par.tit.2.c.1.§.fi.& Verue.& idē Præpo- ſi.44.diſt. vide Reſtitutio 2 §.5.in princ. ¶ Vi- geſimoprimo, vtrum reſtituere teneantur male accipientes ab eccleſiaſticis perſonis? Et dicit Ray.& Hoſt. ꝙ fornicariæ, & hmōi turpes perſonę tenentur reſtituere eccleſię, niſi acceperint cauſa eleemoſynæ in ſumma neceſſitate, quod licuit.86.di.paſce. & ſimili ter tenentur diuites, & potentes, qui accepe runt per fraudes, minas, importunitates, & hmōi: & clericus qui dedit redimēdo ſuā ve xationē excuſatur. extra.de ſimo. dilectus 1. non tenētur vero ſi acceperunt ꝑꝑ ēt hone- ſtā cauſam, vel neceſſariam, & rōne hoſpita- litatis, vel eleemoſynæ: vt q̄a caſu fortuito aliter hr̄e non poterāt. Et idem eſt ſi erāt be nè meriti & honeſti viri, ꝑſertim, q̄ iā impē derāt eccleſiæ ſeruitia defendēdo, vel patro cinando, vel eleemoſynas faciendo; quia ta- libus eccleſia repēdere tenet̄.12.q.2.quicun que. Ver.tn̄ dicit, ꝙ q̄ extorſit ꝑꝑ fraudē mi- nas, violentiā, & hmōi, tenetur ēt ſi clericus ſit ſoluendo; alij vero ſolū ſi clericus ꝑꝑ hu- ius donationē factus ſit non ſoluendo: adde vel ſoluere nolit, tutius tn̄ eſt, ꝙ indiſtinctè oēs teneant̄. ¶ Vigeſimoſecundo, q̄rit̄, cui re ſtituere teneatur, quę accepit indebitè ab ec cleſiaſtico? Et dico ſc̄m Ray. ꝙ ei qui dedit, qn̄ nō turpiter dedit, ſed timore, vel hmōi. alias āt authoritate iudicis pn̄ialis debet fieri ec- cleſiæ, cui ablatū eſt, ita ꝙ non illi q̄ dedit ni ſi in caſu p̄dicto, ſed ſucceſſori, vel ſuperiori: vt dicit Ho. vel in vtilitatē eccl'æ conuertat̄: vel ſc̄m glo. Ray. detur pauperib. illius loci. ſi videbitur expedire: puta: q̄a eccleſia eſt abū- dans. Qđ vero dr̄ de authoritate iudicis pœ nitētialis, gl. Ray. limitat, ſi ſuꝑ talibus habet diſponēdi poteſtatē: vn̄ Piſanus hēt authori tatem ſuperioris, ſed non credo neceſſariū.

16 VIGESIMOTERTIO, † vtrum clericus dimit-

dimittens officium sine cã rõnabili teneat re stituere fructus interim ꝑceptos ab ecclesia? Et Io.Cal.in c.1.de cele.mis.concludit ꝙ sic, rõ q̃a iste effectualiter nõ residet, nõ residẽs aut priuatur beneficio & fructib.de cle. non re.c.pe.tum ẽt quia ꝓꝑ officiũ datur beneficium.de rescr.c.fi.li.6.Vbicunq; aũt aliq̃d da tur ob causam,causa non secuta illud põt re peti. ff.de condi. ob turp. causam quasi ꝑ totum.Sed Pan.in d.c.1.hanc opinionem nimis rigidam dicit : nec eam sequi Dom.Car.quia iure non probatur.Et ad primum cõtra possumus dicere,quod licet clericus nõ residens priuetur beneficio:non tñ reperitur arctari, vt fructus restituere teneatur de cle. non re. ex parte.patet de eo qui per annum non resedit,& occasione tituli quẽ hẽt, donec priuetur percipit fructus, & si non seruiuit iste dicendo officium, tñ seruiuit ecclesiæ vniuer sali in ordine clericatus.Ad ẽm dr̃,ꝙ beneficium non datur simpliciter ꝓꝑ officium: sed etiam vt clericus assumptus in partem domi ni de patrimonio dñi viuat, & non mẽdicet. 93.di.diaconi.de præb.c.2.Alia tñ opinio tutior est in foro aïæ hæc ex illo.Et sic ẽm hæc determinat Sum.Ros.Sum. vero Ang.tenet, ꝙrestituere tenetur, & quod licet illa opin. sit rigida,est tñ vera:nec responsio Panor.ad Cal.est valida:quia licet dentur clerico redditus: vt viuat,nõ tñ vt viuat simpliciter,sed ẽm cultum Dei.Et idem,inquit,tenet Lau.in clerico vacante voluptatibus. Ego vero dico, ꝙ opinio Pan.est vera, quia ẽm mentẽ S. Th. in quolib. clerico malo tenentur subditi exhibere decimas, quod ẽt patet in c.tua no bis.de deci.vbi decimæ mandantur reddi cle ricis nequam,ergo illas restituere non tenẽtur.Et quantum ad rõnẽ. q̃ Sum.Angel.dicit insolutam:dico verum esse:sed ego soluo,& dico primo,quod officium ꝓꝑ quod datur beneficium,non est solum horæ canonicæ: sed est ministratio sacrorum, & consiliorum, & verbi Dei, & decantatio Diuinorum tempo re quo populus confluit,q̃uo dr̃ quis suspensus ab officio, seu iurisdictione, vel administratione,& dico secundo,quod datũ ob cau sam ea non secuta poteſt repeti,qñ erat causa totalis,vel saltem principalis dandi: secus si fuit partialis aut secundaria,vt in ꝓposito, quia beneficium nõ datur principaliter sacer doti,vel clerico vt psallat:sed vt celebret, & absoluat,ac cætera faciat ordinis sacerdotalis.Vñ beneficiati nõ sacerdotes,vbi est cura, intra certũ tẽpus tenent ordinari ad sacerdo tium.Et præterea beneficium non datur sub conditione, sed sub modo, vnde modo non seruato adhuc fructus sunt beneficiati. Et ita tenet Inn.Io.And.& Butr.in c.1.de cele.mis. & Præpo.di.91.presbyter & Pet.de Palu. Arch.Fran.de Pla.Zab.Ioã.de Lig.Cancel. Par. & Fel.& Hier.Zane.& penè omnes.

17 VIGESIMOQVARTO quæritur,vtrum clericus teneatur restituere fructus,quos de beneficio percipit existẽs in peccato mortali? Et dico,quod do.Ant.tenet omne peccatum notorium inducere suspensionem a canone: q̃ opinionẽ qui sequunt̃,vt sum.Ang. tenent ꝙ sic,quia est suspensus,& idẽ est,ac si nõ resideret, quia nullũ & inutile idem est c.inter corporalia.de translat.prę̃l.sicut non ritè,& non fieri, paria iudicantur.de presb.nõ bap. c.veniẽs.& ideo tenetur,sicut & nõ residẽs. Sed Sum.Ros.tenet contrariũ,s. ꝙ restituere non tenetur: quia nec sequitur dictã opinionẽ do.Ant.imo dicit, ꝙ fortè etiã in notorio fornicario,de quo,s. non est dubium ꝙ sit suspensus,ista locum non habent,ar.eius quod no.gl.in c.pastoral.de appell.vbi habetur, & excõicato non subtrahunt̃ redditus:nisi hoc sit expressum in sñïa,& idem in casu nostro. hæc Ros.Ego dico duo. Primo,ꝙ nõ residẽs non tenetur restituere fructus,nisi condemnetur,vt patet ex dictis sup.§.23.nec hoc Sũ. Ang.probat.Secundo,ꝙ hoc dato,non est simile in casu de existente in mortali : quia in aliquo deseruit ecclesiæ,& ritè deseruit,quã tũ ad id quod ecclesia ordinauit,vt celebran do officium,& orãdo vt ecclesia statuit:licet non vt ordinauit Deus.¶ Vigesimoquinto q̃ritur,vtrum clericus excõicatus ecclesiæ suæ fructus restituere teneatur?Et dicit Ber.ꝙ assignari debent alicui, qui celebret pro eo, i. loco eius,de ap.peruenit, & si iniuste fuerat excõicatus recuperabit fructus sibi sublatos 2.q.5.super causas.& idẽ Rayn.& Gof. Si vero iustè,non potest.C.de re.mi.l. cum allegatis,li.12.quæ tñ Host.limitat,vt refert Asten. quãdiu dormit in sñïa,i.in mora est petendæ absolutionis:quia non debet percipere beneficium qui non facit seruitium de appell. pastor.in fi.Secus si non esset in mora.de cõcess. prę̃b.quia diuersitatem.Et si non habet vnde viuat,sec.Asten.post Io. prouidendũ est ei interim de bonis ecclesiæ,quia etiam depositis prouidetur.dist.50. studeat ne in opprobriũ clericatus cogatur mendicare.

18 VIGESIMOSEXTO quæritur,ex quibus,& quibus restituet clericus restitutioni obno-

xius

xius propter ecclesiastica bona? Et dico, qđ ex bonis laicalibus si habet, vel habere pôt, vel ex ecclesiasticis: si ibi aliquid subtrahat de eo, quod licitè & consumere, & nõ consumere poterat, parcius viuendo, Restituet autem arbitrio iudicis pœnitentialis, vel superioris, licet hoc non sit necessarium, dando ipsi superiori, vel seruando successori, vel dãda pauperibus: aut exponendo in vtilitatem ecclesiæ secundum quod videbitur: vt dictũ est in simili sup. §. 22. De fructibus beneficiorum habes multa sup. Beneficium.

DE COACTIONE.

1 *Coactionẽ duplicẽ esse, absoluta. s. & conditionalẽ.*
2 *Coactè baptizatus, num baptismi characterem recipiat.*
3 *Coacta seruitia Deo exhibita, an Deo placeant.*
4 *Coactè matrimonium initium, an teneat.*

1 COACTIO † duplex est. Vna, s. absoluta, qua quis contra voluntatem corporaliter ad aliquid ex toto cogitur: sicut qui ligatur. & de hac dist. l. presbyteros & ex hac aliquid contra Deum faciens non peccat sicut si mulier opprimatur vt patet in d. ca. & no. gl. dis. 5. ad eius, quod verum est nisi tunc vel post alius consentiat. Alia est, quæ dr̃ conditionalis: qua quis cogitur vnum è duobus eligere: de qua in c. lectores. 32. d. & in gl. prædicta & hæc nõ excusat ĩ peccatis, vt ĩ c. sacris. de his q̃ vi, metus ve causa fiunt: nisi vt infr. Metus. De his S. Th. in 4. dist. 6. q. 1. ar. 2. q. 2.

2 PRIMO † vero queritur, vtrum coactè baptizatus recipiat characterem baptismi? Et dico, quod sic, si coactio fuit conditionata, quãuis non gratiam: vt sup. Baptismus non autẽ si fuit absoluta, secundum gl. in ca. episcopis. dist. 74. & Inn. c. fraternitatis de hæreticis.

3 SECVNDO, † vtrum seruitia coacta placeant Deo? Et dico quod non: etiã si coactio sit cõditionata. Puta ex metu pœnarum. 23. q. 5. ad fidem & 20. q. 2. præsens, vtilia tamẽ sunt facienti: tu quia disponũt ad salutem, tũ quia si seruiens non omittit saltem tm̃: & si omittat non faciẽdo qđ debet, vt debet: i. ex amore.

4 TERTIO † vtrum teneat matrimonium per coactionem? Et dico quod nõ, si fuit coactio absoluta: similiter nec si fuit cõditionalis, & interuenit metus cadens in constantem virum, vt infra Metus §. 8. & Matrimonium. 6. §. 1. & Matrimonium. 8. §. 12.

DE COADIVTORE.

1 *Coadiutor quis dicatur. Et qui potestatem habeat iuridicus coadiutor. Et quid de commissario.*
2 *Coadiutor quibus dandus sit, & a quibus cõmissarius assumi queat. Et cuius auctoritate ac ꝑmissũ.*
3 *Episcopus grauatus si nolit coadiutore accipere, etiã a capitulo requisitus, quid agendum sit.*
4 *Coadiutoris officium, quando expiret.*

1 COADIVTOR, † vt ipsum nomen sonat, est qui in alterius adiutorium datur, vel assumitur. Et habet coadiutor iuridicus, id est, de quo mentio fit in iure: liberã & legitimã administrationem, quod Sum. Ang. tenet indistinctè: sed Pa. in c. de rectorib. de cl. ægro. limitat. verũ, qñ p̃latus est impeditus ĩ spũalibus, & tp̃alibus. Si ãt in spiritualib. tm̃, tunc coadiutor non administrat tp̃alia. Et eius officiũ est facere, quæ pertinẽt ad officiũ eius, cui datur, excepto, ꝙ nihil immobile, vel mobile pretiosum pôt alienare, vt in c. vnico. de cler. ægro. li. 6. iuncta gl. & non solũ de bonis ecclesiæ, sed nec prælati: vt in c. pastoralis. de cle. ægro. li. 6. Nec dẽt aliquid de bonis ecclesiæ, cui est adiutor, sumere, nisi sumptus moderatus: vt ibidem & ad hoc 7. q. 1. scripsit. & sic redditus nõ sufficiunt, eos habebit ille q̃ seruit, & infirmo prouidebit eps̃, sec. gl. in ca. de rectoribus extra, de cle. ægro. Aliter tamẽ sensit Pau. vbi supra. Commissarius autem, qui semper assumitur, non hẽt auctoritatẽ, nisi quam illum assumens ei contulerit.

2 PRIMO † vero quæritur, quibus dari debet coadiutor: & a quibus assumi possit cõmissarius? Et dico ꝙ ille dari dẽt, ſm Inn. in ca. nisi cum pridem de renunc. cuilibet prælato, qui suum officium exercere non potest. 7. q. 1. quasi per totum. & ſm eundem in ca. venerabili. de off. dele. dandus est dilapidãti ecclesię bona. Iste vero assumi potest ab episcopis, & superioribus prælatis: vt no. doc. in d. ca. vnico. imo & aliquo mõ oẽs, qui p̃nt vices committere: quia a commissione cõmissarius dictus est. ¶ Secundo quæritur, cuius licentia vel auctoritate dari possit? Et dico, ꝙ episcopis, & superioribus prælatis dari non pôt sine licẽtia Papæ: vt in d. c. vnico. qđ tñ in duobus casibus fallit, vt ibi patet. Primo, quando eps̃, vel superioris prælatus senio aut corporali, valetudine ita grauatus est, ꝙ perpetuo suũ officium exercere non potest, quia tunc de consilio & assensu capituli sui, vel maioris, partis vnum vel duos coadiutores pôt assumere. Secundo, quãdo est amens, ita ꝙ velit nolit, exprimere nescit: quia tunc capitulum vel duæ partes vnum vel duos coadiutores dare p̃nt. Aliis ergo dare p̃t superior ꝓprius.

3 TERTIO † quæritur, quid si episcopus: grauatus, vt supra, nollet assumere, nec habere coa-

coadiutorem, licet a capitulo requisitus? Et dico, quod nihil per capitulum innouetur, sed in hoc casu, & etiam si episcopus esset demens, capitulum significet, quam cito poterit, conditionem episcopi, & ecclesiæ: vt in eo. ca. vnico dicitur.

4 QVARTO † quæritur, quando expirat officium coadiutoris? Et dico, quod in morte eius: cui datus est: vt no. Doct. in c. grandi. de sup. neg. præl. lib. 6. Et idem est de commissario, vt per se manifestum est.

DE COGITATIONE.

1 *Cogitatio, num peccatum mortale esse possit. Et quid propriè sit cogitatio.*

1 COGITATIO, † potest esse peccatū mortale: vt si sit deliberata de malo mortali. dist. 49. hinc etenim. §. ponderosus. etiam si opus non sequatur: sed non meretur pœnā ab homine, cum suis terminis est contenta. de pæ. dist. 1. §. cogitationis in tex. & in glos. Aduerte tamen, quod cogitatio propriè est operatio intellectus: impropriè aūt est operatio voluntatis, vt delectatio, & consentire vr cogitatio. Vn quo vtraq; sit peccatū, nec ne, vide inf. Consensus, & inf. Delectatio.

DE COGNATIONE.

1 *Cognationem triplicem esse.*

1 COGNATIO, † triplex est. s. carnalis quæ dicitur consanguinitas: spiritualis, quę dicitur compaternitas: & legalis, quæ dicitur adoptio. de quibus infr. impedimentum 5. 6. & 7. sup. Adoptio.

DE COLLEGIO.

1 *Collegium vnde dictum sit. Et quid sit collegium ecclesiasticum.*

2 *Collegium, num a societate differat.*

3 *Collegium an facere liceat. Et num collegium rectorem vnum sibi constituere possit. Et an statutum facere.*

4 *Collegium deserentes, num in bonis collegij partem suam habere debeat.*

5 *Collegio destructo, an eius quoque priuilegia restricta esse videantur.*

6 *Collegium, vel vniuersitas, num in restitutionē in integrum petat, vt minor. Itē quomodo super re priuati disponere queant, & quot debeant conuenire, vt aliquid efficaciter facere possint remissiue.*

1 COLLEGIVM † dictum est, quia simul aliqui colliguntur, vel simul cohabitāt, secundum gl. in l. 1. ff. quod cui. vni. no. & est cōgregatio, quam ad minus tres facere possūt, vt l. Neratius. ff. de verb. sig. quia duo faciunt congregationem: collegium, tres: populum, decem: turbam plus, q̄ decem aut 15. gregem s. porci, vel 10. oues, vt no. Ber. de ele. c. 1. vide gl. in c. 10. q. 1. Sed paterfamilias dr qui habet dñiū, licet filios nō hēat. l. pronūciamus. ff. de ver. sig. Et dr ecclesiasticū, si maior pars inæqualis est clericorū, & similiter data partium æqualitate, ſm Pa. in c. ex lr̄is. de consti. q̄a magis dignū trahit ad se minus dignū. ca. qđ in dubijs. de conse. eccl. vel alta. l. qđ maior. ff. ad muni. no. Bart. in l. fin. ff. de colle. illi.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum collegiū differat a societate? Et dicit Inno. vbi supra, qđ sic, vt patet in l. 1. ff. quod cui. vni. vbi dicit, quod socij alicuius congregationis possunt facere collegium, & consequenter societas non est collegium. Item collegium residet in vno. ff. quod cu. vni. l. sicut: sed societas morte vnius socij soluitur. ff. pro socio, l. adeo.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum liceat collegiū facere? Et respondet Inn. in c. dilecta de excess. præl. licet aliter alij dicant, quod hoīes cuiuscunque professionis, vt grammatici, vel negotiatores, & hmōi possent simul conuenire ꝓpria auctoritate, & facere sibi rectorem, ac syndicum, dummodo coeant, vel collegium faciāt, pro cā honesta: puta, ad defensionem suæ iustitiæ, vel ne in suis officijs fiat fraus: & multo magis si faciāt cā pietatis, vel religionis. Et quod liceant alia collegia. patet. C. de iurisd. om. iu. l. fin. ff. qđ cui. vni. l. 1. ff. ad Treb. l. oīb. & de procu. c. quia & ff. de colle. ill. l. 1. §. 1. vbi aliqua prohibendo, lex vr alia cōcedere. Vbi ēt dr, quod Senatusconsulto illicita arcētur, & consequenter licita cōceduntur. Illicitū aūt est, quod fit ꝓ aliquo malo, & destruēdū est, l. vlt. ff. de colle. illi. Vnde Bart. in l. 1. ff. de colle. illic. dicit, quod iure cōi collegia, q̄ fiunt cā religionis, sunt permissa, l. 1. ff. quod cuius. vni. ¶ Tertio, vtrū collegium possit sibi facere rectorem vnū, sub quo possint oēs de collegio cōueniri? Et dico, quod sic, text. est in l. fi. C. de iuris. om. iudi. & tenentur ei obedire: vt ibi. ¶ Quarto, vtrū collegium possit facere statutum? Et dico, quod collegia licita, & approbata in his, in quib. hēnt iurisdictionem: & quo ad pertinētia ad ipsos collegiatos possunt facere statuta, vt no. in gl. fi. C. de iurisd. om. iud. & expressius. C. de cōs. pecu. l. 2. in fi. & per Bar. in l. oēs populi. ff. de iust. & iure.

4 QVINTO, † vtrum deserentes collegiū debeant habere partem suam bonorum collegij? Et dicit Innoc. vbi supra, quod sic, de his, quæ in eo conferunt ipsi de collegio. & sic loquitur. l. 1. §. fin. ff. de coll. illic. facit pro hoc l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco public. de cler. coniugat. quod a te. vbi not. de hoc 16. q. 1.

c.1.de lapsis, sed de alijs, quę legantur, vel donantur vniuersitati, nō dēt hrē partē, facit l. sicut, §.si quid.ff.quod cu.vni. cū alijs notatis in gl.d.§.fi.quæ concordant cum Inno.

5 SEXTO, † vtrum destructo collegio extinguantur omnia priuilegia eius? Et dicit Pan. in c.2.de postu.pla. quod sic, si est ecclesiasticū, & destruatur per superiorē. Si vero est sęculare, sunt opiniones: sed verior, ſm eū, est, ꝙ durāt apud ciu.tatē, vel locū, si ipsi ciuitati erant concessa, sicut in ecclesiasticis durat apud ecclesiam, de quo vide sup. Ciuitas. §.2.

6 SEPTIMO, † vtrum collegium, vel vniuersitas petat restitutionē in integrum, sicut minor? Et dicunt aliqui, quod sic: quod verū limita in pijs, vt sūt hospitalia, & hmōi, sec. Io. And. in c.2.de resti.in inte.lib.6.arg.c.requisisti.de test.quod etiam sequitur Pan.in c.1.de test.in integ.allegans, l.omnia, C.de episc.& cle.qui dicit omnia priuilegia concessa ecclesijs extendi ad hospitalia, & pia loca, de quo vide sup. Ciuitas. §.2. Quomodo autem collegiū disponere possit super re priuati, & quot debent conuenire, vt possint aliquid facere, vide infr. Statutum, §.2.& infra. Electio primo, §.1.& quomodo singuli possunt esse testes collegio, inf. Testis, §.1.& 2.

DE COLONO.

1 *Colonus an possit semen, aliasue impensas de iure deducere, si de hoc speciatim non cauerit.*

1 COLONVS, † accipiens terram colendam ad tertiam, vel quartam, vel alium reditum, secundum Inn. cap. tua el 2.de deci. non potest de iure deducere semen, aut alias expensas, nisi per pactum speciale fiat, & si pactum non fit, attendenda est consuetudo, si est: quæ si non est, stabimus iuri.

COLVMBARIA. Restitutio, tertio, §.4.

DE COLLVSIONE.

1 *Collusio, ac colludere quid sint.*

1 COLLVSIO, † dr̃ quasi simul lusio, id est, duorū ludus illudētium iudici. Et collusio, sec. Ber. in gl. in c. audiuimus. de collu. ca. cum cler. de censi. est inter actorem, & reum latens, & fraudulentā conuentio, per quā alter in iudicio se superari permittit: & qua interueniente, secundum Host. in Sum. delicta aliquando remanent impunita, aut etiā committuntur. Et colludere, est aliquem cū suo aduersario pecunia, vel gratia mediante pacisci, vt pro se in causa, vel iudicio permittat sententiari. de coll. c.1.& 2. Quod quidem aliqū fit impunè, scilicet in ciuilibus causis sec. Azo. vt cum quis per collusionem patitur seruum, vel liberum ingenuum pronunciari, ne, s. per tales degeneres inquinaretur amplius ordo senatorum. Vtrum autem hoc liceat, vide sup. Accusatio, §.8.

DE COMMENDA.

1 *Commenda vnde dicta est, & quotuplex sit.*

2 *Commenda ecclesiæ curatæ, aut parochialis, quomodo constituenda sit. Et num commendatarius parochialis prælatus censendus sit. Et an talis fructus ecclesiæ suos faciat.*

3 *Commendatarius parochialis si ecclesiam impetret, num de commenda mentionē facere teneatur. Et nū ad hmōi commēdam patronus vocandus sit.*

4 *Commenda durante, num ea reuocari, aut conferri possit.*

5 *Episcopo si concessum fuerit, vt vsque ad certū tempus ecclesiarum vacantium fructus accipere queat, num hoc prætextu beneficium commendati fructus retinere queat. Et quanto tempore episcopus commendare queat.*

6 *Commendam finitis sex mensibus, an possit ordinarius alij committere. Et an commendantis morte commenda ipsa quoque finiatur.*

7 *Commendatas ecclesias an vnus plures habere curatas possit. Et quid de commenda ecclesiarum non curatarum.*

1 COMMENDA, † s. ecclesiæ, nunc per sincopā dr̃ quasi comedenda: quia, s. ecclesia, q̄ est in commēda, comeditur, & vorat, olim aūt a commendando dicta est, quod q̄dē cōmendare sumitur multipliciter, sec. Io. Andr. in gl. in ca. nemo. de ele. li.6.s. ꝓ deponere, vt 22.q.2.ne quis & pro laudare: vt, non q̄ se ipsum cōmendat, & c.2.Cor.8. Aliquando pro traditione ad custodiam, vt hic. Duplex autē est commenda, sicut & duplex ecclesia, s. ecclesiæ curatæ, & non curatæ. Et duplici ex causa commenda rationabiliter fieri consueuit. Primo, ad vtilitatem ecclesiæ commendatæ. Secundo, ad honestam subuentionē commendatarij, quia licet c. nemo de ele. lib.6. dicat, ꝙ nō fiat, nisi ex euidenti vtilitate ipsius ecclesiæ, tñ loquitur de curata: pręlati aūt curatarum sunt propter populū, vel ecclesiam: non autē populus ꝑꝑ prælatum. vnde principaliter præfici debent ꝑꝑ vtilitatem ecclesiæ, non suam, sicut dicit S. Thō.4.dist.17.q.3.

2 PRIMO † vero quæritur, qūo facienda sit cōmenda ecclesiæ curatæ, vel parochialis? Et de hoc Greg.10.in Concilio Lugdunensi, vt extra, de elect. nemo. lib.6. dicit, ꝙ nemo deinceps parochialem ecclesiā alicui non constituto in ætate legitima, & sacerdotio cōmendare præsumat, nec tali etiam, nisi vnam, & cui-

euidenti necessitate, vel vtilitate ipsius ecclesiæ suadente. Huiusmodi aũt, inquit, cõmendam, vt præmittitur, ritè factã declaramus. vltra semestris tþis spatium non durare statuentes quicquid secus de commodis ecclesiarum parochialium actum fuerit esse irritum ipso iure, hæc ibi. In alijs ergo cõmendis locum non habet ista constitutio: sed stat ius antiquum, sec. gl. ¶ Secundo q̃ritur vtrum, talis, id est, parochialis cõmendatarius sit prælatus. Et dicit idẽ Io. And. quod non, sed tãtũ ꝓcurator: hẽt tñ legitimã administrationẽ, 22. q. 1. relatio, s. qñ debitè fit. ¶ Tertio, an talis faciat fructus suos? Et dicit idẽ, quod non, ẜm Bar. quia custos est, & ius in ecclesia non habet: licet teneat. Archi. quod si ecclesia indiget, potest præsentare clericum ordinãdũ ad titulum talis ecclesiæ: vt de iure patr. postulastis, imo non habet ius in fructibus, nisi ad colligendum, gubernandum, & prouidendum sibi, & ministris, & quod superest in vtilitatem ecclesiæ conuertendum: sicut & de visitatore dicitur dist. 16. obitum. Et hoc tenet Host. sed contrarium fit de facto.

3 QVARTO, † vtrum talis, si ecclesiam impetret, teneatur de commenda facere mentionem? Et dicit idem quod sic. arg. de concess. præb. cum nostris, & ca. literas. Sed intellige, si non impetrat eandem. ¶ Quinto, vtrum ad talem commendam vocabitur patronus? Et dicit idem quod sic, secundum Inno. Host. & Cardin. art. 16. q. 7. Filius, & idem est in alijs, qui ex tali commenda læduntur: & si fuerint contumaces, vlterius non audientur.

4 SEXTO, † vtrum durante commenda possit interim per ordinarium conferri, aut reuocari? Et dicit idem quod non, sec. Car. nisi esset cã, ex qua fuerat facta ar. de voto magnę.

5 ¶ SEPTIMO † quæritur, si concessum fuerit epõ, vt vsq; ad certum tempus percipere possit fructus vacantium ecclesiarum, an hoc ꝑ textu retinere possit fructus beneficij cõmẽdati? Et dicit idem quod non, sec. Gul. nec interim dr̃ talis ecclesia vacare, q̃a titulus iste est canonicus, sicut & alij. ext. de ele. dudũ. 2. ¶ Octauo, quanto tþe eþs possit commendare? Et quidam vt idem refert, dicunt, ꝙ commendare potest solum, vsque ad illud tẽpus, quo potest conferre, s. vsque ad sex menses: tñ sec. Gul. hoc est falsum, quia si secũdo, vel tertio die post vacationem commendaret, iam non duraret per sex menses, quod tamẽ potest per istam constitutionem: vnde si fiat vltima die sex mensium, durabit per sex menses: si tamen totum tẽpus ordinarij elabat̃, s. sex menses, non poterit deinde facere commendam, ar. de off. dele. de causis. Vel dico, ꝙ eo finito eam commendare poterit alicui ad custodiendam, & saluandam, donec prohibeat superior. ar. de app. cum teneamur.

6 NONO, † vtrum finitis sex mensibus possit ordinarius eam eidẽ, vel alteri iterato cõmẽdare? Et dicit idem videri, ꝙ sic: quia tempus Lateranensis concilij non currit pendẽte cõmenda ex causa facta: sed certè, inquit, mens dictæ constitutionis contradicit: aliter fieri posset ei fraus, & perpetuo fieri, vt arg. de diuor. quanto. Vel distingue, vtrũ cõmẽda fiat intuitu ecclesiæ, vel ꝑsonę, vt, s. facta intuitu ecclesiæ, s. ad eius vtilitatem teneat, non aũt facta intuitu personæ. hæc ille. Sed ista distinctio vr̃ euacuari per tex. q̃ vult, quod fiat solum intuitu ecclesiæ: vnde dic, ꝙ poterit cõmẽdare, donec ꝓuideat superior. ¶ Decimo, vtrũ expiret cõmenda morte cõmendantis? Et dicitur ꝙ non, ẜm Gul. vt de commo. c. 1.

7 VNDECIMO, † vtrum vnus, plures possit habere curatas ecclesias commendatas? Et dicit idem, quod non, sicut nec plures in titulũ: vt patet in d. constitutione: nisi ex dispensatione Papæ, in casu vtroque: sed vnã intitulatam, & aliã cõmendatã curatas ab ordinario potest hr̃e, ẜm antiquum ius 21. q. 1. qui plures, sed cum moderatione, d. c. nemo. ¶ Duodecimo q̃ritur, q̃d de commenda ecclesiarũ nõ curatarum, quæ hodie viget in Dñis Cardinalibus quantum ad multas abbatias? Et dico, quod sicut licet subuenire clerico de beneficio curato, vt honestè viuat: ita, & fortè magis, licet subuenire de non curato, si indigeat ad necessitatẽ, aut decentiã. Vnde si abbatiæ habẽt superflua, & ipsi sunt indigẽtes, fieri põt, maximè, vbi non possunt inueniri monachi regulares ĩ numero pari redditib. sed eo casu tenentur, sec. Pan. in c. de monachis. extra, de præb. ecclesias cõseruare in solito statu, & de superfluo sibi prouidere possunt ad necessitatẽ, & decentiã. Circa hoc tñ mortaliter peccant multis modis. Primo, si non indigent in veritate, sed solum ẜm suam pompaticã cõcupiscẽtiã, & lasciuiã: q̃a vsurpant sibi sanguinẽ pauperum. Secundo, si notabiliter minuũt cultum diuinũ, vt si ibi consueuerant officiare duodecim, & auaritia dicti retinent sex: quia iniuriã inferunt honori diuino, & iniustè dãnum defunctis. Tertio, si opponũt se ex cupiditate reformationib. abbatiarum eadem ratione. Quarto, fortè ꝑꝑ scan-

ſcandalum populorũ hac occaſione blaſphemantiũ nomen Dñi, & tepeſcentium in fide.

DE COMMISSIONE.

1 *Commiſſio per Papam facta alicui, dignitatis nomine expreſſo, facta mentione, quòd alibi reſideat, quid præſtet. Et quid ſi de confidentia mentio facta non fuerit.*

2 *Committere vices ſuas num quis poſſit. Et quid vbi commiſsio facta eſt in genere de diſpenſando, an ad mediocritatem reducatur, remiſsiue.*

1 COMMISSIO † facta per Papã alicui expreſſo nomine dignitatis, faciendo mentionem, ꝙ reſideat in alio loco, facit vt talis cognoſcere poſſit in loco reſidentiæ, ſm Io. Andr. in c. exhibita de rer. permu. Sed ſi de reſidentia mentio non fiat, tunc cõmiſſio facta eſt in loco dignitatis expreſſe, nec extra illã diœceſim poterit de cauſa illa cognoſcere. c. ſtatutũ. §. in nullo de reſc. lib. 6. & qđ ibi no.

2 VTRVM † autem quis poſſit committere alteri vices ſuas, vide inf. Delegatus, & infra Vicarius & inf. Confeſſor. j. Vtrum ẽt cõmiſſio facta in genere de diſpenſando, ad mediocritatem reſtringatur, vide ſup. Cler. 1. §. 4.

DE COMMODATO.

1 *Commodati definitio, & eiuſdem ſigillatim explicatio.*

2 *Commodari quænam res poſſunt. Et quis commodato dare queat.*

3 *Commodati natura. Et commodatarius ad quid teneatur. Et ad quid minime. Et quas in re commodata expenſas factas repetat.*

4 *Commodans non commodatum cum intereſſe commodatarij ante vſum expletum, reuocare poſtit. Et quid ſi commodatarius re commodata intra tempus tacitè, aut expreſſe præfinitum vti non potuerit, an alio tempore inuito domino vti poſsit.*

5 *Commodans vaſa vitioſa, equum aut quippiam aliud, num teneatur commodatario de dãno, ſi quod inde ſecutum fuerit. Et ſi commodator rem æſtimatam tradat, num periculum in commodatarium transſire faciat.*

6 *Commodatarius, an de omni culpa teneatur, ſi res deterioretur, aut pereat. Et quid de caſu fortuito.*

7 *Commodatarius rem commodatam per nuntium remiſit, & ea perijt, num commodanti de ea teneatur. Et quid ſi ſciens ad vſum non deſtinatum contra Domini voluntatem vſus ſit. nu. ſeq.*

9 *Commodatarius, num proprias rebus commodatis, ſi ſimul omnes ſeruare nequeat, præferre queat.*

10 *Commodatarius, aut depoſitarius, & huiuſmodi allegantes res commodatas, depoſitas, & id genus, reliquas deperditas, num id probare, & qualiter teneantur. Et quid ſi rerum probata amiſsione, contra dolus aut culpa allegetur, cuinam probandi onus incumbat.*

1 COMMODATVM, † ſiue contractus, per quem aliquid dr̃ cõmodatũ, eſt alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuito facta conceſſio, ſec. gl. in c. vnico. de commo. & idem Hoſt. & dr̃ quaſi vtentis commodo datum, ſeu conceſſum. Dr̃ autem gratuito, ſiue gratis: alioquin ſi merces interuenit pecuniæ iam eſt locatio: ſi verò nõ interuenit merces pecuniæ, ſed aliud, eſt contractus innominatus. Inſt. man. §. vlt. qui quadrupliciter fit. ſ. do vt des, do vt facias: facio vt des, facio vt facias, ff. de præſ. verb. l. naturalis vide inf. Cõtractus. Dr̃ ẽt ad ſpecialem vſum: quia ad incertum vſum nihil commodari poteſt. quia iam eſſet precariũ, quod in hoc differt, quia precarium eſt ad incertum vſum, quo ad tp̃s durationis, puta pro ſe, & hæredib. ſuis ff. de præc. l. cum precario: commodatum autẽ eſt ad vſum certum: quia. ſ. habet tp̃s tacitũ vel expreſſum ante quod reuocari nõ põt. Et dico tacitũ, puta cõmodaui tibi librum ad trãſcribendum, habes tempus, in quo poſſit cõmodè trãſcribi, ff. commo. l. 3. & l. 4. & l. ſi vt certo. & l. vlt. ſecundum Inn. in d. c. vnico.

2 PRIMO † verò quæritur, quid commodari poſſit? Et dico, quod res immobilis, & res mobilis, & res corporalis, puta ſeruitus habitationis. ff. cõmo. l. 1. vbi dicit text. poſſe commodari rẽ mobilẽ, & ẽt ſoli, & ẽt habitationẽ. Et intellige ſi bona fide poſſidemus ff. cõmo. l. cõmodare, & ẽt ſi mala fide, vt ibidem ad hunc ſenſum: quia fur aut p̃do cõmodando peccat, & furtũ cõmittit, tñ dr̃ poſſe commodare, quia habet commodati actionem contra commodatarium. ff. commodat. l. vt ſi. niſi forte concurrat dominus rei cum legitimis probationib. quia tunc ei facienda eſt libera reſtitutio. C. de fur. l. in ciuilem. Res tñ mobilis, quæ vſu conſumitur, vt panis, & pecunia, commodari non põt, niſi ad pompam vel oſtentationem. ff. cõmoda. l. 3. & ſequenti: ſed per oſtentationem & pompam intellige omnem vſum per quem, res ex toto non cõſumitur. ſed eodẽ numero reſtitui põt: puta ſi cõmodetur aurum ad lætificandũ: q̃a in omnib. eadem ratio eſt, vt inf. §. 3. ¶ Secundò quis poſſit cõmodare, & cui commodari poſſit? Et dico ſm Moc. ꝙ ille qui põt cõtrahere, arg. l. Iulianus. §. antepe. ff. de act. empt. & vend. vnde non ſolùm prælatus, ſed etiã œconomus põt commodare: quia is contrahere põt. 10. q. 2. hoc ius. Vnde ſi pupillus commo-

det-

det, nõ est obligatus: ſed alius ei obligatur, ff. de act. emp. & vend. l. Iulianus. Si aũt ei commodetur, obligatur pro quanto factus eſt locupletior. vel dolum commiſit: ſec. gl. in l. 1. ff. com. quod Bar. ibi limitando dicit, quòd ſi ab initio non ſubſiſtit commodatum iure ciuili aut naturali, q̃a, ſ. puer erat infans, vel a tutore recepit: tunc nullo caſu tenetur: quia ab initio non ſubſiſtit. d. l. 1. §. impuberes; ſed ſi ab initio ſubſiſtit ſaltem naturaliter, quia, ſ. pupillus erat proximus pubertati: tunc tenetur quatenus eſt factus locupletior, vel ſi dolum cõmiſit, vt in l. 1. §. an in pupillũ. ff. de po. Dicitur autem factus locupletior, ſm aliquos, vt ibi refert Bar. ſi non eſt factus pauperior, quod licet alij reprobent, tñ ipſe dicit reprehenſionem non eſſe iuſtam rectè intelligendo, quia ſi pupillus habet rẽ, cõuenitur, vt reſtituat eam, & tenetur, q̃a reſtituẽdo nõ efficitur pauperior. Sic & ſi perſonæ, vt non eccleſiæ commodatum fuit, teneatur eccleſia inquantum in vtilitatem eius verſum eſt.

3 TERTIO, † quæ ſit natura commodati? Et dicit Mon. hanc eſſe, vt res ipſa commodata reſtituatur, quia hoc eſt de iure naturali. d. 1. ius autem naturale, ſic, ꝙ talis rei dominium nõ tranſit in recipientem, ſm gl. in d. c. vnico, & in l. rei commodatæ, ff. com. Nec tenetur cõmodatarius de re ſi perijt, niſi fuerit in culpa, ſed perijt domino, vt in d. ca. vnico, & de hoc inf. §. 7. Nec etiam tenetur de rei deterioratione, ſi in ea re vſus eſt ad quam accepit, & ſine ſua culpa deterior facta eſt. ff. commo. l. eum qui rem. & l. fin. Et quod dicitur in lege, ſed mihi, ff. eo. quod proprie res dr̃ nõ reddita, qñ deterior facta redditur, intellige ex culpa ſua, d. l. eum qui rem. Sed nec põt eam retinere ratione cõpenſationis, prætextu alicuius debiti. l. vlt. C. com. huius tamen contrariũ hic cõiter tenetur. & facit quod no. Pan. & in glo. in c. bona fides. de depo. quia ſolum prohibetur compenſatio in depoſito per illũ tex. & l. fi. C. de comp. & conſequenter in alijs contractib. cõpenſatio admittitur, quia exceptio firmat regulam in alijs. 33. q. 7. dñs. Et hoc vr̃ tenere gl. in fi. C. comm. & hoc vbi debitum ſit liquidũ. Nec ẽt põt repetere expẽſas in re commodata factas naturali rõne, puta cibariorum, & huiuſmodi, ſed alias ſic, niſi ſint modicæ vt impenſas valetudinis, aut fugæ, vel huiuſmodi, vt in l. in reb. §. poſſunt. ff. comm. vnde & Bar. dicit in l. diuortio. §. impen. ff. ſol. ma. quod ſi commodo tibi equum, & tu impendis in eo curando, ſi quidem modica fuit impenſa, non repetitur, ſicut nec cibaria. d. §. poſſunt. ſecus ſi magna. Et idem dicit de impenſis factis in ſeruo curando.

4 QVARTO † quæritur, vtrum commodans ſiue commodator reuocare poſſit commodatum cum intereſſe commodatarij ante vſum expletum? Et dico quod non, de commoda. vnico, & l. in commodato. §. ſicut, ff. eo. præcarium vero bene poteſt reuocare, quia non eſt ad vſum certum ff. de præca. l. 2. §. 1. & de præca. c. vlt. & ſi reuocat ante tempus tenetur cõmodatario de dãno, l. in rebus. ff. com. quod in conſcientia verum limito, niſi commodãs ſimiliter erat damnum paſſurus ſi nõ reuocaſſet, & commodatarius etiam alias ſine re commodata ſibi prouidere non potuiſſet. quia potius ex mea re mihi debeo conſulere, nec cõmodatarius poteſt dici deceptus, ex quo alias ſibi prouidere nequiſſet. ¶ Quinto quæritur, ſi commodatarius vti nõ potuit re commodata intra tempus præfixũ tacite vel expreſſe ſine ſua culpa, vtrum inuito cõmodante vel domino poſſit vti alio tempore? Et dicit Bar. in l. in commodato. §. ſicut. ff. commo. & ſequitur Pan. in d. c. vnico, ꝙ non, quia cum dominus certet de damno vitãdo, & ipſe de lucro captando, debet caſus potius commodatario imputari, facit l. ſi vno anno, §. cum quidam. ff. locati.

5 SEXTO, † vtrum commodans vaſa vitioſa, vel equum, aut aliud, teneatur cõmodatario de dãno. ſi inde ſequitur, vt quia oleum ꝑdidit? Et dico, ꝙ ſic, ſi hoc ſcienter fecit ſecun. Doct. & gl. in d. c. vnico, non autem ſi ignorãter, ff. com. l. in rebus. §. poſſunt. & §. item qui ſciens, & l. pe. in locatione tamẽ ſecus eſt, q̃a tenetur locator ad intereſſe, etiam ſi ignorãter locauit vas vitioſum, ff. loca. l. ſed addes. Et idem in vendito, ſi vas ſit vitioſum occulto vitio, quia tenetur venditor non ſolũ de p̄tio, ſed ẽt de intereſſe, ff. de act. emp. & ven. l. tenetur. ¶ Septimo, vtrũ commodator faciat trãſire periculũ, ſi rẽ cõmodatã tradat æſtimatam? Et dicit Bar. in l. ſi vt certo, ff. com. §. nunc videndum poſt gl. ꝙ per æſtimationem addicitur gradus, & hoc in cõtractib. de quorum natura nõ eſt, vt transferatur dominiũ, vt in commodato, depoſito, & ſimilib., vt ſi commodatarius tenebatur tantum de lata, modo tenebitur de leui, ſi de leui, modo tenebitur de leuiſſima, ſi de leuiſſima, modo tenebitur de caſu fortuito. Ex his infert ad quæſtionem, ꝙ cũ ex natura talis cõtractus dñium nõ transferatur, talis æſtimatio fac

ven-

venire leuissimam:per d.gl. Et hanc opinionem ẽtenet Accu.& Hos.in d.c.vnico.& Asten. lib.3.ti.6.Sed Io.And.in d.c.vnico contrariũ tenens dicit, ꝙ in talib.contractib.æstimatio non facit recipiẽtẽ magis teneri, q̃ exposcat natura cõtractus: sed operatur solum vt sciatur verum pretium rei,in casu quo aut deterioraretur,aut perderetur.Et hęc opinio placet Pan.ibi,quia pactum generale non obligat ad casus fortuitos,& ad §. nunc videndũ dicit, ꝙ loquit̃ qñ expresse promisit se pstitutũ æstimationem:secus qñ fuit simpliciter facta. Et idẽ dicas qñ recipiẽs ꝓmisit alternatiuè rẽ,vel æstimationẽ,per l.quoties,ff.de iu. do.Hæc Pan.vide ẽt sup.Casus fortuitus.§.5.

6 OCTAVO †quæritur, vtrum cõmodatarius teneatur de oĩ culpa, si res deterioratur, aut perijt?Et sec.Gof & Ber.& cõiter doct.sic distinguendum est.Nã si recipiens rẽ commodatã recipit gratia sui tm̃, vt cõiter accidit, tenetur de dolo & culpa lata,leui,& leuissima.d.c.vnico,& d.l.in rebus.& in d.l.si vt certo §.commodato,quia in talib. adhibere debuit diligẽtiã talem qualem & in rebus suis: nec hoc ẽt sufficit si res diligentius potuit custodiri.ff.de actio.& obl.l.1.§.is quoq; cui.de casu vero fortuito, quem ẽt diligẽs & fidelis hõ præuidere non potuit,nõ tenet̃ nisi in tribus casib.vt §.seq. Si vero recipit gratia dantis tm̃, vt si cõmodauit tibi vestes, & iocalia, vt ornatior ad me venires: tenet̃ recipiẽs de dolo tm̃,ff.eo.l.si vt certo.§.interdum.vbi fit mentio de dolo tm̃. Sed Hosti.addit, ꝙ tenet̃ ẽt de lata culpa,& hoc tenet, quia lata culpa æquiparatur dolo,ff.depo.l.quod Nerua. vbi etiam dr̃, ꝙ lata culpa est, si cura minor reb. alienis adhibeatur,quam suis.}Si autẽ recipit gratia vtriusque:vt cum inuitamus communem amicum,cuius tu curã suscepisti, & ego vasa argentea commodaui: tenetur de dolo, & de culpa lata & leui,sed non leuissima, ẜm glos.in d.§.interdum.& d.l.in rebus. Et idem Host.¶Notat autem Pan.in d.cap.vnico,hoc non esse speciale in commodato: sed generale in oĩbus contractib. vt in l.contractus, & quod ibi notatur.ff.de re.iu.Sed fallit in præcario,vbi quis non tenetur nisi de dolo,quãuis fiat gratia recipientis tm̃. Et diuersitatis rõ redditur,quia precarium põt semꝑ reuocari,non autem commodatum: ideoque magis grauatur cõmodatarius, facit l. quæsitũ, §.illud.ff de preca.& d.l.contractus.Fallit ẽt ẜm quod dicam inf.Locatio, §.7. Quid autẽ sit culpa lata,leuis,& leuissima, & qñ teneat de lata culpa,qui tenetur de dolo, vide infr. Culpa per totum.¶Nono,vtrum commodatarius teneat̃ de casu fortuito?Et dico ꝙ nõ nisi in tribus casib. ¶Primo, si casus accidat culpa sua:puta, si accepit equũ iturus ad villam,& iuit ad bellum,ibique casu perijt.¶Secundo,si interuenit pactum. ¶Tertio,si fuit in mora restituendi,d.ca.vnico,& d.l.in reb. & C.com.l.1.ff.de act.& obli.& l.1.§.si is vero qui.Aduerte nihilominus,quod licet morosus teneatur:si res perijt:in consciẽtia tñ,si eodem modo apud dñm erat peritura, nõ tenetur nisi ad interesse, si quod dominus passus est propter moram,de quo infr.Mora.

7 DECIMO, †vtrum teneatur cõmodatarius, si rem commodatam per nuncium remisit,& perijt?Et dico,quod nõ,si perijt casu fortuito.Et casus est in l.argentum.ff.comm.& ibi gl.quod Bar.in l.cum qui.ff.eo. videtur limitare,si nũcius fuit idoneus alias secus. Et idẽ est in deposito,in mutuo secus: de pignori.significante. Vnde dictum,c.non obstat prædictis: quia loquit̃ in mutuo,quod quia est debitoris,sibi perijt: quia debitor est obligatus in genere,& genus perire non potest, l.incẽdium,C.si cer.pe.res vero commodata remanet in dominio commodãtis: vnde domino perijt.Si vero perijt culpa nuntij: vel si fuit infidelis:tenetur commodatarius, iuxta diffinitionem datam sup.§.8.id est,ẜm culpam in qua fuit mittendo nuntium, vt puta, quia si cõmuniter habebatur idoneus, in nulla culpa fuit,ff.comm.l.argentum,& sic de alijs.

8 VNDECIMO,† vtrum re commodata vtens scienter contra voluntatem Domini aliter, vel ad alium vsum teneatur ad restitutionẽ? Et dico, quod furtum committit contrectando rẽ alienam inuito domino: & posset esse aliquando mortale:puta, quando est res magni ponderis,& damni:vel ex intentione,qñ faceret ẽt in magno damno: sicut dicetur de furto inf. Furtum.§.8. Et tenetur ad restitutionẽ,si res perit aut deteriorat̃.d.l.si vt certo.& ff.de furtis.l.qui iumenta.Si tamen credebat dñm permissurũ, & erat iusta cã credẽdi nõ committit furtum, ff.de fur.l.qui re. Si vero dubitabat:rursus furtũ committit.ff.de fur.l. qui vas,quia psumitur dñs non ꝑmissurus, & inuitus: vt ibi, & sir̃ qñ probabiliter non credit.Insti.de ob.quę ex del.nas.in glo.

9 DVODECIMO,† vtrum commodatarius res suas possit præferre commodatis, quando omnes saluare non potest? Et dico, quod si res suę sunt viliores,pferre eas potest solum

si commodatum fuit gratia commodātis, facit d §. interdum, aliter non facit, l. ꝙ Nerua. in fi. ff. deposi. Sed si erant eiusdem pretiositatis: si commodatum factum est gratia sui, nō potest præferre suas. facit l. in rebus. ff. commo. Si vero esset factum gratia commodantis pōt præferre suas etiā viliores, vt dictum est. Si vero esset gratia vtriusque, si pr pt præponere suas, quia cæteris paribus debet plus se & sua diligere, quam alium & aliena, vt dictum est supra. Charitas. §. 2. Si vero sunt digniores, pōt eas præponere, etiam si cōmodatum esset factum gratia recipientis tñ: qa quilibet diligens hoc faceret: & non tenetur facere nisi quod diligentissimus fecisset d. l. rebus. Et sic intellige, d. l. si vt certo, §. quia vero senectute. Et hoc no. quia facit ad multa, vt qui tenentur de dolo, possint præponere viliora sua: qui de leui culpa, æqualia, qui de leuissima, pretiosiora solum.

10 DECIMOTERTIO, † vtrum commodatarius vel depositarius, vel hmōi. allegans res perditas, hoc probare teneatur, & qualiter? Et dicit Pan. in c. bona fides. de depo. secūd. Bar. l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. quod aut non potest probari ad istum peruenisse: & tunc statur dicto eius saltem cum iurō. Aut probatur rem peruenisse ad illum: & tunc si tenebatur exhibere rem ex officio iudicis: statur iurō eius, ꝙ illam rem non possidet. C. de fide instru. l. fi. Si vero tenebatur exhibere iure actionis, vt in cōmodato, deposito, & similibus, tenetur, dicens se rem perdidisse, hoc ꝓbare, vel condēnabitur, vt in l. si creditor, C. de pig. act. Qualiter autem probabit, cum quandoq; intereat res clandestinè: cōclude, quod quidam sunt casus apertissimi, vt incendium, vis hostium, & tempestas, & hmōi, & tunc tenetur apertè probare, vt in iuribus allegatis. Quidam vero sunt casus occulti: vt latrocinium nocte commissum: vel derobatio in campis, & tunc sufficit probare per cōiecturas, habito respectu ad qualitatem personæ, & similium, vt puta, reperit quis de mane ostium suæ stationis effractum, vbi erant res depositæ: vel intrauit locum periculosū equester, & rediuit pedester, & dicit se in latrones incidisse. ¶ Decimoquarto q̄rit, si probetur amissio rei, & ex aduerso allegat culpa, vel dolus, cui incūbat ꝓbatio? Et cōclusio est Bar. ꝙ sunt q̄dā casus, q̄ de facili non accidunt sine culpa, vt incēdium, vel furtū in ꝓpria domo, & in istis est necesse ꝓbare casū fortuitū quasi prima frōte p̄sūptio sit contra allegātē. Quidā vero sunt vt plurimū accidētes sine culpa, vt vis hostiū, & in istis p̄sumit culpā abesse, vñ allegāti incūbit onus ꝓbādi.

COMPATERNITAS. Require infra, Matrimonium 6. & 7.

DE COMPENSATIONE.

1 *Compensationis definitio, & num ea sicuti indicis auctoritate, ita & propria quoque compensantis fieri queat, & num. 3.*

2 *Compensatio nū in omnis generis debitis fieri possit.*

3 *Compensatio indirecta, num & ibi locum habeat, vbi directa.*

COMPENSATIO † est debiti, & crediti inter se contributio, vt ff. de compen. l. 1. & hęc sicut aliqñ fit auctoritate iudicis ad instātiam debitoris excipientis de compēsatione, vt patet ex c. bona fides. de deposi. iuncta doctrina Pan. ita ēt aliqñ fieri potest auctoritate propria, de quo vide infra, Furtum, §. 13.

2 PRIMO † autē quæritur, vtrum admittatur compensatio in oībus? Et dicit Pan. in c. bona fides, de deposi. ꝙ sic in oībus q̄ in suo genere recipiunt functionē, i. qñ vna res fungi pt ex toto vice alterius, sicut sunt cōiter q̄ consistunt in numero, pondere & mēsura: in alijs autem cessat compensatio. Vnde si tu teneris mihi restituere equum, & ego tibi, l. aureos, non fiet compēsatio, qa posset esse maior affectio quam ad equum habeo, quam pecuniæ quātitas. Secus autem qñ nullum possumus interesse prætendere: vt si mutuaui tibi pecuniam, & tu mihi quid simile. Item requiritur ꝙ debitum sit liquidum, vel de proximo liquidādū. C. de cōp. l. fi. & in d. c. bona fides. in gl. Nō fit tñ cōpensatio, in deposito, s̄m Pa. vbi sup. secus in commodato, & alijs.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum compensatio indirecta locum habeat, vbi locū nō hēt directa? Et dicit Panor. vbi sup. ꝙ sic: puta, res tua venit ad me, potero illā tenere, donec mihi satisfacias ꝓ debito meo, de quo vide Cy. distinguentē in l. si non sortē, §. si centum. ff. de condi. inde. Inn. aūt in c. cum olim cām. de resti. spo. dicit, ꝙ auctoritate superioris possū accipere æqualēs, qñ rē meā hr̄e nō possum, & allegat c. dñs. 23. q. 2. dummodo sine fraude, mēdacio, vel calumnia recuperem: aliter dicit, ꝙ tenetur ad restōnē: allegās c. nō sanè. 14. q. 5. ꝙ credo verum, qñ calūnia vel fraus perseuerat: alias non, quia licet peccauerit ī recuperādo, non tñ peccat in retinendo: nisi s̄m ꝙ dicā inf. furtū. §. 13. & hoc in foro conscientiæ: licet aliter fortè sit in cōtētioso: imo dico, ꝙ aliqñ etiam sine iudicis auctoritate

Potest fieri compensatio in conscientia, quã do non potest quis suum habere per viã iudicij. de quo in verbo, Furtum, dicet in d.§.13.

DE COMPOSITIONE.

1 *Compositio amicabilis in decimis & alijs contractibus spiritualibus, an interuenire possit, & qua ratione.*

1 COMPOSITIO† amicabilis an interuenire possit in decimis, & alijs spiritualibus contractibus? Dicit gl. in c. statuimus de transac. quod sic: vt ibi, & de decimis, ex multiplici. & c. nuper cum alijs, ita tamen intelligendo, quod nullum temporale detur pro spirituali: quia simoniacum esset, vt patebit.

DE COMPROMISSO.

1 *Cõpromissũ facere, & super quib. rebus quis possit.*

1 COMPROMISSVM† facere potest q̃libet super rebus quas potest alienare: ĩ alijs aũt, q̃ alienare non potest sine certa solẽnitate, etiã sine illa solemnitate compromittere non potest. Facit c. cum tp̃e. de arbit. & Pan. ibi. facit ẽt gl. & Bar. in l. nulli. ff. de trãsac. & l. non solum iuncta glo. C. de prædijs mi. non ali. vbi cauetur, ꝙ tutor transigere non põt sine iudicis auctoritate super illis rebus, quas alienare non potest. Intellige qñ per transactionem sequeretur alienatio. Sed super fructibus: & alijs, quæ solus potest alienare, põt etiam transigere. Ex prædictis ergo seqtur, ꝙ prælati possent transigere de fructib. beneficiorum; quia de illis possunt liberè disponere: vt notat Host. in sum. de quo vide sup. Alienatio. §.18. nec tales fructus dicũtur spirituales: sicut nec fructus decimarum, vt glo. vult, in c. fi. de rerũ permu. quæ dicit fructus decimarum & vendi, & locari posse: sed ius ipsum nequaquã De ipsis ergo fructib. compromitti põt in laicũ: silr & de rebus tp̃alibus, ẽm Inn. in ca. contingit. de arbi. sed tamẽ arbiter pro recompensatione alicuius spiritualis non potest sententiãdo dare tp̃ale ẽm Pan. in d. c. fi. quia cum arbitrium videatur q̃dam contractus: quẽadmodum per viam cõtractus non põt dari aliquod tp̃ale pro spirituali sine simonia, sic nec per viam arbitri, vide sup. Arbiter. §.19. Quõ etiam compromittens teneatur, vide §.6. ibi. De electione per viam compromissi inf. Electio 2. §.11. & seq.

DE COMMVNICATIONE.

1 *Communicare quid sit.*

1 COMMVNICARE,† est sumere sacramentum corporis Christi, siue illud manducare: quod contingit duobus modis, vide inf. Eucharistia.

DE COMMVTATIONE.

COMMVTARE, vide inf. Permutatio: & infra Simonia: & inf. Votum.

DE CONCESSIONE.

1 *Concessum quo ad mores, quatenus accipiendũ sit. Et quot modis in rebus quid concessum esse dicatur.*

2 *Concessum ob necessitatẽ, quatenus porrigatur. Et ꝙ concedens aliquid, necessario concedere videatur q̃ ad ipsum concessum consecutura sunt. Et concesso principali, accessorium quoque concessum videri.*

3 *Concessum de gratia speciali, in exemplum trahi non debet. Nec in generali concessione veniunt ea, quæ quis verisimiliter speciatim concessurus non foret. Et an a Papa concessum, vel ab alijs, concedentium morte expiret.*

1 CONCESSVM† in moribus opponitur ꝓhibito, & idem est quod licitũ, & de iure cõi intelligitur concessum oẽ non ꝓhibitum. ar. 30. q. 4. qui spiritualem. & 16. q. 1. sũt nonnulli di. 5. ad eius. ff. ex quib. cau. ma. l. nec non. §. quod eius, ff. de procu. l. mutus. §. 1. ff. de testi. l. 1. Et licet contra hoc sumantur multa in contrarium. arg. de transla. ep̃orum. ca. inter corporalia. & ibi soluantur: tñ in conscientia oẽ qđ non inuenitur prohibitũ aliqua lege, est concessum, & licitũ; quia omne illicitũ siue peccatũ est transgressio legis alicuius saltẽ naturalis. Concessum vero in reb. tripliciter dr̃. Vnde sec. Pan. in c. super de do. post di. re. conceditur aliquid alicui trib. modis. Primo, in donatione vel hæreditate: vt possit liberè disponere, sicut de re sua. Secundo, in feudo: vt dominium vtile trãseat in vasallum: & directũ penes dominũ remaneat, de quo de feu. c. 2. Tertio, donec vixerit q̃ recipit: quo casu cõcessus vr̃ rei vsusfructus: & talis ius potest alteri concedere in vita sua.

2 PRIMO† vero no. ꝙ concessum ꝑꝑ necessitatem vltra necessitatem non extenditur, ẽm Pan. in c. Deus qui. de vi. & ho. cle. nisi quantum necessitas expostulat, & sic limitata cã, limitatũ producit effectũ. ar. d. c. Deus qui. in verbo quantum ad hoc spectat. ¶ Scđo, quod concedẽs aliquid, concedit necessario oĩa q̃ sequuntur ex illo, 8. dist. quo iure. & de off. de leg. cũ super, de dolo. & contum. cum dilecti. ¶ Tertio, quod concesso principali, conceditur & accessorium: quia commissa causa, cõmittuntur ea, quę spectant ad causam. de off. dele. præterea. in tex. & in glos. 1. Delegatus.

3 QVARTO,† quod concessum de gratia speciali, ab alijs trahi non debet in exẽplum de priui. sanè vbi de hoc. ¶ Quinto, ꝙ in concessione generali nõ veniũt ea, q̃ q̃s nõ esset in spe-

ſpecie veriſimiliter conceſſurus.de reg.iu. in gñali li.6.Vtrum vero conceſſum a Papa,vel alijs expiret morte cõcedẽtis,vide ĩf.Gratia.

DE CONCILIO GENERALI, ET congregatione ſynodali.

1 *Concilium vnde dicatur:& quid diſtet a ſynodo. Et conciliorum genera quot ſint.*

2 *Concilia generalia cępiſſe, quando primum dicantur. Et quot celebriora reliquis fuerint.*

3 *Concilium generale, num poſſit ſummo Pontifici ſtatuendo legem præfigere. Et an in ſpectantibus ad fidem,prælati vnius dictum,Papæ ſententijs,ſi melioribus ille & rationibus,& auctoritatibus moueatur,præferendum ſit. Et ſub hac,an concilium errare queat,concluſiones aliquot.*

4 *Controuerſia inter Papam vt Papam & concilium de fide,aut moribus diſceptantes, an eſſe perſeuerantur poſſit.*

5 *Papa,num ſicut pro hæreſi,ita pro quolibet peccato notorio iudicari a concilio queat.*

6 *Cõciliũ generale legitime celebrari,quãdo dicatur.*

7 *Papa ſi ſit de hæreſi vehementer apud graues diffamatus,ac nolit emendare,vel purgare ſe, aut concilium congregare, inquirendi aduerſus Papã ipſum facultas,ad quos tã pertineat,& quo iure. Et quid ſi duo de papatu ſimul contenderent.*

8 *Appellare a Papa,ad concilium, vel ad ipſius ſucceſſorem,num liceat.*

9 *Concilio prouinciali & ſynodali, qui nam aduocandi ſint. Et quæ in concilijs expediri queant.*

10 *Concilio accerſiti,& in eo congregati, quam poteſtatem,& in quos habeant.*

11 *Concilium prouinciale,vel epiſcopale,quo tempore celebrari debeat.*

1 CONCILIVM,†ſecundum Iſido.in li.Ety. dicitur quaſi conſilium , c. trãſeunte inf. & conſilium dicitur quaſi conſidium: vnde a ſocietate multorum in vnum conſidentium, appellatur: ſynodus autẽ Grecè,Latinè comitatus vel cætus dr̃,a coeundo,& eſt ſynonymum concilio: licet conſueuerit dici concilium cõgregatio generalis facta ſub Papa vel legato: ſynodus vero facta ſub aliquo inferiore:vt metropolitano, vel dięceſano cũ ſuo clero:Conciliorũ ãt vel ſynodorum tria ſunt genera:vt no.gl.di.16.in Summa.Vnum eſt generale quod.ſ.fit præsẽte Papa,vel eius legato ad hoc ſpecialiter deputato, cõuenientibus ep̃is,& alijs prælatis, vt ipſe ordinauit, quod ſolius Papæ auctoritate celebrari põt: alias eſt conciliabulũ & ſynagoga ſatanæ: vt patet diſt.17. per totum & conſentit S. Doc. 2.2.q.1. art.10. & eius ſtatuta oẽs fideles adſtringunt. Aliud eſt ꝓuinciale,ꝙ celebratur a legato ſpecialiter ad hoc deſtinato, ſm gl. d.3. §.1. & a metropolitano cum ſuis ſuffraganeis & abbatibus illius ꝓuinciæ, vel a primate aut patriarcha, qui eſt ſup.metropolitanũ,ꝙ celebrare p̃t metropolitanus,ſine auctoritate primatis.92.d1. ſi q̃s ep̃s,in quo fieri poſsũt cõſtitutiones & ſñiæ fulminatorię, adſtringẽtes oẽs illius prouinciæ vel metropolis clericos & laicos non exẽptos: exẽpti aũt non adſtringuntur ad hæc,neq;adſtringi poſſunt ad veniendum illuc. Aliud ep̃ale, qđ magis conſueuit dici, ſynodus & congregatio: qđ ep̃s celebrat cũ curatis & clericis ciuitatis ac comitatus, & religioſis & abbatibus non exẽptis: ꝙ ipſe celebrare p̃t irrequiſito ſuo metropolitano: in quo fieri poſſunt conſtitutiones ab ep̃o cum ſui capituli cõſenſu,ſ. canonicorum eccleſiæ cathedralis & ſẽtentiæ fulminatoriæ adſtringentes oẽs illius dięceſis & non alios.De his duobus igitur d. 18.& 19. per totum & ibi ad quid,& quo tẽpore, & a quibus celebrari dẽnt,& quo modo nihil exigere dẽnt ep̃i.Adde quartum genus vel differẽtiam conciliorum, ſm Ant.de Bu.& Io.de Im.ſuper c.graue. de præb.ſ.conciliũ religioſorũ,de quo hr̃ de ſta.mo. in ſingulis,& c.ea quæ.ſed magis capitulum dicit̃.

2 PRIMO†vero quæritur,qñ incæperint concilia generalia?Et dicit Gratianus,diſt.15. in prin.Iſidorum aſſerere in li.Ety.ꝙ a tp̃e Conſtãtini Imperatoris,quod fortè verũ eſt poſt dilatatã in gẽtibus Chriſtianitatẽ,nõ obſtante ꝙ Melchiades, q̃ Sylueſtrum præceſſit,cõcilium fecerit. 13.q.2.placuit. quia illud fuit cũ paucis celebratũ. Si tñ altius repetamus, prima ſynodus facta eſt in Ieruſalem ſub primo ſummo Põtifice Petro, vt patet Actuum 15.Inter concilia ãt generalia quatuor fuere celebriora cæteris. ¶Primum fuit Nicenum 318.ep̃orum,a Conſtantino Imperatore per actum,quo dãnata eſt Arriana perfidia,de inæqualitate ſanctæ Trinitatis.¶Secundum cl. patrum ſub Theodoſio ſeniore,Conſtantinopoli , quo damnatus eſt Macedonius negans Spiritum ſanctum eſſe Deũ.¶Tertiũ Epheſinũ centum epiſcoporũ ſub Theodoſio iuniore,quo damnatus eſt Neſtorius,aſſerẽs duas ꝑſonas in Chriſto, & beatã Virginẽ nõ Dei, ſed hominis genitricem.¶Quartũ Chalcedonẽ dcl.ſacerdotũ , quo dãnatus eſt Euticetes Cõſtãtinopolitanus,aſſerẽs vnã eſſe Dei carniſq;naturã.Dãnauit & Dioſcorũ eius defenſorẽ quõdã Alexandrinũ ep̃m,& Neſtorium ep̃m, cum reliquis hæreticis. De his 15.diſt.

c.ca-

c.canones.& S.Tho.li.3.de regi.princ.ca.17.

& coram suo iudice, parte pñte & non sit cõtra naturã, nec cõtra ius, & fiat de re litigiosa, & non sit contra libertatẽ: alias nõ ꝑiudicat. Vide diffuse. in d. ca. ex parte. quia potius est fori cōtẽtiosi, de quo principaliter non intẽdo. Direc. ẽt li. 4. dicit; quod confessus, in iure contra se, habetur pro cõuicto: & valet confessio, concurrẽtibus tñ, q̃ his versiculis continẽtur. Maior, sponte, sciẽs, dñs, pars, lis, sed & in se Confessus certũ, compos ꝓ iudice, iure Dãnatur: nisi ius, fauor, aut natura repugnet. Dicitur autem maior, s. 25. ann. quia minor contra suã confessionẽ sine auctoritate tutoris restituitur. ff. de confes. l. certũ. §. minorem. Dicitur etiam sponte: quia interueniẽte coactione non obest confessio. 15. q. 6. c. 1. Et si quis per angustiã tormentorũ confiteatur, non obest, nisi in confessione perseuerauerit post tormentorum depositionẽ, ff. de quæst. l. 1. §. diuus. Vbi dicit Bart. confessionẽ factã per tormẽta in qua sit adhibita tortura: vel aliquo ligato, & præcedẽtib. minis de tortura; vel in carcere, fame, & frigore, multum affligente: nam tunc formidine tormentorum vr̃ facta. Ad aliquem aũt perseuerare in cõfessione, oportet per l. 3. C. de custo. re. quod post dictam confessionẽ reducatur ad locum publicum, i. corã notario, & personis publicis confiteatur: dẽt tñ iudex arbitrari æquè, vt reducat eum, postquã cessauerit tormentorum dolor: qa si reduceret eum ad bãcum statim instãtibus doloribus: totum hoc videretur tormentorum formidine factum. arg. l. quod ait. §. fi. ff. de adul. Et sec. Ludo. Ro. in suis singularib. officiales sunt homicidæ, & tenentur de omni damno, qui ad torturam sine indicijs ponunt homines, qui tormentorum metu confitentur perpetrata delicta: ex qua cõfessione deĩde suspẽdunt: nec valet talis cõfessio sine indicijs: vt ĩ d. l. 1. ĩ prin. ff. de q. nec confirmat̃ ꝑ indicia si superueniant: vt vult gl. singularis in l. maritus. ff. eod. de qua gaudet Bal. in l. fi. C. de accus. Dicitur etiam, sciens, quia si errat, & suũ errorẽ ante sñiam probare põt: non obest sibi confessio, de cõfess. c. fin. Vnde ẽt de aduocato dicit Azo. qđ eius confessio quandocunq; ante sñiam probato errore poterit reuocari. de censi. olim. vbi hoc no. Bar. Dicitur ẽt dñs: quia procuratoris confessio non nocet domino absenti, ff. de confess. l. certum. §. si quis. nec ob. quo minus intra triduum reuocare possit, etiam nudo verbo: non aũt post triduum, nisi dñs veniens probare velit errorẽ probabilẽ anteq̃ negotium finiatur: quia nemini nocet error facti, d. c. fi. Si tñ procurator confiteatur dño præsente, perinde est, ac si dñs causæ confiteret̃, nisi cõtradicat ea die. Dicitur ẽt pars: qa requiritur aduersarium esse præsentẽ: alias non nocet parte absente. d. l. certum. Dr̃ etiã lis, quia si confessio non fiat de re litigiosa, vel de qua possit esse lis: non nocet. ff. de inter. ac. l. confessionibus. Dr̃ ẽt, sed & in se, id est, contra se: quia si pro se confiteret̃ ei, non prodest, vt ei stetur, sed solum contra se. 14. q. 2. c. 1. Dr̃ ẽt, confessus certum, alias suꝑ incerta re non daretur sñia. 1. qõ. 3. graue. & si non vult respondere, vel responsionẽ suã declarare, habeatur pro confesso, vel negato: sicut si confessio, vel negatio faceret contra ipsum, sicut de eo dicitur qui iurm̃ de calumnia præstare non vult. de iuram. calum. c. fin. Dr̃ ẽt, compos: quia confessio furiosi ei non nocet. de succ. ab intesta. c. fi. & idem dici potest de confessione facta iracundiæ calore: q̃ non nocet, nisi detur perseuerãtia. de diuor. ex literis. iuncta gl. dr̃ ẽt, pro iudice, i. coram iudice suo, alias regulariter non præiudicat. C. eod. l. vna. licet casualiter præiudicet facta exterius. de fide instr. si cautio. & ĩ alio casu, ext. de exces. præla. q̃ sit. Dr̃ ẽt, iure, id est, iudice sedente pro tribunali, alias perinde esset, ac si coram priuato fieret, extra eo. c. 1. & vlt. Dicitur ẽt, damnatur, s. ac si esset testibus conuictus. & sic intellige nullas esse partes iudicis in confitentem, s. examinatorias, secus condemnatorias. d. ca. 2. Dicitur etiã, nisi ius: quia iure repugnante non obest: vt si Christianus fateatur se Iudæi mancipium, qđ iure prohibetur. extra de Iud. c. fi. Dicitur etiã, fauor, s. matrimonij: contra qđ non valet cõfessio. de eo qui cogno. consangui. vxo. super eo. Sed si esset pro matrimonio, staretur confessioni, nisi alij præiudicaretur. Dicitur etiã, aut natura repugnet: quia si sectus, vel naturaliter frigidus fateatur se adulterium commisisse, vel impubes: nõ nocet. de frig. & male. quod sedẽ. Confessio autem extra iudiciũ regulariter non præiudicat confitenti.

7 Sexto † quæritur, vtrum confessio extraiudicialis non contra partem præiudicet in absentia partis? Et dicit Pan. in c. si cautio. de fi. instru. ꝙ qñ promissio fit præsenti sic: ꝓmitto tibi præsenti, qđ dabo absenti centũ: tunc obligatur naturaliter, & de iure ciuili. Secus si diceret, promitto tali absenti cẽtum, quia tunc non obligat̃ ẽt naturaliter, quia non est cui acquiratur obligatio. & not. glo. & Doct.

in

in l.stipulatio.§.si quis insulam.ff.de ver.obli.& in l.1.ff.de pac.& in ca.si tibi absenti. de pb.lib.6.Fallit hoc qñ qs dicit tutori pupilli, curatori furiosi, actori vniuersitatis, ꝙ ꝓmittit pupillo, furioso, vel vniuersitati, quia obligat.l.eũ qui.§.4.cum trib.seq.ff.de const.pec.

8 SEPTIMO † quæritur ad quid valeat confessio generalis, non sacramentalis, facta cõtra peccatũ in Missa, Prima, vel Completorio, & Prædicatione, & hmõi? Et dico, ſm S.Tho. ꝙ valet ad remissionẽ venialium in toto, vel in parte & hoc ex contritione cõfitẽtis, & humilitate cõfessionis, & oĩone sacerdotis, imo & cuiuslibet dicẽtis: Misereatur: non aũt clauiũ potestate, & sec.Pet. ad remissionẽ pœnæ debitæ pro mortalib.remissa prius culpa, nũquã tñ per hanc remittiť culpa mortalis, etiã oblita, sine cõtritione, ſm Arc.quia, s.ibi virtus clauium nõ facit de attrito contritũ: imo nec venialis, eadem rõne. Qui autẽ in hac dicit se oĩa peccata cõmisisse, falsum nõ dicit, quia sec.Ray. loquitur in persona oĩum fideliũ, vel sec.Ang. in vno peccato possent multa notari, vel intelligitur nõ de singulis generatim, sed de generibus singulorũ, sec.Arch.

DE CONFESSIONE SACRAMENTALI, primo in se quid, & qualis sit.

1 *Confessionis sacramentalis multiplex definitio. Et ibidem quotuplex sit. Item, quid conferat post specialem confessionem sacramentalem generalis confessio, quæ solet fieri.*

2 *Confessio legitima, qualis esse debeat, & quot conditiones ei inesse debeant. Et de his versuum vulgarium pulchra, ac docta expositio. Et sub hac, an huiusmodi conditiones sint omnes de necessitate.*

3 *Confiteri peccata mortalia, num commodũ opportunitate habita, sit necessarium? Et quibus casibus. Item, num quis teneatur sub peccato mortali, laborare, ne de peccatis præsertim mortalibus obliuiscatur. vbi quod satis est, quod velit & proponat, cum tempus ad id necessarium continget, confiteri.*

4 *Confiteri peccata semel confessa, num quis teneatur. Et prælato præcipienti, vt confessionem iteret, an quis teneatur. Et num ad id legem Papa condere possit. Et ibidem multiplex limitatio.*

6 *Pueri, ac puellæ tandem aliquando mortale esse cognoscentes, quod alias scienter confiteri, quod eius grauitatem non intelligerent, omiserunt: an confessionem iterare teneantur. Et sub hac, peccati confessio quid importet.*

7 *Confessor secundus, num absoluere possit a casu reseruato ipsi primo, quod ei ex obliuione in confessione non est detectum. Et ibidem consilium pro his, qui a Papa, vel Legato, & huiusmodi absoluũtur. Item pro religiosis absolutionem in visitationibus a suis prælatis, vel capitulis accipientibus. Et pro eisdem quo ad reseruatos casus.*

8 *Confessionem historiæ narratio cum peccatis, si eo spectet, vt peccata declarentur, & detegantur, nullam non reddit. Et quid si quis ex superbia propriũ confessorem erubescentia ductus adire nolit. Et ibidem Sum. Ang. refellitur.*

9 *Confiteri alio proposito, quam ad veniæ consecutionem, an mortale peccatum sit. Et quid si quis de peccatis a se non admissis, confiteatur: ac proinde in cõfessione mentiatur. Et sub hac, num sacerdoti infideli confitendum sit, remissiue.*

10 *Confiteri circunstãtias peccatorũ oẽs, an necessarium sit. Et tacendo circunstantiã quandoq; quis se mortalis peccati periculo dupliciter exponit.*

11 *Confiteri circunstantiam sacri temporis, aut loci, an sit necesse. Et quid de circunstantia ad vtrunque communi, scilicet quoties. Es quid importet huiusmodi circunstantia.*

12 *Confiteri peccata in numero expresse determinato, num quis teneatur.*

13 *Sacerdotem discretum ac idoneum quærens, quid ab eo distet, qui non idoneum quærit. Et ibidẽ quod Iudas, qui non Apostolos, sed pharisæos adiuit, in desperationem adductus est.*

14 *Confiteri peccata venialia ex vi sacramenti, num quis teneatur. Et ad finem numeri, vtilitas ex venialium confessione. Et de contritione, & pœnitentia, remissiue. Et de libertate aut coactione confessionis, remissiue, num. seq.*

16 *Confiteri ad deuitandam verecundiam, per scripturam, vel interpositam personam, num quis possit. Et ad finem, quod confessio etiam sine verecundia facta teneat.*

17 *Confiteri peccatrix sacerdoti, cum quo peccauit, quamuis non debeat, si tamen confiteatur, & absoluatur, tenet absolutio.*

18 *Confessio non habetur, si quis alterius peccata, eo pñsente, apud sacerdotem dicat. Et quid si tandẽ peccator ad sacerdotis quæsitum de peccatis per se respondeat. Et quid erga huiusmodi confitẽtem efficere sacerdos debeat, consilium longe saluberrimum.*

19 *Confessionẽ diuidere, an liceat. Et quando liceat.*

20 *Peccator si casus reseruatos habeat, quid agendum sit.*

21 *Absolutus a reseruatis ĩ mortis articulo, si deinceps euadat, superiorem adire num teneatur.*

22 *Confessio secreta, siue confessorem, siue pœnitentem spectet, siue alium tertium, qualiter esse debeat.*

23 *Sacerdos plures pueros doli capaces simul audientes, an mortaliter peccent. Et quid si plures vnum audiant.*

24 *Confessio lachrymabilis an esse necessario debeat.*

Et

Et quæ lacrymæ in ea maxime spectandæ sint.

25 *Cauere velle a peccato, & credere, quod cauebit, diuersa esse. Et qui nullam habet displicentiam etiam virtualem, vel cauendi voluntatẽ, quinimo actu non cauet, si confessus petat absolui, mortaliter peccat. Et quid si hoc sacramentum suscipere, vt tandem doleret.*

26 *Confessio facta a ficto sine contritione, & charitate, an efficax sit, & valeat. Et quid nomine contritionis accipiant Doct. hoc loco. Et quotuplex, quo ad propositum sit fictio. Et num recedente fictione, valeat præcedens confessio.*

27 *Peccatore fictionem suam exprimente, dicendo, scilicet, se non proponere abstinere, num illum absoluere debeat sacerdos.*

28 *Peccata aliena in confessione, aut alienam personam nominare temere non licet. Et num aliquando personam alienam nominans mereri possit.*

29 *Pœnitens non omnem pœnitentiam, quam velit sacerdos iniungere, acceptare tenetur. Et quid si acceptet, quamlibet dura ac grauis sit. Et si non expleuerit, an teneatur confessionem iterare.*

30 *Confitens si hic a Deo, vel in Purgatorio nolit puniri, an satisfactionem, quam sacerdos iniungit, recusare possit, & aliam expetere.*

31 *Confessor secundus, num pœnitentiam a primo iniunctam commutare possit.*

32 *Pœnitens, si id sacerdos iniungat, num ad religionis ingressum teneatur. Et an religionis ingressus alicui iniungi possit.*

1 CONFESSIO † sacr̃alis, dicitur, sec. Direc. & Ray. quasi simul, vel ex toto, vel vndique fassio .i. locutio, & is confitetur, qui totũ fatetur, quia sicut sententia, sic cõfessio, quæ sententiam generat debet esse certa, dicente l. certum. ff. de confe. ꝙ certum cõfessus pro iudicato erit: & sicut dicit S. Th. 4. di. 17. conuenientissimè diffinitur sic ab Aug. Confessio est per quam morbus latens ipse veniæ aperitur. & sic tangitur materia .i. peccatum, & act⁹ .i. aperire: & finis eius .i. venia. Sed ista diffinitio competit etiam confessioni sacr̃ali imperfectè .i. quę habet defectum: puta, quia non est integra, vel hmõi. Cui cõcordat Pet. in 4. dicens, quod cum tripliciter fiat confessio peccati .s. in foro animæ interius coram Deo: in foro pnĩæ exterius coram Dei vicario: in foro contentioso coram iudice: in prima peccatum non aperitur, quia Deo apertum erat: in tertia aperitur quidem, sed non spe veniæ .s. regulariter: sed in secunda aperitur spe veniæ, & consequenter si aperitur alio fine .s. ad consultandum, aut ad leuitatem, aut ad lasciuiam, vel hmõi, non est cõfessio, nec illud peccatum est dictum in confessione, nec secundum Ray. sacerdos tenetur illud tenere secretum .s. eo modo, quo si dictum esset in cõfessione, vt dicetur inf. Vel sub alijs verbis a Ray. sic diffinitur confessio perfecta: Confessio est legitima coram sacerdote peccati declaratio .i. confessio sacramentalis est declaratio peccati: vt excludatur confessio facta Deo coram sacerdote: vt excludatur confessio iudicialis, legitima, id est, secũdum præcepta legis facta, vt excludatur confessio sacramentalis, quę non est integra, vel habet alium defectum. Confessio autem sacramentalis est duplex .s. specialis, qua quis specificè peccata confitetur, de qua principaliter hic intenditur, & generalis, qua .s. qs post specialem omnium occurrentium memorię, dicit suam culpam de omnibus alijs commissis cogitatione, locutione, &c. & valet ad remissionem mortalium oblitorum, secundum doct. etiam si quis non esset contritus, sed attritus solum: quia secundum Arch. imo sanctum Thomam, & alios Theologos, in confessione fit quis de attrito contritus virtute clauium: & multo magis valet ad remissionẽ venialium ex quatuor, secundum S. Tho. scilicet ex contritione confitentis, humilitate confessionis, oratione sacerdotis, vt est publica persona, & clauium potestate. Sed intellige, dummodo quis sit de eis saltem virtualiter contritus, vel attritus: alioquin stante voluntate ad illa, in hac vita remitti non possunt, quia esset causa sine effectu, idest, voluntas peccandi sine peccato. Nec tamen ex obliuione peccatorum, quæ sic confitetur, & de quibus conteritur solum in genere, reportat homo commodum, secundum S. Tho. quia nec tantum sibi de pœna remittitur: nec tantum meretur, sicut si particulariter fuisset confessus.

2 PRIMO † vero quæritur, qualis sit confessio legitima: vel quæ sunt conditiones confessionis legitimæ, vel requisitæ ad esse legitimã? Et dico secundum S. Thom. vbi sup. quod debent esse sexdecim, his versibus contenta:

Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda. Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Quorum expositio ſm ipsum, & alios Theologos hæc est simplex .s. cõtinẽs solũ peccati grauitatem sine mistura historiarum. Humilis, .s. interius, vt qs se miserũ ac infirmum cognoscat, & fateatur ẽt ex congruitate exte-

rius,vt flexis genib. capite discooperto, aut velato,veste lugubri.& hmõi. Pura,id est recta intentione facta.Fidelis,idest verax,sine falsitate,vel fidelis ſm alios, id est in fide catholica,& cõfidentia veniæ. Sed prima expositio est melior,quia fides & spes non ptinēt ad eius cõditionē vel qualitatem,sed ad substantiam.Atque frequēs,id est crebra,& hoc est,ad bene esse,& ſm Ray.dupliciter pt intelligi.s. siue quo ad peccata nunq̃ confessa, vt crebro cadens, crebro resurgat per cõfessionem,siue quantũ ad confessa,vt denuo ac sæpe dicātur. Nuda,id est verborũ obscurita te minimè velata, sed ita clara, vt confessor patenter intelligat peccati speciē,& grauitatē,quãuis hic discretione opus sit, vt in peccatis lasciuiæ verba sint rara,& pudica,& sobria,& honesta,quãtum est possibile, ita tñ, ꝙ factum clarè intelligatur, ne sacerdos tangatur motu sensualitatis, ſm S.Tho. in Gul. Discreta,vt maiora maiori pondere dicātur, vel discreta,ſm Sum.Conf.ad sciendum quęrere idoneum,& discretũ sacerdotē.Libēs,i. sine coactione non solũ absoluta, sed ēt conditionata,ne.s. confiteatur quis coactus humana verecundia, aut timore repulsionis ab ecclesia vel sacris. Verecunda,ne.s.quis in recitando peccata se de illis iactet pp aliquam sęculi vanitatē, sed erubescat de offensa Dei intus,& ēt de sacerdote extra:quia hoc est satisfactorium pœnæ de pœn.dist.6.c.1. Integra,vt.s. nihil subtrahat quis de manifestandis, ꝙ de mortalibus intellige, quia quo ad venialia,ſm Petrũ, dimidiari põt,nisi dubitētur esse mortalia. Secreta.s.quantum ad conditionem fori, in quo de secretis conscietiæ agitur,q̃ dēnt esse secreta ex parte confessoris,ne detegat peccatorē; & cõfitentis,ne detegat verenda patris sui,velut Chanaan, Genes.9.nisi vbi expediret.Lachrymabilis,ne.s. saltē interius quo ad dolorem de peccato.Accelerata,ne.s.dietim differāt, sed statim post lapsum peccati,& festinè pficiatur. Fortis.i. constans,ne q̃d pp timorē satisfactionis,aut peccatorũ verecundiam omittat. Et accusãs peccatorē,& non aliũ: Et scit parere.s.sacerdoti,parata.Hæ conditiones non sunt oēs de necessitate,vt patebit p sequentes q̃ones, q̃bus declarātur,sed duæ sunt de bene esse.s.ꝙ sit frequēs,& ꝙ festina.q̃ sic differunt: q̃a ex duob. æquè crebro confitentib.vnus accedit statim post peccatũ alacer,& prõptus, alter tardè,tristis & piger.vnde male Supplem.in quadriga, has sex decim conditiones reducit ad xj.q̃a oēs sunt districtę,vt patet ex dictis.

3 SECVNDO † quæritur, quantum ad festinationem, vtrum necessarium sit confiteri peccata mortalia statim habita opportunitate? Et dico,ꝙ ſm S.Th.in 4.di.17.ad confessionē in proposito tenetur quis q̃n & ad contritionem tenetur.s. q̃n peccata memoriæ occurrunt.ꝙ limita ſm Pet.de Pal.in 4. si occurrũt practice.i.sicut materia delectationis,aut detestationis.Et hæc est etiã mens S.Bon.& Alex.de Ales.vt patebit inf.Contritio.§.2.Ad confessionem autem actualiter faciēda post mortale Inn.in c.omnis.de pœ.& remiss.tenet indistinctè ꝙ homo tenetur statim, siue peccatũ sit publicum,siue occultum. Et idē vr̃ sentire Arc.in c.ille rex.de pœ.d.3.gl. autem de pœ.dis.5.in Sum.vr̃ limitare,q̃n peccatum est notorium.S.Bon. autem in 4.d.17. idem sentit de religiosis, ꝙ tenent̃ statim,q̃a totum tempus est eis pniæ,& de clericis hoc dubitat,de laicis vero asserit, ꝙ teneãtur ad statim q̃n adest talis commoditas,qua rationabiliter non expectatur maior quo ad tempus,& sacerdotem, quod quidē quia hoc vr̃, erit in quadragesima,rationabiliter possunt id tp̃s expectare. Et Supplementum conatur ex verbis eius ostendere,ꝙ etiam ipsi laici teneantur ad statim,eum eis occurrit opportunitas,& hoc ipse tenet in alio loco. Sed nullus istorum probat efficaciter dictum suum, & cõis doctrina est in contrarium. vnde firmiter tenenda est opinio S.Th.ꝙ nullus tenetur statim,nisi in casibus, qui dicentur: quia cum præceptum de confitendo sit affirmatiuum, non obligat nisi pro loco & tēpore,ꝙ dupliciter contingit. Primo.s.per accidens, q̃n aliquid imminet faciendum, q̃d sine peccato facere non põt, nisi confessus: secus si dēt quis cõicare: inde venit oblo confitendi semel in anno, quia semel cõicandum ecclesia statuit.Scd̃o per se,& sic non tenet̃ hõ ad statim,sicut nec ad baptismũ,quod est maioris necessitatis: q̃a eadem rõ est de vtroq; differendo, cum vterq; sit sacr̃m necessitatis: si tñ periculum mortis immineat, per se tenet̃ homo ad confessionē, sicut & ad baptismũ, quia ea quæ sunt de necessitate salutis,homo in hac vita tenetur implere. Et hæc opinio est probabilior, quamuis periculosum sit differre. Et ꝙ dr̃ de religiosis,nihil est: quia ad alia non tenentur q̃ alij homines,nisi ad quę ex voto se obligarunt.hæc ex S.Thom. inter cissim: cuius opinionem sequitur Pet. de Palu. Richard.Duran.Ioan.de Neapo.in quolibet.

bet.Arch.& cõis schola Theologorũ, & Canonistarum, Vñ sileat hic Sum.Angelica, & Supplementum sectantes opiniones S. Bon. q̃ tñ sum.Ros.non sequitur. Et licet sit tutius statim confiteri, q̃ differre, non tñ tutius est tenere, qđ sic obligemur, quia viri timorati haberent maximas occasiones peccãdi: cum aliqñ in mensa, vel in platea recordari posset de peccato, & hẽre confessoris copiam. Quatuor tñ sunt casus, in quibus homo tenet ad statim cõfiteri, s̃m Pet.de Pal.& cõiter doct. ¶Primus, si hẽt cõicare, & adest copia cõfessoris. quod limitat Richar.nisi de propinquo expectaret alium, cui deuotius, & securius confiteatur, qđ tñ credo S.Th. non approbaret, nisi confessor præsens esset talis, ꝙ censeretur confessoris copiam non hẽre inf. Eucharistia, 2.& item Eucharistia.3.§.14. 4 Et silr tenetur statim, si habet recipere ordinem sacrum s̃m S.Th.1.quol.q.6.ar.2. Et hoc quidã & Petr.de Pal. extendunt eadem ratione ad susceptionem cuiuslibet sacramenti.vide inf. Matrimonium.1.§.1.in fi. Sed non est eadem rõ, quia suscipiens ordinem sacrum ex more ecclesiastico cõicat: non autem contrahens matrimonium. Præterea oppositum huius sẽtit S.Th.quia s̃m eum, ordines maiores sunt ecclesiæ sacramentum:& tñ eos vr̃ excludere ab ista obligatione, cum dicit, si habet suscipere ordinem sacrum, & non dicit ordinẽ simpliciter. Vnde in alijs si sufficit contritio & summa purificatio, quæ est per confessionem requiritur solum in summo sacramento Eucharistiæ, in quo non solũ gratia, sed fons & auctor gratiæ suscipitur Christus. Imo ẽt hoc.s.hoĩem teneri, ad statim confitendum: Sum.Ang.dicit, s̃m aliquos extendi ad eum, qui sacramenta alijs administrat, vel actũ solemnem exercet in ecclesia, vt legere Euangelium. Et allegat Landul.& S.Th in quolib. vbi quicquid sit de Landulpho, ipse S.T. hoc non dicit, imo Arch. dicit se nullum legisse doctorem qui hoc clarè dicat, vnde in talib. contritio sufficit. Secundus est, quando quis in periculo mortis.s.notabili, vel probabili, quod s̃m Pet.de Pal.tunc est, quando quis est in tali casu, in quo frequenter hoĩes moriuntur, vt ĩ naufragio, bello, acuta febre, vel graui infirmitate, ꝑꝑ quod præcipitur medicis, vt vocati ad infirmos efficaciter faciant, vt prius aduocentur medici spũales. de quo inf. Medicus.§.3. ¶Tertius est, qñ conscientia dictat statim esse confidendum necessario, qa đ 18.q.1.§.ex his, omne quod est contra cõscientiam.s.præcepti s̃m gl. ædificat ad gehẽnam. ¶Quartus, qñ probabiliter videt, ꝙ illo anno copiam idonei confessoris habere non poterit. ¶Quintum addunt aliqui, qñ peccator post confessionem, & cõionem in Paschate recolit se oblitum confiteri aliquod mortale, quia tenetur statim confiteri, nec potest expectare futuram quadragesimam, quia exponeret se periculo obliuiscendi denuo. Sed hoc nihil est, quia obliuisci peccatum mortale, non est peccatum mortale, vnde iste nõ se exponit periculo peccati mortalis, nec tenetur laborare, ne obliuiscatur, alioquin tenet sp̃ deferre instr̃a scribendi peccata, quod est stolidum, sed sufficit quod velit recordari & proponat confiteri, qñ alia vice tenebitur.

TERTIO † quæritur, quantum ad frequentiam, vtrum aliquo casu teneatur quis denuo confiteri peccata confessa, & reiterare confessionem? Et dico, ꝙ licet sit expediens eadẽ rite confessa frequenter confiteri de pęnitẽtia di.1.c.quem pęnitet.quia hoc confert remissionem pœnæ rõne verecundiæ, & actus de se boni, & ad augmentum gr̃æ rõne virtutis clauiũ, tñ hoc non est necessariũ, s̃m oẽs Doct. nec tenetur quis obedire plato ꝑcipiẽti, vt recõfiteatur, imo s̃m Pe.de Pal. Papa legẽ cõdere non posset, q̃ hoc ꝑciperet. Fallit tñ hoc dictum in multis casibus, in quibus tenetur quis reiterare confessionẽ. Primo, sec. S.Th.Pe.Ray.& Host. & oẽs, si aduertẽter tacet mortale, vel quod credit, aut dubitat, ꝓbabiliter esse mortale, aut circunstantiã necessariam ex verecundia, vel alia iniusta cã, quia mortaliter peccat ꝑꝑ fictionem & irreuerentiã sacr̃i, & reiterare tenetur. Et similiter s̃m dictum Dur.tenetur si omisit ex ignorantia crassa, vel ex propria notabili culpa processit, & consentit gl.Ray.sub ti.de pę. & re. vt quia noluit de suis peccatis cogitare. Et idem est si omisit ex crassa obliuione sec. Ric.in 4.dist.17. Si tñ confiteretur eidem memori peccatorũ S.Bon.vel saltẽ pniæ impositæ sec.Pet.de Pal.& Dur.ordinis Min.sufficit prius confessa reconfiteri in generali solum dicẽdo, dico meã culpã de his, q̃ prius vobis dixi, sicut si nulla fuisset absolutio de facto, q̃ differri p̃t ꝑ multos dies, ẽt si cõfessor esset oblitus, dũmõ prius taxasset pniam. quod si non fecisset, oporteret ad memoriam reducere, vt fieret iusta moderatio. Et idem, secundum eundem Pet. est in casibus seq. Si autem aliquid horum omittit ex iusta cã, puta, quia dubitat probabiliter confessorem solicitare

ad malũ,qđ omittit,vel reuelaturum confessionem,vel cogniturum aliquod peccatũ, ꝙ confitens audiuit in cõfessione,vr̃ excusari. Similiter qui omittit ex obliuione,vel ignorantia probabili facta debita diligentia, quã cõi lege ꝑmittit humana fragilitas, sec. Ric. quæ est debita,sec.Sco. qñ quis tantam adhibuit ad memorandum, quantã quis apponeret in ardua, & quæ sibi multum esset cordi. Similiter qui ex nescientia,puta, quia nõ credit esse peccatum,excusatur:quia licet aliqñ non excuset hoc,quin talis peccet,dum talia agit contra legem Dei, aut naturæ: excusat tamen ne peccet non pænitendo, vel non cõfitendo specialiter, sed solum in genere confitendo ignorata.i.non cognita,& oblita.

6 VNDE †pueri,& puellæ nouiter cognoscentes esse mortale, quod alias scienter omiserunt confiteri ex nesciẽtia grauitatis eius,nõ tenentur iterare confessionẽ,ꝙ Sum.Ang.verũ credit,ẽt si tali peccato erat annexa excõicatio. Sed hoc est maius error eius: vt patebit inf.Conf.3.§.8. ¶Secundo sec.S.T. Pet.& Ric.qñ ex contẽptu, vel negligentia non impleuit pn̄iam pro mortalib.iniunctã, ad q̃ ex ꝑcepto tenet̃:nec implere p̃t,q̃a est eius oblitus: si tñ eã perficere p̃t tanq̃ memor reiterare confessionẽ minimè tenetur,ꝑcipuè qñ tp̃s ꝑfixum non fuit, ꝙ transgredi nõ posset, q̃uis ei esset declaratum, quo tp̃e eam perficere deberet:imo ẽt si esset præfixum,licet illud trãsgrediendo sine iusta cã peccaret mortaliter.Sil̃r non tenetur iterare confessionẽ, si talis pn̄ia erat iniuncta pro venialib. ad q̃ non tenetur de necessitate,sec.S.Th. nec sil̃r si eã omisit ex impossibilitate,i. maxima difficultate:puta,infirmitate,vel hmõi:nec similiter si eam nõ acceptauit, sec.Sco.de quo inf. §.24. nec similiter si eam alius confessor mutauit,sec.Pet.de Pal.ẽt non cognito peccato, pro quo erat imposita. sed de hoc infr. §.26. ¶Tertio sec.S.Th.Pet.& Host. ex parte confessoris,qñ est notabiliter ignorans,nesciens discernere inter mortale, & veniale,de omnib. peccatis & præcipuè si pœnitens casus habet intricatos. Hoc tamen Duran.ord.mi. limitat,nisi ipse pœnitens esset peritus,& instrueret confessorem.limitat etiam Arch. qñ confessorem aliũ non haberet,maximè in articulo mortis, quia tunc eidem confiteri deberet:hæc illo.Ex quib.tñ non habetur,quin habita opportunitate reiterare teneatur. Et sil̃r eadem tenetur reconfiteri, qui scienter confessus est mortale sacerdoti non intelligenti: vel quia confessio non fuit nuda propter obscuritatẽ verborum:vel quia dormiebat,& hmõi. Quia confessio peccati importat apertionem morbi.i.reuelationem peccati,quæ non potest esse,nisi vno referente, & alio percipiente.Et idem Io.de Canthabri,& Arc.¶Quarto,etiam ex parte confessoris qñ absoluere non potuit,sec.S.Th.Petr.Ray. & Host. Quod dupliciter contingere põt, sec. Pet.de Pal.& Dur.ord.mi.s.quia põt absoluere ab vno,& nõ ab alio,puta,reseruato: aut, q̃a absoluere non põt ab aliquo.Et primo casu cum pœnitẽti constiterit,reconfiteri tenetur solum reseruata,sec.Pet.de Pal. Secundo vero casu tenetur reconfiteri omnia, etiã si ignoranter est tali confessus sec. Inn. quãuis ſm S.Th.in quol.ignorantia facti in his excuset,quamdiu homo se credit absolutum.Pet. tñ de Pal.dicit hoc verum,ꝙ tenetur reconfiteri, si ignorauit sacerdotem absoluere nõ posse ignorantia iuris: puta, quia sciuit illum percussisse clericum:sed credit posse absolue re.Secus,inquit,si ignorantia fuit facti:& impedimentum erat ẽt alijs occultum,sed tene dictum Inn.¶Quinto,sec.Petr.de Pal.vbi ex parte pœnitentis erat impedimentum scitũ, vel oblitum, vel ignoratum ẽt probabiliter: vt quia erat excõicatus etiam minori,qua ligatus absolui non põt a peccatis,non obstãte probabili ignorãtia, q̃ excusat a peccato, & pœna irregularitatis:sed non facit esse excõicatum. Vnde si tunc eligeret̃ ad b̃n̄ficiũ, ignorantia non faceret ei ius aliquod acquiri,vt in c.apostolicæ.de cle. exc.min.in gl.& multo minus capax sacr̃orum, a quibus directè excluditur:vnde est absolutio nulla: contra Sum.Ang.& Suppl.de quo inf.Confessor primo.¶Sexto in recidiuante, qui sec.Inn.in c.oĩs.de pœ.& rem. tenetur confessionem iterare rõne ingratitudinis,sed gl.Ray.in tit.de pœ.& rem.dicit eo casu sufficere confessionẽ generalem de peccatis:quia,peccatorum remissorum ingratitudo exprimitur sub proprio noĩe, vel circunlocutiuè, & consentit Sum.Confessorum.Sed hoc limita,qñ ingratitudo est circunstantia talis, q̃ teneamur cõfiteri.i.trahens ad particularẽ spẽm peccati, ꝙ tunc est,ſm S.Th.3.q.18.ar.3. cum quis aliquod peccatũ cõmittit in cõtẽptum Dei, & suscepti beneficij:non aũt qñ est circunstantia generalis consequens oẽ peccatum.Tenetur ẽt recidiuans iterare cõfessionem de peccatis ratione imponendæ satisfactionis pro ꝑsentib.peccatis, de quo S.Tho.in 4. dist.22.

dicit,

dicis, ꝙ directè reconfiteri nõ tenetur in spe cie, vel in genere, sed indirectè, vt sciatur q̃ satisfactio congrue possit iniungi, vt si ex a-lia occasione frequenter lapsum carnis pas-sus est, illa per satisfactionem præcidatur. & sic de alijs peccatis. Et ad hoc vr̃ sufficere cõ fessio generalis dimissorum, quandoque ta-men ad specialia descendere oportet, vt pœ nitenti videbitur oportunum. hæc ex illo.

7 QVARTO, † pro intellectu prioris §. quæri-tur, an secũdus cõfessor absoluere possit a ca su reseruato ipsi primo, qđ ex obliuione nõ est quis confessus primo? Et dico sec. Petr. de Pal. in 4. quod si primus cõfessor habebat au thoritatẽ absoluẽdi ab oĩ excõicatione, & ca su, & sic intendebat absoluere: secundus con fessor absoluere poterit ab excõicatione & casibus reseruatis illi primo, q̃ penitus est ob litus: quia non p̃t esse amplius casus reserua-tus, nec excõicatio, sed solum peccatum sim plex. Vnde hac rõne Mo. & Rodo. consulunt, ꝙ benefacitis, qui absoluitur a Papa vel lega to, & hmõi, si faciat se absolui ab excõicatio nibus & peccatis oblitis, & dispensari secum super irregularitatibus: q̃a si deinde recorda tur, non tenetur tales adire, licet cõfiteri te-neatur. Et hæc nota: q̃a faciunt primo pro eli gentib. sibi confessorẽ authoritate apostoli-ca vt se faciat absolui q̃tũ extẽditur authori tas: alias oporteret recurrere ad eũ q̃ posset absoluere, de iure facit c. officij. de sent. exc. a cõtrario, & c. super his. de rescr. est clarũ sup hoc. Faciunt scđo pro religiosis, q̃ in visita-tionibus, & capitulis a suis p̃latis absoluunẽ a cẽsuris: q̃a cũ p̃dicta venerint ad memoriã vel notitiã iã confiteri non tenetur: nisi quo ad peccata, si qua interfuere: q̃ tñ iã non sunt reseruata. Faciunt tertio pro eisdẽ quo ad ca sus reseruatos, quia si super his dant semel li cẽtiã confitendi alteri, iã nunq̃ sunt eis reser uati, nisi alia cõmittant: quia si cedit authori tas eorum alteri per absolutionem ẽt quan-tum ad obligata, a fortiori per licentiam ma ximè quantum ad scita in generali saltem.

8 QVINTO, † quæritur, quantum ad cõfessio nis simplicitatẽ vtrũ annulletur confessio si in ea cũ peccatis narrentur historiæ p̃lixę? Et dico, quod non, si dicãtur hac intentione, vt peccatũ declaretur, qđ in doctis adest fa-cile, difficulter abest: q̃a hoc est peccata con-fiteri: cũ opus a fine speciem sortiatur, tñ pru dẽs confessor dẽt iuxta posse hmõi superflua resecare: & si qua indigent cõsolatione, vel consilio, consuluit Gul. vt post factã absolu-tionẽ reseruentur: qđ tñ generaliter non est bonũ, quia alij magis congruit consolatio in ipso conquestu q̃ post: maximè quia ẽt talia ex parte confessoris ordinãtur ad p̃fectã cu rationẽ peccatorũ: vt. s. pęnitens lætus in do mino recedat. ¶ Sexto, quantũ ad humilitatẽ q̃ritur, vtrũ annullet confessionem: quia ex superbia nõ vult adire p̃priũ cõfessorẽ eru bescentia ductus? Et dico ꝙ non, si totaliter, & integrè confitetur: licet dicat Hos. hoc nõ esse vtile, sicut nec infirmo medicos mutare tenẽ tñ rõne recidiui reconfiteri eo modo, quo sup. §. 3. dictum est. Esset tñ hoc mortale, vbi quis esset dispositus, & paratus non dice re proprio cõfessori, si aliũ nõ h̃ret: sicut ple rũq; faciũt imperfectæ mulierculæ, q̃ volũt h̃re ad cõplacẽtiã vnũ cõfessorẽ cõpagnum cui dicunt oẽm veritatẽ de lasciuijs: & ad re putationẽ vnũ timoratũ, & bonæ famæ: cui post confessionẽ cũ prio dicũt leuia tm̃. imo talis hypocrisis posset esse mortale. Hunc tñ errorem magnũ asserit Sũ. Ang. Confes. §. 7. s. ꝙ h̃ns peccata reseruata confessori solito a quib. ille absoluere nõ põt: nõ peccata mor taliter, sine scãdalizet eũ confitetur solita tm̃ tacẽs de reseruatis, intendens integrè cõfite ri ei q̃ possit absoluere: q̃a, s̃m doctrinã om-niũ sanctorũ, potẽs absolui non p̃cedente in tegra confessione dimidiat confessionem: vn de & ipse ibi §. 26. expresse contradicit S. Th. qui dicit in quodam quolibeto, quod iste te-netur locum confiteri inferiori, qui pro re-seruatis mittit illum ad superiorem.

9 SEPTIMO, † quantum ad puritatem q̃ritur, vtrũ sit mortale confiteri alio fine, q̃ ordina-tũ sit, i. ad veniã consequẽdã? Et dico, ꝙ qui principaliter confitẽter p̃p inanẽ gloriã, vel ne notetur in populo, aut aliũ malum finem: peccat mortaliter petendo absolutionẽ: p̃p iniuriã, q̃ facit sacro: peruertẽdo finẽ eius: & illud annullando. non. n. valet talis confes-sio: nec est sacr̃alis: quia de essentia eius est. ꝙ fiat spe veniæ, si tñ absolutionem non petit, & non confitetur in spe veniæ: sed se præsen tat sacerdoti, ne fiat inobediens ecclesiæ, pec cat quidẽ mortaliter, non quia confitẽ, sed quia non vult pęnitere, & absolui. ¶ Octauo, quantũ ad fidelitatẽ q̃ritur, vtrum sit pecca tũ in confessione mẽtiri accusando se de pec catis non commissis. Et dico, ꝙ mendaciũ in confessione est mortale. Primo, circa ea, quę sũt de necessitate cõfessionis, cuius sunt mor talia peccata, & mortales circũstãtiæ non ri-tè confessæ habita copia idonei cõfessoris;

quia hoc est inualidare sacrm, & cõfessionis integritatem abolere. Circa alia vero nõ necessaria, circa q̃ confessionem quis dimidiare põt tacẽdo veritatem: vt sunt venialia, & circunstantiæ eorum trahentes in aliã speciem peccati, & oĩa ritè confessa, vel respectu quo rũ non hr̃ confessor idoneus, iuxta dicta sup. §.2. casu primo, non est mortale mẽtiri: quia nec sacrm inualidatur, nec minuitur eius integritas. Et scd'o mendacium est mortale in confessione, qñ est perniciosum ꝓximo, vel ẽt sibi notabiliter: vt patet ex dicendis infra, Mẽdacium, §.3. Vnde accusãs se de peccato, quod non facit in cõfessione, ꝭm multos peccat mortaliter, quod verum est, si q̃s se accuset in speciali de mortali in casu certo, q̃a se iniuste infamat. Et sic intellige. Ric.4.d.21.& Direc.tit.de pœn.& rem. Nec obst.c. ad eius, d.5. dicens bonarum mentium esse, &c. quia intelligitur de agnitione dubitatiua, & formidolosa. Non autẽ esse mortale, se accusare peccatorẽ magnũ in genere, nec se accusare de veniali non commisso in specie: imo nec de mortali in casu dubio ad cõsulendum conscientiæ, dummõ non asseratur certè, sed dubiè, vel probabiliter, ẽt si quis plus iusto aliqualiter se aggrauet ad tutamẽ cõsciẽtiæ, q̃a illa præponenda est famæ. Vtrum ãt confitẽdum sit sacerdoti infideli. inf. Conf.1.§.vlt.

10 Nono † quæritur, quantum ad nuditatem, vtrum necessarium sit confiteri oẽs circũstãtias peccatorum? Et dico primo, ꝙ circunstãtias alleuiãtes nullus confiteri tenetur secundum omnes doctores, qđ limita, ꝭm mentem sancti Bona. nisi vbi tacẽdo crederet se apud confessorẽ accusare de mortali, quod est veniale: vt si dicat se nõ ieiunasse in die de pcepto puta, natiuitatis, & taceat de infirmitate: sed nec confiteri eas est laudabile, sed imperfectionis, nisi vt dicit S.Bon. id fiat ad satisfactionẽ alienæ inquisitioni, aut scãdalo. Circũstãtias vero speciẽ mutantes, sec. doct. necesse est confiteri, ꝙ limita, sec. S.Th. in 4. sit trahant speciẽ, quæ de se sit peccatum mortale, quia veniale confiteri non est necesse. Vñ cũ qui dicit se ex gula fregisse ieiunium, non est necesse dicere, ꝙ lautè comedẽdo fregit, mutãtes ãt speciem, & aggrauantes infinitè, ꝭm oẽs, & sine exceptione sunt necessario cõfitẽdæ. De aggrauantib. ãt in eadem specie sunt opiniones, sed sec. S.Bon. communior, & sec. S.Th. probabilior est, ꝙ eas confiteri necessarium non sit, sed laudabile tñ, imo vt dicit, aliqñ laudabile est res tacere, vt in carnalib. qñ vel confessorem, vel pœnitentẽ allicerẽt, ꝭm discretionẽ confitentis: si tñ ẽt in carnalibus aggrauant infinitè, sunt necessario confitendæ: quia, vt dicit, gr̃a data in sacr̃o pœnitẽtiæ restaurat, si qua inde inclinando ad peccãdũ in sacerdote, vel confitente proueniat. Si tñ pœnitens videri sacerdotem procliuem, petat licẽtiam confitendi alteri, quam si non dederit, adeat superiorẽ. hæc ille. Opinio vero Antisto dicentis, ꝙ necessario sunt confitẽdæ: sicut, ꝙ ei quæ furatus est mille aureos, non sufficit dicere se furtũ admisisse: non est vera regulariter, sed in casu, vt colligi põtex sum.Conf.lib.3.tit.33.q.11.s.qñ tales sunt, ꝙ eis non scitis sacerdos scire non potest quid sit acturus, vel rõne iurisdõnis sit iniuria illata sit in clericum, quia si sit enormis, est casus Papalis: ep̃alis verò si leuis. de sent.exc. cũ illorum, vel rõne damni dati: quia aliqñ hoc oportet scire, vt sciatur modus imponẽdæ restitutionis, & vt sciatur, an talis quantitas sit ep̃o reseruata: qui aliqñ circa hmõi aliqua disponit. Vnde in talib. dico idẽ de ista circũstãtia, sicut de peccatis iã confessis in recidiuante, quia tenetur quis eam dicere indirectè in quantum sine ea aliqñ non põt bene sciri debitus satisfactionis modus: ideoq; periculũ ĩ hoc crebro esse de mortali dupliciter. Primo, si sacerdos interroget cõfitẽtẽ: & neget vel taceat ex cã iniusta. Scd'o, si ipse q̃titatẽ sui peccati scit, & iniuste diffitetur, aut tacet: q̃a exponit se ꝑiculo nõ icipiẽdi cõgruã medicinã, seu ponẽdi obicem suæ iustificationi.

11 Decimo † quantum ad idem specialiter q̃ritur, vtrum necessarium sit confiteri circunstantiam sacri temporis aut loci? Et dico quã tñ ad locum, ꝙ sic, solũ q̃tum ad tres species sacrilegij. de q.b. inf. vt patet ex dictis. §. priori. & sup. Circunstantia, §.5. Et hoc intelligo non solum si perueniatur, ad actum: sed etiã quo ad ipsas oculorum fictiones, & quo ad ipsas cogitationes de luxuria, & furto, & homicidio: q̃a eandẽ per se grauitatem hẽnt, cogitationes, & operationes, & ad eam speciẽ pertinent, vt patet per S.Th.2.2.q.72. maximè si tales cogitationes nõ solum sunt in ecclesia: sed etiam sint de scelere ꝑpetrato, vel perpetrando in ecclesia: quantum autem ad alias cogitationes puta de superbia: vel etiã quantũ ad alios actus, puta detractiones, non est necessarium confiteri circunstantiam loci sacri: quia licet ista trahant in aliam spẽm, tanquã habentia specialem repugnantiã ad rationẽ irreuerentiæ ad diuina: tamẽ ista species

cies eſt venialis:quia de hoc nulla eſt præceptoria prohibitio, a Deo vel ab hominibus. Quãtum vero ad circunſtantiã ſacri, tp̃is, ſiue feſti, eſt opinio Nicolai de Li. quē ſequitur Sum. Ang. & Roſ. & ēt Arch. ꝙ ſit neceſſario cōfitenda:ſed in Roſ. aurea oſtendi ꝙ eſt falſum caſu 63. quia pręceptum de ſanctificatione Sabbati ſpecialiter & liberaliter ĩtellectũ non prohibet opus ſeruile ſpirituale, i. peccatum ſm̃ S.T. in 3. ſen. tñ eſto, ꝙ eſſet vera iſta opi. adhuc Sum. Ang. dicit magnum errorē, in ti. Interrogatio §.6. in fi. vbi vult, ꝙ circunſtantiã feſti ſufficit confiteri, non ſpecificãdo ſpeciē peccati: ſed, dicendo, ꝙ in feſto toties peccauit: falſum eſt: & infert contradictionē in dictis eius: quia ſi iſta circunſtantia eſt neceſſaria, aggrauat infinitè: ergo dat ſpeciem peccato: ergo illud peccatum ſine tali circũſtantia non eſt diſtinctum, quantum ad ſuam ſpeciē: ergo non eſt ſufficienter confeſſum: cuius oppoſitum iſte dicit. ¶ Vndecimo, quantum ad idē ſpecialiter q̃ritur de circunſtãtia, q̃ eſt quotiens, vtrũ ſit neceſſaria? Et dico, ꝙ cũ ly quotiēs, dicat frequentiã & numerum, Sum. Roſ. dicit, ꝙ frequentia eſt circunſtãtia ponens aliud peccatum. & idē Sum. Ange. & rō vtriuſq; eſt: quia qualibet vice nouũ peccatum cōmittitur. Sed iſta opinio eſt falſa: q̃a circũſtãtia cōſuetudinis nullo ſpeciali pręcepto ꝓhibet̃ a Deo, vel hominib. alioquin eſſet mortale aſſueſcere leuiter loqui, vel otioſe. Rō ēt eorũ nihil eſt: q̃a ſm̃ peccatum non eſt circunſtantia prioris: ſed aliud ex toto ab illo diſtinctũ. Quãtũ vero ad numerũ & quorũ peccatorũ, vtrũ, ſ. ſufficiat cōfiteri ſpecies peccatorũ explicitè, & numerũ implicitè, dicēdo verbi gratia: sũ fornicatus multotiens, aut ēt oporteat explicare numerum fornicationũ dicēdo, bis, ter, &c. dico, ꝙ ex ſacra ſcriptura & iuribus humanis, de hoc nihil hr̃: niſi ꝙ in c. oīs. de pę. & re. præcipitur oīb. fidelibus poſt annos diſcretionis oīa ſua peccata confiteri, vbi ly oīa, dici pōt ĩ ſpecie, & non in numero diſtribuere: ſicut dicimus ĩ aliquo eſſe oīa peccata mortalia. Ex doctoribus etiã antiquis ferè nihil habemus, ꝙ teneamur ad confeſſionem oīum peccatorum in numero: ſed potius vr̃ ſec. Arch. & Direc. q̃ eum refert, ꝙ ſufficit, ſi quis dicat ſe multoties peccaſſe, vel ꝑ annũ in tali peccato ꝑſeueraſſe, & hmōi, doctores vero moderniores, vt Arch. & Sum. Ang. & Sũ. Roſ. dicunt, ꝙ tenemur ēt in numero confiteri, quem ſi quis non habet in memoria, tenetur computare, quotiēs in die potuit peccaſſe, deinde in ſeptimana, deinde in anno, & quãto tp̃e fuit in peccato. Et iſtã concluſionē Sum. Roſ. probat, ſ. ꝙ tenemur cōfiteri circunſtãtiã, quotiēs, quo ad numerũ peccatorũ: quia, inquit, quilibet numerus adiũctus alteri numero, cōſtituit aliã ſpeciem ſm̃ Philoſophum, hæc ille, qui nihil dicit, quia vnitas addita variat ſpeciē numeri, ſed non peccati, ſicut nec cuiuſcunque rei cui additur: alioquin vnus hō additus duob. variaret ſpeciem hoīs. Dicit ēt circa hoc alia inepta, q̃ nihil faciunt ad rem. S.Th. aũt in tota Sum. & ſentētijs, & alijs ſuis operib. de hac qōne nihil dicit, excepto, ꝙ in opus 12. i. ad lectorē Biſunti dicit, ꝙ tenetur quis confiteri numerum peccatorum ſicut poteſt. Et intelligo, ꝙ ſic poteſt, ſicut ea habet in memoria, facta ſufficienti præparatione: ſecundum quod conſueuit facere humana fragilitas.

12 Vnde † circa hoc credo, ꝙ homo tenet̃ ad confitendum ſua peccata in numero determinato explicitè dicēdo, hoc feci bis, vel ter, eo modo quo tenetur ad cōfeſſionis integritatem: ita ꝙ circa hoc eſt mortale ſolũ, ſi quis ſciēter ex cauſa iniuſta, puta erubeſcētia vel hypocriſi tacet aliquid de vero numero, quē hēt in memoria: ſi ēt quis ex lata culpa nō recordatur numerũ peccatorũ: puta quia nihil oīno cogitauit: forte non conſequitur iuſtificationem, & peccat mortaliter de nouo, faciens irreuerentiam ſacr̃o, quod annullat. Dēt ergo peccator ſemper exprimere aliquē numerũ certũ, ſi illũ nouit, vel incertũ, ſi nō nouit certũ, vt dicendo, potuit hoc fuiſſe circa toties, qđ ſi non facit, confeſſor debet ſupplere, niſi vbi ex circunſtãtijs verborũ confitētis cōfeſſor æquè noſcat numerũ, vt peccator, quia tũc numerus eſt cōfeſſus implicitè.

13 Dvodecimo, † quæritur quantũ ad diſcretionem, quid interſit inter eum qui idoneum ſiue diſcretum, & eũ qui non idoneum ſacerdotē q̃rit? Et dico primo, ꝙ q̃ q̃rit idoneum quantum pōt, ſi erret in aliquo ad conſilium eius, excuſatur, quia conſuluit virũ doctum, & conſequenter ſua ignorantia eſt inuincibilis. qđ limita, niſi hoc ipsũ, qđ ei credit, veniret ex lata culpa ſua. ſecus de eo, q̃ idoneum nō q̃rit. Scđo, ꝙ idoneus nō ita inducit in deſperationē, quia non aggrauat irrationabiliter, ſicut nec cōtra iura. Vñ Iudas ideo deſperauit, q̃a nō Apoſtolos, ſed Phariſæos adiuit.

14 Decimotertio † quæritur quantum ad idem vtrum teneamur venialia confiteri ex vi ſacramenti? Et dico ex doctrina S.Tho. 4. diſt.

d.16.& 17.& Sco.ibi.d.17.& Pe.de Pal.& cõiter doctores, ꝙ non: quia non obligamur, de eis pęnitere aut conteri, cum per ea naufragari non possimus.i.dãnari, & pnĩa sit secunda tabula post naufragium, imo sec.Sco.non tenemur ẽt vigore statuti.s.illius, oĩs.de pœ. & re. in casu quo quis haberet solũ venialia non obstante opi.Inn. q̃ est in contrarium.q̃. sequitur Sup.quia Papa obligat habẽtes confitenda necessario, i. mortalia, q̃ solum distribuit ly oĩa, sec.Sco.& gl. quia si distribueret venialia, teneretur ea cõfiteri ẽt habẽs mortalia, quod nullus dicit. imo tenet̃ ad impossibile.Imo dicit Pe.de Pal.ꝙ Papa talem.s. habentem solum venialia, obligare non posset ad confessionẽ venialium, quia hoc esset mutare sacr̃m pnĩæ.i. materiã eius, de venialib. faciendo materiã pnĩę necessariã.vñ eo casu sufficit, ꝙ se præsentet sacerdoti, vt admitti possit ad cõionem.Sed istæ opiniones nõ sũt in veritate contrariæ, sed veræ, quia vna intẽdit, ꝙ non tenemur confiteri venialia.s.oĩa & specialiter, & numeraliter, alia vero intendit, ꝙ ratione statuti teneamur ea cõfiteri in gñali, dicendo, nos quidem immunes a peccato mortali, ſm conscientiã nostrã, in multis tñ alijs deliquisse, & petere absolutionẽ.Nec hoc est mutare materiam sacri: quia venialia sunt dispositio ad mortale: vnde ad hoc põt ecclesia obligare, vt per absolutionem quis maiorem gratiam consequatur. Et hanc opinionem.s.ꝙ ad venialia confitenda rõne statuti non tenemur.s.in speciali, S.Th.tenet, licet videatur solum recitare. Tenetur tñ quis veniale explicitè confiteri in aliquibus casibus. ¶Primo, ſm S.Bon.in 4.d.16. vt imponit ei Sum.Ang.rõne periculi ad quod ducit: qa si homo periculum aduertat, tenetur pœnitere de veniali: sed non dicit quod teneatur quis confiteri, sed pœnitere. ¶Secundo ratione dubij.i.qñ dubitatur an sit mortale autveniale, sec.S.Tho.Addit Sum.Ange.& Supple. ¶Tertio, rõne professionis alicuius regulę ad hoc obligantis, sed hoc nihil est: quia si Papa ad hoc non põt obligare per statutum, vt ẽt ipsa tenet, multo minus obligare potest quicunq; alius. Et si ita esset, religiosi tenerẽtur ad impossibile.i. oĩa venialia confitẽdum, & laberentur scrupulosi oẽs in desperationẽ. Vnde religiosi non tenentur confiteri de venialibus: sed solum de mortalibus aut dubijs de mortali, vel periculosis ducentib.ad mortale, ſm aliquos. Et verum est solum si ratione periculi transeant in mortale extra quos casus sufficit vt se præsentent confessori tp̃ibus statutis, dicentes nihil se habere dicendũ necessario, sed se in multis leuibus deliquisse: sicut & de laicis tenet cõis schola doc.contra quam Suppl. dicit se nescire qũo audeat se quis immunem a mortali existimare intra vnum annum: ideoq; fatuum esse sacerdotẽ qui sic dicenti, & non aliter confitẽti Eucharistiam ministraret.Sed plenè contra eum est experientia, & sub.doctor Sco.qui in vltimis verbis, dist.17.in 4.dicit non esse incredibile, multos esse in ecclesia tales: qui per annũ viuant sine mortali: imo per Dei gratiam multi multo maiori tp̃e sine peccato mortali se custodiunt, & multa opera perfectionis exercent: de quorum meritis thesaurus ecclesiæ congregatur. Est tñ bonum, frequenter venialia confiteri, quantum colligi põt ex doctrina S.Th.tum quia semper in confessione gratia confertur vel augetur, si ritè fiat: tum quia facilius corriguntur propter auxilium gratiæ, & propositum bonum renouatum: tum quia citius eorum pœna aboletur: tum quia multa sunt mortalia, quæ venialia reputantur: tum etiam, secundum Pet.de Pal.quia non sic firmatur habitus venialium. De contritione animi, & pęnitentia venialium, vide inf.Peccatum.§.6.& Pœnitentia.§.4.

15 Decimoqvarto, † quantum ad libertatẽ, quæri potest de eo qui confitetur coactus aliquo timore, de quo vide sup.§.6.Item vtrum confessor interrogare debeat, vide inf. Confessor.3.§.14.

16 Decimoqvinto, † quantum ad verecundiam quærit̃ vtrum liceat declinare verecũdiam confitendo per scripturã vel interpositã personã? Et dicit S.Th.in 4.d.17.ꝙ licet ad confessionẽ ꝓut est actus virtutis, sufficeret qualitercũq; fieret, ſm tñ ꝙ est pars sacri, habet determinatũ actum, sicut habent alia sacra determinatã materiam, & ille est id quo maximè cõsueuimus manifestare, i. ꝓprium verbũ, sicut in baptismo assumit̃ illud elemẽtum, cuius est maximè vsus in abluendo: alij .n.modi inducti sunt in supplemẽtum.Igitur ei qui non habet vsum linguæ, vt est mutus, vel qui est alterius linguæ, sufficit, ꝙ per rescriptum, aut nutum, aut interpretem confiteatur, quia non exigit̃ ab hoĩe plusq̃ possit. In absentia tñ proprij sacerdotis cõfessio fieri p̃t ẽt laico, ideoq; non oportet, ꝙ per scriptum fiat proprio sacerdoti, quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, q̃ ille cui fit cõfessio.Nec obstat, ꝙ baptismum ho-

6 DECIMO,† vtrùm incurrat dictam pœnam confessor,dicens aliquem sibi esse confessum de peccatis suis?Et dicit Asten. quod talis nihil reuelat occultũ: quia confessio propriè nõ est,nisi de peccatis:si aũt dicat illũ confessum de multis,aut magnis peccatis, vel huiusmodi,reuelator est confessionis.¶Vndecimò,quid si iudex instat,vel exigit iur̃m a sacerdote,an ꝑ cõfessioné sciat aliq̃d de tali facto:Et dico,ꝙ ẽm S. Th. & oẽs doc. sacerdos si ab eo q̃ratur de aliquo absente, an aliquid sciat,qđ audiuit in confessione:iurare põt se nescire illud: quia non scit illud inquantum homo:nec ad mãdatũ cuiuscũq;, ẽt Papæ tenetur de hoc testari,aut aliq̃d dicere, nec teneret excõicatio ꝑꝑ hoc lata contra eũ: sed si quæratur de eo non absolutè an sciat: sed an sciat aliquid per cõfessioné, etiã adhibito iur̃o,ẽm aliquos,dẽt tacere:sed hoc est maledictum,quia indirectè ꝓderet peccatoré.Vnde ẽm Veruec. si alio modo iniquũ iudicem declinare nõ põt:r̃ndere põt se nihil scire:q̃a subintelligitur vt homo,vel intelligitur, nihil scio tibi reuelandũ,sicut Mar.13.filius dicit se nihil scire de die iudicij,s.ad reuelandũ g̃naliter,& consentit Ric. Bon. Scot. & Pan. in d.c.dilectus.sed Sum. Ang. dicit, ꝙ meliùs subintelligitur ad reuelandum, q̃ subintelligatur,vt homo:quia negari,inquit,non põt, quin sciat vt homo, qđ eius dictũ est contra oẽm doctrinã suorũ doctorũ,& cõtra c.si sacerdos.de off.ord. intellectũ iuxta cõem doctrinã:q̃a ibi dr̃ sacerdos hoc scire, vt Deus. Ex quo sequitur,ꝙ illud non sciat, vt hõ: vel sciat aliter,quam per confessionem,alioquin eodem modo innotesceret Deo, & homini.

7 DVODECIMO,† quid si sacerdos parochialis sciat, per confessionem impedimentum aliquorũ suorũ parochianorũ circa mr̃imoniũ iã contractũ?Et dico,ꝙ cõtra sigillũ confessionis nihil facere,aut dicere dẽt, vt patet ex dictis.Sed si eo saluo loqui põt,si scit, aut credit probabiliter impedimentũ posse ꝓbari,ẽm Mo. dẽt eis reuelare,vt ꝓcurent diuortium,vel se habeant vt frater ꝙ soror,vel vt dicatur superiori subministratis probationibus vbi oportet:quia cùm sit prælatus,tenetur ad illud præceptum.Si peccauerit.&c. Si verò scit,aut credit probabiliter, ꝙ probari nequeat,non tenetur,secundùm eundem,eis dicere,nisi credat probabiliter, ꝙ parati sũt super hoc acquiescere bonorũ consilio, siue emendare,vt colligitur ex dictis S.Thom.de correctione fraterna. Si verò matrimonium sit contrahendũ,moneat secretè,vt desistant & si contractum,benedicat nuptias,qñ aliter facere non p̃t,nisi manifestatione cõfessionis ar.qđ no.gl.& doc.ĩ c.vnico.de scru.in or.fa.

8 DECIMOTERTIO,† quid si sacerdos commisit aliquod mortale, quod confiteri nõ potest,nisi reuelando confessionem? Et dicit Asten.post Ric.& Sco. quod non debet confiteri eo casu durante: sed sufficit conteri cum intentione confitendi, quando sine præiudicio poterit dicti sigilli: quia fortius est vinculum sigilli,quàm confessionis.

9 DECIMOQVARTO,† quòd si Abbas scit per confessionem peccatum Prioris, vel alterius subditi sibi,cuius peccati occasio est prioratus,vel aliud offm̃? Et dicit S.Tho. in 4.d.21. ꝙ p̃latus absq; læsione conscientiæ p̃t impunitum relinquere peccatum,qđ scit vt Deus: nec vllum tenetur adhibere remediũ,nisi eo modo quo defertur ad ipsum,i.tm̃ in foro pœnitentiali monendo,vt resignet offõ.Vel põt ipsum ex aliqua alia occasione absoluere: ita tñ,ꝙ oĩs suspicio de reuelatione confessionis euitetur:alias peccaret tanquam releuans cõfessionem,vt dicit in 5.quol. Hæc ex illo. Sed adde secundum mentem Rich.ꝙ oportet vitari suspicioné cõfessionis:sic,ꝙ nec ipse,nec alius credat eum ꝑꝑ confessioné absolutum, aliter ipse,vel alius redderetur pronior ad celanda peccata. Et hoc sequitur Sum. Ros. & innuit Sũ.Ang.Sed ego credo hoc verũ: quo ad aliũ,non autẽ quo ad ipsũ pœnitẽtẽ,q̃a vt patet ex S.Tho.in 5.quol.q.10.qñ p̃latus sine manifestatione peccati potest eum amouere ab officio periculoso in posterum,hoc facere põt & dẽt,licet melius esset eũ ad cessioné inducere. Nec obstat,ꝙ efficeretur pronior ad celãda peccata:q̃a melius est cauere ne peccata fiant,q̃ ne facta celẽtur:q̃a si nõ fiũt, nõ celant̃,non e conuerso.¶Decimoquintò q̃ritur, vtrùm si quis per audita in confessione scit,vel credit aliquẽ indignũ p̃latione,& intersit promotioni eius,possit reclamare? Et dicit S.Th.in 4.d.21. ꝙ ex multis causis alijs, quàm ex peccato,redditur quis indignus prælatione,vt ex defectu scientiæ,ætatis, vel huiusmodi,vnde qui contra dicit, nec suspicioné de crimine facit,nec reuelat cõfessionem

hęc ille. Posito tñ, ꝙ reuelando faceret suspicioné de crimine: vt quia nihil aliud ei obijci pôt: & reclamãs putat non reclamare, nisi ꝓ crimine occulto: reuelator eẽt cõfessionis

10 DECIMOSEXTO, † vtrum sciens per confessionem Socratis, ipsum cum Platone peccasse, qui hoc peccatum confitendo non dicit, possit ipsum Platonẽ de hoc interrogare? Et dicit Sum. Ange. ꝙ sic in genere: licet dicere non possit, ꝙ alius sibi reuelauerit. Sed tu adde, ꝙ ẽt hoc potest in specie, qñ non insurgit suspicio probabilis de confessione alterius: vt si est de more confessorum interrogare de talibus: tamen non licet interrogare de persona Socratis, quia iam suspicio oriretur.

11 DECIMOSEPTIMO, † vtrum sciens per confessionem aliquem excommunicatum, teneatur illum euitare, saltem in secreto? Et dicit Rich. ꝙ non. & ca. cum non ab hoīe. de sent. excom. ꝙ vr̃ sonare contrarium, dicit illud intelligi, qñ secreto scitur aliter, q̃ per cõfessionem. Scot. tñ tenet, ꝙ eum vitare debet, si potest sine proditione, aliter non tenetur vitare, sed tenetur non vitare: quia fortius vinculum est ad celandum per legem naturæ & diuinam & ecclesiasticam, quam ad vitandũ.

¶Decimooctauo, quid si sacerdos sciat per confessionem, ecclesiam pollutam coitu, vel alia causa? Et dico, quod episcopo reuelare non potest, nisi cessante omni suspicione criminis cõfessi: vt patet ex dictis. & ar. de adul. significasti. & de off. ord. si sacerdos. Quidam autem dicunt, quod nec in genere debet reuelare quod verum est, si sit omnino occultum, quia tunc reconciliatione non indiget.

12 DECIMONONO, † quid si duo aliqui constiterunt occidere sacerdotem comitantem cũ eis: vnus pnīa ductus hoc illi confitetur: nunquid retrocedere potest, vbi ventum fuerit ad syluam, aut declinare, si ex hoc reliquo innotescat de confessione? Et dicunt quidam, ꝙ si aliam occasionem innuere non potest, ex qua confessio non probatur, tenetur intrare syluam: & si occidatur, erit martyr. Sed Sco. in 4. d. 21. tenet ꝙ nõ tenetur intrare, nec debet reputari reuelator confessionis, nisi aliquid faciat, ꝙ ex siti natura ꝓdat peccatũ cõfessum: cuiusmodi non est sylua diuertere, nec esset illicitum confessori signum de se indifferens ad significandum tale peccatum esse cõfessum, vel non significandũ: licet aliquibus sit signum magis determinatũ ex aliquo præsupposito, non ex se est signum reuelatiuum confessionis, ꝙ quidem dictum Sco. verum puto, vt dicit gñaliter, nisi cum signo indifferenti adesset intentio ad reuelandum.

13 VIGESIMO, † vtrum sit eadem ratio de sigillo confessionis, & de sigillo secreti? Et dico, ꝙ ẜm omnes doctor. in hoc conueniunt ista duo sigilla, ꝙ quilibet habens aliquid sub eis, illud celare tenetur: vt ẽt innuit Scot. in 4. d. 21. si ille qui aliqua dicit, non exprimat, ꝙ dicat sub sigillo secreti, dummodo hoc intelligatur, vel etiã si res esset talis naturæ, ꝙ merito celari debet, vt quia est in scandalum alterius, vel hmõi, & reuelans aliquid contra hæc sigilla, mortaliter peccat, & crimen proditionis incurrit, ẜm Rich. nisi fortè excuset inaduertentia in re non magni põderis. Sed in hoc est dr̃ia: quia sigillum confessionis obligat in omni casu: non autem sigillum secreti: sed reuelari potest in duobus casibus, ẜm S. Bon. in 4. Primo, quando id exigit veritas: puta quia vergit in periculum aliorum. Secũdo, si obedientia cogit: contra quæ duo iuramentum, vel promissio non valet, ꝙ dictum S. Bon. sic intelligo, quia si constat secretum vergere in periculum aliorum, ex debito veritatis siue iustitiæ quis non solũ potest, sed debet propalare. Si vero non constat, sed est dubium, hoc pôt, si obedientia requirat, quia in dubijs regulariter obediendum est, ẜm S. Th. in quolib. Si aũt cõstat secretũ nulli ꝑiudicare, nullus tenetur ẽt ꝑcipiẽte ꝑlato, ẜm Hẽr. de Gã. quol. 9. & hoc vide inf. Testis. §. 8.

DE CONFESSORE. I.

Quis sit.

uilegium possit.

9 *Confessoris electi ab eo, qui id potest, quantenus in absoluendo eius potestas porrecta esse intelligatur.*

10 *Vagabundi, scholares, mercatores, mercenarij, stipendiarij, & id genus homines, in aliqua parochia commorantes, num ab eo absolui possint, abs quo & parochiani si ibi domicilium non contraxerint. Et an sola habitatio, quem alicuius ecclesia parochianum efficiat. Et quid de peregrinis, viatoribus, & mercatoribus, & qui diuersis locis commorantur.*

11 *Forum num quis ratione delicti sortiatur.*

12 *Sacerdos proprius nũ subditum suũ vbique audire possit. Et quid de mẽdicantib. Et an sacerdos vnus parochialis possit aliunde audire, & absoluere.*

13 *Sacerdos proprius requisitus a subdito, vt ipsi alteri confiteri liceat, an facilis in concedendo esse debeat. Et quid si subditus dicat parochiano sacerdoti, se alteri confessum, an illi credere debeat, vt Eucharistiam eidem tradat. Et qualiter debeat intelligi dictum de impedimento excommunicationis.*

14 *Sacerdos parochialis, num quoties confiteri voluerit subditus, audire eum ex pracepti necessitate teneatur. Et quid si audire noluerit.*

15 *Confessio ei facta, qui de iure beneficium non tenebat, an efficax sit, & teneat.*

16 *Confiteri num aliqua casu, cuilibet sacerdoti liceat, etiam pracisè s. excommunicato, vel haretico. Et an huiusmodi quis confiteri teneatur. Et qui occultè, & scienter excommunicato confitetur, extra necessitatis casum, an peccet, & qualiter, & num debeat repeti, & iterari confessio.*

1 CONFESSOR, † confessionis auditor, cui sacr̃alis confessio facienda est, quis sit? & dico primo, sec. S. Tho. in 4. dist. 17. & oẽs doctores, quod est solus sacerdos regulariter: qa solis sacerdotib. data est ptãs ligandi atq; soluendi a dño, dicente Io. 20. quorũ remiseritis, &c. de pẹn. dist. 1. verbum Dei, ꝙ de mortalib. intelligendũ est: quia venialia remitti pñt ꝑ confessionem factam laico, sec. S. Th. in 4. vbi sup. In casu tñ necessitatis, puta mortis, fieri põt laico ẽt de mortalib. quia sicut baptismus ex hoc, qđ est sacr̃m necessitatis, hẽt ministrũ duplicem, s. ex officio, & ratione necessitatis, ita & pnĩa. Qui laicus licet absoluere non possit, tñ supplet summus sacerdos, ẜm eundem ibi. Et si absoluit, vt sacerdos, nihilominus reiteranda est confessio necessario, qñ possibile fuerit, & laicus, ẜm aliquos efficitur irregularis: sicut & si celebraret. Sed tamen forte isti non bene dicũt: qa nullus iudicari debet irregularis, nisi vbi est expressum in iure. de sent. excõicationis qui, lib. 6. ¶ Dico secundo: ꝙ in necessitate cõfiteri laico de mortalib. non est præceptum, sed consilium tm̃, sec. Pet. Veru. Sco. Rich. & sum. Conf. & Pis. & consentit S. Th. dicens ei fieri posse confessionem: non autẽ dicens, ꝙ sit necessarium, vel debitum. Et magister dicens, ei dẽre fieri, loquitur de debito honestatis, vel de bene esse: non de debito necessitatis, vt vr̃ innuere. Vnde leuiter sum. Ang. adscribit magistro, & S. Th. ꝙ sentiant peccatorem ad hoc teneri. ¶ Dico tertio, sec. S. Th. qđ non a quolibet sacerdote põt quisque absolui, sed solum a proprio, vel ab eo, cui licẽtiã dederit proprius sacerdos de pẹ. & re. oĩs, ãt proprius prælatus, ẽtsi non sit sacerdos, sec. Arch. Et rõ est, qa absoluere non põt, qs aliquẽ, vel ligare, nisi sup eũ hẽat iurisdõnẽ. Sed tñ hic nota, sec. Pet. de Pal. ꝙ proprius sacerdos dupľr dr̃. Primo, s. propriè, & strictè, & est solũ is, q absoluere potest iure suo ordinario, non habens hoc ex cõmissione. & sic sumitur, cum dr̃ quis posse confiteri de licentia eius, & cũ dicit Host. quemlibet tres hẽre ꝓprios sacerdotes, s. curatum, ep̃m, & Papam. Et secundo largè, & est is, qui absoluere põt iure ordinario, vel delegato, quod dupľr est, vt §. seq. Et sic sumitur cum dicitur, quod tenetur quilibet confiteri proprio sacerdoti.

2 PRIMO † vero quæritur, quis sit proprius sacerdos, largè, i. propriè confessionis legitimus auditor? Et dicit Rich. in 4. dis. 17. ꝙ proprius sacerdos tripliciter dr̃. Primo ex iurisdictione ordinaria, vt sacerdos parochialis episcopus, & Papa. Secundo, ex iurisdõne delegata, vt is, cui audiẽdi potestas committitur ab aliquo istorum trium, vel a legato Papæ. Tertio, ex iurisdictione a iure concessa, vel ꝑmissa, quæ, s. potest dici delegata, pro quanto istam licentiam tales sacerdotes alteri cõferre possunt, vt sunt inquit, illi, quos episcopi, vel abbates exempti eligunt in confessores. de pæ. & rem. ne pro dilatione. Et idem est de eo, qui audit in articulo necessitatis: & similiter de parochiali, cui confiteri voluerint vagabundi, nullum habentes domiciliũ, vel peregrini, volentes confiteri de commissis postquam recesserunt a iurisdictione illius, in cuius potestatem habent domicilium, sed de hoc infra. Ex his, & ex Panor. in c. omnis, de pœ. & rem. & ex Card. in clem. dudum. de sepul. collige, quod proprius sacerdos largè dicitur. Primo Papa in toto mundo. Secundo, legatus, & eius pœnitentiarius in tota sua prouincia. Tertio, archiepiscopus dũ visitat in tota diæcesi suffraganei sui. de pœ. &

re nostro. & tunc potest alijs,cõmittere, ſm Dire. Quarto eps in tota sua diœcesi. Quinto archipresbyter ecclesiæ cathedralis, q. in hoc censetur vicarius epi.de off.arch.officiũ. Sexto vicarius generalis.epi,quorum vterq; audire potest omnes de diœcesi ar.l.cũ prætor ff.de iud.& in d.c.officium. Septimo presbyter parochialis in tota parochia.Octauo, Vicarij perpetui sacerdotum parochialium. Nono,oẽs vicarij prædictorum,qui possunt hre vicarium & eadem ratione oẽs habẽtes licentiam ab eis. Decimo,is,qui eligitur a ꝓlato cui a iure permittitur eligere confessorem,de quo inf.§.8.& 9. Vndecimo,sacerdos parochialis respectu vagabundorũ.i.non habentium domicilium certum, vel habitationem vt exponit gl.& Bar.in l.dies §.prætor. ff.de dam.infe.& Pan.in c.fi.de foro cõpe.& idem de oĩbus non habentibus propriũ domiciliũ. Sed pro intellectu dictorũ in hoc §. vide sequentes vsque ad octauum inclusiuè.

2 SECVNDO† quæritur specialius quis sit proprius sacerdos largè personarum ecclesiasticarum? Et dico,quod Papa in foro exteriori absolui non põt:quia nec excõicatione ligari, cum superiore careat: in foro autẽ pniali ligari põt peccator, & Christus cum sine remedio non reliquit, sed hẽt confessorẽ quẽcunque elegerit,qui authoritate Christi põt, eum soluere & ligare,quia sicut a principio qlibet sacerdos poterat quẽlibet se sibi volẽtẽ subijcere absoluere,ita & nunc est,quãtũ ad eũ,qui nulli subijcitur. Qui vero sũt de familia Papæ, proprium habent sacerdotem sũmũ Pœnitentiariũ cũ Papa: quia nulli alij subsunt.Secus de capellanis eius per mũdum dispersis,quia ꝑ hoc ab alijs non sunt exempti. Cardinalium aũt confessor est,quem eligũt,si sunt epi,& idẽ est si sunt legati, qa sũt ꝓlati,vel exẽpti. Si vero nec epi sunt,nec legati,sed simpliciter Cardinales sec. Hos.aliũ non habẽt,q. Papã,& sũmũ pniarium;tutius aũt est,eos hre a Papa licentiã eligendi confessorẽ. Familia vero cõmensalis eorũ,de licentia eorũ põt eligere confessorem, qui de consuetudine sunt eis subditi, siue sacerdotes, siue alij, vel fortè summus pniarius est quasi curatus respectu omnium mansionariorum curiæ Patriarchæ vero,primates,archiepiscopi, & epi habent confessores suos superiores mediatos,epi quidẽ archiepiscopũ, ille primatem,ille patriarcham, ille Papam, & hoc nisi sunt exempti,& nihilominus qlibet istorum potest eligere confessorem: extra de pœ.& re.c.fi.vt dictũ est. Familia autẽ epi, vel archiepiscopi, ſm Host. si sit in aliena diœcesi,idem vr̃ quod de familia alterius principis laici. Si vero sit in diœcesi propria ei confiteri dẽt vel illi, cui ipse mandauerit: sed & proprio sacerdoti, de cuius parochia est,cõfiteri quis potest. Inferiores, vero prælati non exempti habent pro confessore episcopum,aut eius vicarium si episcopo immediatè subsunt,sicut abbates,decani,præpositi,& archipresbyteri rurales habẽt epm, qñ ille decanatus est annexus curę: priores vero qui subsunt abbatib.illis, & epo subsunt. Non prælati vero suis subsunt immediatè curatis,siue abbatibus,siue prioribus siue decanis,qñ sunt de collegio,vel simplicibus curatis,quando in parochijs commorantur:clerici vero scholares subsunt ei, qui præest choro in exterioribus,siue cantor sit,siue succensor, sed quantum ad forum conscientiæ, solus decanus videtur curatus eorum, hæc omnia ex Pet.de Palu.Quibus adde ex Pan.in d. c.fi.siue,ne pro dilatione,de pœ.& rem.ꝙ ratio concessionis eligendi cõfessorem fuit distantia a superioribus,quæ tamen,inquit, nõ est ratio sufficiens eligendi confessorem propria authoritate,cum ibi opus fuerit priuilegio Papæ,quod intellige nisi in necessitate,id est mortis articulo, & nisi quis sit in itinere, vel alibi habeat domicilium, aut habitationem,iuxta dicenda in sequen.De proprio parochiali,inf.eo.§.15. ¶ Tertio quæritur, quis sit proprius sacerdos largè secularium personarũ? Et dico,quod rex hẽt episcopũ,in cuius ciuitate est sedes regni,i. in qua iniũgitur & coronatur,non in qua plus moratur. Principes vero minores,si habent plures ciuitates sub se,a sede principali,ducatus vel comitatus domicilium sortiuntur,nisi quando nõ habent ciuitatem vnam aliam potiorẽ, quia tunc,secundum Host.ab vtroque episcopo licentiam accipiunt, vel a Metropolitano, qđ dictum, quantum ad Metropolitanum, non est verum, quia nullus subditus suffraganei est ei subditus immediatè, nisi quando visitat.De illo vero principe,qui hẽt dominium in diuersis diœcesibus, sed non super ciuitatem,multo magis vr̃,ꝙhoc possint petere ab episcopis,vel illo,s.in cuius diœcesi principaliter habet dominiũ:vel ab vtroque,si æqualiter in duabus, quia absurdum esset, quod a tot curatis haberet hoc petere, quot in suo dominio includuntur. Domini vero in eadem diœcesi in diuersis villis habentes dominium,

minium, & ita ꝙ nulla sub se non contineat multas parochias, maximè si vna nõ sit principalior: nulli curato subsunt, sed immediatè episcopo: si verò in vna villa sit principaliter dominium, in qua non sit nisi vna, vel non sint multæ principales, curatus est sibi sacerdos proprius citrà episcopũ. Balliui autem si nullibi habent mansionem, nisi secundùm quòd assistere requiruntur, vbique pñt confiteri episcopis ciuitatum, vel curatis: in quorum parochijs eligunt hospitium: si autem alicubi principaliter degunt, habent parochianum loci. Et idem de præpositis, & seneschalis. licet habeant domos parentũ extra balliuiam præpositorum, vel seneschaliam: quia per hoc officium quasi contrahendo forum sortiuntur. Cęteri verò burgenses & alij laici in potestatibus non constituti illis curatis subsunt, in quorum parochijs degunt principaliter: vel si in duabus æqualiter: in qua manent tunc qñ volunt confiteri, illius parochiani sunt. hæc Pet. da Pa. Quibus adde, secundum Hos. ꝙ Imperator, & Imperatrix de antiquissima consuetudine confitentur capellanis suis, qui habent curam animarum suarum. Sed, vt dicit Pet. de Pal. nulla consuetudiue introduci potest, vt præter proprij sacerdotis licentia aliquis possit sibi eligere confessorem. de pœ. & re. c. 2. li. 6. nisi dissimulatio Papæ sit licentiatio hæc ille. Et idem intellige, si alius proprius sacerdos det licentiam interpretatiuæ. s. dissimulando, Tutius tñ est in oĩbus prædictis, vt habeatur à Papa licentia eligendi confessorem.

4 QVARTO † quæritur, quis possit licentiare ad audientiam confessionis? Et dico, secundum Pe. de Pal. quod omnis proprius sacerdos, qui iure ordinario potest confessiones audire, potest hoc alteri committere: qui habet causam meri imperij. Est autem, secundum eum, ordinarius primò quicunque hẽt curam animarum per electionem, vnde licentiare potest quemlibet subditum suũ ad confitendum alteri. Et secundò quicunque ex officio annexo hoc habet: licet non sit per electionem. Et tertiò gerens vicem curati ꝑ legem, aut consuetudinem, sicut prior factus per abbatem, cui eo viuente erat delegatus non potens subdelegare: eo mortuo vel amoto, eius vices in omnibus obtinens est quasi ordinarius, quantum ad hoc: vnde licentiare potest subditos de confessione. & idem vr̃ de superiore, amoto priore, vel vicario, cum conuentus non habet priorem. Et quartò archipresbyter, cum est vna ꝓbenda sacerdotalis, cui ex officio esset annexum officium audiendi confessiones eorum de diœcesi extra ciuitatẽ, & multo magis si de ciuitate. Sed si pœnitentiarius non hẽt hoc officiũ ex sua ꝓbẽda, sed ex cõmissione viuæ vocis epĩ: talis est delegatus, & non ordinarius. Et quintò legatus in vtroq; foro: Vnde sicut in exterioribus dat iudices delegatos: ita etiã hẽt duos pœnitentiarios. Et sextò summus pñiarius in spiritualibus tm̃ bene hẽt pñiarios suos, & concedit ẽt licentiã eligendi cõfessorem: simplices aũt pñiarij Papæ, quamuis sint delegati Papæ, & possint oẽs de toto mundo audire: non tamen possunt ipsi sumere auditores, nec dare licentiam confitendi. Et septimo decanus ruralis, qui & archipresbyter dr̃ si decanatus sit annexus alicui speciali curę, reputatur ordinarius in parochijs sui decanatus post episcopum: sup. curatos ẽt vr̃ ordinarius curatorum, & sic curati de licẽtia eius, non solùm episcopi, põt confiteri. Si aũt illum decanatum episcopus, vel archidiaconus confert modò huic curato, modò illi, videtur delegatio: & hoc respectu criminũ, siue casuũ cõium. Archidiaconus autem licet sit iudex ordinarius de consuetudine: tñ non in foro consciẽtiæ, ẽt si sit sacerdos: quia hoc accidit suæ potestati: vñ si audire põt ex cõmissione est, & subdelegare non põt. Si ptãs iurisdictionis vna ẽ apud plures, & nõ apud quemlibet insolidum: vt si capitulum sede vacante gerat vices epĩ in tꝑalibus, vel spũalibus, & nullus eorum per se eam cõmittere põt, etiã decanus: vnde totum capitulum, & non vnus ponet pñiarium. Secus perfectè & in solidum residet apud quemlibet: ita ꝙ vnus sine alio per se ipsum põt de cã cognoscere: quia tunc vnus sine alio committere põt, etiam minor siue maiore: sicut curatus sine epõ. Vñ vicarius curati sine licentia episcopi audit cõfessiones subditorum curato. hæc oĩa Pe. de Pal. sed vide inf. Delegatus.

5 QVINTO † quæritur, vtrum non habentes ordinis executionem licentiari possint ad audiendas confessiones à proprio sacerdote, vel alio qui executionẽ ordinis dare non p̃t? Et dico, ꝙ vt patet ex Arch. in c. ꝓlectis 25. dist. & Pan. in d. c. omnis, tripliciter dicitur q̃s non hr̃e ordinis executionẽ. Primò, quia nõ hẽt velle, vel nolle, vt religiosis. Secundò, quia excõicatus, suspensus, vel interdictus, & hmõi. Tertiò, qui non habet populum sibi subiectum: sicut religiosi à suis prælatis ha-

bilitati: & omnes ſacerdotes ſeculares, non habentes curã animarum. Primi, ſi ſunt exempti, abſoluere non poſſunt, nec ligare ex licẽtia ſacerdotũ parochialiũ, vel epiſcoporũ, niſi à ſuis prælatis habilitentur. Vnde ſm. Arch. non debent ſine licentia ſui ſuperioris audire confeſſiones habentiũ licentiã eligẽdi cõfeſſores etiam à Papa; ſicut nec conſentire electioni de ſe factæ extra, de elec. ſi religioſus. lib. vj. niſi Papa nominatim religioſum exprimet. Et idem eſt de p̃dicatione, inquiſitione, vel alio officio. Si tñ eo caſu abſolueret ſine licentia prælati ſui, vt dicit Arch. non oportet confeſſionem iterari. Scd̃is, verò dari non põt licentia audiendi confeſſiones, niſi priùs habilitent̃ ab eo, q̃ tale impedimentũ remouere põt. Tertijs aũt concedi poteſt audiendi licentia, non ſolũ ab his, q̃ habent curã, ſpecialiter ipſis committẽdo, ſed & generaliter dãdo licentiã ſubditis ipſorum, vt quecunq; voluerint eligant confeſſorẽ. Nec obſtat gl in d.c.oĩs. & in cle.j. de priui. q̃ tenet, qd̃ vigore talis licentiæ nõ poſſit eligi ſacerdos religioſus, vel ſecularis nõ habẽs curã, ꝙ ſequit̃ Pan. diſtinguens, quia ſi ꝓprius ſacerdos hoc cõmittat alieno: nõ eſt vis vtrum habeat curã, necne: quia non audit iure ꝓprio ſed tanq̃ delegatus. Si aũt dat licentiã ſubdito eligendi cõfeſſorẽ, procedũt dictæ gl. quia eo caſu eũ ſacerdos alienus nõ ſit delegatus proprij oportet hoc eſſe ꝑ viã ꝓrogationis, ſiue extẽſionis q̃ prorogatio fieri non p̃t, cũ ille non habeat curã: quia priuatorũ conſenſus non põt facere iudicem eũ, q̃ nulli pręeſt iuriſdictioni, de fo. com. ſignificaſti qd̃ ẽt ſeq̃tur Pan. in d.c. omnis. & d.cl.j. & dicit ſequi cõiter doctores. Nec ob. inquam, quia dico, ꝙ quilibet ſacerdos, ex quo eſt ſacerdos habens claues, habet poteſtatem ligandi, & ſoluẽdi, & iuriſdictionem in habitũ: licèt exercitium nõ habeat ex defectu ſubditorum, ſiue materiæ tm̃. Vnde cum ſibi materia exhibet̃, ꝑ talem licentiã exercere põt ſuã poteſtatẽ quam habet & abſoluit ꝓpria authoritate. Et facit l. 1. ff. de iud. vbi patet, ꝙ iuriſdictio non habentiũ ſubditos actu, põt ꝑ alios prorogari. Et hoc tenuit Hoſt. & Pan. dicit ſibi nouiſſimè placere: Iura aũt in cõtrariũ allegata loquuntur in non habente prorſus iuriſdictionem. Satis cõcordat S. Th. in 4. d. 17. dicens, ꝙ ei, q̃ idcirco alicuius confeſſionẽ audire non poteſt, quia non habet iuriſdictionem in ipſum audiendum, põt ei committi per quemcunq; habentem iuriſdictionem ſuꝑ illũ: ſed ei, qui audire non põt; quia non habet ordinis executionem, concedi non põt, niſi per eũ, q̃ hoc impedimentũ p̃t remouere. Et addit S. Th. ꝙ non fit iniuria proprio ſacerdoti, ſi per ſuperiorẽ, vbi plebi, & honori diuino vr̃ expediri, alteri hm̃õi licentia concedatur: quia poteſtas iuriſdictionis non eſt alicui cõmiſſa in ſuum fauorem: ſed in plebis vtilitatem, & honorem Dei: Nec tenetur ſubditus iterum petere licentiam à proprio ſacerdote: licèt hoc dicat Ber. in quadã gl. in d.c. oĩs q̃ gl. per Clem. quarta tanquam omnino falſa damnata fuit, in quodam priuilegio Pręedicatoribus, & Minoribus indulto, qd̃ incipit quidam temere. vbi dr̃ quod hi, quibus à ſuperioribus committitur, audire poteſt, ẽt ſacerdotibus parochialibus contradicentibus, & inuitis. Et hoc ẽt tenet Io. An. de pęn. & re. ſi ep̃s. li. 6. Similiter nec tenet̃ ei iterum illi confiteri, vt in extraua. Io. 22. dr̃. Sed ꝓpter ſtatutũ eccleſiæ de confitendo ſemel in anno, debet ſe illo modo habere, quo & habens venialia ſolũ, ut ſcilicet declaret ſe confeſſum, vt ei ſacr̃a miniſtrari poſſint, ut notatur ſec. Pe. in ſum. Conf. li. 3. ti. 34. quæ quidem declaratio nõ ſufficit, ſi epiſcopo fiat, vt dicit Supplementum niſi ille haberet ſacr̃a miniſtrare: quia alia adhuc ſtaret ratio debiti præſentãdi ſe illi: qui habet ſacramenta miniſtrare.

6 Sexto † quæritur, an in aliquibus caſibus, quis confiteri poſſit alteri, quàm proprio ſacerdoti propriè dicto, i. ordinario? Et dico, quod ſic in multis, ſec. Arc. & Pe. de Pal. poſt Hoſt. Primò ꝓpter ſacerdotis ꝓprij indiſeretionem: quia ſcilicet eſt oĩno indiſcretus, & ignarus, vel ineptus, ſub quo ẽt comprehenditur ſi ſit ſolicitator ad malum, vel reuelator confeſſionum, vel talis, & ex cõfeſſione, ſibi aut pœnitenti periculũ immineret: quo caſu ſec. Hoſ. habet ipſo iure licentiã adeundi alium de pœnit. diſt. 6. placuit. Sed alij dicunt, quòd licentia petere dẽt ab eo, vel ſuperiori, quia dr̃ in c. oĩs, quod qñ ex iuſta cã voluerit alteri cõfiteri, licentia petat à proprio ſacerdote: & hoc ẽt ſi ſit ex culpa ipſius ſacerdotis, ſec. Pe. de Pal. quia culpa eius ſuperiori nocere non debet: ſicut proprio ſacerdote mortuo, vel excõicato non eo ipſo, licet aliũ adire, ſed recurrere oportet ad epiſcopum. Et debet ſacerdos credere pęnitenti, & allegãti ſaltẽ in genere iuſtam cãm: quia non eſt veriſimile ꝙ quis cũ fallacijs adeat pœnitentiã ſec. gl. in c. placuit. de pę. di. 6. in hoc aũt, ꝙ petere licentiã dẽt ab ipſo, vel adire ſupe-

riorẽ,concordãt S.T.Pet.Albe.Inno.& Gul. & ſi ab eis licẽtia negat̃,ſm eoſdẽ, idẽ ẽ ſicut de eo qui eſt ſine copia confeſſoris, & liberè poteſt alium adire. ſec. Petr. Et intelligo ſm eum, ſi habere non põt à ſuperiori inferiore ipſo Papa: quia inquit, ad Papã non eſt facilis recurſus. Et intelligo ſi non poteſt habere à curato proprio vel immediato prælato, & ſuperiorem commode adire nõ põt, quod ſi nec alium habere p̃t, ſm p̃dictos, confiteat̃ peccatũ in genere, tacito eo, ex quo malum prouenire poſſet. Cã tñ ſufficiens ad petendũ iſtã licentiã, qua negata poſſit q̃s aliũ adire, eſt, ex qua ſequi põt probabiliter malum corporis, aut animæ aut famę: nõ aũt ex qua ſequitur bonũ, puta diligẽtior cuſtodia pecoris. Vnde hic multi falluntur credentes iuſtã cauſam eſſe: quia de cætero prælati eos ſuſpectos habebũt, & diligẽtiùs obſeruabunt, aut non ita reputabunt. Vnde dicit Veru. Non credo, ꝙ ſola erubeſcentia ſit cã ſufficiens, quare pęnitens abſolui dẽat, quòd non confiteatur ꝓprio ſacerdoti. ¶ Secundò ꝓpter domicilij trãslationem de quo inf. §.x. Tertiò, cũ q̃s eſt vagabũdus. de quo ſup. §.1. ¶ Quartò, q̃n domiciliũ q̃rit, qui non hẽt quò ſe conferat, quo vſq; alicui ſe ſubdat: nam & is ſine domicilio eſt ff. ad munici. l. Labeo. in princ. & l. eius §. Celſus. Et de peregrinis quidem & multis alijs dic vt inf. §. 2. ¶ Quintò, ratione delicti commiſſi in alia parochia extra, de rap. c. 1. 6. q. 3. placuit. Quod verum eſt, ſi concurrat excõicatio, ſicut fit in furtis: quia ad excõicatorẽ mittendus eſt abſoluendus, ſec. Gof. & Ray. & Tho. in eo quo dr̃ quis forum ſortiri ratione delicti, vt in Sum. Cõ. li. 3. tit. 34. q. 33. Si tñ peccatum ſit occultum, & non concurrat excõicatio: abſolui põt à proprio ſacerdote, ſecũdũ Arc. & Su. Piſa. Sed de hoc inf. §. 13. ¶ Sextò, rõne ſtudij, vt ſcolares etiã ſi non ſint, niſi per annum iu ſtudio moraturi, quia non habent licentiã de pluri: vel quia ſic volunt, vel quia de parochia in parochiã mutantur. ¶ Septimò, ratione neceſſitatis, vt quia infirmatur ad mortem: vel debet intrare iuſtum bellum, vel mare, & deeſt proprius ſacerdos, quia in mortis articulo, omnis ſacerdos ab eccleſia non p̃ciſus authoritate iuris fit ſacerdos proprius de offi. ordi. paſtoralis, imò ex hoc quod hr̃ de conſec. diſt. 4. ſanctum, vr̃ quod etiam laicus in huiuſmodi neceſſitate poſſit cxcommunicatum reconciliare, ſi non eſt ipſe præciſus, licèt abſoluere nõ poſſit a peccatis audiendo confeſſiones, ſup. Abſolutio, primo. §. 5. ¶ Octauò, ſi ſacerdos non ꝓprius, ſpem ponat in ratihabitione: ſicut excuſatur, qui alienum parochianũ ordinauit ſpẽ ponens in ratihabitione. Sed iſte caſus cõiter non tenet̃. Et rationem aſſignat Pet. de Pal. in 3. diſt. 17. q. 3. in fi. quia ratihabitio non confirmat ſacramentũ, quod nullum fuit. Nec eſt ſimile de ordinante, vt ibi patet, ſed tñ quidã rationabiliter diſtinguũt, dicentes dictum Ho. non eſſe verum, quando iſta ratihabitio refertur ad futurum: putà, ſi proprius ſacerdos contentabitur, quia abſolntio non põt eſſe conditionata, & iterũ ratihabitio non confirmat hoc ſacr̃m, ſi nullum eſt ratione deficientis iuriſdictionis. Eſt aũt verum, ſi refertur ad præſens, putà, quia ex coniecturis rationabilitet, putà quod ꝓprius ſacerdos eſt contentus. ſic. n. ẽt doctores concludunt epiſcopos, vel alios in aliquo caſu poſſe vel non poſſe aliquẽ ſoluere, aut ligare, ſec. quod ex aliquibus verbis aut coniecturis circa aliquem canonem coniectant de Sũmi pontificis intentione & voluntate exp̃ſſa vel tacita. & de hoc eſt ar. inf. eo. §. 15.

7 Septimo, † vtrũ aliquo habent licentiam generalem ab epiſcopo, vt cui voluerit confiteatur, facta vnica confeſſione expiret licẽtia talis, & an duret epiſcopo viuente ſolùm vel ẽt poſt mortẽ? Et quãtũ ad primum dicit Io. An. in c. non poteſt. de præben. lib. 6. quòd tutus eſſet exprimere, vt quoties voluerit confiteri, poſſit eligere, quia agitur de fauore animæ poſt factũ, dicit poſſe tenere, quòd ſi plures fuerit cõfeſſus vigore licentiæ talis valeat. Quantum verò ad ſecundum, Pan. in c. fi. de off. le. dicit, quòd extinguitur epiſcopo mortuo, vel reuocato, ſi eam ſimpliciter dedit: quia illã in perpetuũ dare nõ poteſt cum præiudicio eccleſia parochialis ſine cãæ cognitione & conſilio capituli ſui: cùm eſſet irrogare perpetuũ præiudicium eccleſiæ parochiali & ſic ſecũdũ ipſum, durat ad minus in vita ipſius epiſcopi, licèt ſit petita ſimpliciter. Quidã verò alij diſtinguunt prout habet̃ in c. ſi gratioſè. de reſcri. lib. 6. quia ſi licentia conceſſa eſt ad beneplacitũ ſedis, eſt ꝑpetua. niſi à ſucceſſore reuocetur. Si verò conceſſa eſt ad beneplacitũ concedentis: per eius obitũ expirabit licentia, ſicut & beneplacitum eius. Et hoc vr̃ tenere Zab in cle. dudũ. de ſep. ſed ſi merito nõ fiat de bñplacito, ſed ſimpliciter petat̃ & concedat̃: verũ eſt, ꝙ dicit Pa.

8 Octavo † quæritur, qui poſſint eligere ſibi confeſſorem? Et dico, quòd ſunt epiſcopi & præ-

& ꝑlati superiores, vt archiepiscopi, Patriarchæ, primates, Cardinales, & Papa: & similiter ꝑlati inferiores exēpti, vt abbates, & huiusmodi. de pœ. & re. c. fin. q omnes, ſm Pet. de Pal. possunt vna vice vnũ, & alia aliũ eligere. ꝙ limitat Direc. dummodo non faciant in fraudem. Sed Pe. de Pal. nõ limitat, & hoc tenet, quia cõstitutio est gratiosa. Et eligunt aliquem, ſm Pe. de Pal. eo ipso, quod cum illo cõfitētur: qa plus est eligere factis, q̃ verbis l. non dubium C. de legib. & in c. legabatur. de maio. & obe. & in c. fin. 15. q. 6. Notandum tñ, ꝙ vt eligere prædicti inferiores, requiritur primo, ꝙ sint prælati, capiendo largè prælatos ēt pro sacerdotibus curatis, vt dicit Pan. in d. c. fi. qui large dicuntur prælati: vt in c. tua. de cle. ægro. licet strictè nomine prælati veniant solũ habentes iurisdictionē fori contentiosi. pro quo vide gl. in c. 2. de iudi. & in cle. dudum. de sepul. in ver. prelati. Scđo requiritur, quod sint exēpti: ꝙ in episcopo & superioribus non requirit, ſm Pan. ibi. Tertio, ꝙ sint immediatè sub Papa: quia exempti habentes immediatè sub se abbatē, vel generalem, & hmõi eligere cõi iure non possunt, ſm Hos. ꝙ ibi Pan. placet: cum ratio concessionis fuerit distantia localis. Et hoc sequitur Sum. Ang. Sed Pet. de Pal. in quarto tenet contrarium, dicens, ꝙ prior si est prælatus, & exēptus, licet subsit abbati & maioribus, hoc põt sine licentia eorum: quia hoc priuilegium, inquit, de eligēdo cõfessorem, æqualiter cõceditur episcopis & minoribus prelatis exēptis: eṗs autem ēt non exemptus immediatè subsit archiepiscopo, hoc potest sine licētia eius, hæc ex illo. Et hoc sequitur Arch. & hoc tene: quia constitutio est gratiosa, & latè interpretanda. Hoc autem priuilegium, ſm Pe. de Pal. post Host. non perdit episcopus per hoc ꝙ vadit Romam: quia ibi nõ distinguitur vbicunque sit. sed fortè perdit, si desinit esse eṗs: vt quia cedit loco & digni tati, non autem si loco, & non dignitati. Et similiter dr̃ de inferioribus, quod illud non perdunt, quandiu sunt in prelatione. ¶ Ex his autem patet, quod hoc priuilegium non habent, ſm eundem Petrum, primo exēpti nõ prælati: verbi gratia, omnes subditi seculares vel regulares collegij exempti in capite & in membris, qui suis prælatis immediatè confiteri possunt. non alij, nisi de licentia ipsorum. ¶ Secundo, nec abbatissa vlla quamuis exerceat iura episcopalia ponendo officiales, & quantumcunque exempta: quia nõ est prælatus, cum non habeat claues iurisdictionis. hæc ille. Cui non obstat, quod dicit Pan. de curato: quia habet aliquã iurisdictionem, quæ sexui femineo repugnat, puta clauium in foro penitentiali: & quo ad excõicare in casu, puta furto: vnde nõ est simile. ¶ Tertio, nec qui præest quidem exēptis, sed non est ꝑlatus: vt superior in religione: vel prior non conuentualis: vel conuentualis quidem, sed sub abbate ex consilio seniorum, & non per electionem positus, vel institutus. nisi fortè, qñ mortuo abbate, vel priore ipsi sunt quasi ordinarij: quia tunc, inquit, actio subrogata priuilegiũ habet eius, cui subrogat̃. Prior ãt canonica electione institutus & exēptus, illud priuilegium hēt: vnde nõ oportet confirmãtem dare ei licentiã eligendi cõfessorem, sicut nec cõsecrãtē eṗm. ¶ Quarto, nec hi, q in dignitate sunt cõstituti, sed nõ sunt ꝑlati; vt cantor, thesaurarius, sacrista, & huiusmodi: ēt si essent exēpti. ¶ Quinto, nec ꝑlati exēpti, qui non sunt prælati in foro penitentiali: sicut sunt archidiaconi de pari concurrentes cum episcopis in foro causarum: sed soli ꝑlati habētes curã animarũ, vt puto, inquit. ¶ Sexto ēt ſm Pan. in d. ca. ne pro dilatione, nullus habere põt hoc, vt eligere possit confessorē vigore consuetudinis per tex. in c. 2. de pe. & re. li. 6. Vnde tantũ non põt consuetudo sicut priuilegiũ tñ, vt dicit idē in c. conquerente de of. ord. hoc vero est quo ad subditos: is tñ, q est in dignitate, noīe dignitatis posset ꝑscribere hanc curã, & fieri ꝓprius sacerdos. ¶ Nono q̃ritur, quid possit dictus cõfessor sic electus? Et dico, ꝙ ſm Arch. qui refert Pet. de Pal. quod electos ab episcopis & sup. absoluere põt ēt a notorijs ēt episcopo inuito, ēt ab excõicatione ēt maiore & mutare vota, & relaxare iura, & oĩa alia, ꝓꝑ q̃ non esset sedes apostolica consulenda, non obstante, quod in dicta decretali mentio nõ fiat, nisi de absolutione a peccatis: quia intētio Papæ fuit ita ꝑ illum confessorem ꝓuidere episcopis, quibus est graue semper ad archiepiscopũ recurrere. sicut prouisum est subditis episcoporũ ꝑ ipsos episcopos: ideo ille in episcopũ potest, quicunque potest eṗs in subditos: quia vbi eadem ratio, idem est ēt eius. Electus autē ab inferioribus, potest absoluendo, dispensando quicquid posset eṗs, si ei subessent. imo dicit Host. quod si eligens est exemptus, electus habet authoritatē pœnitentiarij Pape, quo ad absolutionem, licet non quo ad dispensationem, Si vero eligat

alius.

alius habeat potestatē iudicis, cui subest eligens, exceptis tamen publicis & grauibus. vt in Sum. Conf. lib. 3. tit. 34. q. 61. per quæ grauia intellige præcipua inter reseruata epi ar bitrio electi, quæ cum hoc quod sunt grauia, sunt etiam publica, non autem oīa reseruata ei, vt intelligit Supplementū, alioquin Host. diceret contraria, puta, qđ haberet authoritatē iudicis, cui subest, puta epi, & nō haberet, & qđ exceptio fieret, & non esset, a quo exciperetur. Intellige ēt ꝙ dictum est de grauibus & publicis, vbi esset scādalū, alioquin verum dicit Pet. de Pal. vt absoluere possit a notorijs, si non sit scandalum, & a grauibus, si nō sint notoria. ¶Fallit hoc primo in snīa illata a superiore contra electorē, puta ab archiepiscopo cōtra suffraganeū suum, vel ab abbate contra priorē conuentualē subditū sibi, quia ab hmōi absoluere non pōt talis cōfessor, hæc Pe. fallit secundo sec. Ray. iuncta gl. eius, si electus sit excōicatus maiori, quia absoluere non posset, secus si minori tātum. ar. c. si celebrat. de cle. excō. mi. ¶Quidam tñ tenent, quod sic electus absoluere nō potest ab excōicatione maiori, aūt casibus grauioribus. i. reseruatis epo, si eligēs sit exemptus inferior epo, quam opi. sequitur Sum. Pis. & Pan. in c. significasti. de foro cōp. & arguunt quo ad excōicationem, quia electus ab epo. non habet authoritatem, nisi electione epi. Et quod ad casus epales arguunt ex c. si eps, de pœn. & rem. li. 6. Sed tu tene primam opinionem. s. Pet. de Pal. Host. & Archid. quia est rationabilior, maximè quia constitutio est gratiosa. Et ad primū in contrariū dic, quod habet authoritatem nō ab epo eligente, sed a iure cōmittēte. sicut electus ab eo, qui licētiā eligendi habet per literas pœnitentiarij, authoritatem habet a pœnitentiario, nō ab eligente, sicut ēt frater electi a priorib. quib. epi cōmittunt, cōmissarij sunt epi, non eligētis. Ad sec. vero dic, ꝙ in illo ca. dr̄, ꝙ electus confessor ex licentia epi absoluere non pōt a casibus specialiter epo reseruatis, cū in gnāli confessione illa non veniat, quæ non esset quis in specie verisimiliter concessurus. Ex hoc aūt non probant intentum, sed sequitur solum, ꝙ electus a prædictis ex licētia Papæ absoluere non pōt a reseruatis Papæ, qđ verū est, nisi fortè quoad exemptos, sec. Host.

10 Decimo † quæritur, vtrum sicut vagabundi, ita & scholares, mercatores, mercenarij, stipendiarij, & hmōi commorantes in aliqua parochia, absolui possunt ab eo, a quo & parochiani, licet ibi non contraxerint domicilium: Et dico, ꝙ circa istā materiam tres inuenio differētias ꝑsonarū in gñe. i. nullū habentem domicilium, vt vagabūdi: de quib. dictū ē sup. §. 6. & §. j. & habentiū domiciliū, & vltra illud ēt aliā habitationē, vt isti, de q̄b. est q̄stio, & habentiū domiciliū, in quo. s. nō sint, sed non aliā habitationē, vt peregrini & viatores. Sunt igitur in hac materia duæ solēnes opiniones. Prima est Inn. in d. c. oīs sic dicentis. Scholares incolæ annuales, & mercenarij debent confiteri sacerdoti parochiali, quē incolunt ꝑ annū, & ab eo poterūt absolui. ar. 16. q. 1. q. vbi dr̄, quod ibi debent soluere decimas ꝑsonales, quia recipiunt sacra ecclesiastica ꝑ anni circulū. Hanc opinionē sequitur Fed. cōs. 246. In verba prædicta, qđ senserit tales esse parochianos talis ecclesię, licet ibi domiciliū nō habeāt. i. animū perpetuo remanendi, quia iura in hoc iure parochiali non ponderant domiciliū, sed habitationē, vt in d. c. q̄sti. Vñ si scholaris, cuius cupiens esse in societate forensiū, transferat se ad aliā parochiā, retento priori domicilio, illa ecclesia, vbi habitat, est sua parochialis, & non illa vbi habet domicilium. Et idē de infantibus, q̄ sæpe transferuntur ad aliā parochiā. hæc Fed. Et hęc opinio est cōis. Alia est, vt refert Inn. vbi sup. qđ idem est ēt, si ad tp̄s minus anno conducat, vel domo, vel dominos. arg. de deci. ad apostolicæ maximè si ꝓrogetur sine fraude conductio vel habitatio vltra natiuitatē vel pascha, quia tunc ex ꝑcepto huius decretalis semꝑ dēt quis confiteri & cōicari. hæc Inno. Et hanc opinionē tenet Pan. in c. oīs. dicens, quod ille dr̄ proprius sacerdos præfatorū, in cuius parochia habitāt de præsenti, nec posset cōmodè adire ꝓpriū sacerdotem ar. c. si. de paro. vide ēt gl. hoc tenentē in cle. 1. de priui. Et idē dicit Pan. in ca. cum contingat. de fo. comp. Ego autem concordādo, dico, quod actus laici ordine ad sacerdotem sunt duplices quidam. s. vtiles sacerdoti, quibus exhiberet aliqđ emolumentum directè, vel cōcomitanter, vt solutio decimarū, sepultura, & hmōi & in his requirit habitatio annalis, vel quasi. quod non intelligas quantū ad effectū, sed quantū ad effectū & intentionem habitandi, sicut & dr̄ quis alicubi habere domicilium statim, qñ illuc vadit animo ꝑpetuo habitandi vel habendi domiciliū. Et quidā ēt vtiles pœnitenti, quibus aliquid suscipiat, vt cōfiteri, & cōmunicare, audire diuina, & hmōi, & in istis est vera opi

nio

nio secunda, saltē quo ad casus non reserua-
tos epō, sed tñ cum duplici limitatione. Pri-
ma.s. quod nihil fiat fraudulēter in præiudi-
cium animæ propriæ:puta fugiēdo censurā
proprij sacerdotis volentis imputari occasio
nes peccatorum. Secunda, quod talia sacrā
sunt necessaria. Tertio, quod commodè tales
non possunt adire proprium sacerdotem, &
propriam parochiam honorare. Et ratio est:
quia stantibus istis proprius sacerdos, vel sal
tē sūmus prælatos vult, ꝙ ab alieno habeat
subditus animæ suæ solatia: alioqn esset ini-
que volūtatis:quia displiceret, ei bonum fra-
tris sibi nihil præiudicans, & de hoc etiā inf.
Domicilium. Et ista fuit mēs Pan. qui in ca. in
nostra. de sepul. recitat opin. Fely. ponit qua-
tuor casus dicens, quod quis aliqñ ex toto do
micilium transfert ad alienam parochiā: ali-
qñ retento priori domicilio, in aliena paro-
chia constituit nouū, ita quod habet plura:
aliqñ retento priori domicilio constituit in
aliena parochia solum habitatione ad tem-
pus: & consequenter nō constituit ibi domi-
ciliū: qđ non constituitur nisi animo habitan
di ꝑpetuo: vt in l. si quis instructus. ff. ad mu-
ni. aliqñ retento priori domicilio, in aliena
parochia non hēt habitationem: sed peregri
nus ibi decedit. In primo casu, inquit, ī dubiè
scđa ecclesia ē parochialis: vt ī c. fi. de paro.
in secundo, vtraq; ecclesia est parochialis. de
sepul. c. 2. li. 6. in quarto non dr̃ parochianus
ecclesiæ secundæ: vt voluit gl. in ca in nostra
de sepul. pro quo l. hæres absens. ff. de iud. &
c. Romana. in §. contrahentes. de for. comp.
li. 6. in tertio aūt est dubiū. hæc ex illo: qui de
inde forma sic subiungit. Ergo dicerē, ꝙ sola
habitatio non facit propriè aliquē esse paro
chianū istius ecclesiæ. Vñ ex quo habet ani-
mū redeūdi ad domū suā: illa ecclesia domici
lij est propriè parochialis istius: vt in ca. 2. &
3. de sepul. lib. 6. Sed ꝑꝑ necessitatem poterit
iste in loco habitationis vel vbi est peregri-
nus, recipere sacrā: ita, quod hæc ecclesia ha
bitationis nō sit ꝓpriè parochialis istius: sed
in defectu ꝑꝑ necessitatē succedit in loco pa
rochialis, quoad administrationē sacrorum,
ar. optimū in c. is q de sepul. lib. 6. Et sic puto
intelligendam gl. in cle. dudū de sepul. Inn. in
d. c. omnis. & sic loquitur si bene pōderetur:
quia dicit in fin. illius q̃stionis tutius esset, vt
scholares, & peregrini habeāt licentiā a pro
prio sacerdote, vt alibi possent capere sacrā.
& nota dū dicit a proprio presbytero: quasi
ipse presbyter habitationis nō sit proprius.

Et sic pōt intelligi c. 1. de celeb. miss. & c. offi
ciū. de offi. Archi. Et hoc conuenit ēt actibus
similibus: quia ꝑꝑ longā distantiā multa per
mittuntur, q̃ alias sunt prohibita: vt in l. hæ-
res absens. ff. de iud. vide gl. in c. cum ex lite-
ris: de in inte. resti. super ver. distātia. Ex quo
infero, qđ si de loco habitationis ire pōt cō-
modè ad ecclesiā domicilij pro sacris: nō de
bet hic accipere, sed in ecclesia domicilij: vt
in d. c. is qui. Et hæc no. quia aperiunt intelle
ctum iuriū multorū hæc ille in forma, valde
bene, excepto eo, quod dicit de peregrino.
de quo inf. §. seq. excepto ēt quod dr̃ de intē-
tione perpetuo habitādi: quia ista nō est sim
pliciter de ratione domicilij: alioquin nullus
posset simul habere duo domicilia: sed est de
ratione eius sub disiunctione. s. hic, vel ibi.
¶Vndecimo queritur, quid de peregrinis, via
toribus, & mercatorib. discurrentib. i. nō ha
bentibus alicubi mansionem, nisi in proprio
domicilio? Et dico, ꝙ si alicubi habitationem
contrahant: fiat, vt §. priore notatū est. Si ve
ro nō contrahant, & de licentia ꝓprij sacer-
dotis sunt in via: possūt vbiq; recipere sacrā:
quod quantū pertinet ad confessionem, ſm
Inn. & gl. Ray. intelligitur de peccato nouo,
i. in via cōmisso, & de veteri oblito: imo in-
telligo de quolibet peccato nouo, & veteri:
nisi fortè sit epō reseruatum: vel nisi aliquid
fiat in fraudē, vel ꝑiudiciū ꝓprij sacerdotis:
quia dando licentia peregrinandi, vel hmōi,
dat licentiā prouidendi animæ suæ omni me
liori modo, quo pōt, saluis ꝑdictis: alioquin
essent iniquæ volūtatis. Imo absolui possunt
peregrinari ēt habētes casus reseruatos epō,
ſm Veru. & Rod. si instet tempus gñalis com
munionis, vt in pascha, ēt a simplici sacerdo-
te: sed iniungi dēt iterata confessio, data co-
pia episcopi. Et hoc dictum, licet cōmuniter
non teneatur, tñ post Pet. de Pal. Arch. dicit,
quod si episcopus peregrinandi licentiā sibi
non retinuit: vr̃ ex hoc dare licentiam cōmu
nicandi, & confitendi de casibus ēt episcopa-
libus, sicut curatus de parochialib. Vel hoc
dictū sic intelligitur, quod possunt quidē ab
solui, sic ꝙ liceat eis communicare: nō tamē
possunt absolui a reseruatis, & hoc nisi in ne
cessitate, i. in mortis articulo, quo casu non te
nentur reconfiteri, sed solum satisfacere, si sa
tisfaciendum est: vel se præsentare, si erāt ex
cōicati, vt sup. Absolutio. 4. Si vero sunt in
vita sine licentia: nullibi confiteri, aut cōica-
re possunt, ſm Innoc. & Host. & Gul. & hoc
nisi in necessitate. i. in pascha, qđ in morte, &
tunc

tunc recipient hæc in ecclesia cathedrali:ar.
c.officiũ de off.archipreſ.& dicẽdorũ inf.Se-
pultura.§.7.particula.2.niſi periculũ eſſet in
mora,quia ea reciperent in parochia, in qua
ſunt.Et licet Pan.in ca. 1.de ſepult. velit ꝙ in
neceſſitate pōt ſacerdos parochialis ea mi-
niſtrare peregrinis,ꝑ c.1.de celeb. miſ.tñ il-
lud c.nõ probat apertè,nec illa neceſſitas,de
qua loquit̃,neceſſariò intelligitur,quo ad ſa-
cramenta percipienda,ſed p̃t intelligi etiã de
miſſa audienda.Vnde primum eſt tutius,& ve
rius,niſi,vt dixi,periculũ eſſet ĩ mora . Si aũt
aliq̃d p̃dictorũ vt mercatores nõ hẽnt domi-
ciliũ,ſed ſemꝑ nundinas ſequuntur: idem eſt
quod de vagabundis, & idẽ eſt,ſi in loco ſuo
tenent domicilium, ſed cõiter ad illud in pa-
ſchate non declinant, quia ibi, quo ad ſacr̃a
non videtur habere domicilium, ſm Pet. de
Pal.& Arch.Et idem ſm eoſdem,eſt de fami-
lia principis,aut balliui, qui nunquã in eodẽ
ſtatu permanent,nec ad ſuum hoſpitium,niſi
ad horam redeunt: quia & iſti cenſentur va-
gabundi.Et ſm Pet. de Pal. eſt de familia lai-
ca ep̃i,in qua non ſic habet ius, ſicut Cardi-
nalis,quia ſi ſunt de diœceſi, de licentia eius
confiteatur, ſed ſi ſunt de alia, ex quo dimi-
ſerunt hoſpitiũ,& ꝑ diœceſim vagantur,re-
ſpectu illius diẽceſis reputantur vagabundi,
vnde confiteri poſſunt de licẽtia ep̃i, vel cu-
iuslibet curati ad cuius parochiã veniũt. Sed
iſta intellige,qñ quaſi continuè diſcurrunt,
ſecus ſi cũ ep̃o habent manſionem:quia tunc
ſũt ſub cura eccleſiæ maioris. ¶ Duodecimò
quid de his,qui in diuerſis locis morantur:Et
dicit. Hoſt. quòd ſi trãsferãt animo remanen
di,fiunt parochiani illius, ſi aũt non intendũt
relinquere antiquũ domiciliũ, debent cõfite
ri ſacerdoti antiqui domicilij. Sed hæc limi-
ta,dupliciter.Primò, qñ non veniunt aĩo re-
manendi ꝑ annũ ſecus ſi ꝑ annũ, quia confi-
tẽtur ſacerdoti nouæ habitationis eodẽ mõ,
quo dictũ eſt §. 2. qñ primũ domiciliũ appa-
ret principalius: quia ſi in diuerſis locis mo-
rãtur æqualiter,aut hẽnt domicilium nec ap
paret,vbi principalius habeãt,dico,quòd ibi
recipere poſsũt ſacr̃a,vbi ſe inueniũt tꝑe re-
ceptionis exercẽdẽ.ar.c.ex parte.de foro cõ.
& facit gl.in l.2.C.vbi de cri.agi. op. Vñ ſm
Pet.de Pal.q̃ in diuerſis parochijs hẽt æſtiua-
lẽ,& hyemalẽ domũ, vtroq; forũ ſucceſſiuè
ſortitur,ſm qđ habitat hic,& ibi,vt tunc hic
ſacr̃a recipiat,qñ hic habitat,alias ibi. Et ita
ſe videntur habere nobiles, & ciues Genuẽ-
ſes.Limita etiam tertiò iuxta dicta §.priore.

11 Decimotertio † vtrùm qui ſortiatur fo
rum ratione delicti? Et dico,ꝙ ſic,quantum
2 PRIMO † verò quæritur,vtrùm omnis con-
fraternitas sit licita ? Et dicit Pet.de Peru. in
trac.de canonica portione,ꝙ licita est, si fiat
ex licita cã.Et facit gl.in c.si qui clericorum .
11.q.1.dicens,qđ fraternitates bonæ admittũ
tur.42. dist.si quis despicit , quæ autem fiunt
ad malum prohibentur.C.de monop.l.vnica.
¶ Scđo q̃ritur,vtrũ liceat cõfraternitatũ sta-
tutũ,quo cauetur,ne quis recipiatur,nisi sol
uerit certam summam?Et dicit Pe.vbi sup.ꝙ
sic si p̃p honestam causam fiat:putà pro alen
dis pauperib.& hmõi ar.d.c. si quis despicit,
& 16.quæst.2.non exemplo.Nec obstat,quòd
quidam dicunt illud illicitum , quia excludit
pietatem receptionis:quia debet intelligi sta
tutum,si quis soluere possit,& si aliter intel-
ligatur,est illicitum.Et sic intellige,quòd di-
cit Lud.de Ro post Arch. quòd valet factum
per verba affirmatiua , non autem si fiat per
negatiua,scilicet nullus admittatur, nisi &c.
de sim. ad Apostolicam . Et addit idem Lud.

quòd potestas inueniens societatē in qua sit statutū inhonestū: statim potest eo ipso cassare societatem, secundum. Bar. in l. sub prætextu. ff. de extraord. cri. & sequit Bal. in c. 1. §. conuenticula. de pa. te. in vsi. feu.

3 TERTIO † quæritur, vtrùm omnis coniuratio, vel cōspiratio sit illicita? Et dico, quòd cōiuratio propriè & ſm vsum cōem loquentium est illicita ſp: quia coniuratio est, qñ aliqui rebelles auctoritate in vnum se colligendo iura inter se dederunt. 11. q. 1. si qui clericorū. Conspiratio verò est fraudulenta confœderatio facta in præiudicium alicuius personæ vel dignitatis. 22. q. 5. si quis laicus, & est palea: omnis talis fit ex superbia, & est illicita, ſm gl. in c. exhibita, de iud. Largè tamen & præter cōem loquendi vsum coniuratio, & conspiratio dr̄, qua aliqui aut coniurant aut conspirant in vnum, quod de se est bonū, vel saltē non malū: & talis non est illicita, vt no. gl. in d. c. si qui clericorū: & no. Inno. in c. cū L. & A. de sen. & re iud. & Pan. in ca. exhibita de iud. vt si canonici conspirent de non parendo ep̄o excōicato, vel non eligendo in dignū. Qñ ergo aliqui coniurāt vt rebellent prælato vel obedientiæ, & hmōi, si est coniuratio vel conspiratio, & tales sunt conspiratores, vt patet in c. cōstitutionē, de ver. sign. li. 6. & de se. hoc est mortale peccatum. Si verò dubitatur, vtrùm conspiratio licita sit vel illicita: semper in dubio præsumitur mala & illicita, ſm Inn. de schis. c. 1. & Vin. in ca. fi. de testi. co. & Io. An. in c. 2. de verb. sign.

4 QVARTO † quæritur, quæ sit cōiurantium aut conspirantium pœna? Et dico, quòd si est laicorum contra ep̄m: debent excōicari, ſm gl. in c. fi. de testi. cog. & ſm Host. & Io. And. in vna libra auri condemnari singuli in constitutione Federici de pa. tenen. c. hac edicta li. & si quis tumultum contra aliquem fecerit, vel seditiosas voces emiserit, capitalis est pœna l. denuntiamus. C. de his qui ad ec. confu. l. 1. & 2. C. de seditiosis & ff. de pœnis. l. aut facta & C. de epi. & cler. l. conuenticula. vbi prohibetur cœtus vel turba congregari nisi inueniatur expressè concessum. ff. de colle. il li per totum: cleri. verò debent deponi.

¶ CONIVRATIO sup. proxime in princ.

¶ CONSANGVINITAS. vide inf. Matrimon. 8. §. 6.

DE CONSCIENTIA.

1 *Conscientia, quid propriè sit. Et applicatio ad aliquē actum moralem quotupliciter fiat.*

2 *Conscientia erronea, an ad aliquid faciendum, liget. Et quomodo ligare dicatur. Et sub hac, quòd conscientiæ erroneæ obligatio maior sit obligatione præcepti prælati.*

3 *Conscientiam erroneam nūquis deponere teneatur.*

4 *Subditus qualiter se gerere debeat, vbi prælatus aliquid, quod subditus ipse legi diuinæ aduersari credit, præcepit. Et subinde quomodo scrupulosa conscientia deponatur.*

1 CONSCIENTIA † vt tenet S. Thom. in 1. quæst. 79. non est potentia propriè, quia deponi non posset: nec habitus, quia non esset aliquid vnum, sed multa: cum multi sint habitus cognoscitiui, quib. dirigimur in agendis: sed est actus synderesis idest applicatio scientiæ ad aliquid morale dijudicandū: vnde est quasi conclusio syllogismi, qua iudicatur aliquid esse bonum vel malum siue bene, vel malè factum, & huiusmodi: vnde dr̄ conscientia quasi concludens scientia. Quæ quidem applicatio ad aliquem actum moralem tripliciter fit. Primò ad cognoscendum an sit factus necne: sicut dr̄ Gen. 43. non est in conscientijs nostris quis posuerit pecuniam, &c Secundò, ad cognoscēdū an actus factus sit recte factus necne. Tertiò, ad cognoscēdū an sit faciēdus vel non. Et sic consciā hēt tres actus ſm applicationes: qui sunt: Primus quidē testificari de peccato facto vel non facto. Secundus reprehendere, remordere, & accusare vel excusare de peccato facto rectè vel nō rectè. Tertius est ligare vel soluere respectu futuri: quib. sec. oēs sanctos, qđ est contra vel præter consciām, i. non sec. quod ipsa dictat, est peccatum, etiam si ipsa sit erronea.

2 PRIMO † verò quæritur, vtrùm erronea consciā liget ad aliquid faciendum? Et dico, quòd sec. S. Tho. in 2. dist. 39. conscientia non ligat vel obligat virtute propria, sed aliena, .i. præcepti diuini, qđ patet: quia non dictat aliquid faciendū vel non faciendū, quia sibi vr̄ aut nō vr̄: sed sub hac rōne, quia est à Deo p̄ceptum uel prohibitum. Imò est idem dicere, qđ præceptum Dei liget, & similiter conscientia: quia si quid sit præceptum, & non sit in scientia siue conscientia alicuius, non ligat illum, nisi quatenus tenetur scire præceptum: unde eadem est uirtus, qua præceptum & qua conscientia ligat. Igitur si quid apprehendatur ut directè cadens sub Dei præceptū, & non fiat: uel sub prohibitionem, & non omittatur: est contra conscientiam, & peccatum mortale, scđm omnes doct. etiam si conscientia erret: quia hoc est contemnere Deum & præceptum Dei, qđ creditur esse, ét ali-

aliquando ſi non fit. Si vero aliquid apprehẽdatur quidem vt faciendum, vel omittẽdum: ſed non quaſi cadens directè ſub diuinũ præceptum, ſi fiat, vel non omittať, eſt p̃ter conſcientiam: nec eſt mortale: ſed veniale peccatũ, & aliqñ nullũ: vt ſi dictet conſcĩa bonum eſſe, vt fiat aliqđ opus cõſilij. Vnde glo. ſuper illud Ro. 3. omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. dicit, ꝙ omne qđ fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. ¶ Secundo q̃rit, qũo erronea conſcientia ligetꝛ Et dico, ꝙ cõſcientia non ligat coactiuè, quia voluntas eſt libera, & cogi non põt: nec per modũ principalis auctoris, q̃a ſic ligat Deus ſuis p̃ceptis: ſed ligat primo per modũ ſuppoſitionis ſeu conditionis, vel conſecutionis alicuius finis: quia, ſ. qui ſalutem non aſſequitur, niſi fiat ꝙ illa dictat ſi eſt recta, vel eam deponat ſi eſt erronea, & per modum inſtrumẽ talis agẽtis, eo modo quo p̃co iudicis præceptum deducens ad notitiam alicuius. Aliter tñ recta, aliter erronea ligat, ſiue obligat volũtatem. Primo, quia recta ligat ſimpliciter & abſolutè ſp̃ in oĩ euentu nunq̃ deponenda, erronea vero ligat ſec. quid. i. ſcđm credere hoĩs, & ſub hac conditione, ſi durat & ſolũ quamdiu durat. Secundo, quia recta in præceptis, vel prohibitis a Deo plus ligat, q̃ præceptũ prælati, quia præceptũ Dei, cuius virtute ligat, maius eſt præcepto prælati. In indifferentibus vero contrario plus præceptũ prælati, q̃ propria conſcientia, quia in hmõi conſcientia ſubditi hẽt ſupra ſe non ſolũ Deũ, ſed ẽt prælatum, vnde de eius præcepto non habet iudicare. Obligatio vero erroneæ conſciẽtię maior eſt obligatione præcepti prælati, quia intenſior, ſed ex alia parte eſt minor, quia ſolubilior, quia deponi põt erronea cõſciẽtia, non aũt obligatio ſubditi ad prælatum. Hæc Arc. & Ray. poſt S. Tho. in q. de veri. Dicit tñ S. Bon ꝙ erronea cõſcĩa non ligat ad faciendũ, ſed ad deponendũ. Sed intelligitur, ꝙ non ligat abſolutè, ſed ſuppoſito quod duret.

3 Tertio † quæritur, vtrum homo teneatur erroneam conſcientiam deponere? Et dico, ꝙ ſic, quia ea durante eſt perplexus, & extra viã ſalutis, quia ſi facit quod dictat, etiã facit contra legẽ Dei, ſi non facit, cõtẽnit Deum, ẽt faciendo bonum, quia credit illud diſplicere Deo, dictante erronea conſcientia. Nullus tñ eſt ꝑplexus ſimpľr inter duo mala, ſed ſolum ex ſuppoſitione erroneæ conſciẽtiæ, vt dictum eſt, vel alicuius obſtinationis: ſicut qui non vult relinquere peccatum, perplexus eſt hoc ſuppoſito, & peccat ſiue cõicet in paſcha, ſiue non, ſed vterque horũ põt, & tenetur deponere: vnde non eſt ꝑplexus ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione. ¶ Quarto q̃rit, qũo ſe debeat hr̃e ſubditus, ſi prælatus aliq̃d præcipiat, qđ ſubditus credit aduerſari legi diuinæ? Et dico, ꝙ ſm̃ oẽs, ſi certus eſt, illud eſſe contra legem Dei, non tenetur obedire, & ſecundum oẽs, ſi eſt de hoc dubius, quia. ſ. non dependet plus notabiliter ad vnã partẽ, q̃ ad aliã, tenetur obedire, ſi vero opinatur, ita ꝙ neſcit, nec dubitat, ſed credit, diſtinguẽdum eſt, quia ſi credit ex leuibus, tenetur tale iudicium deponere ad conſilium vel præceptum prælati, & obedire, & ſimiliter ſi credit probabiliter, & excuſatur ꝓpter obediẽtiæ bonũ, quia certus eſt, ꝙ tenetur obedire, non autẽ eſt certus, quod hoc ſit contra legẽ Dei, ſed opinatur tm̃. Confirmatur iſta determinatio primo, quia S. Bon. in 2. d. 39. dicit, ꝙ tenetur conſcientiã deponere, niſi clarũ foret illud contra legem Dei, & ſi neſcit iudicare, debet conſulere peritiores, vel Deum per orationẽ. Et ſecundo, q̃a de ſent. excõ. in c. inquiſitioni. quærenti an alter coniugũ ſciens impedimentum, teneatur reddere debitum. rñdetur, ꝙ nec tenetur, nec p̃t reddere, ſi hoc ſcit pro certo, ẽtñ inde excõicetur. Si vero hoc credit leuiter & temerariè, depoſita credulitate ad cõſilium paſtoris reddere & exigere põt. Si vero credit ꝓbabiliter, & diſcrete, licet non euidenter, reddere, ſed nõ exigere põt, ne agat contra legẽ coniugij, aut conſcientiæ iudicium, hæc ibi. Sicut autem tenetur ſubditus reddere debitũ prælato, ita coniux coniugi. Qũo autem deponatur ſcrupuloſa cõſciẽtia, vide Arc. 1. par. ti. 3. c. 10. §. 10. pulcherrime & ſecurè. vide ẽt inf. Scrupulꝰ.

DE CONSECRATIONE Prælatorum.

1 *Conſecratio epiſcoporum & ſuperiorum prælatorum quæ velut ſubſtantialia exigat.*

2 *Conſecratio prælatorum abs quo fieri debeat. Et vbi nu. ſeq. Et quando ſint prælati conſecrandi, num. 4.*

3 *Conſecratio prælatorum qualiter facienda ſit.*

1 Consecratio † primo ep̃orum, & ſuperiorum prælatorum, quædam exigit quaſi dè ſubſtantia ſua. Nam primo conſecrandus iniungitur chriſmate caput, & ſecundo ponitur ſuper liber ceruice eius, & tertio cõſecratur a tribus, quorum vnus eſt principaliter conſecrans, totam conſecrationem ꝑficiens, aliter nihil fit, vt ſi vnus agat partem, alius aliã, licet oẽs cõſecrationẽ pronũciẽt:

imo nihil agitur, si vnus imponat manum, & alius benedicat, sed oportet secundũ Host. & Gof. vnum principaliter totam consecrationem perficere, & alij sunt quasi coadiutores. Vel sec. Hug. & gl. Rayn. omnes consecrant, & sunt tres actiones, & vna passio: sicut cum tres ferunt lapidẽ: sed primum est melius. Et ẜm tertiũ, sec. Host. sunt de substantia. Et intellige, quod a fortiori primum: ita quod sine his nõ consecratur episcopus. Vnde si cõsecratur a paucioribus, nihil ageretur secun. gl. in c. episcopi. de temp. or. & secundum gl. Ray. Vnde dicit Hug. d. 66. in ca. porro, quod si in mundo non essent nisi duo epi, consecrari non posset episcopus, donec Papa alium instituerit, vel eo mortuo gñalis ecclesia mutaret hanc formam traditam ab apostolis: & institueret, ꝙ eps consecraret episcopũ, vel ẽt presbyteri, sec. Ho. Si autẽ nec eps, nec pſbyter esset, & tunc dicit implorandum esse diuinum iudicium. quid agendum esset. Petr. tamẽ de Pal. dicit in lib. de potesta. Papæ, ternarium numerum non esse de substantia cõsecrationis. Vnde & Grego. in hoc legitur in Anglia nouiter conuersa dispensasse.

2 PRIMO † quæritur, a quo fieri debeat prælatorum consecratio? Et dico, ꝙ Papã cõsecrãt epi Cardinales, qui in hoc vicẽ obtinent metropolitani. d. 28. in nomine domini, vel etiã ille quem vult, cum statim post electionem habeat plenitudinẽ potestatis, vt ibi: ex consuetudine tñ vt eps, est eps. Hos. Primates vero, & metropolitanos cõsecrant tres epi eorum suffraganei, omnibus alijs suffraganeis personaliter aduenientibus nisi eẽnt necessitate impediti, quo casu per literas cõsẽtiãt. 64. d. quia & di. 61. Archiepiscopus, & c. porro & de temp. or. si archiepiscopus. & cũ primatis consensu si consecratur metropolitanus. d. 65. placet. ita ꝙ sine eo non recipit executionem cõsecratus, vt no. Inn. in c. ne epis. de temp. ord. Et licet ita sit de mero iure: hodie tamen sec. Ray. ex cõsuetudine, quasi nullus archiepiscopus, Patriarcha, vel primas cõsecratur, nisi a Papa, vel ab alio de eius mandato. arg. 24. q. 1. pudenda. quæ tamen cõsuetudo, sec. glo. eius non est generalis. Et idem puto de cardinalibus. arg. c. pudenda. 24. q. 1. & quod ibi no. & idem dicit Pan. in c. meminimus de ac. de quolibet prælato confirmato a Papa: quia benedici, aut consecrari non potest per inferiorem, nisi de licentia Papæ: vt in ca. cum distribuendus de temp. ord. nisi aliud habeat consuetudo, ꝙ ab alio forsan cõsecrarentur, parum prodesset: quia anteã̃ posset se archiepiscopos, vel patriarchas nominare, & plura alia facere, oporteret eos pallium habere a Papa: nisi fortè haberẽt ab aliquo de quatuor Patriarchis principalibus. de quo vide infr. Pallium & infr. Patriarcha. Epm vero, si est exemptus, consecrat Papa, vel alius de eius mandato, sec. Al. si vero non sit exemptus, eum consecrabit archiepus cũ duobus prouincialibus epis, aut tres comprouinciales epi ex iussu archiepi: ita tamen ꝙ omnes epi cõprouinciales sunt per epistolã requirẽdi, vt cõsentiãt, vt in c. ne epi de tẽp. or. vbi dicit Inno. ꝙ si quis eporum comprouincialium contemnatur in consecratione archiepi, vel epi: poterit agere, vt officij executione priuetur, sicut in electione agitur, vt cassetur. de ele. ꝙ sicut: ar. de ele. cũ in veteri. de arbi. cum olim. 65. dist. non debet.

3 SECVNDO † quæritur, vbi fieri debeat prælatorum cõsecratio? Et dico, quod Papa in sua ecclesia consecrandus est, si fieri potest: alias in quacunq; ẽt extra vrbem. d. 23. in nomine Dñi primas vero, Patriarcha, & metropolitanus, in proprijs ecclesijs, nisi aliud ĩducat necessitas, vt in d. c. pudẽda. & in c. si archiepiscop. de tẽp. ord. vel nisi aliud habeat consuetudo probata, ẽt in consecratione Papæ, sec. gl. Ray. & sum. Cõf. eps aũt consecrãdus est, vbi Metropolitanus elegerit. d. 51. c. vlt. in fi. nisi aliter hẽat consuetudo probata, sec. glo. Ray. & si alibi fuerit consecratus, det secun. Ray. intra tres menses a cõsecratione se præsentare Metropolitano suo di. 53. cum longe.

4 TERTIO † quæritur, qñ consecrandi sint pdicti prælati? Et dico, quod de die dominica, hora tertiarum. d. 51. qui in aliquo. dis. 75. qđ die. & c. ordinationes. & hoc intra tres menses a confirmatione: nec vltra differri debet, nisi suadeat necessitas. d. 75. quoniam quidã. vbi non dr post confirmationem: sed tamẽ a confirmatione hoc tempus incipit cõputari, sec gl. Ray. & Hug. ibi, & nõ a tpe electionis: quia ante confirmationẽ consecrari non potuit: ideoq; tẽpus illud cõputari non debet: sicut nec tẽpus suspẽsionis in consecratione beneficiorum, de concess. præb. quia diuersitatem Ray. tñ tenet illud cõputandũ esse ab electione ꝙ põt esse verũ, quando fuit negligens ad petendã cõfirmationem: qa & illud tẽpus suspensionis computatur negligẽti petere absolutionem, secundum gloss. in d. cap. quia diuersitatem. Et si vltra differat, communione priuatus expectatur per duos mẽses,

intra

intra quos si moram non purgauerit: cedat metropolitani iudicio, nec ibi, nec alibi postea consecrabitur, nisi fuerit legitimè impeditus, vt in d.c.quoniam, & dist.45. quoniam.

5 QVARTO † queritur, qualiter fiet prælatorum cõsecratio? Et dico, quòd eo modo quē epi habent in suis ordinarijs: de quo etiam 23.dist qui eps.& dist.75.ordinationes, & de sacra vnct. cum venisset. Nec est necesse continuare ieiunium à sabbato vsq; ad completam ordinationem faciendā in dominica nihil comedendo: quia etiam in ipsa dominica ante prandiū intelligitur esse ieiunus, qui in sabbato pransus est, sec.Ray.& Sum.Confess.

¶ RVRSVS secundo de Consecratione, & Reconciliatione sacrorum locorum.

1 *Consecratio locorum sacrorum triplex esse dicitur. Et an in consecratione missa sit de substantia.*
2 *Consecrari ecclesia à quo, qualiter, & quando debeat. Et quis consecrandi modus remissiuè.*
3 *Consecratam ecclesiam esse, quomodo præsumatur.*
4 *Consecratione ecclesia quib. casib egeat, aut propter execrationem, aut non factam consecrationem.*
5 *Consecrata Ecclesia polluta, quib. casib. reconciliatione egeat, & ibid. ꝙ quinque casib de quib. sigillatim. Et an pollutio in somnis violet consecrationē.*
6 *Ecclesia non consecrata, quomodo violetur.*
7 *Ecclesia consecrata vel non consecrata, si polluatur, quomodo reconciliari debeat.*
8 *Ecclesia à quo reconciliari possit.*
9 *Celebrantis in ecclesia consecrata polluta, ante reconciliationem, quænam sit pœna.*

1 CONSECRATIO † scdo, s.sacrorum locorum, est triplex. Prima, s. cœmeterij, de qua sup. Cœmeterium, & secunda altaris, de qua sup. Altare, ꝑ totū, & tertia ecclesiæ, quæ alia est: vnde vna sine reliqua fieri pôt, extrà eod.c.1. Vnde nunc de consecratione, execratione, pollutione, reconsecratione, & reconciliatione ecclesiarum, agendum est. Quæ cõsecratio sine missa esse non dēt, de conse.dist. 1.c.2.& c.de fabrica. in fi. tamen hoc non est de substantia consecrationis, ſm Ber. & Hos. in c.ꝙ sicut, de elec. qui dñt, ꝙ missa, ſm consuetudinem Ecclesiæ Romanæ dici dēt à cõsecrāte, tñ si aliter fieret, teneret. Idem sensit Hugo, dicens sufficere, si presbyter cantet. Et dēt tunc, s.in consecratione eps supplere, si dotem competentem non petiuit in lapidis primarij positione, quia ad hoc tenetur fabricator, & eius hæres, ext.eo.cum sicut.1.qõ.2. placuit, & ad hoc compelli pôt, sec.Pan.in c. cùm sicut.de conse.eccl.vel alt. Et debet dos esse tanta, quòd inde viuere possit vnus presbyter cum ministro, habito respectu ad obuentiones spirituales.

2 PRIMO † verò quæritur, à quo debeat ecclesia consecrari? Et dico, ꝙ à solo epo, de cõse.dis.1.nemo ab epo, inquam proprio, & non alieno, nisi de licentia proprij, quia extra ꝓpriam diœcesim eps ecclesiā non consecrat. de cõsec.eccl.vel alt.tua fraternitas, nec hoc eps pt alteri delegare, nisi epo, sicut nec recõciliationem, ext.eod. Aqua. licèt sec. Inn. de licentia Papæ sacerdotes simplices reconciliare possint aqua priùs per epm benedicta. ¶ Secundò quæritur, qñ & qualiter debeat consecrari? Et dico, quòd omni tempore, tam festiuo, q̃ non festiuo consecrari pôt: vt in c. tua fraternitas.& de consec.ecc.vel alta. Modus autem consecrādi est, qui traditur in episcoporum pastorali de conse.dist.1. oēs Basilicæ: sed à pastorali non est recedendum.

3 TERTIO † quæritur, qūo ecclesiam esse cõsecratam præsumitur? Et dico secun.Inno.& Rayn quòd præsumitur consecrata. Primò, qñ apparet de hoc aliqua scriptura in dotationis instrō, vel libris ecclesiæ, vt in columna, aut tabula marmorea, vel dictitijs, vel ēt si appareat vnus testis de visu, vel auditu, de consec.dist.1.solemnitas dedicationum, &c. ecclesiæ, & 24 q.2.sanè profertur, ibi in sacris dictitijs, quæ dictitiæ sec.gl.Ray.sunt columnæ ecclesiæ, vel ſm gl.in d.c.sanè, sunt tabulæ, dictæ à dico, dicis. Et sic serua regulā, quā ibi habes, quòd vbi nō agitur de præiudicio alterius, sculptura in lapide, vel vnus testis fidem facit, & sufficiunt huiusmodi probationes semiplenæ. Secus vbi esset de hoc contentio, per quàm ista probatio tolleretur.

4 QVARTO † quæritur, quibus casib. Ecclesia indigeat consecratione, ꝑꝑ execrationē, vel non consecrationem? Et dico, quod sec. iura.& doct.in c.proposuisti.de consec.eccle. vel alt. sunt tres. ¶ Primus est, si nescitur, vel dubitatur, an fuerit consecrata, nec apparet aliqua probatio de dictis, §. priore, de conse. d.1.solemnitatis. ¶ Secundus est, si fuit ecclesia combusta, ita quod cōbusti sint parietes, vel notabiliter decrustati in toto, vel parte maiori. de conse.dis.1.ecclesijs.cū gl. Rō sec. Pan.in d c.proposuisti.est, quia ecclesiæ cõsecratio in exteriori parte cõsistit, vbi linitio, & cruces fiunt. Secus aūt si tectū cōburatur, qa nō est reconsecranda, vt in c. in ligneis de cõs.ecc.vel alt. ¶ Tertiō ē, si parietes ī toto, vel in ꝑte maiori corruerit, ita ꝙ nouiter oporteat eos simul reficere, ēt ex lapidib. eisdē: de consi.

conſ.diſt.1. de fabrica. Secus ſi corruerit ſolum tectum, in d.c. in ligneis. Si verò parietes ſucceſſiuè ruant, & ſucceſſiuè reparentur per ſingulas partes paruas, ſeu minores: ſunt duæ opiniones. Nam prima dicit, ꝙ nõ ſit reconſecranda, ſed reconcilianda ſolùm cum aqua exorcizata, & ſolennitate miſſæ: imò etiã de reconciliatione non eſſe ius expreſſum, ſed tantùm hoc tutius, & deuotius eſſe: vt dicit Hoſt. quã opinio. tenuit glo. in d.c. propoſuiſti. & ſum. Cõf. & Sũ. Piſ. & Arc. & Pe. de Pal. & cõiter doct. priores. Et rõ eſt, q̱a ſem ꝑ eſt eadem eccleſia. Sicut nauis tota reparata, ſed ſucceſſiuè, dr̃ ſꝑ eadẽ, vt in l. quid in rerum, ff. de leg. 1. Et ſicut populus dr̃ ſemper idem, licèt aliqui naſcantur, & moriantur alij, vt in l. proponebatur ff. de iud. Secunda verò opi. dicit, ꝙ indiget reconſecratione, quam ſequitur Inn. in rub. eo. tit. & Pan. in d.c. propoſuiſti, dicens, ꝙ in iſtis ſpiritualib. cõſideramus veritatem, & non fictionẽ, in veritate autem non eſt illa eccleſia, ex quo nouiter ex toto, vel maiori parte refecta eſt, licèt ſucceſſiuè. Et negari non põt, quin conſecratio, q̃ in antiquis parietib. cõſiſtebat ſublata ſit. Et hanc opi. ſequitur Sum. Ang. & Roſ. Sed in veritate prima opi. habet pro ſe veritatem, ꝙ patet: quia oĩs conſecratio eſt indelebilis, manẽte ſubiecto: vt patet per S. Tho. 2.2. q. 39. ar. 3. qu. 63. ar. 5. q. 82. art. 8. 4. diſt. 4. qu. 1. art. 3. ca. 4. & in quarto contra gentil. c. 59. quod autem ſucceſſiuè reparatur, eſt eadem res nõ ſolum fictè, ſed verè: quia eſt eadem res non ſolùm ſm leges, & canones, ſed ſec. Philoſophos: vt de igne exemplum ponit Ariſto. & idem patet de eodem hoĩe, cuius partes corrumpuntur per calorem naturalẽ, & generantur per potẽtiã nutritiuã. Et rõ eſt: quia ſemper pars addita efficitur vnũ cum priore, & eadẽ forma perficitur, & eodem noĩe cenſetur, ſicut in hoĩe, qui à principio ſuæ cõceptionis fortè eſt magnus, vt muſca: & in tanto cremento ſemper partes additæ per animã informãtur, & dñt caro humana. Secundò patet, quia in his, quæ fiunt vnũ, dignius trahit ad ſe minus dignum, ſicut ſup. de aqua benedicta dictum eſt, vide ibi. Nec tñ ſi paruæ parti parietis eccleſiæ addatur magna, erit totus cõſecratus: quia pars maior non accedit ad formam minoris, ſed econuerſo: ſicut Tanagrũ, & Ticinum, & oĩa flumina Lombardiæ trahũtur ad formã, & nomẽ Padi, iuncta Pado: & nõ ecõuerſo. Et qđ dicit Pan. ſublatã conſecrationẽ antiquã, non eſt verũ: quia addita vna parua parte parieti antiquo, conſecratio ſtatim extenſa fuit ad illam q̱tũ ad virtutem, vel acceptationẽ diuinã, q̃ data eſt parieti toti ad linitionẽ lapidũ aliquorũ, & ſic de alijs.

QVINTO † quæritur, in quib. caſib. eccleſia conſecrata polluta ſit indigens reconciliatione, & non conſecratione? Et dico, quòd ſunt quinque, licèt reducantur ab aliquib. ad pauciores. ¶ Primus eſt, ꝑꝑ homicidiũ, de cõſecra. eccleſ. propoſuiſti. Intellige in eccleſia perpetratum, cum voluntaria occidentis irreuerentia, ẽt ſine ſanguine: vt dicit glo. in c. vnico, eo. ti. li. 6. Vt ſi poteſtas ibi furem ſuſpẽdat ẽt nullo ſanguine fuſo. Vnde non violatur per homicidium caſuale: putà lapide cadente de pariete, ſm Hoſti. & Hug. ſimiliter nec per factum contra ſeipſum ex amentia furię, ſm eoſdem. Secus ſi quis ſeipſum ſanæ mentis ex ira occidat, aut vulneret, & ſit publicum, ſec. Gem. in d. ca. vnico. Nec ſi fiat ad defenſionẽ, ſec. Inn. intellige præciſè: ſecus ſi dominet̃ libido vindictæ, vltra moderatã tutelam. Nec ſi compleatur in eccleſia per vulnus alibi acceptũ ſine irreuerẽtia eccleſiæ, ẽt ſi ſanguis fluet in eccleſia. Secus ſi vulnus accipiat in eccleſia, & mors alibi ſequatur, nullo ſanguine fuſo in ecclèſia, ſm Direc. & glo. vbi ſup. Nec ſi quis ſup. eccleſiæ tectum occidatur, ſm gl. vbi ſup. & Hug. quia factum vr̃ extra eccleſiã. Et idẽ eſt ſi quis occidatur ſub eccleſia, ſm gl. in c. vnico. eo. ti. libr. 6. Nec ſecundũ aliquos, ſi martyr ſit qui occiditur: q̱a talium ſanguine conſecratur eccleſia, & non polluitur: tñ verius eſt, qđ non polluit eam ſanguis effuſus, ſed iniqua effuſio: & indiget reconciliatione, ſecun. glo. in d.c. vnico. licet vt dicit, lauandus non ſit locus, vbi ſanguis effuſus eſt. Et idem dic, ſi tale homicidium ſit ſine effuſione ſanguinis: quia iniuria eſt par. ¶ Secundus caſus eſt ꝑꝑ ſanguinis effuſionẽ in eccleſiã factã. ext. eo. propoſuiſti. Et intellige enormem, & voluntariè irreuerentẽ ſiue iniurioſam, nõ aũt ſi effuſio ſit modica, ſecundum oẽs: quia, vt no. Pan. in d.c. ꝓpoſuiſti, effuſio abundãtiã ſignificat, pro quo vide bonum tex. cum glo. in ca. cum illorum §. quod ſi clauſtrales. de ſen. exc. nec ſi ſit facta à furioſo inſanæ mentis, vel à caſu, ſecũdum Hug. de conſe. d. 1. eccleſijs, & Hoſt. in c. ſi eccleſia de conſe. eccle. vel alt. Secus ſi q̱s ſanæ mentis ſeipſum vulneret, ſec. Gem. vt dictum eſt. Si aũt vulnus fiat ĩ eccleſia, vel cęmeterio & non effundatur ibi ſanguis, vel non labatur ad terrã, vt quia colligitur in ſcutella: ea

eccle-

ecclesia violatur,& recõciliabitur,ẽm gl. in
d.c.vnico & Pan.in d.c.proposuisti,vbi dr̃ ec
clesia violari reconcilianda propter homici
dium,& vulnera,non distinguendo an fuerit
sanguinis effusio necne. licèt sine ea vulnera
non fiant, vt dicit Pan. & propterea iura fa-
ciunt mentioné de sanguinis effusione,vt ex
eo.c.fi.& d.c.vnico.propterea ẽt dicit Pano.
quòd ex corporali iniuria citra sanguinem
ecclesia non violatur,vt indigeat reconcilia
tione. ¶ Tertius casus est,propter adulteriũ,
vel seminis effusionẽ:extra,de adul.significa-
sti.& de cons.dist.1.ecclesijs.Et intellige pri-
mò seminis humani, siue fidelis, siue infide-
lis, & secundò ꝙ fit effusio magna: quia ẽm
Asten.propter modicã humectationẽ nõ es-
set recõcilianda:& tertio cũ irreuerentia vo
luntaria:vt quoties illicitè fit per mollitiem,
aut quemcũq; coitũ cum fęmina vel mascu-
lo,ẽm oẽs:& similiter si fiunt per licitũ coi-
tum matrimonialem:licèt in hoc sint opinio
nes,quibusdam tenẽtibus,quod violatur: vt
Io.& iterũ Io.And.& hanc opin.sequutus est
Arch. & Sum. Pisa. quibusdam vero dicenti-
bus, ꝙ non: vt no. glo. ẽm Hu. in c. ecclesijs.
de confes.d.1 q̃ opinionẽ sequitur Sum.Ros.
cui repugnat Sum.Ang.q̃ tenuit prima:& ad
aliud extremũ tendens contra oẽs doctores,
hoc extendit ẽt ad pollutionẽ in somnis, &
generaliter omnem humanam pollutionem.
Vnde dico,ꝙ pollutio in somnis non uiolat,
ẽm Veru. & oẽs contra Angelicam: & uiolat
actus matrimonialis sec.p̃dictos,& D.Tho.ꝙ
Petrum cõtra Ros. qui ẽt hoc falso imponit
Io. imò nec Hugo hoc tenuit: quia ẽm Sum.
Confes.vr̃ loqui de reconsecratione.Nec va
let motiuum Ros.Nam pollutio,inquit,vigi-
gilantis ecclesiam violat:nõ aũt dormiẽtis,ẽt
si sit manifesta; ꝙ ideo non est, nisi quia pri-
mũ est cũ peccato, sec. non: & sic est de actu
coniugali.Dico.n.hoc esse,quia fit cum irre-
uerentia voluntaria,ẽt sine peccato: sicut de
iusta occasione dictum est.Vñ in casu necessi
tatis:qui.s.irreuerentiam tollit: ut si cõiuges
longo tp̃e in loco sacro obsidentur, & illici- 6
ta emissione seminis sibi timent:crederem ec
clesiam nõ violari: quia si non violat effusio
sanguinis facta ad conseruationẽ vitæ corpo
ralis, sec. Inn. quare violabit effusio seminis
ad conseruandã vitã spiritualẽ? vide inf. De-
bitum.§.3.De his tñ sic dicit Arch. Qñ vitia
hęc in ecclesia commissa,sũt occulta, vt dicit
Gu.& Host.in Su.non indiget reconciliatio-
ne. & idẽ tenet Io.And. in 6.eo.tit.licèt Hos.
in gl.magis sustineat contrarium.hęc ille. Et
idẽ tenet gl.in c.vnico, eo.tit.li.6. & hr̃ ex d.
c.significast.in uer.publice.& fiũt hæc publi-
ca vel ex cõfessione eorũ qui fecerunt,vel ex
rei euidentia.Et hoc intelligo verũ non solũ
in effusione seminis, sed ẽt in effusione san-
guinis,& in alijs casibus, quibus polluitur,ꝙ
patet ex ratione Io.Andr. quia inquit,eccle-
sia non iudicat de occultis. ¶ Quartus casus
est,qñ in ea sepelitur excommunicatus:quia
si erat consecrata, reconcilianda est, & præ-
dictorũ corpora proijcienda, si discerni pñt
ab alijs,de cons.d.1.ecclesiam de cons.eccle.
vel al.consuluisti. Et idẽ si in ea sepultus fuit
paganus vel infidelis.quo casu non solũ cor-
pus eijciendũ est,sed ẽt sunt radẽdi parietes
& tigna. & in d. c.ecclesiam sec.Io.And.in d.
c.proposuisti.imò ẽt,qñ sepelitur ibi,excõi-
catus,sec. Ho. ꝙ tñ Pan. non placet,quia per
abrasionem parietum violaretur consecra-
tio,& non esset reconcilianda solũ,sed recõ-
secranda:caput aũt,ecclesiam.loquitur,vt di
cit in ecclesia nondũ consecrata,quo casu ser
uandũ est,ꝙ dicit Io. Andr. Et si paganus sit
in vtero mulieris fidelis sepeliendæ,vt qñ mo
ritur pugnãs,ẽm Gof.& Ber.sepelietur in ec
clesia, quia factus est pars ventris de conse.
d.4.si qua.& hoc sec.Ho.si certum est,fętum
esse mortuum, nec inde exhumabitur. Sed si
certum est,quòd uiuat,aut dubitatur,scinde
tur mulier. ff. de mor. infel.l. 2. idem Dir.
¶ Quintus est,si ecclesia, & idem de altari &
cœmeterio,ab episcopo publice excõicato
consecrentur, vel etiam benedicantur, quia
ante recõciliationem nec celebrari nec sepe
diri ibi aliquis debet.ar.d c. consuluisti.& ibi
Pa. reddit rationem post Host. quia si sepul-
tura corporis excõicati polluit ipsum locũ,
a fortiori,qñ ipsa cõsecratio transit p̃ manus
excõicati notorie.¶Sextus est,sec.glo.in d.c.
proposuisti,qñ parietes successiue reparãtur:
quo casu sec.Su.An.est recõsecrãda:sec. alios
verius non est ẽt reconcilianda necessario:
quia hoc nullo iure cauet,& de hoc sup.§.4.

Sexto † quæritur, qũo violetur ecclesia
non consecrata? Et dico, ꝙ violatur semi-
nis,& sanguinis effusione,de consec. eccl.vel
alta.cap.fin.Item qñ in ea sepelitur excõica-
tus:vt patet de cons.d.1. in c.ecclesiam iuxta
intellectum Pa.Item qñ ab episcopo excõica
to notorie bene dicitur siue recõciliatur:q͠a
sec.regulam Pan.in d.c.consuluisti.ea q̃ con-
sistunt in exterioribus benedictionib.& con
secrationibus, facta per notorie excõicatũ,

non debent per fideles exercitari ante recõciliationem. Per reparationem autem parietum aut eorum diruptionẽ vel constructionem cæmeteriũ violari, nec legi, nec credo.

7 SEPTIMO † quæritur, qũo reconciliari debet ecclesia consecrata, vel non cõsecrata, si polluatur? Et dico, ꝙ consecrata recõciliari debet eo modo, quo dicitur in pastorali, & similiter cęmeterium: de recõciliatione vero non consecratæ Greg. IX. in c. fi. de consecr. eccle. vel al. iuncta gl. dicit, ꝙ si ecclesia non consecrata fuerit seminis, aut sanguinis effusione polluta: aqua protinus exorcizata lauetur, ne diuinæ laudis organa suspendantur, est tñ q̃ citius poterit consecranda. hæc ibi. Ex quibus patet, vt ibi dicit Pan. ꝙ ea polluta ibi suspenduntur organa clericorum, ita ꝙ ante reconciliationem nedum missa, sed nec nullũ diuinum officium ibi celebrari dẽt.

8 OCTAVO † quæritur, a quo possit ecclesia reconciliari? Et dico loquendo de consecrata, quod eam reconciliare potest episcopus proprius per se vel per alium: põt etiam vnus eps aquam benedicere, & alius reconciliare: per simplices vero sacerdotes hmõi reconciliatio fieri non põt, etiam si sit consuetudo: vt dicit Rayn. & Al. extra eod. aqua. & hoc ẜm Innoc. nisi ex commissione Papæ, qui pluribus non epis hoc concessit, aqua tamen prius per episcopum benedicta. Hãc. n. reconciliationem Papa simplici sacerdoti põt committere, ẜm gl. in d. c. & Pa. ibidem vbi regulam hẽt, idem dicendum esse in oĩb. q̃ sunt iuris epalis ex dispositione humana: quia in his Papa hẽt plenitudinem potestatis: vt in c. proposuit de conces. præb. q̃ autem dispositione diuina certo ordini sunt commissa, non habenti ordinem illum committi non pñt, etiã per Pontificem Summum, secundum gl. in c. peruenit dist. xcv. Loquendo vero de nõ consecrata, dicendum est, ꝙ per simplicem sacerdotem reconciliari põt, ẜm glo. in c. fi. extra eo. quia si Greg. intendisset ibi lotionem faciendam per epm: hoc expressisset. sicut in c. præcedenti, cum idem eidem scripserit. Item quia ibi dr̃, ꝙ lauetur aqua exorcizata. s. tm̃, quæ. s. fit per simplicem sacerdotem: & non cum aqua benedicta, vino, & cinere, cũ qua reconciliatur ecclesia consecrata. Item q̃a dicit protinus: ꝙ non fieret, si oporteret expectare episcopi mandatum, vt aliqui dicunt.

9 NONO † quæritur, quæ sit pœna celebrantis in ecclesia consecrata post pollutionem ante reconciliationem? Et dico, ꝙ quamuis ante reconciliationẽ non debeant ibi officia diuina celebrari, aut aliquis sepeliri: tñ nec ecclesia est ꝑꝑ hoc interdicta: nec contrariũ faciens, ẽt scienter, est irregularis de sen. exc. c. is q̃. li. vj. nec tenetur Host. dicens cõtrariũ, sed Inno. & alij qui sentiũt cõtra eũ. Dicit tñ Lap. ꝙ talis ab ingressu ecclesiæ suspensus est de priu. c. eporũ. li. vj. Et si cũ tali suspensione in ecclesia diuina celebraret, ut prius suo fungẽs officio, dr̃ irregularis: ut in d. c. q̃.

¶ CONSECRATIO altaris uide supra Altare. §. 1.

¶ CONSECRATIO cœmeterij: uide sup. Cœmeterium. in prin. & §. 4.

¶ CONSECRATIO vasorum, ac vestium, uide sup. Benedic. per totum.

DE consecratione virginum & veli.

1 *Velum quintuplex esse. Et an id quod virginibus datur, viduis quoque dari possit, aut contra. Et an sit sextum, & quale.*

2 *Consecranda quanam virgo sit. Et quid de ea, quæ violenter cognita est. Item quid de ea quæ occultè, an à certis officijs abstinere debeat.*

3 *Velum dare, siue virgines consecrare, quisnam possit. Et quid de viduis.*

4 *Consecranda virgines qualiter & quando sint. Et num possint extra tempora, si necessitas ingruat, consecrari.*

1 CONSECRATIO † virginum atque uelatio, ut plenius innotescat, sciendum est, ẜm Pet. de Pal. in 4. d. 38. quòd uelum. s. nigrũ est quintuplex. Primum est professionis, qđ fœminis datur xij. anno completo. xx. q. ij. puella. & hoc portant in religionibus omnes professæ, siue virgines, siue niduæ. Secũdum est consecrationis, quod datur anno xxv. ętatis, xx. q. j. placuit. Tertium est ordinationis, quod datur anno. xl. 27. q. j. diaconissam. q̃. s. ideo sic dr̃, quia datur aliqua benedictio, ex qua accipit officium inchoãdi horas in choro, & legendi homiliam: ꝙ alijs non licet. Vñ eps dat ei ad tangendum Breuiarium, in quo sunt homiliæ de Euangelijs in matutinis: quod quidem adhuc seruatnr post virginum consecrationem in eod. officio missę: sed non consueuit dari velũ in hoc, nec expectari illa ætas: sed ex cõi consuetudine hoc fit, qñ consecrantur, seu uelantur: quod ẽt fit ante xxv. annum. Quartũ est ꝑlationis, qđ dabaẽ abbatissæ lx. ætatis anno. xx. q. j. iuuencularis. sed hodie fieri põt abbatissa xxx. anno cõpleto. de elec. indemnitatibus. l. vj. nec datur velum ẜm pontificale, sed fit officium quoddam & bñdictio. vt ibi no. Quintũ est continentiæ &

obserua-

obseruationis, quod est viduarum.27.q.1.vidua, & potest etiam dari virginibus: licet virginale dari non possit viduis etiã ex dispensatione episcopi.20.q.1.deuotis. Sextũ addunt 3 quidam scilicet probationis, quod in monasterio datur in receptione habitus ante professionem: quod communiter album est.

2 PRIMO † vero quæritur, quæ virgo sit consecranda, seu consecrationis velo velãda? Et dico, ſm Arch. ꝙ sola religiosa professa tria essentialia vota in religione probata: nec tñ oĩs talis: quia nec moniales mendicantium, nec quædã aliæ cõsecrantur ab epo: nec corrupta violenter, ſm Al. licet virginitatẽ, vel aureolã non perdat: quia difficile est, inquit, voluntatẽ tunc ita reniti, vt aliquem consensum nõ eliciat: vñ cũ de pleno dissensu constare non possit ecclesiæ, statutũ est, vt humiliter a consecratione abstineant. 82.q.6. illæ familiæ.15.q.1.si quis non iratus. & concordat S.Th. nec sitr corrupta occultè, ẽt si inde sequeret̃ scandalũ: licet hoc asserat Gul. quia ſm Alb. & S.Th. ꝑꝑ vitandũ scandalum mutanda non sunt ecclesiæ sacra, nec etiam sacrãlia, cuiusmodi est virginum consecratio: bñ tñ posset eps vti aliqua cautela, vt seruatis quibusdam ceremonijs, quæ non sunt de 4 essentia veli virginalis, alia, quæ sunt de substantia, mutentur: puta verba dicenda in veli oppositione: vt in forma mutato noĩe virginitatis, in nomẽ castitatis, & concord. Gof. & Ho. non obstante, ꝙ Petr. de Pal. dicat istam cautelã esse fictionem in facto rei sacramentalis, & non licere: quia sicut loquẽs põt verbis ex cã, & sine mendacio decipere, qñ non tenetur rñdere ſm intentionem interrogantis, vt dr̃ inf. Mendacium.§.2.ita & hic est: qa eps non tenetur exhibere signa secundum intentionem, vel opinionem vidẽtium. Quod confirmatur per c.1.de his quæ vi, me. cau. fi. & ſm Summ. Conf. corrupta carne potest ex dispensatione epi, aut eius vices gerentes suscipere modum veli virginalis, & non aliter. Et adde glo. Rayn. ꝙ hmõi occultè corrupta ante vel post consecrationem, abstinere dẽt ab officijs, q̃ secundum consuetudinẽ monasterij solent consecratis virginibus competere, donec cũ ea super hoc fuerit per epm dispensatũ. Notandum est tñ ꝙ ſm Pet. liceret ista cautela, vbi eps hoc scirent solum occultè in confessione, vel aliter: quia eo casu non tenetur, nec debet talẽ publice repellere, sed admittere: licet ipsa peccet, & similiter quæ illam scienter ad hoc sollicitant: non autem si permittant, cum est occultum. Potest autẽ se excusare non manifestãdo peccatum, sed se ex humilitate excusando.

SECVNDO † quæritur, quis possit dare velũ, seu virgines consecrare? Et dico secundũ Arch. post Pet. de Pal. ꝙ velum continentiæ seu viduarum dari põt ẽt a sacerdote: vt etiã dicit gl.26.q.1. vidua. imo ẽt vidua per seipsam hoc accipere põt ab altari facta professione corã sua prælata: velare autẽ virgines nullus potest nisi eps.20.qõ.1.deuotis. quia ipse est quasi paranymphus despõsans virgines Christo: imo hoc eps demandare non posset non epo: quia hoc est cõsecrationis & ordinationis epalis, sicut consecrare ecclesias: & non iurisdictionis, de conse. eccl. vel alt. aqua. Ex quibus, inquit, apparet, quod prælati mendicantium suas moniales velantes cũ episcopali solemnitate, excepta coronatione & datione anuli, non bene faciunt, nisi hoc habeant ex concessione Papæ: quia vsurpãt officium epale. Et concordat S.Th. in 4.dist.38. dicens, quod virgines per solum episcopum consecrantur: viduæ autem possunt etiam a sacerdote benedici: & ibi huius assignat rationẽ.

TERTIO † quæritur, qualiter & quãdo sint virgines consecrandæ? Et ad qualiter dico, ꝙ vt in ordinario siue pastorali docetur: ad qñ vero dico, ſm Host. quod in die Epiphaniæ, & in tota resurrectionis hebdomada, in natalibus Apostolorum, & in diebus dominicis: vt etiam not.20.q.1.§.velamen & ca. seq. sed tñ in necessitate, puta imminente languore possunt tempore quolibet consecrari. 20.q.1.deuotis. de temp. ord. c.1. & concor. Goff.

DE consensu, & ratihabitione.

1 *Consensus & assensus quarum protestatum esse dicantur. Et quotuplex consensus sit. Et quando mortale peccatum, aut veniale inducat.*

2 *Regula iu. Qui tacet, consentire videtur: qui sit intellectus. Et ibidem decisiones multa in materia taciti consensus, & non contradictionis, atque tolerantia, & patientia actum subsequentis.*

3 *Consentire ne quis videatur in actu negatiuo, an protestatio necessaria sit. Et ibidem, quando vni proposita sint duo, si vnum solum neget, alterum affirmare videtur.*

4 *Culpabilis num sit is, qui in consilio existens, in quo malum aliquod tractatur, tacet. Et an religiosi vocem in ea habentes, si humano respectu voci suæ & suffragij ferendi facultati renuncient, peccent.*

5 *Consensus singulariter præstitus, ac non collegialiter, in actu qui communem ac collegialem requirit, an sit efficax.*

6 Rati-

6 *Ratihabitio, vt actum præcedentem confirmet, quid deſiderat. Et ibidem in factis malè, quanam ratihabitio ſufficiat. Et an vbi certum tempus eſt de actus ſubſtãtia, ratihabitio ad id, actu poſtea ſecuto, retrotrahi poſſit. Et quando non poſſint ratum habere, quod meo nomine geſtum eſt. Et de his requiſitis, ad finem, vſque ad num. 7. & 8.*

1 CONSENSVS† vt probat S. Th. 1.2. q. 15. pertinet ad virtutem appetitiuã, quæ eſt voluntas, & eſt eius complacẽtia in aliquid: licèt ab Aug. ſuper Gen. attribuatur rõni, inquantum. ſ. in ea includitur voluntas. aſſẽſus aũt propriè ꝑtinet ad virtutẽ cognoſcitiuã, i. rationẽ, licèt attribuat̃ impropriè voluntati. Eſt aũt duplex cõſenſus, ſ. in opus & cogitationẽ propriã, & ſiṙr in opus & cogitationẽ alienã. Primus eſt duplex, ſ. deliberatus expreſsè, ſiue explicitè, q̧ declaratione non indiget: & deliberatus implicitè tm̃, ſiue tacitè, qui ſec. mentem S. Bo. 2. di. 25. & Pet. de Tarã. in 2. di. 24. vr̃ eſſe: cum rõ ſufficienter aduertit de mala cognitione, & eius periculo, & eam reprimere negligit poſt tp̃s ſufficiens humanæ fragilitati ad liberandũ ex complacentia, vel ex negligentia, ſiue cõplacentia. Dicit. n. ſic: Complacentia ſurgente in ſenſualitate circa luxuriam, vel aliud quod eſt mortale ex genere ſuo: aut ratio ſuperior conſideratione diuini præcepti, vel offenſæ Dei ſtatim reprimit: & non eſt niſi veniale. Aut non ſtatim reprimit: & tunc aut expreſsè conſentit: & ſic eſt mortale: q̧a vir comedit, i. rõ ſuperior conſentit: aut non expreſsè, ſed negligit reprimere. Aut ergo manet talis cõplacentia poſt ſufficientẽ deliberationẽ, & animaduerſionẽ periculi: & tũc eſt mortale: & mulier comedit, & ſ. tacitè & interpretatiuè. Aut nõ manet: & ſic eſt veniale: hæc ex illo, q̧ per ſufficientẽ deliberationẽ intelligit tp̃s ſufficiens ad deliberandum, poſtq̃ ratio aduertit: quæ tp̃e in deliberando indiget. Negligentia tñ repellẽdi cõplacentiam cum diſplicentia rationis de ea ſec S. Bo. eſt cõſenſus interpretatiuus, ꝙ nõ eſt peccatũ mortale, ſec. multos magiſtros: vt recitat: licèt, vt dicit, ſanũ conſilium ſit, vt quis de hoc ſicut de mortali pœniteat. De cõſenſu ẽt in delectationẽ inf. Delectatio §. 1. Secundus aũt, i. conſenſus in factum an cogitationẽ alterius, eſt quadruplex, ſ. negligẽtiæ, cũ quis debet corrigere delinquentẽ, cõſilij, cooperationis, & auctoritatis, aut paliationis, vel defenſionis: & primò ac ſecundò conſentiens punit̃ minus, quã faciẽs, tertiò æqualiter, quartò plùs. vnde ver. Conſequens ſpernit, ſuadet, iubet, atq; tuetur. Hic minus, ille minus, luit hic æqualiter, hic plùs. De hoc gl. optima in c. 1. de off. del. ſuper verbo, pari pœna, & tex. 11. q. 2. qui cõſentit. vbi duo membra ſub vno concluduntur.

2 PRIMO† verò quæritur, qũo intelligitur illa regula iuris in 6. Qui tacet, cõſentire vr̃? Et dico, ꝙ cõſentire vr̃, ſecundum Inn. in c. in Geneſi. de elect. qñ quis tacet in actu honorabili ſeu concupiſcibili: ſed in actu vituperabili & prœiudiciali, & ĩ quo loqui & cõtradicere verecũdum eſſet, plerunq; vr̃ diſſentire. l. filiusfamilias. §. inuitus, & ibi gl. ff. de procu. & eſt gl. in l. qui patitur. ff. man. ꝙ limit. gl. in c. plerunq. 2. q. 7. Io. de Imo. in c. veſtra de loca. & gloſſ. in c. diaconus. diſt. 27. & in d. l. qui patitur, qñ actus qui fit in præiudicium, valet ẽt eo contradicente: ſecus ſi non valet, niſi prius cõſentiat: quia tunc tacens habetur pro cõſentiente. Exemplũ primi. Vendo rem alienam domino præſente & tacente, & ſic non valet: quia ẽt eo abſente vel contradicente vendi potuit in præiudicium vendentis: vt no. in l. rem alienam. ff. de cõtrah. emp. ſicut & legare quis poſſet rem alienã in præiudicium ſui hæredis. vt not. in c. filius de teſt. Exẽplũ ſecundi. Impignorat quis rẽ alienam præſente dño. & ſic valet. vt no. in l. Caius. ff. de pig. act. Et de hac diſtinctione habes tex. ſingularem in l. ſæpe. §. cur aũt is. ff. de re iud. facit l. ſi ſeruus cõis. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi fratre donante rẽ cõem ſibi & fratri, pñte fratre, & nõ cõtradicẽte, tenet conceſſio, facit c. cõtinebatur. de his q̃ fiũt à præl. vbi ſi ꝑlatus contulit bñficiũ pñte capitulo, & non cõtradicente, collatio tenet. facit ꝙ no. Bal. in l. ſi tutor. C. ĩ q. cau. in int. re. nõ eſt ne. vbi dicit, ꝙ ſi quis ſcit aliquẽ ſe gerere ꝓ eius ꝓcuratorẽ: tũc ſi cõtradicẽdo põt illud impedire, ſi tacet, cõſentit: ſecus ſi non poteſt impedire: Similem deciſionem ponunt dñi de Rota in habẽtib. cãm cõmunẽ: ſi vnus illorũ procuratorẽ cõſtituit, vt conſentire videantur, ſi pñt impedire. Et qđ no. Bal. in l. 2. §. ſi viæ. ff. ſol. matr. vbi dicit, ꝙ qñ conſenſus requiritur ad habilitandam perſonã, non contradictio habetur pro conſenſu: vt in l. quo em̃. §. 1. ff. rẽ ra. hab. vbi dicit gl. ꝙ non contradicere ratihabitioni par eſt. Ex quo arguit Bal. ꝙ ſatisfactũ eſt ſtatuto Florentinorũ requirenti cõſenſum conſanguineorũ in contractib. ſi cõſanguinei ſciũt, & nõ contradicũt, pro quo

facit illud singulare dictum Bal. in l. potuit. in vlt. quæst. C. de iu. delib. vbi vult, quòd si pupillus maior infante vnà cum tutore ingressus est possessionem, ꝙ per hoc hæreditas est legitime comprehensa nec obstat, ꝙ auctoritas debet præstari verbis expressis, vt facit l. 1. ad fi. ff. de auct. tut. quia hoc est verũ circa actus expressos: sed in tacitis tacitè loquimur reb. istis, & factis, iuxta illud. Et factis loquimur. argum. in l. de quib. ff. de legib. & l. item quia, ff. de pact. Facit, quod dicit idem Bald. in l. mandatum, C. mand. in 2. colum. ꝙ societas contracta cum patre, intelligitur cũ filio renouata, si interueniat patientia tutoris item aliud dictum in l. post mortem, ff. de adop. vbi dicit idem Bald. quòd si filius vixit seorsum à patre negotiando, vt emãcipatus per x. annos, patre sciente, & patiente, præsumitur emancipatus, vide inf. Elect. 2. §. 12.

3 Secvndo † quæritur: vtrùm in actu negatiuo requiritur protestatio, ne quis videatur consentire? Et dico, quòd in actu negatiuo abstinens, & tacens non habetur pro consentiente. Et facit, quod no. Host. & Inno. in cap. olim inter. de resti. spol. & quod no. in cle. vnica. de procu. iuncta glo. in fi. ff. de procu. Similiter nota, quòd quando duo proponuntur vni, & solùm negat vnum, videtur alterũ affirmare: vt in c. nonne bene, de præsumpt.

4 Tertio † quæritur, vtrùm existens in cõcilio, & tacens, qñ aliquod malum tractatur, sit culpabilis? Et dico, ꝙ qñ obuiare potest, & nõ facit, inuoluitur peccato, & de damno tenetur: quia qui tenetur loqui, & tacet, consentit in eius præiudiciũ, l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrog. act. & c. si post pstitum. de confes. li. 6. Quilibet aũt de vniuersitate tenet votum suum exprimere in concernentib. facta cõitatis ex debito officij. ar. in c. 1. de his, quę fi. a ma. par. c. vbi dicit Inn. ꝙ nisi contradicat, si ibi aliqua malè agerentur, hr̃ pro consentiente quoad peccatum, & pœnã. Quod q̃dẽ vniuersaliter quoad culpã habeo indubitatũ de quolibet potente obuiare peccato, & nõ obuiat. arg. 22. q. 5. hoc videtur, sed de pœna non credo, nisi in his, quib. ex officio competit: vt in prælato, & habentib. vocem in cap. arg. eorũ, quæ notantur in c. negligere. 2. q. 7. vel nisi quis dolose taceat, & non prohibeat arg. eorum, quæ no. in c. quantæ. de sent. exc. Et secũdum hanc distinctionem limitat Bar. in l. virum, ff. de parti. vbi vult, ꝙ solũ teneatur obuiare, qui est subiectus illi, qui dẽt offendi: sicut seruus & filius, & gl. in l. culpa caret, ff. de reg. iu. & tex. Insti. de pub. iud. §. alia qui vult, ꝙ conscius, quamuis extraneus puniatur, ꝙ intellige, qñ tenetur ex officio, vel quando dolosè non prohibet, vel in crimine læsæ maiestatis, l. quisquis. C. de leg. Iul. ma. Et ita dictum Inn. limitat Sum. Ang. Sed melius est, vt simpliciter, & sine limitatione sit verum, vt. s. præsens in collegio, & tacens incurrat pœnam in damnatis, & iniquis, & approbat Pan. in c. 1. de his quæ fi. a ma. par. ca. & in c. continebatur, de his, quæ fiunt a præl. & ca. in causis. de elec. & c. 2. de loca. & Fel. in c. cum Bertoldus, de re iud. & in cap. cam omnes, de consti. imò & ipsa Angel. Excõicatio 7. casu 5. Et ratio est, quia quilibet debet habere curam boni cõis. Vide tñ inf. Elect. 2. §. 12. Ex his patet, quàm male faciant religiosi habentes vocem in c. si humano respectu renuncient voci suæ, quod est tacere, qñ vidẽt, quòd auctoritas prouidendi per hoc remanet penes eos qui zelo carent.

5 Qvarto † quæritur, vtrùm actus q̃ expediri dẽt per cõsensum in cõi pstitũ, valeat, si consentiant singuli vt singuli, non collegialiter? Et dicit Pan. in ca. cũ in ecclesia. de cau. pos. & prop. ꝙ non, vt in c. Genesi. de elect. & l. 1. C. de decur. nec speciale in electione: quãuis gl. dicat cõtrarium in c. 1. de reb. eccl. nõ alie. libr. 6. Vnde tenendum est, ꝙ non valet, q̃d ẽt sentit postmodũ ibi. Io. Anto. in nou. & firmat Io. Cal. in c. cũ oẽs. de consti. & Bar. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iu. sup. Ciuitas. §. 1.

6 Qvinto † quæritur, quid requiratur, vt ratihabitio confirmet actũ præcedentem? Et dico, quòd oportet primò illum esse factum nomine meo, vt in regula, ratum. li. 6. & dr̃ factus noïe meo, qñ mea contẽplatione factus est. s̃m glo. in c. cum quis. de sen. excom. lib. 6. ¶ Secundò oportet, quòd habeam ratum tanquam gestum nomine meo: nã possum ratum habere factum, & non qualitatem eius, scilicet quòd sit factũ noïe meo, l. cũ interdicto C. ar. tu. & no. in l. Pomponius, ff. de neg. gest. Et ista opi. Iac. de Are. approbata in l. 1. §. deiecisse, ff. de vi & vi ar. & per gl. secun. Barto. ibidem, in §. sed & si cum quis licet, sec. Bald. fit glo. contraria ibidem in §. quoties. aduertendũ est tñ, ꝙ non solũ ratihabitio expressa sufficit in maleficijs, sed ẽt tacita: vt putà, q̃a nõ reuocat, postq̃ scit, quòd est factũ nomine eius, aut nõ cõtradicit, vt lit. non contest. c. 1. de offic. de leg. cũ olim. el 1. C. de ince. nupt. l. cũ ancillis, C. de ser. l. 1. q̃a tũc est ratihabitio præsumpta. 2. q. 1. notũ. secus aũt esset in non male-

5 TERTIO † quæritur, qualem teneatur homo hr̃e dolorẽ contritionis, & qualẽ hr̃e debeat? Et dico, ꝙ dolorem intellectualem, ſaltem attritionẽ, oportet hr̃e actualẽ de ſingulis peccatis memoriæ occurrentib. quantum ad principiũ contritionis, i. qñ homo primo conteritur de peccatis nondum remiſſis: licet quantũ ad terminũ, qui eſt dolor gratia informatus, poſtea q̃ remiſſa ſunt, ſufficiat vna gñalis contritio de oĩb. & idem dicendum eſt de oblitis, ſiuẽ q̃ actu ſpecialiter memoriæ non occurrunt: q̃a nullus tenetur ad impoſſibile. Oportet ẽt, ꝙ ſit maior de maiori peccato. Dolorẽ uero ſenſibilẽ cõueniẽs eſt maiorem eſſe de maiori: quia ei debetur maior pęna: tñ hoc non eſt neceſſarium: q̃a nec ipſe eſt neceſſarius. Hęc de mente Pet. & cõc. S. Th. Sed adde pro ſcrupuloſis, qui non credunt ſe actualiter doluiſſe de ſingulis peccatis occurrentibus memorię, niſi actu reflecto dixerint, doleo: ꝙ falluntur: quia ſicut luxurioſus habitualiter fornicator, ſucceſſiue ſine ĩteruallo vidẽs multas mulieres pulchras poſſibiliter complaceat ſibi in oĩb. abſque hoc ꝙ dicat, cõplaceo, ita in propoſito, q̃ habitualiter dolet, qñ ponit ſe ad actũ dolendũ de offenſa Dei, extendit actum habitus ſui ad omne obiectum doloroſum, i. in quo recognoſcetur dicta offenſa actualiter obiectum potentię, abſq; hoc ꝙ dicat doleo. Adde ẽt, ꝙ quantum ad cõtritionis principiũ, ſufficit attritio, q̃tum ad hoc quòd homo ſine peccato ſubiiciat de clauibus per confeſſionem, & abſolutionem ſine nouo peccato, ſed non quantum ad hoc, quòd homo non peccet, quia tenetur conteri, quoties practice recordatur, vt dictum eſt.

6 QVARTO † quæritur, quæ ſit contritionis cauſa, & quis eius effectus? Et quantum ad cauſam, dico, ꝙ ex parte Dei, eſt eius miſericordia & gratia: ex parte uero noſtri, ſecundum Ray. ſunt ſex cauſæ diſpoſitiuæ. Prima eſt recogitatio peccati. Secunda, eſt recogitatio pudoris. Tertia, deteſtatio utilitatis peccati. Quarta timor iudicij & inferni. Quinta, cõſideratio amiſſionis patriæ, & offenſæ tanti patris. Sexta eſt ſpẽs, ſ. ueniæ conſequẽdæ, gratiæ recuperandæ, gloriæ expectãdæ. Quãtum uero ad effectum, dico, ꝙ ſec. S. Tho. effectus eius primus, eſt remiſſio culpæ & cõco. Ray. & Hoſ. qui addit, ꝙ ſi contritus, deinde tp̃e ſuo non exequatur propoſitũ, qđ de confeſſione & ſatisfactione conceperat, non redeunt quidẽ dimiſſa peccata, ſed tñ mortaliter peccat omittendo. Secundus vero eſt remiſſio pœnę, de pęn. diſ. 3. per totum ꝙ Sum. Roſ. limitat verum, q̃tũ ad partẽ, non q̃tum ad totum alias, inquit, non eſſent neceſſariæ indulgentiæ ꝑlatorum, ſed tu dic. ſm S. Tho. & Pet. de Pal. ꝙ tñ intendi poſſet ex parte cauſæ. i. charitatis, & ex parte effectus, i. doloris ſenſibilis, ꝙ pœna tota remitteretur, & nihilominus requiritur cõfeſſio, & iniunctæ pœnitentię expletio, ꝑꝑ ꝓceptũ & incertitudinem remiſſionis totius pęnæ. An aũt quis debeat cõteri de venialib. inf. peccatum. §. 6.

DE CONTVMACIA.

1 *Contumacia unde dicta, ad quid referatur, & quia ſit.*

2 *Contumaciam varie committi, ad tres tamen id modos coerceri.*

3 *Contumacia cauſa excommunicatus, abſolui num debeat, antequam de expenſis ſatisfaciat, & deſiſtendo in iudicio caueat.*

4 *Teſtes contra contumacem, num recipi poſſint, vt procedatur ad ſententiam.*

1 CONTVMACIA, † ſicut & contumax a contumeo dicitur, quod eſt ſuper uerbis, aut aſpectu tumere: vel a contemnendo. Et dicitur in ordine ad ſuperiorem, proprie, vt eſt iudex, & inobedientia voluntaria, qua quis monitionem iudicis implere contemnit: vel elicitur ex c. 2. de dolo & contu. iuncta gl. in verbo, cõtumaciter. Et proprie conſiſtit in non faciendo uoluntarie, quod facere quis ſcit ſe debere, ut ibi patet.

PRIMO

2 PRIMO † verò quæritur, quotuplex est cõtumacia? Et dico, quòd sit multis modis, sed õẽs reducuntur ad tres, quos ponit Ray. post S.Th. in 4. di. 18. ¶ Primus est in non compatẽdo ante iudicẽ, & hic modus à Ray. diuiditur in tres. Et vnus est, si quis citatus peremptorie venire contemnit. Alius, si malitiosè se occultet, ne citetur. Alius, si citationẽ impedit, ne feratur ad eũ de quib. ext. vt lit. non cont. qm̃ frequenter. ¶ Secundus est, qñ citatus cõparet qdẽ, sed sine licentia cõtumaciter recedit ante finem causæ. 11. q. 3. certum. ¶ Tertius est, qñ non vult parere sñiæ, de ver. sig. ex parte in fi. Et in p̃dictis modis aliqñ est contumacia vera. i. expressa: vt, si qs citatus dicat iudici, vel ministro, se nolle cõparere: aut si illicentiatus recedit. Aliqñ est ficta. i. tacita: vt, si quis citatur, & non venit: vel si latiter, aut impedit ne citetur. Additur nonnunquam, & contumacia euidens. Vide Gof. de sen. exc. §. excõicatio fieri habet. in Sum. & Gul. & Spe. tit. de contumacia, & gl. fi. in cle. vnica, de dolo, & contu. & Inn in c. querelam de proc. & Bar. in l. fi. ff. de in integr. restit. & in l. ex consensu. §. 2. ff. de app. & Cy. & Pet. post Iac. de But. in l. properandum. §. sin aũt reus. C. de iud.

3 SECVNDO † quæritur, vtrũ excõicatus pro contumacia, absolui debeat, anteq̃ satisfaciat de expẽsis, & caueat desistẽdo in iudicio? Et dico, ꝙ nõ, si fuit verè cõtumax. Secus si præsumptiuè, putà, quia impeditus: tñ nondum cõstat, si hoc allegat: qa si petit, absolui dẽt, de sen. excõ. venerabilib. §. idem est ẽt. lib. 6.

4 TERTIO † quæritur, vtrũ lite nõ cõtestata possint aliquo casu testes recipi contra contumacem, & ad sñiam diffinitiuã procedi? Et dico, ꝙ sic, ex aliqua speciali cã: putà, si commoueatur sup̲ alicuius electione, ne p̲p̲ longam morã ecclesia patiatur in spiritualib. & t̃palib. læsionẽ. Item, si moueatur qũo super copula maritali, ne viro, aut mulieri fornicationis occasio præbeatur. ext. vt lit. non cõtest. quoniã frequenter, & idem vr̃ in oĩb. in qb. periculum magnũ spũale esset in mora,

DE Contumelia, & iniurijs.

1 *Contumelia, quę quasi tota verbis tumens ex superbię spiritu, sicut & contumacia dicta est, quid notet. Et quid iniuria. Et quot modis committatur.*

2 *Contumelia, & iniuria, quid inter se differant. Et an sint peccata mortalia. Et num sine peccato dici possint, correctionis causa. Et qui prędicta iniustè ac temere infert, num ad aliquam satisfactionem teneatur. nu. 3.*

4 *Offensio si secreta fuerit, petatur autem satisfactio publica, num ad eam offendẽns teneatur.*

5 *Contumelias obiectas, num teneatur homo sustinere.*

1 CONTVMELIA † a contumeo dicta est, quasi tota verbis lumẽs ex spũ superbiæ, sicut & contumacia, & primò qdẽ significat dehonorationẽ per verba principaliter, aut secundariò per signa importantia culpam: sed vulgus etiam ad conuitium, & improperium contumeliæ nomen extenditur. Iniuria verò dicitur quasi non iure facta, & deinde spãliter iniuria dicitur culpa: vt ff. de iniur. in l. Aquilia. & tertiò iniustitia, vel iniquitas iudicantis, vt Inst. eo. tit. in prin. & quartò contumelia, vt ff. de iniu. l. 1. in prin. & l. apud Labeonem. eo. tit. Et fit iniuria trib. modis, re, verbis, & literis: vt ff. de iniur. l. 1. §. 1. & l. lex Cornelia. §. si quis verborum. Sed nũc de ea, q̃ fit verbis aut lr̃is est sermo: & ad tria reducit. s. contumeliã conuitium, & improperiũ.

2 PRIMO † verò quæritur, quæ sit differentia inter prædicta? Et dico, ꝙ s̃m S.Th. 2. 2. qu. 72. & 73. contumelia est dehonoratio facta palam per verba, aut alia signa importantia culpam: vt si aliquis super faciem opprobriosè dicatur fur. conuitium verò, est dehonoratio facta palàm per verba, aut alia signa importãtia culpam, vel etiam pęnam: vt si quis faciem, appelletur fur, aut cæcus. Vnde oĩs dicens contumeliam, dicit conuitiũ, nõ ecõtra: qa q̃ aliquẽ cæcũ appellat, dicit qdẽ cõuitiũ, nõ aũt cõtumeliã. Improperiũ verò, est dehonoratio facta palã p̲ verba, aut signa importantia egestatẽ: maximè, si cõmemoretur beneficiũ factũ in necessitate. Hæc oĩa de mente S.Th. q̃ ẽt dicit, ꝙ vnũ horũ qñq; pro alio sumitur. ¶ Scd̃ò q̃rit, vtrum p̃dicta sint peccata mortalia? Et dicit S.Tho. & Alex. de Ales, ꝙ peccata verborũ ex intentione sumũt grauitatẽ: vnde ista sunt mortalia, primò, si aĩo dehonorãdi notabiliter fiant: quia non est minor honoris iactura, q̃ rerũ, & scd̃ò põt esse mortale, ẽt si nõ adsit intentio talis. & tñ alia sunt ita grauia, ꝙ grauiter dehonorant & cõtristãt: sicut grauiter percutiens ludo posset peccare mortaliter. Sunt aũt peccatũ veniale, si ista nõ multũ dehonestẽt, nec p̲ferantur ex firmo p̲posito grauiter dehonestandi: sed ex aliqua leui ira, aut alia leui cã, & intẽtione leuiter tm̃ contristandi, vel dehonestandi: sicut ẽt leue damnum rerum, non est mortale, hæc de mente illorum. ¶ Tertiò quæritur, vrrũ p̃dicta dici possint sine peccato cã correctionis? Et dicit S.Tho. quod sic: sicut etiam licet verberare causa disciplinæ: aut inferre dam-

damnũ in rebus. Et sic dñs discipulos stultos Luc.vl.& Pan.Galatas dixit insensatos. Gal. 3.Et intellige ẽt si puniens irascatur, dũmodo correctio sit principalis causa improperãdi,ita,s.quòd remota hac cã,non inferret iniurias. Alias si ira sit principaliter in cã,erit peccatũ graue,& vt vr,mortale:iõ ista sũt periculosa.Vñ dicit Augu.in lib.de sermo.do.in monte, quòd raro & ex magna necessitate, obiurgationes sunt adhibendæ, in quib. non vt nobis, sed vt dño seruiamus,instemus.

3 QVARTO † quæritur, vtrum inferens prædicta iniustè,teneatur ad satisfactionẽ aliq̃? Et dicit Nic.de Li.quòd tenet̃ ꝑ se, vel interpositã personã dicere iniuriato culpã suam vel saltem æquipollentia signa ostendere nisi cõprehendat,ꝙ ei remiserit iniuriã, puta q̃a cũ eo ridet,& hmõi.Excipitur tñ prælatus & & paterfamilias,q̃ licèt corrigendo excedat tñ veniã petere nõ tenetur,sec.Aug.in regula.qđ limita,nisi fecerit à ꝓposito, & potiùs liuore vindictæ,de quo dic vt inf.Correctio. §.13.addit.Vmb.in expositione regulæ,quòd q̃ intulit iniurias,tenet̃ satisfacere citò,si pt: q̃a sicut in restitutione, qđ sine die certo debetur,omni die debetur:ita & hic.Et debet esse satisfactio petendo veniam,vel etiã se prosternendo,aut seruiendo plùs & minus,sicut in rebus,ita & hic, secundùm quantitatem, damni vel in dubio ad arbitrium boni viri.

4 QVINTO † quid si offensio fuit secreta, & petitur satisfactio publica?Et dicit Arc.quòd non tenetur,nisi occultum fuisset publicatũ: sicut fur,qui latenter surripit, nõ tenetur restituere publicè. Sed si ecõtrario offensa fuit publica,& exhibetur occulta satisfactio,non sufficit argumentum à Paulo,qui publicè condemnatus ad carcerem,noluit occulte liberari,sed publicè.Act.16.c. Et idem est si contumeliando mendacium dixit,quia non sufficit dicere se maledixisse,nisi dicat se mentitum, vel dixisse falsum,vel dubium,si scit,vel credit esse falsum,vel incertum quod dixit.

5 SEXTO † quæritur,vtrùm homo teneatur illatas contumelias sustinere?Et dicit S.Tho. ꝙ sic,q̃tũ ad præparationẽ animi, si opus esset,sicut & alia dãna:non autẽ semꝑ, quantũ ad actum:sed qñque tenemur non sustinere. Primò, qñ hoc crederet in bonũ irrogantis: vt puta ad reprimendum eius audacia: iuxta illud Prou.27. Rñde stulto iuxta stultitiã suã .i.ſm ꝙ eius stultitia meretur.Secundò,quãdo ex sufferentia aliorũ ꝓfectus impediret. Et hæc est sñia Greg. homil.9. super Ezech.

DE CONVENTV.

1 *Conuentus multiplex,ac varia acceptio.*

1 CONVENTVS † a conueniendo dicitur,& sumitur aliquando participaliter passiue & sic conuentus est,idem quod citatus.Aliqñ vero nominaliter: & sic est æquiuocum. Et primò quidem significauit capitulũ siue collegium regularium,cle.1.de reb.ecc.non alie. Pan.in c.innotuit.de ele.collegium regulariũ sed deinde apud mendicantes, quorũ domus non habent propriũ nomẽ,sicut domus monachorum, q̃ vocant̃ monasteria conuentus dr̃ propriè locus habitationis capituli: & sic habet vsus loquẽtium.In pęnalibus autem,si verba conueniuut tm̃ capitulo, stat pro capitulo:si tm̃ loco,stat pro loco,si vtrique benignior fiet interpretatio,ſm regulã iuris:maximè si ex coniecturis hoc appareat:sicut interdictũ conuentus,iudicabit̃ locale tm̃: nisi in supplicatione, vel narratione fiat mentio de loco:in dubio aũt stabit ꝑ loco, quia vsus loquendi debet attendi.de spon. ex literis, & in l.liberorum.ff.de leg.3.& sec. But.præfertur proprio significato vocabuli,etiam in materia stricta,quod etiam sequitur Bar. vt plenè habes per Pan.in procemio primi.

DE CHOREA.

1 *Chorea, & ludi, quanquam indifferentes sunt, possunt tamen tripliciter male fieri, de quibus hic.*

2 *Choreæ & ludi, vt citra peccatum fiant, quot requirant. Et an tempore deuotionis, aut pœnitentiæ sine mortali peccato fieri queant. Et ibidem in hoc dictũ Augustini, quòd melius facerent Iudæorum fœminæ, si lanam filarent, quam tota die in neomenijs impudice saltare.*

3 *Choreas, ludos, vel iaculationes inspectare quando sit peccatum. Et quid de inspectoribus alearum & tot neamentotum, remissiuè.*

1 CHOREA † vt dicit Ala in 4.dist.16. & huiusmodi ludi, non sunt male secundũ se: qnia pñt aliqñ bene fieri:sed triplici de causa possunt fieri mali. Primò, si fiant ad prouocandã libidinem, & hmõi, si fiant malo fine. Secundò, si non conueniunt personæ:vt clericis, religiosis, & hmõi. Tertiò, si fiant tꝑe non congruo, i. tristitiæ, vel pœnitentiæ. Si verò fiant ex causa alicuius honestæ lætitiæ, a personis secularibus, congruo tꝑe, & loco, & cum alijs debitis circunstantijs, non est illicitum. Adde, ꝙ etiam possent esse illiciti ex dispositione personarum choreizantium: ut quia aliquis exponit seipsum periculo operis, vel cogitatus illiciti, uel probabiliter dubitat se ad hoc expositum alium.

PRIMO

1 PRIMO † verò quæritur, quot requirantur
vt licitè, i. ſine peccato mortali, fiant? Et di-
co, ꝙ multa, ſed oĩa reducuntur ad ſeptem.
¶ Primò, debitũ tp̃s, putà, nuptiarum, victo-
riæ, liberationis patriæ, vel hoĩs, aduentus a-
mici diu expectati, & hmõi: vnde ẜm men-
tem Ala. eſt mortale hæc facere tp̄e deuotio
nis aut pœnitentiæ: putà ab Aduentu vſque
ad Epiphaniam: & à Septuageſima vſque ad
Paſcha: qđ verum putarē, niſi fierent occul-
tè, vel ex inſolita honeſta lætitia: putà victo-
riæ: vel à talib. quos excuſaret ignorãtia: vel
vbi eſſet conſuetum ꝑꝑ lætitiam feſti præci-
pui. Eſt etiã mortale, ẜm magiſtros, vt refert
Rich. in 4. diſt. 30. ſi in dieb. dñicis ꝑꝑ dictum
Aug. quod melius facerent fœminæ Iudæo-
rum, ſi lanam filarent, q̃ tota die in neome-
nijs impudicè ſaltare, qđ Sum. Ang. verum li
mitat, qñ ꝑꝑ hæc miſſa aut prædicatio, ſeu Ve
ſperæ omittuntur: vel per maiorem partem
diei. Sed limitatio eſt nimis auſtera: qa ſi iſti
ludi cum tanta honeſtate fierent, ꝙ non ha-
berent circunſtantiã malã, p̃ter circunſtãtiã
tp̄is: dico, ꝙ idē erit omittere veſperas ꝑꝑ lu
dum pilæ aut ſchacorum, & ꝑꝑ hæc dictum
aũt Aug. intelligitur, qñ hæc impudicè fiunt:
vt patet intuenti. ¶ Scđò, debitus locus. i. pro
fanus: vnde hæc videntur mortalia in eccle-
ſia, & alijs locis ſacris, vel religioſis. arg. cap.
decet. de imm. eccl. lib. 6. ¶ Tertiò, ꝑſona con-
ueniens, quæ. ſ. ſit talis, ꝙ inde nõ ſubeat pe-
riculum animæ: nec iſta ſibi ſint indecentia,
& prohibita: ſicut prohibentur eccleſiaſticis
perſonis 46. diſt. clericum de conſec. diſtin. 5.
nullus presbyterorum, ita quod iſtis, vel cum
iſtis hæc facere, vř mortale, rõne prohibitio-
nis, & ſcandali: niſi fortè qualitas, & modici-
tas operis excuſet, vt ſi fiant in ſecreto, & pa
rũ, qđ quaſi nihil putatur. ¶ Quartò, modus
honeſtus, honeſtas. n. eſt iuris præceptum. In-
ſti. de iuſt. & iu. §. iuris p̃cepta. Vnde eſt morta
le, ſi fiant habitu, geſtu, cantu, aut quouis mõ
notabiliter laſciuo: ſicut cũ fœminæ inuere-
cundæ pectora exceſſiuè no. nudant: & viri
partes pudendas indecenter coopertas oſtē-
tant: de hoc tamen exceſſu, difficile eſt iudica
re, quando ſit mortale, cum ſit reſpectiuus ad
conditiones patriæ, & perſonarũ præſentiũ.
Quintò, recta intentio, putà, honeſta: & ne-
ceſſaria recreatio: vnde ſi fiat cauſa libidinis,
vel alio fine, q ſit peccatũ mortale, erũt mor
talia: venialia verò, ſi ſit veniale. arg. ca. vide
1. q. 1. & 23. q. 1. noli, & c. militare. ¶ Sextò, ſta
bilitas choreizãtis: ne. ſ. & inde periculum im
mineat: vnde q probabiliter inde ſibi vel al-
teri periculũ timet operis, vel cogitatus mor
talis, mortaliter peccat, niſi deſiſtat: quia qui
amat periculum, peribit in illo. Eccl. 3. ¶ Se-
ptimò, raritas huiuſmodi ludorum. Vnde ſec.
Ro. ducens choreas ex conſuetudine, morta-
liter peccat. Sed hoc intellige verum: quia in
tali ſemꝑ, vel quaſi ſemꝑ reperitur aliqua de
præmiſſis circunſtantijs malis: quæ omnes ſi
abeſſent, ſola cõſuetudo nihil faceret ad hoc,
vt eſſent hæc mortalia. ¶ Ex quibus omnibus
etiam patet quot modis iſta ſunt mortalia.

3 SECVNDO † quæritur vtrum inſpectio cho
rearum, ludorũ, vel iaculationum ſit pecca-
tum? Et dico generaliter, ꝙ quæcunque licitè
ſiunt, de ſe licita vñr, vt patet. Vnde inſpecto
res chorearũ non peccant mortaliter, niſi ex
aliqua circunſtãtia mala, putà, ex mala inten
tione: vel rõne periculi inde ſibi vel alij im-
minenti: vel quia ſua pręſentia eſt cã ludi, vel
propter aliquid huiuſmodi. De inſpectoribus
alearũ, & torneamentorum inf. in locis ſuis.

DE Correctione, Et Punitione.

1 *Correctionem duplicem eſſe, & quid vnaquaque.*
2 *Correctio fraterna, num adeò in præceptis ſit. vt, qui eam omittit, mortaliter peccet. Et eius omiſſio quot modis contingat. Et quando cum mortali coniuncta ſit, & quando non.*
3 *Præcepto ne eodem teneamur inquirere, quos corrigamus. Et an ſubditi ad Prælatorum correctionem eodem quoque præcepto teneantur. Et num omnes eo ligentur.*
4 *Præcepto hoc eodem, num omnes ligemur ad correctionem aliquam, iuxta ordinem à domino traditum, qui Matth. 18. habetur. Et in hoc B Tho. regula. Et num quandoque contra factum ſit, aut fieri poſſit. Et Petri exemplum.*
5 *Doctus quibus regulis poſſit decidere caſus omnes innumerabiles, qui contingere poſſunt circa fraterna correctionis ordinem. Et ibid. quòd multorum bonum, vnius boni proponi debet.*
6 *Peccet ne mortaliter, qui contra prædictum ordinē aliquid prælato denunciat ex ſimplicitate, malitia, leuitate, aut illo etiam præcipiente.*
7 *Peccatum alterius, vel etiam ſuum, num quis contra dictum ordinem ad prælati præceptum publicare teneatur, ſi peccator occultus ſit, peccatum autem publicum. Et quo caſu præcipere prælatus id poſſit.*
8 *Epiſcopus, vel alius prælatus ſi præcipiat reuelationem alterius occulti, vt puta, furti, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, an reuelans in eam incidat. Et quid ſi quis alium puniat ſcienter pro crimine leſæ maieſt. quòd is illud non de-*

nunciauerit, cum probationibus careret, condemnatio ad quid teneatur.

9 *Correctio ad prælatos pertinens, non committenda est, ob eius turbationem qui corrigitur. Et quid de correctione fraterna.*

10 *Correctio num prælatis sit in præcepto. Et quid si nõ corrigant, & emendent, cum possint.*

11 *Correctio siue punitio qualis esse debeat. Et quid si prælatus in corripiendo modum excedit, nu. 12.*

13 *Multitudo quando in scelere est, qualiter in correctione procedendum sit.*

14 *Causa licitè dissimulandi, & non corrigendi peccata, quot sint.*

15 *Prælatus, vel subditus existens in peccato mortali, alium corrigendo num mortaliter peccet. Et huius limitatio.*

19 *Corripiendo qui alium iudicat, si in eodem peccato sit, licet seipsum condemnet, non tamen ex hoc semper nouam damnationis causam sibi adijcit.*

1 CORRECTIO † duplex est, secundũ S. Th. in 4. d. 19. q. 2. Vna. s. ostensiua, & directiua tñ, quæ dr̃ proprie correctio, & est admonitio fratris de emendatione delictorum ex fraterna charitate, & hęc pertinet ad omnes tam subditos, quam prælatos. Alia est coactiua, quæ dicitur propriè correptio. illa enim rapi dicuntur, quæ auferũtur subdito: & hæc est punito peccatorum a prælato facta ad conseruationem iustitię: vnde conuenit solis prælatis, quorum verba vim coactiuam habent, quæ de cætero vocetur punitio.

2 PRIMO † vero quęritur, vtrum fraterna correctio sit in præcepto. sic, quod eam omittẽs peccet mortaliter? Et dicit S. Th. in 4. vbi su. & 2. 2. q. 33. quod est in præceptio. & idem tenet Ric. & omnes Theol per illud verbum domini, Matt. 18. Si peccauerit, &c. Sed q̃a hoc præceptum est affirmatiuum, non obligat ad semper, sed pro loco, & tempore. Omissio vero eius, ſm eosdem, tripliciter fit. Primo, meritoriè: vt qñ tempus opportunum expectatur, vel timetur inde ne peccator fiat peior, aut alios impediat ad bonum. Secundo, omittitur cum peccato mortali: vt quia timetur iudicium vulgi, aut carnis cruciatio, vel peremptio: dum tamen hæc ita dominentur in animo, ꝙ fraternæ charitati præponantur. Tertio cum veniali, qñ. s. timor & cupiditas tardiorem facit ad corrigendum: non tñ ita, ꝙ si constaret, fratrem posse a peccato retrahere, ꝑꝑ hæc dimitteret, qui in animo pręposuit charitatem, vt dicit Aug. concor. Ric. in 4. d. 19. Sed limita, quod hæc omissio est cum mortali in peccato mortali, & in veniali periculoso de mortali, & non in quolibet tali, sed in habente perseuerantiam, quam si non habet, solus prælatus corrigere tenetur, secundum glo. in c. qui alium de hære.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum hoc præcepto ligemur ad quærendum quos corrigamus? Et dicit S. Tho. quod non: quia beneficia, quæ non debemus certæ personæ, sed omnib. cõmuniter, temporalia vel spiritualia, sufficit impendere nobis occurrentibus alios quin oporteret nos facere illud contra Prou. 24. Ne quæras impietatem in domo iusti. Vnde patet, quod nec religiosos oportet exire ad corrigendum delinquentes. ¶ Tertio quæritur, vtrum hoc præcepto ligentur subditi ad corrigendum prælatos? Et dicit S. Tho. ꝙ sic, correctione humili, ita quod cum mansuetudine, & reuerentia: non autem correctione punitiua, aut increpatiua: iuxta illud, Seniorem ne increpaueris. 2. Tim. 5. nisi manifestè errarent in fide: quia tunc si non essent superiores volentes iudicare, inferiores increpare possent: quia hæresis reddit hęreticum omni catholico inferiorem, etiam quantum ad forum extrinsecum. facit 2. q. 7. secuti. & ca. Paulus. Et idem est, secundum aliquos, quando haberent mores inordinatos publicè, & scandalosè. ¶ Quarto quæritur, vtrum hoc ꝑcepto ligentur omnes? Et dicit S. Tho. quod correctio, quæ dicitur correptio, & est actus iustitiæ tendens ad bonum communem, pertinet ad solos prælatos, sed ea, quæ dicitur ꝓpriè correctio, & est actus charitatis, tendẽs ad fratris emendationem, pertinet ad quemlibet habentem charitatem. Vtrum autem ea possit exercere peccator. inf. §. vlt.

4 TERTIO † quæritur, vtrum hoc præcepto ligemur ad corrigendum ſm ordinem traditum a domino, Matt. 18. Si peccauerit, &c. Et dicit S. Th. quod sic. Sed quantum ex eo & alijs Doctoribus concorditer colligitur, ordo ipse est talis. Pro fundamento enim habẽda est regula, quam ipse tradit de vir. qõ. 3. & secundum eam omnia dicenda, sunt mensuranda, scilicet, quod cum proximus noster duo habeat, conscientiam, & famam, debemus vtramque seruare, si possumus, alioquin fama pro conscientiæ salute contemnenda est. Et deinde dicendum, quod ordo illius secretæ monitionis non habet locum in peccato futuro propter verbum, peccauerit, quia statim denuntiari potest, vt impediatur: nisi obuiare possit ipse, qui nouit, quia tunc denunciare non debet, si inde

sequa-

sequat̃ infamia, ꝑ regulam ꝑdictam. Non hẽt ẽt locum, sec. S. Tho. in publicis, ꝙ non fiunt in te .i. contra te, & te solo sciente, sed statim denunciari pñt, q̃a ꝑ hanc peccans lædit con scientiam suam, & astantium: vnde vtriq; suc currendũ est ꝑ denunciationẽ: & ẽt si speretur emendatio peccantis: quia etiã oportet à scandalo cauere. Si tñ q̃s posset vtriq; illorũ satisfacere, æquè bene vt prælatus, ẽt non esset denunciandum, vt conseruetur fama pec cantis apud ꝑlatum, & alios nescientes: licèt esse obediendũ ꝑlato, si exigeret veritatẽ: q̃a aliter derogaretur iuri suo, quo iudex est pu blicorum. Non hẽt ẽt locum, sec. S. Thom. in occultis, ꝙ proximis damnum corporale, vel spũale inferunt, vel sunt illatura: q̃a nõ sunt solùm in re, sed in alios. Vnde statim põt quis denunciare eum, quem scit velle prodere ciuitatem, aut aliquos in fide corrumpere: nisi firmiter speret: se dictis malis posse obuiare, ẜm regulam prædictam. Hẽt ergo locum solùm in peccato occulto, nocenti solùm peccati, & ei q̃ scit: vel q̃a læditur ab eo, vel saltem ex sola notitia, & tunc dicit S. Th. quòd dẽt, si põt, sic emẽdare fratrem, vt fama eius cõseruetur, & sic de necessitate ꝓcepti est, ꝙ secreta monitio publicam denunciationem præcedat, quæ secreta monitio dẽt semel, vel pluries fieri, quandiu spes de correctione ex ea hr̃ ꝓbabiliter. Et deinde procedẽdũ est ad testiũ inductionem, ad ostendendũ, ꝙ malum sit, de quo frater arguitur, scđm Hier. vel ad cõuincẽdum de actu, si iteret̃. sec. Aug. vel vt sint testes, ꝙ corrigens fecerit debitum suũ, sec. Chrys. & hoc nisi forte probabiliter exi stimaret̃, ꝙ hoc ad emendationẽ fratris non proficeret: quia tunc non essent inducendi: tñ ante q̃ inducantur, sec. Aug. priùs ostendi de bet ꝑlato, vt singulari ꝑsonæ: & si sic non cor rigitur, in publico conuincendus est, hæc ille. Igit̃ est ordo, sec. Arch. in primo moneatur secretò. Secundò, dicatur ꝑlato, vt priuatæ ꝑ sonæ. Tertiò, inducantur testes, & hæc oĩa intellige, si emẽdatio probabiliter speratur, & non aliter. Quartò, si probari põt, & speratur correctio, accusandus est ecclesiæ, i. ꝑla to, vt est ꝑsona publica: vel si probari nõ põt denuncietur secretò. Prælatus aũt habita suf ficienti probatione, præcipiat ei, vt desistat, quod si non facit, ecclesiam non audit, & ꝑꝑ cõtumaciam excõicandus est, quo facto, erit vt ethnicus, & vitandus, & non ante, etiam si ecclesiam non audiret arg. 2. qu. 1. multi, hæc ille. Quòd aũt quidã sancti vident contra ꝑ-dictum ordinem accusasse, vel publicasse peccata. S. Tho. soluit dicens, Ioseph, qui fratres accusauit, creditur priùs eos monuisse. Vel dici potest, ꝙ publicum erat peccatum, inter fratres. Vnde dicit̃ pluraliter, Accusauit fratres. Petrus ẽt, qui publicè denunciauit pecca tum occultum Ananiæ, & Saphiræ sine monitione. Act. 5. hoc fecit, vt executor Dei, cui etiam occulta sunt publica: cuius reuelatione peccatum cognouit, & puniuit. Christus etiam cum eadem ratione peccatum Iudæ ꝓ dere posset, hoc non fecit: sed verbis obscuris admonuit. Religiosi etiam si sine monitio ne proclamantes in capitulo, hoc de leui tan tummodo faciunt, quæ non sunt infamatoria. Sed de his inf. Denunciatio.

4 Sexto † quæritur, quibus regulis vir doctus posset decidere oẽs casus innumerabiles, qui accidunt circa ordinem fraternæ correctionis? Et dico, ꝙ trib. Prima est S. Tho. in q. de quolibet, q̃ est valde gñalis. s. ꝙ seruanda est in omnib. his charitas. Secũda specialior in q. de virtu. s. ꝙ seruanda est fratris cõscientia, & fama simul, si fieri potest: alioquin con scientia sola, contempta fama. Tertia est Ric. in 4. s. ꝙ vtrũ probabiliter speranda sit emen datio peccantis, perpendi põt, considerando si peccat ex electione, seu malitia: cuius signum est, conditio peccantis, & freqnens sine fręno actus iteratio, aut ex passione, seu infirmitate, cuius signũ est, si semel ruit obla ta occasione, & deniq; tristatur, & erubescit: ille. n. difficulter, & iste faciliter emendatur. Quarta, est eiusdem, ibidem. s. ꝙ si peccatum est occultum, & non speratur emẽdatio, aut est infestiuum aliorum: & tunc denunciandũ est ꝑlato, vt caueat gregi, quia bonum multorũ dẽt ꝓponi bono vnius, vnde & negligi dẽt vnius fama, vt innocentia, vel fama multitudinis conseruetur. Aut vergit in damnum corporale alterius, & tunc fieri dẽt comparatio illius damni, ad damnum famæ istius: & illi dãno, qđ ꝑpõderat, magis obuiãdum est, hæc ille. Ex quib. elicio, ꝙ aliq̃n si peccatum sit in me solum, & non sit ꝑcisè ꝑteritũ in se, & suo effectu, sed ex eo mihi dãnũ in posterũ immineat, vel quia nocebit, vel quia nocuit & nõ emendabit: possum statim denunciare, ad cauendũ mihi, si dãnum illud non sit leue, sed ꝑferendũ, meo iudicio, famæ illius, licet fama sit diuitijs prætiosior, q̃a ipse sibi nocet voluntariè. Sicut ẽt possum pro rerũ defensione inferre detrimentũ sanitati, & bono na turæ per vulnera, & percussiones, licèt illud

bonum ſit nobilius:quia me inuadens, ſemꝑ
deſiſtere põt,& ſuã,ſi vult,ſeruare ſanitatẽ.
Vnde ipſe eſt, qui infamat,& percutit ſe in
cã infamiæ & ꝑcuſſionis,ſicut aper in veru.

5 Septimo † quæritur, vtrùm peccet mor-
taliter cõtra p̃dictũ ordinẽ aliquid p̃lato de-
nuntians ex ſimpliciter,vel malitia,aut leui-
tate,vel illo p̃cipiente?Et dicit S.Tho.in q.de
quolib. ꝙ ſi quis intendens emendationẽ,ſcit
ſe correcturũ fratrẽ,denunciare, non dẽt: ſi
tn̄ hoc melius fieret per prælatum, & ille ſit
pius diſcretus ſpiritualis, nõ habẽs rancorẽ,
põt ei denunciare:nec tñ licet eccleſiæ: quia
dicit illi,vt ꝑſonæ priuatæ,& ad correctionẽ
ꝓficienti. Sed tñ quia ꝓꝑ diuerſas conditio-
nes ſubditorũ & p̃latorum, generalis regula
dari non põt:pro regula tenendũ eſt,ꝙ ſerue
tur charitas,& quod melius vr̃ & nõ erit pec
catũ denunciare.Qui autẽ denunciat p̃lato,
aut amico,vel cuicunq;,ex malitia, vt q̃s cõ
fundatur & deprimatur: peccat mortaliter.
Qui aũt ex incautela hoc alicui dicit,ita tñ,
ꝙ infamia, aut vituperium non eueniat de-
linquenti:nõ peccat mortaliter, hæc ex illo.
Sed adde ex 2.2.q 73. ꝙ ſi inde ſequatur no-
tabile damnũ honeſtati,& famæ ꝓximi: erit
mortale talia dicere prælato,vel alteri, ẽt ſi
non malo fine,vel ſi incautè fiat:quia debuit,
& potuit aduertere. Quando aũt p̃latus p̃ci-
pit circa hmõi,oĩbus,vel alicui ſpãliter:intel
ligendum eſt p̃ceptũ,ſec.S.Th.2.2. ſaluo ordi
ne fraternæ correctionis:contra quem,ſi ex-
preſsè præciperet,peccaret:quia nõ eſt iudex
occultorũ & non eſſet ei obediendũ: q̃a obe
dire oportet Deo,magis,q̃ hoĩbus,niſi ĩquã-
tum per aliqua indicia peccata manifeſten-
tur:putà infamiã,p̃ſumptiones, & hmõi: q̃a
tunc põt prælatus præcipere, ſicut & iudex
alius exigere iur̃m hæc ille.Et idẽ eſt,ſi ſemi-
plenè probatũ eſt:putà,q̃a eſt vnus teſtis:q̃a
in his duobus caſibus tenetur quilibet ſubdi-
tus deponere quicquid ſcit:licèt non præceſ-
ſerit monitio,vel probare non poſſit: q̃a tũc
non venit vt denũciet,ſed vt teſtificetur. Fa-
cit c.1.de teſti.cogen.cũ ibi no. Imò eo caſu,
quo p̃latus eſt talis, ꝙ ei fieri põt ſecreta de-
nunciatio ante monitionem ſine peccato, ſi
ipſe iubet,vt ſic fiat, tenetur obedire ſubdi-
tus:q̃a tenetur in oĩbus, q̃ ꝑtinent ad officiũ
p̃lati,& non ſunt contra Deum.Fallit aũt,q̃d
ſupra dictum eſt, in parentibus & filijs, qui
nec ẽt volente, contra ſeipſos in teſtimoniũ
admittuntur.C.de teſt.l.parentes & 4.quæ.3.
§.item parentes.Et intellige de aſcendentib.
& deſcendentib. ſolùm, non de collateralib.
ſec.gl.in d.§.item. Non dẽt ẽt compelli vxor
contra virũ,nec ſocer contra generum,priui
gnũ,ſobrinũ,ſobrinam,& à ſobrinis natũ, &
eos,qui in priori gradu ſunt.4.q. 3. item lege
Iulia.Quod intellige,vbi criminaliter proce
ditur:ſecus,vbi ciuiliter,ſec.gl.in c.1.3.qõ. 5.
vbi dr̃,ꝙ in ciuili cauſa licitè admittitur fra-
ter contra fratrem,vel pro fratre:ſed idẽ nõ
crede de filio contra patrem, & vxore cõtra
virũ,ẽt in cauſa ciuili :præſertim ſi aĩarum,
vel corporum periculum immineret:q̃a pa-
ter,& filius reputantur pro vna perſona,ſec.
gl.in ca. ſuper eo el 2. de teſti. Et idem dic,de
vxore & viro,qui effecti ſunt vna caro. Et ſi
filius, vel vxor releuarent illorum delicta,
ſubijcerent ſe periculo mortis,vel hmõi.Ec-
cleſia autem nullum videtur obligare cum
ſcandalo de pœnit. & remiſ. officij. Si autem
non erat infamia contra aliquem, ſed in ge-
nerali quæritur,vt fieri ſolet,ſeruetur ordo
prædictus.Vide etiam inf. Denunciatio. §.4.

6 Octavo † quæritur, an contra prædictũ
ordinem teneatur quis ſuũ, vel alterius pec-
catum publicare ad p̃ceptũ prælati, ſi pecca
tor ſit occultus, & factũ publicum? Et dico,
ꝙ S.Th.in quodã generali capitulo, cùm eſ-
ſet baccalaureus,legit ſenſiſſe, ꝙ ſic: ſed oẽs
magiſtri fuerunt contra eum.Sc̃dm ea verò,
quæ reliquit nobis in ſcriptis, dicendũ vr̃, ꝙ
non tenetur,ſec. regulas ſuperius aſſignatas,
niſi ſeruato ordine prædicto:q̃a eo caſu poſ-
ſibile eſt ſatisfieri conſcientiæ delinquentis,
per ſecretã monitionẽ:& conſcĩæ eorũ,q̃ ex
facto publico ſcandalizatur,ꝑ modũ,q̃ dice-
tur:& conſequentur ſeruanda eſt fama. Sed
contra,vr̃ ꝙ teneatur.Primò, q̃a peccatũ eſt
publicum.Sed dico ſtultũ eſſe dicere, ꝙ pec-
catum ſit publicum, & quærere notitiã eius
ꝑ præceptũ.Vnde dico,ꝙ ſec.Pet. de Pa. in 4.
diſt.19.c.4.peccatũ dr̃ publicum, qñ publicũ
eſt,q̃s fecerit illud:non aũt ſi eo publicus ef-
fectus peccatoris,vel peccati:quia peccatum
non eſt id,quod vr̃ putà cadauer: ſed actio
peccatoris,putà,occiſio,quæ non vr̃. Sc̃dò,
quia oportet ſatisfacere cõſcĩæ eorum,q̃ in-
de ſcandalizantur in publico:ꝙ ſubditus non
põt,ſed prælatus,& non niſi ſibi dicatur. Sed
dico,ꝙ eo caſu prælatus dẽt præcipere ſuper
veritate dicenda,& ad inquiſitionem ꝓcede
re.Sed præceptũ intelligendum eſt,ſaluo or-
dine prædicto:& ex tali inquiſitione ſatisfit
ſcandalo,& iuſtitiæ publicæ, cùm iam res ſit
in iudicis voluntate punita, quantùm puni-

re po-

re potuit. Pro quo no. ꝙ eo casu prelatus potest cōiter & indeterminatè præcipere: quia de peccato procedit infamia ex euidentia facti, indeterminata tñ, ita ꝙ iste non est determinatè infamis, sed iste, vel iste, indeterminatè. Nō aũt pt ꝓcipere spãliter isti, vel illi, nisi sit spãliter infamatus, aut semiconuictus. Vnde siue sic, siue sic præcipiat, nō tenetur obedire, nisi qui est īfamatus, vel semicōuictus, aut qui talem nouit. Et quod dictum est de ꝑlato & præcepto, intellige de iudice & iur̃o.

7 Nono† quæritur, quid si ep̃s, vel alius prælatus, præcipiat reuelationem alicuius occulti, puta furti, sub pęna excōicationis latę sñiæ? Et dico, ꝙ qui de hoc est infamatus, vel semiconuictus, si non reuelabit, incidet, & similiter qui hoc scit, ēt si sit de his, qui ad testimonium contra talem cogi non debent, quia licet peccet prælatus sic intēdens adstringere, & sñia sit iniqua, non tñ est nulla, vt patet ex dicendis inf. Excōicatio. 2. §. 1. & §. 4. dubi. 8. Si vero nulla sit de hoc cōtra aliquē speciali ter infamia, vel probatio: licet sñia sit iniusta tñ reuelare tenetur ipse reus, nisi sñia esset nulla ex intolerabili errore expresso, vel alia causa: q vero hoc scit, curet, vt reus obediat. Quod si non facit, ipse reuelet, saltē in secreto, si probare nō pōt: alioquin incidet. Licet hoc videatur negare Sum. Ros. tum quia sñia non est ex hoc nulla, tum quia non est præsumenda correctio per inductionem testiũ, qñ non timetur ecclesiastica censura tã magna: & si exigatur ab eo, vt denuntiet iuridice, nō tenetur, cum probari non possit. Et sic intellige gl. in c. sacerdos. de pœ. dist. 6. quia tunc requiritur, vt denunciator, non vt testis. Et ꝑ hoc infert Io. de Pla. Insti. de publ. iudi. ꝙ puniens scienter aliquē pro crimine læsæ maiestatis, quia non denũciauit, cum probare nō posset: tenetur ei ad omne interesse. & idem Bal. in quodã consilio, qđ incipit, quanq̃ allegata. Vnde qñ dicit, qui sciuit, intelligitur de scientia probabili. l. qui accusare. C. de eden. facit C. de calum. l. & si in monitio. Vnde talis non reuelando, non incidit. Intelligitur etiã, ſm aliquos, exceptis casibus, in quibus non tenetur quis ad testificandum, iuxta dicta supra §. 7. etiam si in comminatoria exprimeretur, quod teneatur, licet nequeat probari: quia contineret intolerabilem errorem.

8 Decimo† quæritur, an vtendum sit fraterna correctione prælato iubente, vel non iubente, circa eũ, qui habet peccatum, vel impedimentum, qđ ego scio, & ille ignorat, vt quia ignoret se ordinatũ, vel baptizatum nō ritè, vel excōicatum, & ministrat, vel habet vxorem, q̃ de iure hic non pōt, & hmōi? Et dicit Veruec. loquēs, qñ hæc probari nō possunt, quod q hmōi scit, tenetur eum auisare, quem credit corrigibilē, si laborat ignorãtia crassa, aliter peccat, quia ille non excusatur. Similiter, ſm eũdē, si laborat ignorãtia probabili, licet excusetur ignorantia facti, tenetur, ꝓp periculum & damnum alienũ, aut sacrorum iniuriã. Si vero sit incorrigibilis, & de scandalo timetur, sufficit si prælato denũciet, nō accusando, vel denunciando, sed simpliciter significando, si fortè remedium conueniens posset adhiberi, & concord. Mon. & Rod. Si autem probare potest, tenetur si est prælatus suus. ſm Rodo. & Mo. Quod intellige, si credit se posse istum corrigere, saltem per vim. Secus, vbi nihil proficeret, sed efficeretur peior. Si vero non sit eius prælatus, & sperat de correctione, aut si non sperat, sed tñ inde aliorum periculum, vel damnum immineat: tenetur, ſm eosdem. Et hoc secundũ Arch. limita si credit iudicem exhibiturũ iustitiam, secus vbi non est periculum aliorũ, aut dãnum, vel probare non ꝑt. ar. 2. q. 7. plerique, vel etiã si iudex remediũ non adhiberet hoc probato ar. 11. q. 3. quando. Et idē vr̃ de denunciatione facienda ꝑlato super crimine, qñ inde non prouidet, quia inutilis vr̃ & frustra. Si autē nec correctionem sperat, nec alij inde periculum immineat, vel damnum, non tenetur, sec. Mo. & Ro. Et iuxta hæc intellige S. Th. dicentem in 2. 2.

9 † Quod non est dimittenda correctio pertinens ad prælatos ꝓp turbationē eius, qui corrigitur: tum quia & si sponte propria emendari non velit, corrigendus est per pœnas, vt peccare desistat, tum etiã, quia etsi incorrigibilis sit, prouidetur bono communi, dum seruatur ordo iustitię, & vnius exemplo alijs deterrentur. Secus autē de correctione fraterna, vt dictum est.

10 Vndecimo† quæritur, vtrum correctio sit prælatis in præcepto? Et dico, quod sic, sec. S. Th. & oēs doc. loquendo de correctione, quę est correctio & punitio, quia si subditus tandem tenetur dicere prælato, vt puniat, etiam ille tenetur corrigere peccatum manifestũ, sub pęna æternæ mortis, ar. 83. d. per totum. & 2. q. qui nec regiminis. Quando tamen vr̃ non expedire cōitati, nec corrigendo, nō tenetur corrigere; qa istæ sunt causæ, propter quas corrigimus, vt patet 23. qō. 5. prodest, remota autem causa, remouetur effectus.

Nec tenetur, nec debet corrigere, ſi cõitati nec nocet, nec ꝓdeſt correctio, & eius omiſſio prodeſt delinquenti ad emendationem: quia cã corrigendi eſt emendatio. Qñ vero econuerſo correctio non expedit delinquenti, imo fortè nocet, & tñ cõitati prodeſt corrigere tenetur: quia bonum cõitatis eſt melius bono iſtius. Si vero loquamur de correctione fraterna: multo magis tenetur, q̃ alij, ſiue peccatum ſit ſecretum, ſiue publicum: ſecretè tamen, ſecretè corrigere debet. Si vero non corrigit & emẽdat, cum poteſt, mortaliter peccat. 43. d. ſit rector. quod intellige in mortalibus, & iuxta dicta §. priore.

11 DVODECIMO † quæritur, qualis debet eſſe correctio, ſiue punitio? Et dico, quod debet eſſe non ex odio. 86. d. odio. quia ſi fieret animo deliberato nocendi notabiliter, eſſet peccatum mortale, nec etiam ex ira præcedente rationem deliberantem, quid faciendum eſt ſecundum Aegi. de regi. prin. quia non audit rationem. 6. Ethyc. ſed ex charitate, vt delinquens corrigatur, vel ſaltem timeant alij ſimilia facere. 23. q. 5. prodeſt. & non debet eſſe remiſſa: ſed debet eſſe cum ira, quæ rationem ſubſequitur, vt miniſtra ſcḋm Aeg. ita, ꝙ ante iudicium rõnis exprimenda eſt ira per manſuetudinem: & poſt iudicium, econuerſo manſuetudo eſt excitãda ꝑ irã, vt dicit: quia facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquendi. 23. q̃ó. 4. eſt iniuſta. & c. ſeq. Nec dẽt ꝑlatus corrigere lenitate patris, vt Heli, qui & ſcḋm Hir. damnatus fuit: ſed authoritate Pontificis: quia debet prælatus miſericordiã præſtare pęnitentibus, non autem impęnitentibus, & incorrigibilibus. 33. q. 4. non põt ita tñ, vt ſeueritas lenitati miſceatur. d. 45. diſciplina. & potius ad beneuolentiã, q̃ ſeueritatem declinandum eſt. d. c. licet. & d. l. ponderet. Memor tamen debet eſſe pręlatus eius, qḋ dicit Aug. contra epiſt. Parmeniani: Tanto, inquit, eſt efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior fuerit obſeruatio charitatis.

12 DECIMOTERTIO † quæritur, quod ſi prælatus in corrigendo modum excedat? Et dico, ꝙ ſi non excedit a propoſito: in nullo tenetur, ꝑ c. olim cãm. de reſ. ſpo. Intellige primo quantum ad pęnas humanas: ſed non quoad Deum, qui etiam venialia minima punit, ſcḋm doc. Secundo quoad humilitatem veniæ petendæ ab offenſo, a quo eam petere nõ tenetur, ſec. Aug. in reg. & 86. d. quãdo neceſſitas. Si tñ ex malignitate, vel odio excederet, veniã petere teneretur, quia tenetur iniuriarũ, ff. ad leg. Aquil. l. queãdmodũ §. magiſtratus, vt no. in glo. in d. c. qñ. & tex. eſt in l. nec magiſtratib. ff. de iniur. Si autem a propoſito, ſiue non modum excedat: ſubditus poteſt appellare, ſaltem ad papam, & ſi non ſemper in ſuo ordine, vt ſup. Appellatio §. 7.

13 DECIMOQVARTO † quærit, qualiter in correctione procedendum ſit, qñ in ſcelere eſt multitudo? Et dicit S. Tho. 2. 2 q. 108. ꝙ debet ſumi de ea vindicta, vel q̃tum ad totum: ſicut Aegyptij ſubmerſi ſunt in mari rubro: & Sodomitæ vniuerſaliter perierunt. Vel quantũ ad magnam multitudinis partem: vt Exo. 24. in pęnam eorum, qui vitulum adorauerunt. Qñ vero ſperatur multorum correctio, vindicta exerceri debet in paucos principaliores, quibus cæteri terreãtur, ſicut Dñs Nume. ri 25. mandauit ſuſpendi principes populi ꝓ multitudinis peccato. Si autem nõ tota multitudo peccauit, ſed pro parte, tunc ſi mali ſecerni poſſunt a bonis, debet in eos exerceri vindicta, ſi fieri poteſt ſine ſcandalo aliorũ: alioquin parcendum eſt multitudini, & ſeueritati detrahendũ. Et eodẽ mõ tolerãdũ eſſet peccatũ principis, ſi puniri nõ poſſet ſine ſcãdalo multitudinis: niſi fortè eſſet peccatũ tale, qḋ magnis noceret multitudini ſpiritualiter, vel temporaliter, q̃ ſcandalũ, qḋ timetur.

14 DECIMOQVINTO † quæritur, quot ſũt cauſæ licitè diſſimulandi, & non corrigendi peccata? Et dicit Vldr. ꝙ ſunt quatuor. Prima, cũ malis diſcerni non poſſunt a bonis. Secunda, cum multitudo tãta eſt, vt ſine eccleſiæ ſchiſmate, vel bonorum inuolutione fieri nõ poſſit. Tertia, qñ de emendatione probabiliter ꝑſumitur, vt q̃a ex infirmitate, vel ignorantia peccatur. Quarta, ſi mali eccleſiæ ꝓſunt exercitando bonos: & non abſint. probãtur hæc. 10. d. commeſſationes. & d. l. vt conſtitueret. 24. q. 4 ipſa pietas. & c. cũ quiſq;. Vltimum tñ intellige ſi nõ ſperatur correctio malorum.

15 DECIMOSEXTO † quæritur, vtrum peccet mortaliter ſubditus aut prælatus corrigendo exiſtens in mortali. Sed quia circa hoc multi multa loquuntur, dico tria breuiter reſoluẽdo mentem S. Th. 2. 2. q. 33. & 4. d. 19. ¶ Primũ eſt, ꝙ prælatus, ſi ſit in mortali publico vel occulto, peccat corrigendo ex officio ſuo vt prælatus, vel quicquid alius faciendo: quia indignè vtitur ſuo officio, & ſecundũ Pet. de Pal. peccat mortaliter, quia ſuſpenſus eſt corã Deo. ad qḋ facit 2. q. 7. qui nec. & de conſ. diſt. 5. c. fin. Sed limitat idem Petr. in prælato ſpirituali: quia temporali, puta iudex, non pec-

peccat mortaliter, suspendendo furē, licet ipse sit in mortali. ¶ Secundū est, ꝙ siue prælatus siue subditus corrigendo, nō vt minister ecclesię, sed ex zelo charitatis, peccare non pt, nisi ratione scandali, qđ solum in notorio locum hēt: vñ non peccat ēt, existens in peccato notorio, si cū humilitate corrigat. qđ non est intelligendum cum humilitate .i. contritione, vt exponit Suppl. quia sic non esset in mortali: sed, sicut ipse vř se declarare ī quarto, cum humilitate .i. nō ꝑ modum corripientis, sed rogantis: vt exemplo suo non incitet ad malum. Et rō esse pōt: quia tunc non corrigit, vt ecclesiæ minister: nec ēt cum scandalo: q̃a illud auertit humilitas exterior in verbis. ¶ Tertium est, ꝙ existens in peccato notorio peccat: & intellige mortaliter, docendo ex officio prælationis: sicut qui prædicat, docet: cum nulli hoc liceat, nisi prælato, vel eius auctoritate, vel docendo ex officio magisterij, sicut docent magistri Theologiæ: ꝙ vterq; impedit finem scripturæ: qui est ꝑuentio ad æternam vitā. Qui aūt est in peccato occulto, peccat docēdo primo mō, nō scđo.

16 Et † licet, qui alium corripiendo indicat, si in eodem peccato sit, seipsum condemnet, i. condemnabilem ostendat: non tñ ex hoc ipso nouam causam damnationis semper adijcit. De materia huius tituli plura habes infr. Pena. & inf. Percutere. inf. Scandalum. vtrum .s. ꝑꝑ illud sit dimittenda correctio. & supra. Contumelia, vtrū sit dicēda cā correctionis, & de correctione permissa doctorib. inf. Excommunicatio. 7. §. 3. vide ēt inf. Denunciatio. de ista materia & inf. Inquisitio 1. & 2.

CORPORA sanctorum de loco ad locum transferri non possunt sine licentia episcopi. de conse. d. 1. corpora. quod verum est, qñ iam tradita erant perpetuæ sepulturæ. ff. de re. & sump. fu. l. vlt. de quo vide infr. Reliquiæ per totum. & Excommunicatio. 6. §. 41.

DE CORPORALIBVS, ET PALlis altaris, & Vestibus sacris.

1 *Corporalia, & palla prout ad diuina referuntur, quid sint. Et quot pallæ in altaris aut esse debeant, aut sufficiant.*

2 *Corporalia, palla, & huiusmodi, a quibus lauāda, aut tractanda sint. Et an post lotionem sint reconsecranda, vel rebenedicenda, nu. 3.*

3 *Casula de veste alicuius matronæ num fieri possit. Et vtrum vestes ac manutergia ecclesiastica possint ad laicorum vsus conuerti, nu. 5.*

1 CORPORALIA, † seu corporale altaris, dicitur pannus, quo immediatē corpus Christi in missa continetur, & contingit: q̃ꝑ semꝑ dēt esse benedictū. Palla vero est vestis siue cooperimētum altaris, sup. ꝙ immediatè extenditur corporale, q̃ in necessitate nō oportet esse bñdictā, vt sup. Benedictio. §. 5. Et vtrunque horū debet esse de panno lineo simplici, non de serico, vel intincto. 25. d. perlectis. de cons. d. 1. consulto. Et debent esse ipsæ pallæ tres, ſm aliquos, in repræsentationē Trinitatis. Vnde dicit Summ. Ros. sufficit vna triplicata. Sed hoc non bene dř: quia si ideo deberent esse tres, vt repræsentarent Trinitatem: nō liceret ibi hr̄e quatuor, cōtra text. de cons. d. 2. si per negligentiam. Vnde sec. Petr. de Pal. requiruntur ad minus duæ, & sufficiunt: vt rñdeant linteaminib. quibus inuolutum fuit corpus Christi, quę pluraliter nominantur. & intellige duæ, excepto corporali.

2 PRIMO † vero quæritur, qualiter & a quib. hæc sunt lauanda, aut tractanda? Et dico, qđ vestimenta sacra non nisi a sacratis hominib. tangi debent. de cons. d. 1. in sancta, & duobus c. sequentib. & pro corporalib. lauandis ministri, s. diaconi hr̄e debent nouam peluim: & aquam in sacrario proijcere. s. saltem quantū ad primam lotionem. de cons. 1. nemo. nec lauari debent per fęminas, nec tangi, ēt si sint sacratæ. i. moniales. 33. d. sacratas. & de conse. d. 1. nemo el 2. & ibidem dř de alijs paramentis, vt sunt pallæ, vasa, & hmōi, qđ sec. Host. in Sum. tit. de Euchar. intelligitur, qñ sunt ꝑ pontificem benedicta de rel. do. ca. 3. Hoc tñ per contrariam consuetudinem abrogatum est, quam Supplementum dicit non valere, quia continet diuinam irreuerentiam. Sed dicit Sum. Ros. & Ang. ꝙ valet. Et hoc tene: q̃a hoc non est irreuerentia, sed non reuerentia tanta. Imo dicit Pet. de Pal. ꝙ excusat moniales lauantes corporalia, & a fortiori in alijs. Sed dico, ꝙ non valet quo ad corporalia ꝑꝑ rationem positam in d. c. nemo. ne. s. fragmēta vel pulueres dominici corporis male tractentur, aut a profanis contingantur: circa quod non potest esse consuetudo rationabilis. Et idem vř de purificatorib. quib. interdū stillæ sanguinis inhibuntur, & reliquiæ corporis adiunguntur. Si autem iam sint lota: puto secundum mētem Pet. de Pal. quod possint per moniales reparari si sit consuetudo.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum post lotionem sint prædicta reconsecranda vel rebenedicēda? Et dico, ꝙ non: quia formam nō perdunt ēt si discedat amictus, & reponatur, & idē dico, si resarciuntur, dūmodo non fuerit tanta

fra-

fractura, quod formam corrumperet: quod tunc est, qñ tanta est, ꝙ eis arbitrio boni viri pro corporalibus quis vti non posset. ꝓ quo faciunt no. in c. 1. de cons. eccle. vel alta.

4 TERTIO † quęritur, vtrum de veste alicuius matronæ fieri possit casula? Et dicit gl. in ca. nuptiarum. de consec. d. 1. quod non. & idem Arch. post Hug. in Rosario, qđ Arch. dicit esse honestius, sed non reperi alicubi expresse prohibitũ. Ego vero dico, ꝙ ꝑꝑ benedictionẽ, & dedicationem ad cultũ diuinũ inde oĩs macula purgatur, quia non sunt magis profana, quam templa idolorum, quæ Deo consecrata leguntur. Facit c. non liceat. 16. q. vlt.

5 QVARTO † quæritur, vtrũ vestes, & manutergia ecclesiastica deputari possint ad vsus laicorum? Et dico, quod non. de rer. permu. mãcipia. qđ intellige, si erãt dedicata immediatè cultui diuino, secus si erant immediatè ad vsum ministrorũ extra ministerium: quia B. Martinus eps̃ dedit pauperi tunicam suam. De hac materia vide multa sup. Benedictio.

DE CORPORE VITIATIS.

1 *Corpore vitiatus, siue nouum, siue vetus spectamus testamentum, quisnam dicatur. Et quo tempore spectata sunt magis corporis vitia.*

2 *Corpore vitiati, num sint ad ordines sacros promouendi. Et ibidem de hoc resolutio. Et quid de mutilato. nu. 3. & ibidem, quid si mutilatio, aut huiusmodi defectus, promoto iam superuenerit. Et quid de membra superuacanea habente, nu 4.*

5 *Membrum si quis sibi ex indignatione, vt puta dentem, aut quoduis aliud truncauit, an irregularis ob id fiat. Item quid de claudo, cæco, oculisve maculato ob ortu, aut sine culpa, item de gibboso. Et quid de leproso, aut abstemio, & vinum non bibente, de furiosis, caducis, dæmoniacis, & quis in prædictis dispenset, vsque ad finem.*

1 CORPORE † vitiatus in ordine ad sacros ordines noui testamẽti, ꝭm Astẽ. & alios Canonistas dr̃, qui est mutilatus, vel debilitatus membro. i. qui caret membro: vel habet quidem membrũ, sed inefficax: vt oculum cæcum, manũ aridã, & hmõi. Quantum vero ad ordines veteris testamenti, multa erãt corporalia vitia, de quibus Leuit. 21. quæ hodie ab ordinibus non repellunt. 7. q̃. 1. qualiter. Et ratio est, quia sacerdotium tunc erat magis figurale, & magis corporale, quam modo: vnde magis considerabantur corporalia vitia, quæ erant spiritualium signa.

TERTIO † quæritur, vtrum peccet mortali-
ter vidua consentiens in delectationũ actus
cõiugalis præteriti, de quo recordatur? Et di
cit Rich. ꝙ non: quia delectatio est de eo, qd̃
nõ est mortale: si tñ immineret periculum ca
sus, puta pollutiones, & aduertit, est mortale.
Et cõsentire vr̃ Arch. qd̃ verũ credo, si dele-
ctatio sistat in rõne, quæ vult sic fuisse, aut so
lum in memoria de re præterita cũ displicen
tia ꝑ̃sentis cõcupiscẽtiæ. Secus si insurgat sẽ
sualis concupiscentiæ motus, & delectet̃ iam
in motu ꝑ̃senti occasionato ex memoria prę
teriti, dũ imaginatur nunc virum suum præ-
sentem turpiter, & delectatur inde: qa talia
nõ licent, nisi in ordine ad actum cõsummã
dum, qui iam iste est impossibilis: ideo quæ-
rat, quantum potest, obliuisci virum suum
quantum ad venerea. Et idem per omnia de
viro dicendum est respectu vxoris.

QVARTO, † vtrum consensus in delectatio-
nẽ tactuũ, & aspectuũ impudicorum sit mor
talis? Et dico, quod sic, quo ad tactus, puta cõ
plexus, & oscula, & hmõi, qñ ibi sunt morta
les.i.qñ fiũt ex libidine non matrimoniali: qa
consensus in delectationẽ de aliquo mortali
est mortale, & idẽ dico de aspectib. Vnde nõ
peccat mortaliter, q̱ patitur hmõi tactus ab
eo, quæ credit moueri honesto amore, vel pa
triæ consuetudine, secus ab eo, quẽ credit li-
bidinosè moueri, sec.Arc. quod limita, si põt
vitare sine scandalo aliorũ, q̱ de libidine nõ
suspicatur. Si autẽ de hoc dubitat, distinguo:
qa si tactus sunt tales q̱ consueuerint fieri ẽt
inter pudicos, & negari nõ possint sine prę iu
dicio affabilitatis, quas qs ad amicos se habet
verbis, & factis sicut decet; vt cõplexus ami-
ci nouiter a longè venientis, nõ est peccatũ,
qa nõ est omittẽdus actus virtutis peccando
saltẽ venialiter pro pter hmõi pcm̃ socij du-
bium. Si vero tactus non sunt hmõi, adhuc di
stinguo, qa si tactus nõ sunt hmõi.i. non sint
osculũ, vel cõplexus: aut cõsertio manuum,
nec ẽt sunt apertè impudici.i. in locis genita
liũ, aut vicinis: tũc ẽt in dubio non est morta
le ista pati, sed periculosũ: qa non dẽt iudica
re socium de libidine, sed de amore honesto,
vel saltem sensuali citra mortale. Si vero sint
aperte impudici, peccat mortaliter, quo mõ
ĩtellige Arc. q̱ dicit nõ posse excusari a mor-
tali eũ, q̱ se tangi permittit in genitalib. nisi a
cõiuge, vel ex rõnabili cã, puta infirmitatis:
qa.s. extra hos casus semper põt probabiliter
opinari de mala intentione: & iste tactus ne-
gari põt sine præiudicio virtutis affabilitatis.

SIMI-

6 SIMILITER † peccāt mortaliter, sec. Arch.
mulieres perpendentes se amari, & precari,
quoties se offerūt aspectib. amatorum, vt il-
lis placeant: etiā si nil turpe vellent admitte-
re: quia sunt ad illorum ruinam occasio effi-
cax. Et adde idē esse de viris respū mulierū.

7 QVINTO † quæritur circa idem specialiter,
quid de puellis, quæ tametsi castę sint opere,
tñ sensuali amore, & iuuenū pulchritudine
allectæ, consentiūt in delectationē de cogita
tione osculorū, & complexuū? Et dico, iuxta
pdicta, ꝙ si cōsensus esset in delectatione co
gitationis tñ, non esset mortale, quod quidē
licet sit possibile logicū. i. non implicans con
tradictionē, nunquā tñ, aut rarissimè accidit.
Si vero consentiunt in delectationē actus co
gitati: si delectatio ipsa nō sit ex amore libi-
dinoso, sed casto, sicut soror fratrem oscula-
tur, erit peccatū veniale, vel nullum, ſm qua
litatem amoris: sed si delectatio sit ex amore
libidinoso, erit mortale cōsensus, vt patet ex
dictis. Nec valet dicere, ꝙ illa libido pōt siste
re intra limites matrimonij: quia ibi nullum
est. ¶ Sexto, quid de his qui sub specie spiri-
tualis mortificationis faciunt mulieres corā
se nudare, vt disciplinas inferant? Et dico, ꝙ
nō est dubium, eos peccare mortaliter, si libi
do sit principaliter in causa. Et idem videtur
sentire Arch. si id faciāt ex curiosa sensualita
te videndi: imo ex stulta intentione mortifi-
cādi: quia dicit, quod tales excusari nequeūt
a mortali: quia est contra naturalem honesta
tem, & cum periculo lapsus, & scandali.

DE Delegato, & Subdelegato, & Legato.

1 *Delegati multiplex definitio: item legati & subde-
legati.*
2 *Delegare quis, & quid possit, & quid non possit. Et
an existentibus alterius episcopatus ad voluntariā
iurisdictionem pertinentia delegari queant. Et quid
de his quæ ad contentiosum pertinent.*
3 *Delegatus in ecclesiastico foro quis esse possit.*
4 *Delegatus, cum ei de delegatione temere non creda-
tur, qualiter delegationis mandatum probabit. Et
quid si is ordinario de suo mandato fidē facere no-
lit, & parere nolentem ordinarium excōic. nu seq*
6 *Iurisdictio quanam in dubio demandari videatur,
& quid possit delegatus.*
7 *Delegati iurisdictio expirare quando dicatur. Et
ibidem, quod vbi dispositio sub nomine dignitatis
facti est, non expiret disponentis morte. Et idem cū
quid per viam statuti disponitur.*
8 *Res integra respectu iurisdōnis delegare qñ dica-
tur. Et qñ quis vti iurisdictione cœpisse dicatur.*
9 *Sententia delegatorum duorum inter se discordan-
tium, num teneat. Et vnde dependere dicatur. Et
quid in arbitrorum duorum, aut duorum ordina-
riorum discordantium sententia.*
10 *Delegatus an delegere possit & cui. Et ibi conclu-
siones variæ, vsque ad num. 13.*
11 *Prælati habentes per priuilegium, vt in aliquo ca-
su absoluere possint subditos, an cum ipsis dispensa-
re, an id alijs delegare possint.*
12 *Panor. Regula in subdelegante materia, quod Papa
regulariter alicui causam committendo, industria
personæ non videatur eligere, sed potius negotio pro-
uidere intendat, quod decidendum committit. Et
quid si tertium deputet, cum partium consensu.*
13 *Delegatus a Principe, & is qui ab inferiore delega
tur, qualiter inter se differant. Et an delegatos ab
ordinario cogere hominem fori alterius possit. Et qua
liter delegatus Papæ a se excommunicatos absolue-
re possit remissiue.*
14 *Subdelegatus a delegato Papæ quid possit. Et an cre
datur ei se legatum asserenti, num. seq.*
16 *Legatorum genera duo, nempe qui iurisdictionem
non habeant, & qui habeant. Et horum tria quoq;
genera sunt, & quid vnumquodque genus. Item hi
qualiter quo ad percussorem clerici absolutionē dif
ferant, nu. seq. Et circa hæc casus tres, & dubia qua
tuor, quibus duo adduntur, num. 18.*
19 *Legati, de quibus proxime, in beneficiorum collatio
ne quomodo differant.*
20 *Legatus de latere, vtrum ea beneficia conferre pos-
sit, quorum collatio ad Papam deuoluta est per con-
cilium Lateranense. Et quid de beneficijs vacanti-
bus in curia.*
21 *Legatus lateralis, vel alius qui mandato speciali
conferre beneficia in prouincia potest, si in ea sint. &
ibi concurrant possibiliter tres beneficij collatores,
nempe Papa, Legatus ipse, & Diœcesanus, si non ap
paret cui primo collatum sit beneficium, potior con-
ditio erit possidentis: & si neuter possideat, qui ha-
buit a digniori, præferetur.*
22 *Legatus in prouincia, quid possit, aut non possit.*
23 *Legatio quod modis terminetur, & de eius effectu.
Et quod finita legatione, omnes reseruationes bene-
ficiorum ab legato, etiam si lateralis sit, facta, item
decreta super his interposita, & huiusmodi, viribus
destituantur.*

1 DELEGATVS † a delegato dicitur, quod
est vices committo, vt recitat Pan. in ru
bri. eo. tit. multipliciter diffinitur: quia scd̄m
Gof. est is, cui a Papa, vel alio ordinario seu
principis delegato, causa decidēda, & cogno
scenda committitur. Secundū Host. vero est
is, cui committitur causa decidenda seu exe-
quenda, vices alterius repræsentans, propriū
in iurisdictione nihil habēs: vt in c. sanè. eod.
tit.

tit. & in l.1.ff. de off. eius cui man. est iur. Secundum Spe. aũt eo. tit. in prin. est is, q ex cõmissione alterius causæ iudicialem cognitionem assequitur. Et q̃libet, inquit, diffinitio tolerari põt. Sed ego dico, ꝙ delegatus, quoad ecclesiasticos, est is, cui à summo Pontifice, vel ordinario causa committit: aut ẽt ab eo, qui extraordinaria iurisdictione aliquid põt. Et similiter dico de Imperatore, & alijs dñis quoad seculares. ¶ Legatus vero, sec. Goff. & vt cõiter notatur in rubr. eo. tit. est is, cui à Papa certa patria, vel prouincia committitur gubernanda, vnde gerit vices Papæ, & est ordinarius in prouincia. de offic. leg. legatos. li. 6. Subdelegatus, est delegatus delegati.

2 PRIMO † vero quæritur, quis & quæ possit delegare? Et dico, quod quilibet ordinarius, ẽt q extraordinaria iurisdictione aliquid potest, vt delegatus Papæ, sed tñ de Episcopo distinguendum est, sec. Ray. & Verue. Nam pertinentia ad ordinẽ epalem, vt est consecratio vel recõciliatio ecclesiarum, ordinatio clericorum, & similia delegare põt eps tantum. de off. ord. qđ ad sedem. & de cons. ecc. aqua. imò metropolitanus post confirmationẽ, ante pallij receptionẽ, committere põt epis cõsecrationem suffraganei sui. de elec. suffraganeis. Pertinentia vero ad iurisdictionẽ, vt est audientia causarum, & peccatorum absolutio, indubitanter delegare põt alteri: vt in d. c. aqua. ita tñ ꝙ criminales causas clericorum cum agitur ad depositionẽ, delegare nõ põt, nisi in casu. s. si inciperet abesse pp ecclesiæ suæ necessitatem, vel aliam cãm magnam: & tũc cõmitteret cognitionẽ tm̃, & non diffinitionem cãæ. ar. de off. eius cui mand. est iurisd. l. j. C. de peda. iud. l. 2. nisi committeret diffinitionem totius cãæ alteri epo. quod facere põt, cum non sit ei prohibitum. Sũt aũt & aliæ cãæ, quæ licet non sint criminales, tñ eas delegare non dẽt pp earum eccellentiã, nisi neccessaria, & multum iusta causa impeditus, vt causa matrimonij, & consimiles. de consan. & affi. ex literis. Nec etiam dẽt delegare potestatem dispensandi cum irregularibus, nec absoluendi eos, qui manus violentas iniecerunt in clericos in casib. sibi a iure concessis, qui tñ, licet non debeat, nihilominus põt, cum non sit ei prohibitum: imò de dictis percussoribus conceditur. de offi. ordi. eis. Alias vero cãs minores, ẽt spirituales, vt de decimis iure patronatus, & hmõi, delegare potest: sed tñ spirituales, clericis tantum. de iudi. decernimus, & c. quanto. Pecuniarias vero indistincte potest, imò forte dẽt delegare, nec in talibus occupari, arg. 11. q. 1. te quidem. Põt aũt delegare existentibus de alieno epatu pertinentia ad iurisdictionem voluntariam, licet ad suscipiendũ cogere non possit. non autem pertinentia ad contentiosam, sec. Veru. ad hoc. de const. vt animarum lib. 6.

3 SECVNDO † quæritur, quis possit esse delegatus in ecclesiastico foro? Et dico, quod Papæ delegatus esse potest solum constitutus in dignitate, vel personatũ hẽns, aut canonicus ecclesiæ cathedralis. de reser. statutũ. lib. 6. nisi ex certa scia Papa cãm committeret non existenti in dignitate vel minori. de off. dele. cũ vigesimũ. de elec. cũ in cunctis. Aliorũ vero põt quilibet esse, qui non prohibet. Igitur priores mendicantiũ, & guardiani Minorum pñt esse delegati Papæ, quia sec. Ge. in c. nullius. de ele. lib. 6. post glo. sunt in dignitate. Et facit qđ no. Pan. in c. cãm de iud. & in c. cum olim. de maio. & obe. & Car. in cle. 2. de resc. & ibi glo. qđ tñ locum non hẽt, sec. Pan. in d. cle. vbi in eodem monasterio hẽant superiorẽ, sicut qui sunt sub abbate, quia non habẽt dignitatem. secus de non habente, quia q̃uis non sit perpetuus, sufficit quod esse possit.

4 TERTIO † cum delegato non credatur, nisi pbet delegationem, nec teneat quis exequi sniam eius, nisi ei literæ ostendantur. extra eo. cum in iure q̃ritur qualiter probabit mandatũ delegationis? Et dicit Pan. in d. c. cũ in iur. ꝙ primo p originale, & hoc est clarũ. Scđo, per exemplũ de originali sumptũ solẽniter. de qua solemnitate, vide inf. Tabellio. §. vlt. Tertio, si partibus consentientibus, vel præsentibus, & non contradicentib. originale sit exẽplatũ in actis, sec. Host. quia in earũ p̃iudicium acta facient fidẽ de originalis tenore. ar. in l. 1. C. de rela. vbi per illũ tex. dicit Bart. ꝙ si partes in iudicio pñtes nõ contradicunt his, q̃ tẽdere possent in earũ p̃iudiciũ vñr consentire. Secus vbi solus notarius exẽplauit instrã originalia reducenda ad actorũ tenorem, q a sec. Inn. cum producũtur instrã, sola productio est de actis, & nõ tenor, quasi dicat, ꝙ si notarius scripsit in actis, ꝙ talis pars produxit tale instrm̃, creditur notario de productione: vt in c. q̃m contra. de prob. sed nõ super tenore instrorum, nisi probetur per originalia, vel alijs prædictis modis.

5 QVARTO, † quid si delegatus non vult facere fidem ordinario de suo mandato, & ei parere nolentem, siue sententiã exequi, excommunicat? Et dico, ꝙ scđm doc. excõicatio

tio non tenet: q̄a delegatus non hēt iurisdō-nē super ordinarium, nisi sit ei rebellis. ꝙ dici non pōt, si petit fidem de mādato: quia facit, qđ sibi iure permittitur. Sed si ordinarius maliciose se asserat de mandato dubitare, allegādo maxime falsitatem rescripti, sec. Hos. quatuor remedia cōpetunt delegato. Primum, vt exequat̄ per se qđ pōt, vt in c. in literis. eo. ti. Secd̄m, vt puniat ordinariū, si constat ꝙ maliciose opponat. Tertium, quia punitur quoad Deum. Quartū, q̄a condemnari poterit in 30 libras auri, si malitiose se opponit ad cauillandum rescriptum principis: vt in l. 2. C. de leg. Facit ad ꝑdicta qđ no. Pan. in c. ꝑterea. de dil. vbi dr̄, ꝙ si agitur de grauissimo, seu grauiori ꝑiudicio, non est parendum asserenti se delegatum, q̄uis sit persona authorizabilis, nisi prius constet de pleno mandato: nec sufficit simplex copia. l. vna. C. de mand. prin. nec aliter ordinarius dēt sn̄iam exequi. arg in c. nobilissimi. di. 9. Sed si agitur de ꝑiudicio graui: puta citatus est in partib. valde remotis, sufficit mittere copiam rescripti, non aūt asserere se delegatū. Si vero agitur de leuissimo: puta, quia citatus est in loco ciuitatis, nō est necesse copiam mittere, quoad effectum arctandi citatum ad cōparendum: sed satis est asserere se delegatum, quia oritur dubium iurisdictionis: ex quo persona nō est vilis: ex tali aūt dubio quis cōparere tenetur. ar. l. si quis ex aliena, ff. de iud. Secus si simpliciter citet, non asserens se delegatum: nec alias est ordinarius.

6 QVINTO † quæritur, quæ iurisdictio videat̄ in dubio demandari, & quid possit delegatus? Et quantum ad primum dico, quòd concludi consueuit, quod q̄n committens dicit, authoritate nr̄a cognoscas: vr̄ translata iurisdō ordinaria, ꝑ tex. in proæ. Inst. Sed q̄n hoc non exprimit̄, per cōmissionem vnius negotij, vel pluriū, non vr̄ ordinaria iurisdō committi, ꝑ l. si certarum. ff. de mil. test. Sed si vniuersitas cōmittat̄, sic, per l. j. §. cū vrbē. ff. de off. ꝑ. vrb. ¶ Quantum vero ad s̄m, rn̄det Gem. in c. pręsentium. de resti. ex gl. in c. solet. de sent. exc. lib. 6. q̄ dicit, ꝙ delegata ptās est stricti iuris, ideoq; id solum pōt, qđ est ei commissum, & sine quo causa expediri nō pōt. de off. deleg. c. j. & c. prudentiam. & l. elegatum, ff. de proc. & id, ꝑ ꝗ quod facilius cā expediri posset, nō venit, nisi expresse committatur. Et Veru. dicit. quamuis causa delegata, intelligantur cōmissa omnia, sine quibus causa expediri non potest, non tamen omnia concessa sunt, quę possunt valere ad causam expediendam.

7 SEXTO † q̄ritur, q̄n expiret delegati iurisdō? Et dico, ꝙ re integra expirat per scientiā mortis delegantis. l. eius qui. in princ. ff. si cer. pet. de off. dele. gratū. & similiter re integra per mortē eius, contra quē mandatur. de rescr. significauit de multis alijs modis: vt in c. q̄n abbas. de off. dele. Adde primo, sec. Pan. in c. irrefragabilis. de off. ord. ꝙ non expirat morte delegantis, q̄n data fuit ꝑ viā legis, & nō ab hoïe: vt in d. c. gratum. Rō diuersitatis est: quia hō moritur, & eodē modo cū eo extinguitur delegatio eius re integra, cum non fixerit radicē in ꝑsona delegati: sed lex nunq̄ moritur. pro quo facit c. si gratiose de rescri. li. 6. vbi patet, ꝙ dispositio facta sub noīe dignitatis, non petit morte dispon̄etis. Et idem vr̄, q̄n officiales aliquid disponunt ꝑ viam statuti: vt per mortem, seu reuocationem eorū non expiret illa dispō. Secus si non ꝑ viam legis, vel statuti. Adde primo, ut sunt ordinationes, & præcepta, q̄ fiunt a ꝑlatis, vel diffinitorib. non habentib. authoritatem cōstituendi.

8 ADDE † secundo, ꝙ res dr̄ integra, sec. Hos. in c. licet eo. tit. q̄n delegatus non cœpit vti iurisdōne, cœpit aūt, vt si vices suas commisit, vt ibi patet: ēt si primum solū commisit. eo. tit. super q̄onum. vel si mandauit alicui citare partes: aut si ipse citauit à fortiori: vt i d. c. gratum: vel si recepit testes in periculo constitutos, & multo magis, si excōicauit cōtradictores eo. ti. c. j. & si diem assignauit partib. de dila. c. fi. vel si fecit offerri libellum, vel alium actum iudicialem exercuit, ēt si partes non citauit: vt si recepto mandato vocet tabellionem, ac testes, & tanquam iudex præcipiat redigi literas suas in publicam formam & in instrō testes apponi: quia talis actus iudicialis est: vnde incipit vti iurisdictione.

9 SEPTIMO † quæritur, quid de sn̄ia duorum delegatorum discordantium? Et dico dependere ex delegante, quam voluerit acceptare. Secus in sn̄ia arbitrorum ex cōpromisso, q̄a non tenet. Sicut ēt præsidentes loco Papæ in concilio generali nihil faciunt, nisi oēs consentiant in actu gerendo: quia vnius contradictio inficit totum. no. Pa. in c. nō est. de reg. & in c. pen. de sta. mo. Secus in sn̄ia duorum ordinariorum discordantium, q̄ tenet ꝓ reo, nisi in cā matrimonij, libertatis, & testī, & hmōi fauorabilib. quia tunc tenet̄ ꝓ actore: vt in c. vl. de sen. & re iud. intellige si agit, vt matrimonium, & hmōi teneāt, aliter valeret pro eo, qui vt valeat agit, vel se defendit.

10 OCTAVO † quæritur, vtrum delegatus possit

possit subdelegare, & cui? Et dico multa. ¶ Primũ. Delegatus à Papa, vel principe põt indistinctè cãm totã, vel partẽ alteri delegare. l. à iudice, C. de iud. de of. deleg. c. fi. & no. Inn. in c. pastor. eod. ti. Et hoc verum, nisi qñ certũ ministeriũ ei cõmittitur, quod Inn. ibi limitat de ministerio magno: & exprimitur, vt ꝑdicare crucẽ, dispensare cum irregulari, pœnitentiã iniungere, absoluere excommunicatos, & hmői: & generaliter qñ committitur nudum ministeriũ, & non iurisdictio: vt ibi patet in fide: vel qñ ꝑ verba rescripti comprehenditur electa fides vel industria eius: sicut cũ dr̃, cõfidimus de tua industria, vt ꝑsonaliter exequaris: vel qñ negotiũ non est per aliũ bene expedibile. Hoc tñ non est verũ in legato sedis apostolicæ, qui ẽt in ꝑdictis subdelegare põt, vt patet in d. c. fi. §. in ꝑdicatione crucis, dispẽsatione cũ irregulari, &c. Pro quo no. ꝙ in d. c. fi. cũ dictum fuisset, quòd delegatus principis ꝑt delegare: subiungit primò, ꝙ is, cui iniungitur, vt negotium ꝑsonaliter exequat̃, põt delegare de consensu partiũ nisi iniunctũ sit, inquisitionem fieri, vel ecclesijs ꝑlatis, aut alijs ministris prouideri, quia in his industria, & fides ꝑsonæ vr̃ electa. Et secũdo subiungitur sic in forma. Ceterũ salua legatorũ sedis Apostol. authoritate nulli, cui commissum fuerit prædicare crucẽ, excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hæc de cetero alijs demandare: qa non sibi iurisdictio, sed certum ministerium potiùs committitur in hac parte, hæc ibi.

11 Ex † quibus aliqui volũt, & prælati habentes ꝑ priuilegiũ, ꝙ in aliquo casu possint absoluere subditos, aut cũ eis dispẽsare: nõ pñt hoc alij delegare: cum ista eorum potestas sit delegata. Et verũ dicunt, si ista concessa sunt isti ꝑlato in numero circa determinatos subditos: putà, absoluatur ille, vel iste. Secus vbi hoc conceditur, respectu subditorum in genere, tã respectu culparum præteritarũ, quã futurarũ, & prælatis præsentibus, ac futuris: tum quia hic non cõmittitur certũ, seu nudũ ministerium, sed cognitio cãę, & iurisdictio: tum quia ẽt si cõmittatur nudũ ministerium, qđ est falsum, tñ non est electa industria personæ, cũ sit incognita. Et idẽ est, sec. Pan. ibi, post Inno. si nudũ ministeriũ cõmitteret̃ certæ ꝑsonæ, sed illud non sit magnũ, vt ꝑdicta. Et ita, vt dixi, consuetudo, q̃ legẽ interpretatur, obseruat: & est rationabilis, qa plerunq; subditi vertentur ꝑlatos. Et ita expresse tenet gl. in c. fi. de of. or. ¶ Secundũ. Delegatus Papę subdelegare potest: licèt sit datus ex officio, vel ex cõsẽsu partiũ, vel cũ clausula ꝑelectionis, s. ꝙ si non oẽs, tu cum alio exequaris, vt ibi. Et hoc nisi illud verbum geminaretur: putã, si diceretur, tu exequaris, sec. Bal. vt verba aliqđ operẽtur, de priui. si Papa, libr. 6. Aliter nõ intelligitur electa industria ꝑsonæ, ſm eũ.

12 Ex † quib. facit ibi. i. in d. ca. fi. Pa. regulam singularẽ in materia subdelegãdi, videlicet, ꝙ regulariter Papa cõmittẽdo alicui cãm, industriã ꝑsonæ nõ vr̃ eligere: sed potiùs intendit prouidere negotio, qđ decidendũ cõmittit. Sed & si Papa tertiũ delegatũ deputauit, cũ partiũ cõsensu: dicit Io. An. in add. Spe. ꝙ licèt de honestate subdelegare nõ debeat, nisi de cõsensu partiũ, non tñ de necessitate: qa d. c. fin. indistinctè dat isti delegato facultatẽ subdelegãdi: dicẽs, ꝙ delegato à principe est à iure cõcessum, & idẽ Ho. & Pan. ¶ Tertium Delegatus nõ a principe, sed ab ĩferiore, subdelegare nõ põt: ẽt impeditus infirmitate, vel alia iusta cã ar. l. prætor, §. si post, ff. de va. mu. & d. l. a iudice. Qđ tñ fallit primò in vno articulo, vel c. cãæ: quia vr̃ hoc posse alteri committere, vt in cle. 1. de of. del. Scđò, qñ est delegatus ad vniuersitatẽ cãrum alicuius castri, villæ, aut ecclesiæ: qa tunc põt vnã cãm delegare, vt no. gl. in c. cũ cãm de app. ff. de iud. l. cũ prætor, §. 1. ff. quis & à quo ap. li. 1. §. 1. Tertiò, si lis est corã eo cõtestata, & sic intelligitur extrà de sen. & re iud. cũ Bertoldus, argu. C. de proc. l. neq; tutores. Et hoc tenuit Sum. Pis. sed sec. Bar. in d. l. a iudice, hoc cõiter non tenetur: nec est de procuratore simile, vt ibi ꝑ eũ patet. Quartò, si hoc sibi specialiter concedatur, sec. Io. An. ꝑ c. is cui. de of. dele. lib. 6. vbi dr̃, quòd is, cui cõmittit̃ à sede Apostolica prouidere certæ personæ de beneficio in certa ecclesia, diœcesi, vel prouincia: põt hoc alteri subdelegare. Sed si mandetur ei, vt prouideat ecclesiæ de persona: subdelegare non põt, nisi subdelegandi habeat speciale mandatũ. ¶ Quartũ is, cui negotium committitur vt personaliter exequatur si partes cõsentiãt tacitè, vel expressè, hoc põt alteri subdelegare, qđ tñ limitat Pa. in c. fi. eo. ti. qñ forma rescripti est fundata sup̃ vtilitate partiũ, secus si sup̃ publica, q̃ non esset remissibilis ꝑ partes, vel vbi partes cõtradicerent. Hoc tñ fallit ĩ eo, cui Papa cõmittit inq̃sitionẽ, vel prouisionẽ ecclesijs de ꝑlatis sine alijs ministris, ꝙ sine speciali mãdato subdelegare non põt, quia in his fides, & industria ꝑsonæ eligi vr̃, in d.

in d.c.fi.& in d.c.is cui. ¶Quintū.Delegatus, vel ēt legatus sedis Apostolicæ eo casu, quo subdelegare pōt, hoc non pōt, nisi existēti in dignitate, vel ꝑsonatu, vel canonico ecclesię cathedralis, vt in ca.statutum de rescri.lib.6. ¶Sextum.Sicut delegatus a Papa, vel principe hēt a lege, ꝙ possit cām alteri subdelegare, nisi, vt dictū est: ita delegatus ab epo, vel alio: & si non hēat a lege potestatē subdelegandi, habere tñ pōt ab homine, vt si delegatus ipse det sibi authoritatem subdelegandi. ar.de proc.c.1.2.resp. Et sic tenet Io.An.sup c.is cui.li.6.¶Septimum.Eo casu, quo delegatus subdelegare potest, tenetur quis acceptare subdelegationē, sec.Inn.in c.pastoralis. de off.deleg.nisi constet, ꝙ delegatus malitiosè se exoneret, vt ibi, & tunc si vellet cogere, iusta esset appellatio.Secus si non constaret.

13 Est † tñ differentia inter delegatum a principe, & ab inferiore: quia primus cogere pōt oēs, etiam si non sint sui fori, C. qui pro sua iurisdictione, l.vna, ff.de mu.& ho.l.munerū. §.iudicandi exceptis aduocatis, qui alibi, quā in suo foro cogi non possunt recipere iudicium.C.de aduo.diuer.iud.l.sancimus. Delegatus vero ab ordinario, cogere non pōt hominem alterius fori, ff.de iur. om.iu.l.vlt. & in gl.d.c.pastor. Qūo delegatus Papæ absoluere possit excōicatos se sup.Absolutio 2 §. 4. vbi aūt cognoscere possit sup.Commissio.

14 Nono, † quantum ad subdelegatum, quæritur, quid possit subdelegatus a delegato Papæ? Et dico, ꝙ pōt coercere, sec.Io.And.ext. eo.ex literis, q̄ coertio sec.Inn.intelligit, qa pōt excōicare, interdicere, & huiusmodi.Vnde & Host.dicit, ꝙ subdelegatus delegati, & merus executor coercitionē recipit cōtra se sibi opponentes, & iurantes illos, quos mittit pro exequendo artic.sibi commisso: quem ēt quo ad denuntiationē pōt alteri delegare.

15 Decimo, † quantum ad legatum quæritur, an credatur asserenti se legatum? Et dico, ꝙ non, nisi probauerit in scriptis, & de mandato Apostolico per suas literas fidē fecerit, di. 65.lectis, C.de mand.princi.l.vnica.Facit, qđ no.gl.in c.sicut nobis.de sen.exc.ꝙ non creditur Cardinali asserenti aliquid alterius prę iudiciū, qđ limitare vř Pan. si asserat oraculo viuæ vocis.Et si dicat se literas perdidisse, aut auditur.de of.dele.cum iure & d.l.vnica.si tñ est honestus, & notus, debet ei credi, & recipi.97.d.nobilissimus.sed sine literis nihil audeat iudicare, sec.Tanc.& Arc.quia nuntio si ne literis non creditur, vbi alicui ꝑiudicatur.

16 Vndecimo † quæritur, quot sunt genera legatorum? Et dico, ꝙ legatorum duo sunt genera: quia sunt quidam legati improprie, i.nūtij, sed non iudices, vt qui a Papa pro ambasiata mittuntur, vel ad aliquid nudum ministerium exercendum.de quib.d.1.ius gentiū, & 97.dist.c.nobiliss.& istos, qui impedit, debet hostib.tradi: etiam si sint hostium.l.vlt.ff. de leg.& sec.Canones sunt excōicandi.94.di. si quis.Ita no.gl.in d.c.ius gentium.Imo si legati, vel nuntij sint Apostolici, sunt ipso facto excōicati, & eorum terræ, ac loca interdicta, quandiu in contumacia perstiterint eorum dñi.de off.leg.super gentes, 2.6.extrauagans est. Quidam vero sunt legati iudices, quos Papa facit ordinarios in certa prouincia: de quibus loquitur ꝑmissa definitio, & ti. de off.leg.Et horum, sec.Io.An. & omnes Canonistas, tria sunt genera, vt ēt no.gl.& Pan. in c.excōicatis.de off.leg. Quidam.n.dicūtur laterales, seu de latere missi, qui sec.Ber.in c. excōicatis.de sen.exc.& gl.in c.pen.de offic. leg.sunt hi, qui de curia Papæ mittuntur, ēt si non sint Cardinales.Sed verius dicit Ioan.& Pan.in d.c.pen.ꝙ sunt soli Cardinales, maximè hodie.Quidam vero sunt locales, seu nati, qui dicuntur legati ratione suæ dignitatis, in qua nascuntur ex priuilegio ecclesiæ suæ: vt dicit Archiepiscopus Cantuariensis, & Eboracensis, vt in c.1.ff.de off.leg. Quidam vero nec sic: sed dicuntur temporales, siue communes personę: vt omnes, nisi a Papa, a curia, vel ab extra, qui non sunt Cardinales.

17 Dvodecimo † quæritur, qūo differant hi legati, quo ad absolutionem percussorum clerici? Et dicit gl.ibi.c.pen.de off.leg. & cōiter oēs Doct. ꝙ laterales hos possunt absoluere in sua prouincia, & ēt extra, postquam egrediuntur vrbem, donec illam reingrediantur, & tā subditos, q̄ extraneos siue aliunde veniētes, sec.gl.quod Host.in c.pe.de off.leg. limitat, nisi enormis iniuria.allegans, c.si vero. & c.cum illo.de sent.exc.sed in c.ad eminentiā. de sen.exc.tenet, ꝙ potest absoluere etiā pro enormi.& idem Io.An.& Arch.in d.cap.1.de off.leg.li.6.& Pan.in d.c.ad eminentiā, etiā si mutilauerint, vel occiderint.Et hoc tenet: qa iura accipientia enormem iniuriam, loquuntur in alijs inferioribus legatis, ẜm ꝑdictos. Fallit tñ quod dictum est.Primo, qñ sunt in ꝑsentia Papæ. Secundo, qñ sunt reuocati ante regressum, sec.Pan.in c.pe.de off.leg. quo casu nec insignia legationis debent exercere. Tertio, ẜm aliquos, quando nec in prouin-

cia ſunt,necne in via.Sed iſta fallentia aliquo iure non probat̃,ſed reprobatur: quia ꝓcon ſul extra ſibi decretã prouinciã exercere pōt iuriſdictionem voluntariam, & vti inſignijs, nõ diſtinguendo,an ſit in via,necne.ff.de off. ꝓcõ.l.1.& 2.legati aũt Papæ,æquiparant̃ pro conſulib. & p̃ſidib. vt in c.2. de off.leg. lib.6. Adde, quòd dicta de abſolutione ab hac excõicatione,nõ ſunt extendenda ad alias abſolutiones Papæ reſeruatas:quia in iſtis exorbitantib. & ꝓhibitis non fit extẽſio de vno caſu ad alium, ẽt ꝑ maioritatẽ rõnis:vt in c. ad tranſlationem de off.leg. ¶Legati vero locales, ſiue nati, abſoluere non poſſunt iſtos in ꝓuĩcia ſua, vel extra, nec ſubditos, nec alias. Cuius rõ eſt,ſec.Pan.in d.c.pę. quia alioquin clerici perderent priuilegium,ꝙ hẽnt ex c.ſi quis ſuadente.17.q.4. q̃a cum dignitas illa ſit perpetua, nullus pro abſolutione cogeretur adire Romam quod tñ limitat Pan. in caſib. reſeruatis Papæ: quia ab ea iniectione, a qua abſoluũt ep̃i, multo fortius abſoluunt & ipſi cum ſint ordinarij.¶Legati vero temporales abſoluere poſſunt ſolum in ſua prouincia, & ſolum eos, qui ſunt de ſua prouincia, non autem ext.eam, nec extraneos, ſecundum Arc.

18 Circa † hoc tamen clari ſunt tres caſus, primus, quod poſſunt abſoluere ſuos ſubditos in ſua prouincia exiſtentes. Secundus, ꝙ non pñt abſoluere extraneos extra prouinciam.Tertius,ꝙ extraneos,i.aliunde aduenientes abſoluere nõ pñt,ẽt in prouincia.Sunt ẽt quatuor dubia. Primum, an poſſint ſubditos extra ꝓuinciam abſoluere. Et dicit Pan.in d. c.excõicatis.cõiter teneri,ꝙ non.& Io.And, dicit ita ſeruari de facto quod limita, ſec.Io. Mo.& Ioa.And.quos ſequit̃ Gem.in c.1. eod. tit.li.6. niſi de conſenſu iudicis illius prouinciæ.ſed hoc ſtatim.Secundum eſt,an ſubditos abſoluere poſſint extra prouinciã de conſenſu iudicis illius prouinciæ? Et dñt aliqui, ꝙ quia hæc poteſtas datur eis limitate non vr̃, quòd excedere dẽant formam eis p̃fixã ꝑ d. c.excõicatis, & Pan.tenet, ꝙ non, dicens, hoc dictum ſingulariter notãdum, ꝙ pt̃as collata in certo loco ex priuilegio, exerceri nõ p̃t in alio loco, ẽt in ſubditos. Secus in iuriſdictione cõpetente de iure cõi.Et hoc ſequit̃ Sum. Roſ.Sed p̃dicti tenẽt cõtrariũ. Et hoc ſeq̃tur Sum.Ang.contra Ro.& hoc tene:quia ẽt contentioſam iuriſdictionẽ pōt quis exercere in territorio non ſuo de licentia iudicis territorij, ꝙ Hoſ.dicit eſſe æquum.Tertium, an poſſit abſoluere ſubditos, q̃ extra ꝓuinciã ĩ excõicationẽ inciderunt? Et dicit Hoſt. ꝙ non innixus, verbo, aliunde.in d.c.excõicatis.Sed hoc intelligitur de non ſubditis aliunde uenientibus.Vnde alij contrarium tenẽt, vt recitat Spę.ꝙ Pan.verius dicit: vt ſicut pōt punire ſubditos extra territorium delinquẽtes de fo. com. cũ contingat.ita poſſit ẽt eos abſoluere. Et facit, quia proprius ſacerdos abſoluit ſubditũ a delicto extra ꝓuinciam commiſſo. Quartũ eſt, an abſoluere poſſint non ſubditos incidẽtes in ꝓuincia ipſorũ legatorũ. Et dicit Hoſ. ꝙ ſic: q̃a tales aliunde accedere non dñr, cum non adueniant excõicati. Pro quo facit dictũ Abbatis in d.c.cum contingat. ꝙ ſcholaris ueniens ad ſtudium excõicatus, abſolui nõ pōt ab ep̃o loci, licet abſoluere potuiſſet ꝓprius ep̃s.Secus ſi ibi incidiſſet. Ex quo poſſet elici, quod pt̃as contracta rõne domicilij, non extenditur ad prius cõmiſſa.qđ tñ dictũ Pan.gñaliter non admittit. & bene:q̃a oppoſitũ ſup.dictũ eſt.ſup. Abſolutio.j.§.5. q̃ſito j. & ſeq. Quintũ additur, an poſſint abſoluere excõicatos a ſe in prouincia, poſtq̃ ſunt prouincia egreſſi. Et dicit gl. in c.nouit.de of.le.quòd nõ:q̃a exeundo prouinciã priuati ſunt dignitate.ff. de of. p̃ſi.l.3. & ſtatim expirat iuriſdõ. Qđ limitat Specu. qñ exeunt animo non redeundi:& vbi abſolutio vbi requireret cãæ cognitionẽ:Secus ergo ſi exeũt regreſſuri.& abſolutio eſt ĩ foro pœnitentiali.Et conſentit Inno. Et intelligetã de laterali, q̃ de tꝑali, ſec.Supp.lateralis tñ ẽt non regreſſurus, dũ redit ad vrbem, abſoluere poſſet ſacramentaliter, vt dictũ eſt.Sextũ, an abſoluere poſſint pro enormi iniuria. puta mutilatione: vel homicidio? Et cõiter tenetur, quod non. Pan. tamen in c. quod de his.de ſent. exc. ſatis innuit, ꝙ ſic. vide ſi vis.

19 Decimotertio † quæritur, qũo differant p̃dicti legati in beneficiorum collatione? Et dico, quod legatus lateralis ſolus pōt multa. Pōt.n.primo confirmare electiones ep̃orũ & archiep̃orũ & exẽptorũ in prouincia ſibi decreta:nõ aũt alij legati, ſine ſpeciali mãdato de ele.ſi abbatẽ.li.6. Et ſcđo dare licentiã abbati ſubdito immediatè apoſtolicæ ſedi a ſuo monaſterio ad ep̃atũ, q hoc nequiuiſſet ſine licẽtia Papæ vel legati:vt in d.c. ſi abbatẽ.Vbi dicit gl.idẽ eẽ iudiciũ de tranſitu ab vna abbatia ad aliã:q tñ ſi ep̃o ſubijcierentur, trãſitus nõ fieret ſine licẽtia ſaltẽ ep̃i. Pōt ẽt, ſecũ. Ber. cognoſcere de cauſis motis cõtra hmõi exẽptos:q̃a ꝑ priuilegia eximuntur a poteſtate ep̃orum, & non legatorũ: alij

au-

aũt legati contra iſtorum priuilegia hoc ſine ſpeciali mandato non poſſent. de offi. leg. ꝙ trãſlationẽ.in gl. Et tertio cõferre bñficia in terminis ſuæ legationis,cũ reſtrictione tñ, q̃ hr̃ in c.præſenti.& c.deliberat.de of.leg.li.6. & in c. offic. eod.ti.& li.alij vero non,niſi ex commiſſione ſpeciali.Quod ſi eccleſia patronũ laicum hẽt,conferre nõ poſſet,niſi ei,quẽ p̃ſentaret patronus.eodẽq; mõ ſi haberet patronum clericum,cui patronatus rõne patrimonij cõpeteret.de off.leg.c.dilect. Secus ſi clericus ſit patronus rõne eccleſiæ , vel ẽt ſi ſit collegiũ: q̃a eo irrequiſito põt legatus cõferre,cũ poſſit maius. ſ.conferre ipſas eccleſias irrequiſito epo.Collatio tñ beneficij per eum facta nõ valet. ſi non eſt facta mẽtio de alio beneficio,qđ prius habebatur,niſi,ſecũ. Io.And. hoc exprimeret ſe facere ꝓprio motu:quia valet collatio, licet vtrunque retinere non poſſit.Secus ſi ille impetrauit:quia tenebatur facere mentionem de priori.

20 QVAERIT † tñ Io.An.in glo.vtrum conferre poſſit illa beneficia, quorũ collatio deuoluta eſt ad Papã p Lateranenſe concilium? Et dicit,ꝙ ſic,ſec.Gof.& Inn.& Gul.in Spec. rep̃hendentes.Vin.qui dicit cõtrariũ.Et ſubdit ipſe Io.An.certũ eſſe,ꝙ legatus ẽt de latere conferre non põt bñficia vacãtia in curia Romana ſine mãdato ſp̃ali, vt de p̃b. licet in fi.qđ ĩtelligo ĩtra menſẽ.vt eo.tit.ſtatuimus.

21 ADDE † ꝙ vbi legatus lateralis vel alius ſp̃ali mãdato conferre põt in prouincia,concurrũt poſſibiliter tres beneficij collatores, Papa,legatus,& diœceſanus: & tunc ſi appareat cui primo collatũ ſit,non eſt dubiũ:ſi vero non apparet,potior erit conditio poſſidẽtis:& ſi neuter poſſideat:p̃ferẽ q̃ habuit à digniori, i.Papa,vel legato,de p̃b.ſi a ſede.li.6.

22 DECIMOQVARTO † quæritur,q̃d legatus in ſua prouincia poſſit aut nõ poſſit? Et dico ſec.Directo.quod põt primum exercere oĩa, quæ poſſet ille, qui eum miſit:p̃ter,reſeruata ſummo Põtifici,de quib.hẽt.ſup.Caſus.j.§.1. Et ſcđo põt ſolus edere ſtatuta in ſpectãtib. ad iuriſdõnem,ſm̃ no.in c.fi.ext.eo.dummodo non ſint contra canones generales, q̃bus in aliquo derogare non põt. Et idem dico in epo:vt no.Ioa.And.in c.fi.de of.archipr.& idem dicit Gem.& plus.ſ. quod eps nõ põt facere ſtatutum,quo ius commune arctetur.Si tñ vellet ſtatuere legatus in cõcernẽtib.aliorum p̃iudiciũ, illorũ conſenſum dẽt habere, vt no.Inn.in d.c.fi.Vtrũ aũt poſſit aliquo caſu mutare legata.inf.Legat.¶ Non põt autem primo,ẽt ſi ſit laterali conferre vel reſeruare eccleſias cathedrales,aut regulares,vel collegiatas de of. le. c.deliberatione.li.6. vbi dicit ꝙ conferre vel reſeruare eccleſiã,eſt conferre vel reſeruare ipſam primã dignitatẽ de eccleſia,puta epatũ plebanatũ,abbatiã,prioratũ,& ſimilia:vñ nõ ꝓhibeẽ conferre bñficiũ, hoc eſt,canonicatum dictarum eccleſiarum. ¶ Nec ſecundo,conferre vel reſeruare in eccleſijs cathedralib. dignitates principaliores poſt epatũ,ad quas p electionem veniẽ,vt eſt archipresbyteratus,archidiaconatus,p̃poſitatus, & hmõi, vt in d.c. de liber. de of.l.li.6. Vñ ſi in eccleſia cathedrali eſſent duæ dignitates p electionẽ habẽdæ,puta, archipresbyteratus,& archidiaconatus:eã q̃ maior haberetur,nõ poſſet dare legatus.Et ibi dicit glo. ꝙ licet archidiaconus ſit maior maioritate prælationis,de qua ibi intelligitur,inſpicienda eſt tñ conſuetudo loci: is. n. hr̃ prior poſt ep̃m:vt qui capitulum conuocat, & capitulo præeſt. Igiẽ poſſet dare minorẽ ẽt maiorem: ſi non haberet per electionem.¶ Nec põt tertiò,ẽt ſi ſit lateralis, concedere alicui ĩ gñali vel ſpeciali:vt recepta reſignatione bñficiorũ ab his, qui hñt illa, poſſit ea alteri conferre. de ele. deliberatione.lib.6.vbi dicit gl. ẽt nõ põt vni committere, ꝙ recipiat reſignationem bñficij, & alteri ꝙ illud conferat: q̃a qua rõne cõmittẽdo vni reſignationẽ & collationẽ,datur via ad vacaturas eccleſiarum , eadẽ rõne dareẽ via ad idem cõmittendo diuerſis ar.de ele.c.j.li.6.Põt ergo legatus recipere bñficium p reſignationem, & illud poſtea vacans alteri concedere:ſed põt cõmittere alteri vt hoc faciat: q̃a facilius p iſtum modum fieret fraus ad vacaturas eccleſiarũ. Putat tñ Arch.ꝙ poſſit alicui cõmittere, vt bñficij reſignationem recipiat,& ea recepta,cũ vacet,eidẽ vel alteri cõmittere eidẽ collationẽ.Et p dictã decretalem attentari poſſet,ꝙ licet eps poſſit generaliter tradere poteſtatem officiali aut vicario ſuo conferendi vacantia beneficia.de off.vica.c.fi.non tñ alteri,quem officialẽ non conſtitueret.¶ Nec põt quarto, ſi in aliqua cathedrali vel collegiata eccleſia fecit aliq̃ reſeruationem, ea pendente aliam facere in eadem:nec ẽt poſtq̃ aliqđ reſeruauerit alicubi beneficiũ eſt collationem pertinens cuiuſcunq; quamdiu reſeruatio pẽdet, aliud pertinens ad collationem eiuſdem,põt legatus ſibi reſeruare:vt in d.c.p̃ſenti.¶ Nec quinto,põt legatus proceſſum delegati impedire,aut eius irritare ſn̄iam:ſed bene p̃t confirma-

firmare, & exequi ff. l. studuisti. Similiter nec potest absoluere excõmunicatos à papa, vel eius delegato: vt ibi. ¶ Nec pt sextò, ẽt lateralis generaliter se intromittere de his, q̃ spãliter papæ reseruãtur. de off. leg. nisi & c. quod translationem, nisi ei concedatur in iure, vel habeat speciale mandatum, vel s̃m Pa. ex priuilegio, vel consuetudine, cuius initij non sit memoria. Vnde secundum gl. dist. 3. §. 1. non potest facere generale, vel prouinciale concilium, nisi ad hoc sit specialiter destinatus.

13 DECIMOQVINTO † quæritur, de terminatione legationis, & eius effectu? Et dico, s̃m Io. And. ꝙ legatio quatuor modis finitur. Primò, si datus est legatus ad tps: quia eo finito finitur legatio. ff. de off. dele. de causis. Secundò, qñ est reuocatus. ff. de iud. l. iudicium. Tertiò, qñ egressus est legationem aĩo non redeundi. Secus si egrederetur vnã prouinciã is qui est legatus in pluribus, quia in qualibet parte legationis, sicut eps in qualibet parte diœcesis, legationẽ exequitur. de off. or. cum episc. li. 6. Quartò post mortem legati, nõ aũt post mortem constituẽtis illũ ext. eo. lega. li. 6. Legatione verò finita his modis in sui persona non finitur, primo quo ad cõstitutiones eius, quia perpetuo durant, licèt sit prouinciã egressus, aut mortuus, nec secũdo, quo ad cepta per delegatos ab eo, vt su. §. 6. Oẽs aũt reseruationes beneficiorum factæ ab eo, ẽt si erat lateralis, & decreta interposita sup his, nec nõ denũciationes, inhibitiones, & ꝓcessus quilibet per eũ, vel per executores eius sup his habiti, dummõ ad collationẽ eorundẽ bñficiorũ iã vacatiũ non sit ꝓcesũ, finita legatione virib. euacuãtur, nec dicti executores possunt vlterius beneficia taliter reseruata cõferre, vt ĩ d. c. ꝑsen. De materia legati, & delegati multa hẽs p Archiep. 3. par. ti. 9. c. 3.

DE DEMENTIA.

1 *Dementia à quo excuset, & num vbi cessauit, possit quis ad ordines promoueri remissiuè.*

1 DEMENTIA † si est perseuerans, excusat à culpa, quantum ad factum in illa commissum. 15. q. 1. aliquos. 22. q. 7. quemadmodũ, & ab irregularitate: vt in cle. vnica. de homi. Vtrũ autẽ postq̃ cessauit, possit quis ad ordines ꝓmoueri: vide sup. Corpore vitiatus, §. 8.

DE DAEMONIACIS.

1 *Dæmoniacus num quis sit, qualiter reprehendatur. Et vtrum promoueri queat remissiuè.*

1 DAEMONIACVS † vtrũ sit quis necne deprehendi potest, si 30. diebus indifferenter carnibus vesci cogatur, maximeque hædinis, quæ dæmones prouocant. 7. q. 2. cap. 2. in gl. q̃a si nullã senserit læsionẽ apparebit, ꝙ dæmoniacus nõ sit. Sunt & alia huius rei signa, de q̃b. dixi in tractatulo de exorcis. Vtrũ autẽ ꝓmoueri possit dæmoniac⁹, su. corpore vitiatus §. 8. vide ẽt su. adiuuare, & inf. Superstitio & maleficiũ, q̃tum ad materiam dæmonum.

DE DENVNCIATIONE.

1 *Denunciationis definitio, & quid notet particula de, & quotuplex sit denunciatio siue Canon. Docto. siue Theologos spectes.*

2 *Denunciationi Euangelica, qui adstricti sint. Et qui ad eam admittantur. nu. 3.*

4 *Denunciationem prædictam num semper monitio præcedere debeat. Et quotuplex.*

5 *Prælatus, si peccati denunciationem sub excommunicationis pœna præcipiat, num teneatur subditus forma Euangelica non seruata obedire.*

6 *Iuramentum, qui iurauit crimen omne quod resciuerit, denuntiare, vel non denuntiare, qualiter accipiendum sit.*

1 DENVNCIATIO † est nunciatio, i. manifestatio criminis facta superiori, ita ꝙ ꝑpositio, de, augeat nunciationem, ff. de po. l. j. & s̃m Cano. in c. nouit, de iu. diuiditur in Euãgelicã, canonicã, iudicialẽ, & regularẽ, q̃ dis. vix poterit quis saluare, q̃n mẽbra coincidãt Vide Pa. ibi Theologi vero distinguunt duplicẽ tñ, s. ꝑnialẽ, i. facta ꝓlato, vt priuatæ ꝑsonæ, & iudicialẽ, i. factã eidẽ, vt ꝑsonæ publicæ. i. vt est iudex, & de hac nunc loquimur: quia de alia dictũ est su. de Correctione fraterna.

2 PRIMO † verò q̃ritur, qui teneantur ad denunciationẽ euangelicã? Et dico opin. varias esse Canonistarũ, in d. c. nouit. Sed tñ oẽs verũ aliqualiter senserũt, q̃a si loquamur vt est ꝑnialis solũ, siue fraterna correctio, sic verè dicit Arc. in c. si peccauerit, 2. q. 1. ꝙ tenentur oẽs. s. eo mõ, quo ad fraternã correctionẽ. Si vero loquamur vt ẽ iudicialis, sic verè distinguit Inn. in d. c. nouit, ꝙ q̃tũ ad peccatũ ꝑpetratũ qđ cõtinuationẽ nõ recipit, tenet solũ is cui hoc cõpetit ex officio: quia hoc ꝓcedit ab actu iustitiæ: vt qui peccauit, puniatur nõ ꝑp se, cũ iã nõ sit peccaturus: sed ꝑp alios, & hoc ꝑtinet ad superiores. 11. q. 2. ꝓcipuè, 23. q. 4. duo ista, sed quantũ ad peccatũ ꝑpetrãdũ, & q̃tum ad perpetratum, qđ recipit augmentũ, vel multiplicationẽ, aut cõtinuationẽ mali, tenetur quilibet credẽs se eã posse perficere sine graui detrimẽto. 22. q. 5. hoc vr̃, quod Sum. Ang. malè limitat quoad prælatos: quia nullus ꝓlatus, vt ꝓlatus denunciat, cũ careat superiore. Et ratio est, quia ista denunciatio

eſt actus charitatis,vt delinquẽs corrigatur,
vel ſaltem ad aliorum terrorẽ compeſcatur.

3 SECVNDO † quæritur,quis ad iſtam denun
ciationẽ admittatur?Et dicit gl.in d.c.ſi pec-
cauerit,& Arc.ꝙ admittuntur oẽs infames,
minores, mulieres ,& oẽs modo bono zelo
denuncient,de ſen.& re.iu.cum l. & A.quod
limitatur,ſm eoſdem,niſi permaneant in cri
mine:quia cum tales ſua crimina nô correxe
rint:credendũ eſt, ꝙ non bono zelo denun-
ciẽt aliena.Et idẽ dico de teſtibus: qđ tñ Inn.
in d.c. nouit. limitat, ſi ſola pnĩa de crimine
q̃ritur,& non aliud tꝑale directè,vel inciden
ter q̄a tunc legitimi teſtes ſolum admittunt̃.

4 TERTIO † q̃ritur,vtrũ denunciationẽ iſtã
dẽat ſemper monitio pręcedere?Et dico,ꝙ ſi
peccatũ eſt publicum,admonitio nulla requi
ritur:ſm Arc.in d.c.ſi peccauerit,& 45.di.ſed
illud,ſi verò eſt occultũ,& tardatio denũcia-
tionis inferret proximo nocumentum corpo
rale,vel ſpirituale,puta, proditionem, infe-
ctionem,vel hmõi:ſimiliter non requiritur,
niſi conſtaret,ꝙ ad monitionẽ peccator deſi
ſteret,q̄a ſi poſſibile eſt,ſic quiſq; debet cor-
rigi,vt eius fama non lædatur. Si verõ nõ fit
nocumẽtum,niſi peccati, dẽt præcedere mo
nitio duplex:vna ꝑ monẽtẽ ſolũ ꝑ ipſius pro
bãdũ iur̃m,alia per ipſum,& vnũ,vel duos te
ſtes,per quos probatur, quod Rich.in 19. di.
4.limitat,niſi probabiliter credatur monitio
ſecreta non profutura.& concordat S.Tho.

5 QVARTO † quæritur, vtrũ ſi p̃latus perci-
piat maximè ſub pęna excõicationis,denun-
ciationẽ peccati : ſubditus teneatur obedire
nõ ſeruata forma euangelica? Et dico,ꝙ ſic,
primò,ſi peccatũ eſt publicũ. Secundò, ſi eſt
nociturnũ ꝓximo,& eadẽ rõne ſibi.Tertiò ſi
correctio nõ ſperatur.Quartò,ſi peccatũ eſt
leue,non infamatoriũ: & hoc in denũciatio-
ne publica:in ſecreta aũt vltra hæc,ſm Sum.
Ang.tenetur,ſiue p̃ceſſerit monitio,ſiue non
ſiue ſequuta fuerit correctio,ſiue nõ,quia va
let ad præcauendũ recidiuum,& nõ eſt in p̃iu
diciũ famæ:ſi talis eſt p̃latus,qualis eſſe debet
quia quilibet tenetur obedire prælato in ꝑti
nentibus ad officiũ eius, quæ non ſunt cõtra
Deũ.Et hæc eſt cõiter opinio Doc.ordinis no
ſtri & S.Th.in quoli.quod tñ fallit, qñ per ſi-
gna valde probabilia, & p̃ſumptiones quaſi
violentes credẽtur:prælatus inde vellet ſub-
ditũ infamare.Sed iſta opi.nõ eſt S.Th.ita in-
diſtinctè,q̄cquid ſit de alijs, non eſt vera, niſi
eo caſu,quo ſine peccato ſubditus poſſet de-
nunciare prælato non præcipiẽti, quæ aliter
ſemper eſt contra Deum. Vnde ſi non eſſet
probabile periculum de recidiuo, ſi eſſet æ-
què ſubditus,vt prælatus obuiare poſſet:pec
catum eſſet denunciare correctum,qui apud
prælatũ ſine cauſa notaretur.De peccati ma-
cula,vide ſu.Cor.§.9.¶ Quintò,quæritur,q̄d
de eo, qui iurauit denunciare omne crimen,
quod ſciuerit,vel non nunciare? Et dico quã
tum ad primum,quòd iuramentum intelligẽ
dum eſt eo modo,quo denunciatio licèt: vn-
de quando ipſa eſt illicita, iuramentum non
ligat.Faciat c.ex parte tua,de cle.non re.& ſi
intendebat iurare, etiam quando eſt illicita,
peccauit inf.Iurament.§.6.¶ Quantum verò
ad ſm, dico, ꝙ iuramentum intelligendũ eſt
in caſu,in quo denunciatio non cadit ſub p̃-
ceptũ,vel conſiliũ:vbi autẽ eſt de p̃cepto vel
conſilio, non obſtante iur̃o denunciare põt
in ſecũdo caſu,& in primo tenetur, per nota
ta.2.2.q.4.in multis capitulis: & ſi aliter inten
debat,fuit peccatũ,per dicenda inf. Iur̃m. §.
eo.de iſta materia vide ſu.Accuſatio.& inf.In
quiſitio per totum,& inf.Furtum.§.15.

DE DEPOSITO.

1 *Depoſiti finitio, & quibus in rebus locum habeat.*
2 *Depoſitarius pro qua culpa teneatur, ſi depoſitũ aut pereat, aut deterioretur. Et quid de caſu fortuito.*
3 *Eccleſia nũ de depoſito ſibi facto, ſi pereat, teneatur. Et quãdo in vtilitatẽ eccleſiæ verſum præſumatur, & quis id probabit. nu. 4.*
5 *Depoſitarius ſi pereunte depoſito, rem ſuam ſeruat, cum rem vtranque non poſſit, an teneatur.*
6 *Hæredes ſi depoſitum mortuo factum, aut quiuis alius diſtraxerit, an teneatur.*
7 *Diligentior ſi quis in re ſua quam communis hominum natura requirat fuerit, in depoſito autem non plus, ſed æquè, an teneatur.*
8 *Tabernarius, aut nauta, de re in taberna, vel naui eo inſcio depoſita, an teneatur. Et an bidellus de libro a ſcolari in ſcholis depoſito. nu. ſeq.*
10 *Depoſitarius de rei depoſitę vſu, an teneatur. Et an depoſitor depoſitum ad arbitrium reuocare queat, & ad id reddendum teneatur depoſitarius. Et in quot caſib. reddere non teneatur. nu. 11.*
12 *Depoſitũ an ex recõpenſationis cauſa detineri poſſit.*
13 *Depoſitum à ſe factum nũ quis furto ſurripere q̃at. Et an in depoſito ęſtimatio facta gradum adijciat.*

1 DEPOSITVM † ſecundum Hoſt. eſt quid cu
ſtodiendum alicui,vel alicuius fidei da-
tum,vel creditum:vt ff.dep.l.1. quod quidem
locum habet ſolum in rebus mobilibus & ſe
mouentibus tantum,ſm glo.in c. bona fides,
eo.ti.niſi forte,vbi apud ſequeſtrum deponi
tur,cum res aliqua inter plures in cõtrouer-

ſiam deducitur: de iudic. examinata. & in l. licet. ff. depo. Et ſicut ibi dr̃, in depoſito dominium non transfertur: vt etiam in d. l. licet.

2 †PRIMO verò queritur, pro qua culpa depoſitarius teneatnr, ſi depoſitum pereat, aut deterioretur? Et dico, ꝙ regulariter non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa: q̃a cõiter fit gr̃a deponẽtis tm̃: vt patet in d. c. bona fides. & ff. de depo. l. 1. Adde, ꝙ ſi deterioratio talis ſit, ꝙ reddatur inutile deponẽti, reddetur æſtimatio tota. alioquin iuxta deteriorationis quãtitatẽ. ar. eoru q̃ no. ĩ l. 1. ff. de ędi. edi. ¶In duob. tñ caſib. tenetur ẽt de leui. Primò, ſi ꝓ cuſtodia mercedem recepit, vt in d. c. & d. l. 1. §. ſi quis ſeruũ. quo tñ caſu Sũ. Piſ. & arch. dicunt eum teneri de leuiſſima: ſed primũ tenuit gl. in d. c. bona fides. & Goff. Secundò, ſi cõuenit, vt teneretur. d. l. 1. §. ſi cõueniat. vbi dr̃, ꝙ contractus ex conuentione legem accipiunt: ſi tñ conuenirent, vt de dolo non teneretur, non eſt ſequenda iſta conditio, quia eſt contra bonos mores, & contra bonã fidẽ, vt ibi dicit. §. ſi conueniat. ¶ In trib. quoq. tenetur ẽt leuiſſima. Primò, ſi eam depoſitarij ſit res depoſita. Scd̃o, ſi depoſito ſe obtulit, ĩtellige ſi diligentiſſimum exquiſiuit. ¶Tertiò, ſi conuenit: vt in d. l. 1. ſæpe euenit. ¶De caſu ãt fortuito nõ tenet̃, niſi fuerit in mora reſtituendi, vel in culpa, vel pacto cõuenerit. De his vide ĩ d. c. bona fides. & ibi Pa. Sed tñ quo ad pactũ, dic ut ſup. dictũ eſt de commodato.

3 †Secundo quæritur, vtrum eccleſia teneatur de depoſito ſibi facto ſi perear? Et dico, ꝙ aut eſt factũ prælato præciſe, aut prælato & c. ſimul, aut alteri officiali, putà ſacriſtæ. Si factũ eſt prælato tm̃, eccleſia non tenetur: d̄ depo. c. 1. niſi ſit verſum in vtilitatẽ eccleſiæ, vt ibi dr̃. Si verò fiat p̄lato, & c. ſimul. ſcd̃m Hoſ. eccleſia tenetur, ẽt ſi inde eccleſia nõ lucretur, ſed cõtractus fiat gratia deponẽtis tãtũ. Et idẽ ſentit Io. An. vna cũ gl. c. 1. eo. tit. Et horũ rõ eſt: q̃a tunc fit eccleſiæ. Inn. verò per l. licet. ff. de decur. dicit, ꝙ non tenetur, niſi inde lucrũ aliqd̄ cõſequat̃. Sed Pan. cõcordat, dicens, ꝙ non tenetur quatenus veniendũ ſit ad diſtractionem immobilium, vel mobilium pretioſorum, tenetur aũt quatenus põt ſatiſfacere de alijs, putà fructib. Et hanc concordiã indubitatè verã credo in prælatis, qui immobilia alienare non poſſunt: quia in præiudicium ſucceſſorũ nequeũt obligari. Si verò fiat ſacriſtæ, Ioan. And. diſtinguit: quia ſi fuerat deputatus ad cuſtodiam vaſorum, non fit eccleſię, nec ipſa tenetur. Si verò fuit deputatus ad cuſtodiam diſpoſitorum: ſic ſm̃ eũ, & d. gl. obligatur eccleſia ex tali contractu inito gratia deponentis tantum: nec requiritur præſentia prælati & capituli: quia ſatis eſt, ꝙ illum à principio deputauerunt.

4 †TERTIO quæritur, qñ pręſumetur verſũ in vtilitatẽ eccleſiæ, aut q̃s hoc probabit? Et dico, ꝙ prælatus præſumetur in eccleſiæ vtilitatẽ illud conuertiſſe, qñ conſuetus eſt bñ adminiſtrare, & gubernare bona eccl̃æ, ſm̃ Arch. in c. hoc ius. 10. q. 2. & Bar. 1. in l. ciuitas ff. ſi cer. pe. & latius ꝑ Bal. in auth. hoc ius. C. de ſac. ſan. eccl. Sed intellige, ſi depoſitũ fuit apud prælatum. Probabit aũt illud eſſe in vtilitatẽ eccleſiæ conuerſum. qui hoc dicet. l. ei. q̃ ff. de prob. ſm̃ Inn. d. c. 1. qui dicit hoc ſp̃ale in depoſito & in mutuo: vt in d. auth. hoc ius. §. is creditor, quod tñ in depoſito limita, niſi ſatisfieri poſſit de fructib, quia tunc nõ oportet probare illud verſum eſſe in vtilitatẽ eccleſiæ: vt ĩ d. §. ſi creditor. Similiter nec ĩ alijs cõtractib. excepto mutuo, pro quo vide opiniones diuerſas in c. qd̄ quibuſdã. de fideiuſſ.

5 †QVARTO quæritur, vtrum teneatur depoſitarius, ſi pereũte depoſito ſaluat rẽ ſuã, cũ non poſſit vtranq. ſaluare? Et dico iuxta diſtinctionẽ poſitã ſup Cõmodat. §. 12. Et licet d. c. bona fides videatur velle, ꝙ ſit in dolo, ſi perdito depoſito hẽt ſuã rem ſaluã: tñ hoc intellige quo ad p̄ſnmptionẽ, q̃ in foro aĩæ ceſſat. Imò circa hoc ex rerũ & perſonarũ qualitate bonus iudex arbitrabitur, dolũ affuiſſe, vel ne: nec dari põt certa doctrina, quia ſicut ſuã vitã, ita & rem non tenetur q̃s exponere, vt ſaluet alienam, ẽt meliorẽ, niſi qñ rẽ alienã tenebat̃ æque vt ſuã ſeruare, & ſua erat vilior. De his Pan. in d. c. bona fides.

6 †QVINTO, vtrũ teneatur hæres, aũt alius, ſi depoſitũ mortuo factũ diſtraxit? Et dico, ꝙ ſic doloſè fecit, ſi autẽ bona fide ignorans rẽ depoſitam, nõ tenetur, niſi de eo qd̄ ad eũ peruenit. Et idem in cõmodato. l. 1. §. vlt. & l. ſed & ſi nõ ſit hæres. ff. eo. tit. Qd̄ ſi minus vẽdidit, vel p̄tiũ non exegit ſine dolo, tũc actiones tantum præſtabit deponenti, aut cõmodanti, vt in l. 2. ff. dep. Sed ſi rẽ p̄ſtare poſſit & nolit, culpa, i. dolo nõ caret, vt i l. plane. ff. depo. iuncta l. dolus. ff. man. Vnde tenentur.

7 †SEXTO, an teneatur qui in re ſua plus fuit diligens, quàm cõis hoĩum natura requirat, in depoſito aũt non plus, ſed tantum? Et dicit Bart. in l. ꝙ Nerua, ff. depo. ꝙ tenetur, qui rebus depoſitis tenetur p̄ſtare diligentiã tãtã, quãtã ſuis: alias eſt in fraude p̄ſumpta. Et ſi

dicaẽ primò, ꝙ nõ licebit ei ſuas prȩferre cõ tra prȩdicta, dico hoc non ſequi, quia intelligitur quouſq. vtriuſq. poteſt adhibere. Et ſi dicatnr ſecundo, ꝙ iſta diligentia ſua erit dã noſa, & cõſequẽter ſtultus erit melioris cõditionis, q̃ peritus, dico illi diligentiã nõ eſſe damnoſam, ſed dolum præſumptum, ex quo diligentiã adhibuit minorem depoſito, q̃ rei ſuæ: quia eſt abſq. bona fide. Et idem tenet gl.

8 † SEPTIMO quæritur, vtrum teneatur tabernarius aut nauta de re in taberna, vel naui depoſita eo ignorante? Et dico, ꝙ nõ, ꝑ notata a Card. poſt Spe. in cle. ne in agro. de ſta. mo. quia nõ tenẽtur, niſi res conſignẽtur, & ſi cõſignenẽ in ſacculo, vel burſa, nec videantur, non crediẽ deponẽti, ſi dicat aliqua deperijs ſe, niſi ꝓbet ſcd̃m Matt. in ea. cle. §. ſane. nec ſtabiẽ iurõ eius, ꝑ c. fi. de iureiu. q̃a iurm nõ daẽ, niſi qñ præcedit ſemiplena probõ, vt in c. fi. qđ me. cã. vide ẽt inf. Nauta. per totũ.

9 † OCTAVO quæritur, vtrùm teneaẽ bidellus de libro in ſchola repoſito à ſcholari? dico, ꝙ aut ſcholaris aſſignauit bidello librũ, ſpecificè, aut nõ. Si primũ, teneẽ ſi pereat, q̃a tenetur ad cuſtodiam, ſicut cuſtos. Si tamen bidellus reſtituit librum ſocio ſcholaris conſueto, vel familiari, aut alicui deferenti aliqđ ſignũ ſcholaris, & ille inde aſportauit, ſecundum Bart. in l. fi. quia vxori, §. apud Labeonẽ ff. de fur. bidellus non tenetur. arg. l. eum qui, & in l. argẽtũ. ff. commo. ex quo infert Pan. ca. 2. de fur. ꝙ licitè quis rẽ alterius reſtituit deferẽti ſignum eius, qđ tñ limitat, niſi ſit ꝓtioſa: q̃a de facili ſimplici ſigno credere nõ deberet. Si aũt ſcd̃m, adhuc poteſt diſtingui, ſcd̃m l. dñs. ff. lo. an bidellꝰ obtulerit ſe ad cuſtodiã: & tũc dicit, ꝙ tenetur: aut non: & tũc non tenetur. Vel dici põt aliter, ſ. quod teneẽ bidellus ſpãlis, ſi eſt in culpa, quia collectas, & alia cõmoda habet, ut libros cuſtodiat: nõ aũt bidellus generalis, cuius officiũ nõ eſt cuſtodire libros. Et in eo procedit opinio Bar. Et vbi eſt generalis tantũ, vt Senis: aduertenda eſt forma conſtõnis, vt procedat illa opinio, ſi ex conſtõne tenetur cuſtodire libros, alias ſecus. Hæc ex Pa. ibi. pro qua autem culpa teneatur, vide ſup. Cuſtos. per totum.

10 † NONO quæritur, vtrum teneatur depoſitarius de vſu rei depoſitæ? Et dico, ꝙ ſic, & eſt fur, in l. qui furtum. ff. de cond. fur. quod lita, ſi ei prohitũ fuit, ne vtereẽ. Fallit hoc in duobus caſibus. Primò, ſi putauit dominum permiſſurũ. ff. de furt. l. qui in re. in princ. etiã ſi minus ꝓbabiliter hoc putauit, ſcd̃m Hoſt. licèt præſumatur contra eũ, ſi cã nõ habuit putandi. ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. Secundò qũo deponitur cõtentũ numero, põdere, vel menſura: vt pecunia, vel hmõi, in quo. ſ. propriè locũ nõ habet depoſitũ. l. Quintus. ff. de po. quod limita, niſi obligetur, ſiue obſignetur, aut claudatur, quia eo ipſo deponens vr̃ prohibuiſſe. niſi aliud diceretur expreſſe, ff. depo. l. ſi ſacculũ. & l. licet. §. ei. Vnde patet, ꝙ nõ tenetur de lucro, quia pecunia depoſita ſine obſignatione licitè lucraẽ, niſi quatenus ex hoc alicui infertur aliqđ iniuſtũ ĩtereſſe.

11 † DECIMO quæritur, vtrum depoſitor poſſit pro ſua voluntate reuocare depoſitũ qñ voluerit: & depoſitarius reddere teneaẽ? Et dico, ꝙ ſic, vt in c. bona fides. eo. ti. ẽt ſi depoſuiſſet, vt ſibi certo tẽpore redderetur, in l. 1. §. ſi depoſuero. ff. eo. etiã contra pactũ appoſitum, ſcd̃m Inno. in d. c. bona fides, quia põt pȩnitere, vt in d. l. 1. §. pe. Qui aũt eo vtitur cõtra eius voluntatem, aut illud negat, eſt fur. extra eo. c. 1. & ſuo noĩe cõdemnatus efficiẽ infamis, l. qui depoſitũ, C. eo. Et idẽ in pignore. Qui aũt nõ ſuo noĩe, ſed procuratore, tutorio, curatorio, vel defenſorio cõdẽnatur, nõ efficitur infamis, vt in l. furti. §. ſi q̃s alieno, ff. de his, qui no. infa. ¶ In quatuor tñ caſibus reddere nõ tenetur. ¶ Primò, qñ effectus furioſus gladiũ repetit, ẽt ſi iuraſſet ſemꝑ ſe ad eius petitionẽ redditurum, 22. q. 2. ne q̃s. ¶ Secundò, ſi deponens poſt depoſitũ fuit deportatus, & bona eius publicata, quia in publicũ depoſitũ deferendũ eſt, nõ ei qui depoſuit. l. bona fides, ff. de do. ¶ Tertio, qñ fur, & dominus in repetitione concurrunt, quia ꝑponitur dñs. vt in d. l. bona fides. ¶ Quartò, quando fur depoſuit apud dominum, cui ſubripuit, vel apud proprietarium, vt in ea. l.

12 † VNDECIMO quæritur, vtrùm ex cã recõpenſationis poſſit detineri depoſitũ? Et dico, ꝙ nõ, nec habet in eo locũ recompẽſatio in totũ, vel deductio in parte. vt in d. c. bona fides, licet in alijs recõpenſatio admittatur, ſi cã eſt liquida, ita ꝙ facilẽ exitũ hr̃e credaẽ, vt ibi. qđ limita de recompẽſatione directa: quia indirecta in foro animæ admittitur in omnibus ſimpliciter. ſup. Compenſatio §. 2.

13 † DVODECIMO quæritur, vtrum poſſit quis rem ſuã apud aliũ depoſitã furto ſubripere? Et dicit S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 5. ꝙ non, quia grauat depoſitariũ ad reſtituendũ, vel ſe oſtendendũ immunẽ, vnde tenetur eã reuelare, ſi hoc fecerit: qđ lita, niſi depoſitarius ſciuiſſet rem depoſitam detineri iniuſtè à deponẽte,

vel nisi eã denegasset vero domino simul cũ
vsurpatore repetente: q̃a cum eam iniuste te
neat, licitè ab eo furtiuè surripitur eo modo,
quo alia iniustè detenta, argu. l. ancillæ. C. de
fur. & l. bona fides. ff. depo. de quo vide infra,
Furtũ. §. 12. An autem æstimatio in deposito
adijciat gradum: dico, ꝙ sic, sicut & de commodato
dictum est sup. Commodatum. §.

DE DERISIONE.

1 *Derisionis definitio, & quando fieri propriè dicatur.*
2 *Derisionem peccatum mortale esse, & in Deum maximè grauissimum.*
3 *Desperatio ex quo cognoscatur. Et quid spes, & quid innuere videatur verbum desperatio.*

1 DERISIO † secundum S. Th. 2. 2. q. 65. est,
cum quis malum, vel defectum alicuius
in ludum, vel risum ponit, vt erubescat, vnde
est speciale peccatum habens. s. speciale finẽ:
quia sicut in conuitio intenditur humoris de
trimentum, & famæ in detractione, & amici
tiæ in susurratione: ita hic intẽditur erubescẽ
tia. Dicitur autẽ propriè derisio si fiat verbo
vel cachinno, subsãnatio verò si fit iugato na
so, & illusio factis, in quibus oĩb. idẽ est finis.

2 EST † autem peccatum mortale, ẽm mentem
eiusdem, qñ malum graue, seu notabile
existimatur ita leue rõne ꝑsonæ, q̃ nõ existi
mamus, vt de eo non sit curandum, sed quasi
habendum ꝑ ludibrio: si autem hoc fiat, quia
malum est paruum, ẽm se est veniale. Et idẽ
sentit Ale. qui vr̃ limitare dũmodo ꝓximus
non vilificetur, aut perturbet̃ notabiliter. Et
hoc tenet: quia notabiliter spernere, aut perturbare
sciẽter sine causa ex sola leuitate, est
contra charitatem. Est autem tantò grauius
peccatum, quanto magis personæ irrisæ debebatur
reuerentia. Vnde irrisio Dei est peccatum
grauissimum: deinde sanctorum, & sacramentorum:
deinde parentum, & prælatorum:
quartò irrisio iustorum, propter quam
multi à bono opere retrahuntur.

3 DESPERATIO † ex spe cognoscitur, quia
videtur importare priuationem spei cũ mo
tu contrario. Est autẽ spes virtus, certa expe
ctatio futuræ beatitudinis, ex Dei gr̃a proue
niẽs, & meritis habitis, vel propositis. Vnde
desperatio videtur importare diffidẽtiã de as
sequenda fœlicitate, ꝑꝑ absentiã gr̃æ diuinæ,
& propriũ meritorũ habitorũ, & ꝓpositorũ
sicut cũ quis existimat se damnandum, quia
nec credit Deũ miseraturũ: nec intendit ad
illũ cõuerti, qđ ex duobus ꝓuenit, ẽm S. Th.
primò ex acedia, seu tristitia, vel negligẽtia:
secundò, ex luxuria de hac vide 2. 2. quæ. 20.

DE DETRACTIONE.

1 *Detractionis definitio. Et quòd ea peccatum speciale sit à contumelia differens, sexque modis fieri solet, de quibus hic.*
2 *Detractionis peccatum nũ mortale sit. Et an omnia verba famæ diminutiua, detractionis nomẽ subeat. Et quidem de his, quæ ex loquacitate proferuntur.*
3 *Detractoris lubens ac sine resistẽtia auditor, an mortaliter peccet. Item qui de se mala, quæ ipse non patrarit, dicit, an mortale committat. Et ad quid teneatur. nu. seq.*
4 *Detractor ad restitutionem famæ alienæ læsæ, qualiter teneatur Et ibid. subijciuntur limitationes septẽ.*

1 DETRACTIO † ẽm mentem S. Tho. 2. 2. q.
73. & aliorũ Theologorum est denigra-
tio alienę famę per occulta verba, idest dicta
in absentia eius, cui detrahitur. Et est specia-
le peccatũ differens à cõtumelia: vt patet ex
supradictis su. Derisio. & fit ẽm S. Th. sex mo-
dis. Nã aut fit indirectè, aut directè. Si indire-
ctè dupliciter. Primò negãdo bonũ alterius.
Secũdò, illud reticendo. Si directè, quadrupli
citer. Primò, quãdo alteri falsum imponitur.
Secundò, quando peccatum verbis augetur.
Tertiò, quando reuelatur peccatũ occultũ. s.
verbis cõibus, signis, cantilenis, seu etiã scri-
ptis, quæ dicuntur libelli famosi, de quo inf.
Libellus. Quartò, peruertendo intentionem
& dicendo bona mala intentione facta.

2 PRIMO † verò quæritur, vtrũ sit peccatũ
mortale? Et dicit S. Th. & alij Theologi, quòd
sic, per se loquendo multò magis, q̃ furtũ: q̃a
fama pretiosior est inter tẽporalia: & ꝑ eius
defectum homo impedit à multis bene agen
dis. Sed tñ, vt dicit S. Th. contingit, ꝙ quis ver
ba proferat diminutiua famæ: & non erit de
tractio formaliter: vt si proferat propter ali
quod bonum, vel necessarium, & cum debitis
circunstantijs: & sic non est peccatũ: vt accu
satione, & denunciatione patet, scilicet, qñ
fiunt ꝑꝑ bonũ. Si autem ꝓferat ex leuitate,
vel aliquod non necessariũ, nõ erit mortale,
nisi fortè verbũ sit adeò graue, ꝙ notabiliter
fama lædatur, ꝑcipuè in pertinentibus ad ho
nestatẽ vitæ: quia hoc ex ipso genere verbo-
rum habet rõnem peccati mortalis, hæc ex
illo. Qui habet in suis dictis virtualiter istam
maximã, quod detractio tunc semper, & tũc
solum est peccatum mortale, quando notabi
liter quis lædit famam ex intentione, vel ip-
so facto, sine causa rationabili, licèt videatur
requiri læsio maior, quando abest intẽtio læ
dendi, ẽm mentem eius: q̃ tamen certa regu-
la non potest diffiniri. Adde primò, sequi ex

his,quòd qui ex loquacitate profert ea, q̃ & pro mortali,& pro veniali possunt accipi,vt dicẽdo,talis est magnus,superbus,auarus,iracũdus,vel hmõi,quæ sumi possunt, & pro naturali inclinatione,& motu primo, non peccat mortaliter : quia talis ex se nõ lædit famã notabiliter: quia audiẽtes debent in meliorẽ partẽ interpretari,& non scandalizari. de regu.iur.estote.Adde secundò,idẽ esse in his, q̃ sunt modicæ importantiæ,vt venialia, q̃ cõmuniter nõ infamant,ſm Arc.& rõ patet.Et tertiò idem esse in mortalibus notorijs, ſm Arc.quia non læditur fama iam læsa,qđ intellige,si sunt notoria ei,cui dicuntur,aut saltẽ ꝓbabile est, qđ statim vẽtura sunt in notitiã eius,aliàs fama notabiliter læderet.Et quartò idẽ esset in criminibus mortalib. ẽt occultis,si sunt minora notorijs,sicut non est infamia notorio homicidæ,& furi.ꝙ sit fornicatus.Et quintò idem esse,ſm Sco. qñ ex loquacitate dicuntur infamatoria recitatiuè : quia ex natura talis actus non aufertur fama in opinione audientis,quia citò,credens leuis est corde.Si tñ aliquid adderetur prouocatus ad credendum est mortale,ſm Lau.ꝙ intellige, qñ notabiliter famæ læditur,vt dictum est.

3 † SECVNDO quæritur,vtrũ peccet mortaliter auditor detractoris sine resistẽtia?Et dicit S.Th.ꝙ talis vr̃ consentire,& consequenter particeps crĩs eius fieri, qđ quidẽ si facit inducendo ad detractionem vel saltem in illa complacendo,nõ minùs, sed qñque magis peccat,q̃ detrahens:vnde peccat mortaliter, qñ & detractor.Si verò hoc facit,nõ qa placet peccatũ:sed ex timore,vel negligẽtia,aut verecundia, peccat minùs,q̃ detrahens,& ꝯ qñque quidẽ venialiter tm̃,quandoque verò ẽt mortaliter possibiliter;vt qa ex officio incũbit ei corrigere detrahentẽ, vel ẽt ꝑꝑ aliquod periculũ inde sequens,aut ꝑꝑ radicem, quia timor humanus aliqñ potest esse mortale:de quo inf. Timor. Et consentit Alexand.

4 † TERTIO quæritur,vtrũ mortaliter peccet,qui de seipso dicit mala,quæ nõ fecit? Et dico,ꝙ sic,si nõ facit ratione torturæ:& tenetur retractare.arg.c.nõ sunt audiendi, 11.q.3. Et idem tenet gl.in c.15.q.5.si quis rõnẽ torturæ hoc faciat,ꝑꝑ euitanda tormẽta, sed nõ est verum,talia dicãtur de se,siue de alio, qa talis confessio nõ infamat efficaciter, neq; valet,esset tñ mortale,si extra tormenta ratificaret talia,quæ per ipse esset damnandus, & alius damnificandus : & teneretur retractare directa de alio:dicta verò de se nõ tenetur retractare,si timet sibi renouari tormenta,quibus mortem prælegit.Sum.Ang.& verum est fortè,si sperat se retractaturum post sententiam ante mortem: tamẽ quicquid sit de hoc Pan.in c.ex parte,el 2.de sepul. ꝑ illum text. & per c.nõ licet,23.q.5.tenetur saltem in extremo publicè reuocare, quod tormẽtorum metu falsò confessus est,aliter est in periculo so statu,& clarius Felin.de testi.cog.cap.1.& Scot.in repetitione super capit.ad audientiã. de homi.& Arc.2.parte.tit.2.c.§. 3.

5 † QVARTO quæritur, vtrum, & qualiter detractor restituere teneatur? Et dico,scđm omnes doct. ꝙ qui famã subripuit,restituere tenetur,qđ limita,si dixit,vel fecit de sui natura infamatorium,vnde secuta fuit infamia apud illum,apud quem non erat sinistra opinio.Etsi quidem dicit verum:non tenetur restituere dicendo se mentitum:sed excusando eo modo,quo potest : putà, dicendo se malè fecisse,& huiusmodi.Si verò dicit falsum, tenetur dicere,se esse mentitum. Fallit,qđ dictum est in septẽ casib. ¶ Primò,qñ sequeretur infamatio maior,putà,qa fortè nõ recordantur ampliùs qui ab eo audiuerũt,& vulnera renouati cõtingeret.¶Scđo,qñ fieri nõ potest restitutio sine periculo probabili alicuius peccati mortalis vel mortis corporalis,& hmõi,quia tale malum præponendum est famæ.Tenetur tamen infamator ad aliquid æquiualens, ſm aliquos,qñ fama restitui non põt,ar.capi.ecclesia sanctæ Mariæ,vt lit.pen. nihil.Inn.tamen credo,quòd sicut qui pecuniam restituere non potest,non potest recõpensare in fama,quæ non est eiusdẽ generis: ita neque econuerso.¶ Tertiò,qñ dixit his,q. bus debebat,putà,prælato,denuntiando,vel accusando: aut his,qui poterant prodesse. ¶ Quartò,qñ talia de sui natura non erant infamatoria,putà, quia interpretari poterant in peccatum veniale.¶ Quintò,quando dicit se audiuisse,nihil addẽdo,ex quo faceret credulitatem,ſm Lau. Asten.autem addit,quòd si sequatur infamia,nihilominus tenetur, qđ ſm mentem Sco.limita, quando quis refert malo animo,secus ex inconsiderata loquacitate.¶ Sexto,quando is,cui dixerat, sciuit postea per aliam viam,publicato eo, quod tũc erat secretum.¶ Septimò,quando ille omnino erat infamatus de eodem, saltem apud illum cui dixit, vel de maioribus.

DE Diacono,Et Subdiacono.

1 *Diaconus ac subdiaconus vnde deflectãtur,& quid propriè sint.*

Iura

2 *Iura quantum ad ſubdiaconum pertinet, quid conſtituerint. Et quo tempore ſubdiaconatus ordo ſacer eſſe cœpit. Et quid aut illi præcipiatur, aut ex ordine, permittatur ac liceat.*

3 *Iura quid quo ad diaconum ſanciuerint.*

4 *Stephanus ante diaconi officium prædicaſſe non legitur. Et an ſimplex ſacerdos, non curatus, aut diaconus prædicationis onus, niſi de epiſcopi licentia ſubire non poſſint Et quid de antiquis nullum ordinem prorſus habentibus.*

5 *Diaconus ſolemniter ad Euangelium cantandum indutus, in choro cantans, an ſententiam excommunicationis incurrat.*

6 *Veſtes quæ, & quot ſint ſacerdotibus neceſſariæ. Et ex his quæ ſint omnibus miniſtris communes.*

1 DIACONVS Græce, Latinè miniſter dicitur: quia ſicut in ſacerdote conſecratio: ita in diacono miniſterij diſpẽſatio habetur 21. diſt. cleros. Vnde diaconus propriè eſt miniſter ſacerdotis. ſ. proprius & immediatus. Subdiaconus verò dicitur hypodiaconus, q̃ ideo ſic dicitur: quia ſubiacet præceptis diaconi, vt ibi. Vnde eſt miniſter diaconi, & non ſacerdotis, niſi ex directione, & p̃cepto diac.

2 PRIMO † verò quæritur, quid de ſubdiacono iura tradiderint? ¶ Et dico primò, ꝙ iuriſtas tp̃e Apoſtolorũ ſubdiaconatus non erat ordo. diſt. 60. innouamus, & c. nullus in epiſcopum. ſed tp̃e Gregorij, & Vrbani fuit ſacer ordo, nõ quidẽ ex inſtitutione Papæ, vel eccleſię, ſed ex diſtincto vſu eius, quia cõſueuerant ante diaconi facere officia oĩum ordinum inferiorum pp miniſtrorum paucitatẽ, & conc. S. Th. in 4. ¶ Dico ſecundò, ꝙ ſubdiaconus ĩducitur continentia ex inſtitutõ Gregorij, ſicut eis vti nõ liceat etiã matrimonio ante contracto, ſicut nec diaconibus, & ſacerdotib. eccleſiæ occidẽtalis. d. 31. ante triẽniũ. ¶ Dico tertiò, ſecundum Pet. de Palud. ꝙ hic ordo eſt primus ex ſacris: quia ſubdiaconus tangit ſacra nuda manu: quod nulli inferiori permittitur, vnde ordinatio ad ſubdiaconatũ debet ab ordinatore, vel ſucceſſore de victu prouideri. de æta. & qualit. accepimus. Et regulariter non debet ad aliquem ſacrum ordinẽ promoueri, niſi intitulatus ſit ad beneficium: vel ſaltem habeat patrimonium ſufficiens: ne cogatur mendicare, & vileſcat clericatus 93. diſt. diaconi. ¶ Dico quarto, ꝙ ad ipsũ pertinet calicẽ, & patenã ad altare Chriſti deferre, & tradere leuitis eiſq; miniſtrare: vrceolum quoq; cũ aqua, mantile, i. manutergiũ tenere ep̃o, p̃sbyteris, & leuitis pro lauãdis ante altare manib. aq̃ p̃bere. d. 25. p̄lectis.

3 † SECVNDO quæritur, quid iura de diacono tradiderint? Et dico primò, ꝙ vt ibidẽ dr̃, ad ipſum pertinet ſacerdotibus aſſiſtere, & miniſtrare in oĩb. quæ aguntur in ſacramentis Chriſti: oblationes offerre, ac diſponere ĩ altari, crucem ferre, prædicare Euangeliũ, ꝙ S. Th. vr̃ limitare in 4. diſ. 5. dicens, ꝙ ad diaconum pertinet prædicare, i. Euangelium recitare in eccleſia, quod eſt linguis loqui, & cõſentit gl. 16. q. 1. adijcimus ad ſacerdotes aũt exponere & exhortari, qđ eſt prophetare. Sed Petr. de Pal. vr̃ diſtinguere, & velle, ꝙ ad diaconum pertineat prædicare actu ex commiſſione, habilitate verò ex officio, dicens, ꝙ eius eſt prædicare, non ꝙ ex ordine habeat auctoritatem, ſed habilitatem, quia ei ſoli, & non inferiori, committi debet.

4 † VNDE Stephanus ante officium diaconi nõ legit̃ prædicaſſe. Vnde nec diaconus, nec ſimplex ſacerdos. ſ. nõ curatus, prædicare p̃t, niſi de licentia ep̃i, vt in d. c. audiuimus. & de hęr. cum ex iniuncto. Simplicem tñ exhortationem faciebant antiqui patres, nullũ penitus ordinẽ habentes. ¶ Dico ſecundò, ꝙ ſecũdum S. Tho. diaconus non eſt proprius miniſter alius ſacramenti, eſt autem proprius diſpenſator ſanguinis Chriſti in calice, i. ex officio, ſecundum Arc. non autem corporis, qđ ei tangere non licet, quia non habet manus conſecratas: eſt tamen eius diſpenſator, ſm eũ: & oẽs in neceſſitate de iuſſu ep̃i, vel preſbyteri: imò in extrema neceſſitate poteſt ſm Veruec. abſentib. ep̃is & presbyteris cõmunicare infirmum, ſ. ſine alia licentia, ſi iuſſus expectari non poteſt, ſecundum Hug. Pręſente etiam presbytero in neceſſitate. i. ſec. Veruec. qñ presbyter eſt feſſus, vel alias ad hoc impotens, poteſt illud populo diſpenſare. di. 93. diaconi ita ſe, & c. præſente. Imò vr̃ velle S. Th. ꝙ hoc poſſit præſente ep̃o, vel presbytero, & iubent ẽt ſine neceſſitate; quia dicit, ꝙ eſt miniſter de licentia vel neceſſitate, peccaret tñ iubens ſine cauſa: ſed hoc diaconus diſcutere non debet. Imò videntur aliqui velle, ꝙ in neceſſitate poteſt illud exhibere petenti contra prohibitionem presbyteri, niſi expreſſa cauſa prohibeat: putà, quia eſt vſurarius, vel impœnitens. Sed hoc nõ bene dr̃, quia ſi ſecundum iura præſente presbytero nõ poteſt niſi iuſſus; multò minùs poteſt p̄hibitus, nec habet ipſe diſcutere, an recte p̄hibeat necne, ſed obedire, maximè cũ hoc ſacr̃m non ſit neceſſitatis. Laicus ãt hoc ſacr̃m diſpenſare nõ p̃t vlla neceſſitate, vel iuſſu: de

consecr.distinct.2.peruenit: posset tamen illud releuare de luto; quia hoc est illud reuereri. ¶Dico tertiò, quod in c.in sancta Romana.dist.92.Greg.dicit se constituere, vt in hac sede, s.apostolica, sancti altaris ministri cantare non debeant, solumque Euangelicæ lectionis officium intra missarum solēnia exoluat: si quis autem contrauenire tentauerit, anathema sit.hæc ibi.

5 †Ex quibus tenet Hug.ꝙ generaliter diaconus indutus solemniter ad cantandū Euangelium: cantans in choro sit excōmunicatus: innixus illi verbo missarū. Cuius op.gl.sequitur, & Ros.sed ex tex. patet hanc prohibitionem locum habere solum in ecclesia Romana: quia dicit, in hac sede, imò Sū.Ang.hoc limitat ad diaconum Cardinalem solū, quod etiam nō bene dicitur; quia d.c.in sancta, ꝓhibet generaliter, & ratio eius est generalis, & ita firmat ibi gl.Hug.& Præpositus.In ecclesia ergo Romana est prohibitum sub anathemate; alibi verò est prohibitum ratione consuetudinis, sed non sub anathemate, pro necessitate tamen chori credo, quòd liceret.

6 †Tertio quæritur, quid de vestibus horū? Et dico sec.Pet.de Pal.sacerdoti ad celebrādū necessarias esse sex vestes benedictas necessitate præcepti.s.albam, cingulū, amictū, manipulum, stolam, casulam: quarū tres primæ sunt omnibus ministris communes, licèt non sit necesse, ꝙ his benedictis vtātur; quia diaconum & multò magis inferiores non oportet vti benedicta veste, putà alba, cū omnino sine alba, cum stola, manipulo, & super pellicio solemniter dicat Euangelium, etiam coram episcopo. Casula vtitur sacerdos, & ī missa tm̄, non aūt vllus inferior, nisi sicut habet consuetudo, ꝙ diaconus explicatā postpositā vel in humero portat ī ministerio. Sed intellige in diuinis ministerijs: secus in ꝓcessionib. Stola aūt, quæ & oratorium dr, nulli inferiori diacono vti licet.23.dis.ministeriū. Hac aūt utitur diaconus in sinistro humero, cum dicit Euangelium.dist.25.vnum. Hac tñ vtitur sacerdos in celebratione, & exhibitione sacrorū, & in oī oratione solēni: nec portare debet infirmis Eucharistiam, nisi ea circūseptus in pectore in modum crucis. Et similiter ea vtitur episcopus in conferendo ordines, et primam tonsuram, quia sic habet ecclesiæ consuetudo. Manipulū verò nulli subdiacono inferiori portare licet, licèt tunicellam portare liceat, et non subdiacono: quia non est propria vestis eius, sicut manipulus.

Quid velint iura de cōstitutis in minorib. ordinib.inf.ordinatus.& sup.Clericus.Quid verò de sacerdotib.& episcopis inf.in tit. suis.

DE DIE.

1 *Dies siue in iudicijs, siue in contractibus, qualiter sumatur. Et milliare quid continere dicatur, & quid passus.*

2 *Diem ad aliquid agendum præfixum pro homine interpellare.*

1 DIes † licèt accipiatur pro naturali.i.spatio 24.circiter horarum, & pro artificiali, i.spatio, quo sol ab oriente in occidentem in nostro hemisphærio mouetur: tñ cōius ꝓ artificiali capitur, & in iudicijs dies continet 20.mill.Italica, secūdū leges, vt ff.si quis cau.l.1.& ff.de ver.sig.l.in itinere. Milliare etiam habet mille passus, & passus quinq; pedes, vt in d.l.in itinere.in tex.& in gl. In contractib. autem standum est arbitrio boni viri, ut attēta qualitate, & conditione promittentis limitet, ff.de ver.obl.l.in continuis.§.cum ita.qui tñ sine cā euidenti à cōi cōsuetudine recedere non dēt, quæ est optima legum interpres. de consue.cum dilectus.ff.de leg.l. si de interpretatione. Et hac ratione fortè dicit glo.in c.nonnulli.de rescrip. ꝙ ſm communem vsū loquendi assignabantur milliaria. vnde si cōsuetudo est, quòd dentur 25.illi stabitur.

2 †Interpellat autem dies ad aliquid faciendum alicui assignata, pro hoīe. de lo.potuit.C.de cōtrah.& com.stip.l.magna. C.de iure emph.l.2. vnde tenetur sine alia monitione. De die autē festo, vide inf. Dominica.

DIffamatio, est idem quod detractio. vnde vtraq; opponitur famæ, & contra eam implorari potest iudicis officium, vt diffamantem compescat, & metenetur, vt in l. diffamari. C.de inge.ma.no.Inn.in c.cumque rente.de off.ord.Vide sup.Detractio.

¶Diffidatus an possit impunè spoliari, & occidi, vide sup.Assassinus.§.3.

De Dignitate, & Personatu, & officio.

1 *Dignitas siue sæcularis, siue ecclesiastica, quid sit. Et habere dignitatem, est in foro contentioso iurisdictionem habere. Et an Abbatissa dignitatem habere dicatur.*

2 *Perpetuum dici, quod in potentia perpetuum est. Et ibidem an ministri, qui sine iurisdictione penitus aliquod officium exercent, quales procuratores, syndici, & huiusmodi dignitatem habere dicantur.*

3 *Personatus definitio, & ibidem quod quandoq; pro dignitate accipiatur. Officium commune nomen dignitati, personatui, & officio simplici.*

4 *Successor in dignitate, num ex contractu cum prædeces-*

decessore inito teneatur.

5 *Dignitas num appeti, aut quæri possit. Et ibidem quòd ad tria genera dignitates omnes reduci possint. Et quot sint necessaria dignitatem appetenti. Et an liceat dignitatem iurisdictionem aut curam habentem, appetere.*

6 *Episcopus in promotione ad dignitatem cum habentibus aut in ætate, aut in ordine defectum, num dispensare possit.*

7 *Officium temporale num appeti, & etiam aliquo dato quæri possit. Et num officialis aliquid accipere queat, vbi officium gratis exhibere tenetur, nu. sequen.*

9 *Officium ad quod quis tenetur, an præmium generaliter, hoc vel illud facienti permissum mereatur.*

10 *Mutuare dominis pro officio, an liceat. Et quid de mutuante, vt ad suam apothecam accedatur. Et nũ id in spiritualibus officijs simoniam induceret.*

1 DIGNITAS, † secundũ Arch. in c. 1. de cẽs. li. 6. aliqñ est potestas, cõditio, vel prærogatiua sæcularis, vt 23. qu. 5. administratores, & C. de dign. li. 11. hæc est dignitas sæcularis: sed dignitas ecclesiastica est administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, etiã in modicis causis, ſm Pet. de Anch. in clem. si dignitatẽ. Igitur habere dignitatem ſm Pan. in c. de multa. de p̃b. est habere iurisdictionẽ foro in contentioso: sicut habent archip̃sbyteri in ecclesia Pictauiẽsi, qui excõmunicãt, suspẽdunt, & absoluũt. Vnde quilibet rector seu prior ecclesiæ collegiæ hẽt dignitatem, ſm Pan. in cle. 1. de cle. & in cle. ne in agro de sta. mo. & dom. de Rota decis. 166. pro quo facit tex. in c. indemnitatib. de elec. li. 6. vbi abbatissa dr̃ habere dignitatem. Et tenet hoc ẽt Car. in cle. 2. de rescri. & ibi gl. dicens in hoc approbatam esse opin. Abb. quod Inn. in d. c. de multa, limitat, si iurisdictio est perpetua, allegans c. 2. de sta. mo. §. fin. Sed tu dic, ꝙ sufficit, si possit esse perpetua, vt in Prouincialibus, & Ministris, imò ẽt in Priorib. & Guardianis ordinum mendicantium, vt sup. Del. §. 2.

QVIA † dr̃ esse perpetuũ, qđ est in potentia perpetuũ: vt no. Car. in d. cle. 2. Et tex. est pro hoc in c. clericos, in verbo, perpetuã, iuncta gl. de coha. cle. & mul. Item dr̃ dignitas, si in ecclesia, vbi est, reputetur ꝓ dignitate, & habeat administrationem rerum perpetuã: licèt nõ sit numerata inter ecclesiasticas dignitates ſm Inn. ibidem. Ministri aũt, qui sine penitus iurisdictione exercent aliquod officiũ, sicut procuratores, syndici, & sacristæ, q pulsant campanas, nõ habent dignitatem, etiam si essent perpetui. Secus si haberẽt iurisdictionem. ff. de offic. procũ. Cæs. l. vltim. ſm eundẽ In. Item dicitur dignitas, quæ appellatur aliquo nomine de dignitatibus iuris, vt Archidiaconus, & huiusmodi, etiam si non exercẽt officium, ſm Inno. ibid. Ex his autem patet, quòd vicarius episcopi non habet aliquam dignitatem secundùm Pan. vbi sup.

3 PERSONATVS † autem, ſm Arch. vbi sup. est quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione: vt habere stallum honorificũ in choro, in c. in optionibus, in processionibus, in vocibus dandis, & similibus, plusquam alij sui, ordinis canonici: & non tanquam alij in dignitate cõstituti. Vnde patet, ꝙ differt a dignitate, q̃uis ſm Inn. vbi sup. aliqñ accipiatur pro dignitate. ¶ Officium aliqñ est nomẽ cõe dignitati, & personatui, & officio simplici, quod, ſm eundem Arch. vbi sup. est administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictione, adde & sine prærogatiua in choro, vel alibi, sicut syndici, procuratores, castaldi de q̃bus 1. q. 3. saluator. Item vice dñs, & similes, qui sicut picæ habent referre, habent officium, & non dignitatem. Ista ergo sic differunt, quia dignitas habet administrationem & iurisdictionem, vel hr̃ pro aliquò tali, vel habet nomen, officium autem habet administrationẽ sine iurisdictione, personatus neutrum habet, sed tantum prærogatiuam. i. excellentiam supra alios quoad aliquid.

4 PRIMO † vero quæritur, vtrùm successor in dignitate teneatur ex contractu inito cum prædecessore? Et dicit Pan. in c. 1. de prob. qđ sic, si fuit initus nomine dignitatis, etiã si fuerit initus cum subdito suo. Et ita tenet Cyn. in l. digna vox. C. de legi. & Io. And. & cõiter sequenter, ẽt si talis sit Papa, vel Imperator. Et facit l. Cæsar. ff. de publi. & ẽt, q̃a talis obligatio est đ iure naturali, cui princeps submittit. Facit cle. pastoralis. §. certũ, de sẽ. & re iu.

5 SECVNDO † quæritur, vtrùm dignitas possit appeti, vel quæri? Et dico, ꝙ non, si sit ecclesiastica, imò talis ipso iure efficitur indignus, & dẽt repelli. 1. q. 6. sicut is qui dignitatem verò sæcularem aptus & dignus põt appetere, & petere ab eo qui potest eã dare, ẽt mediante pecunia, dummodo palàm detur & petatur. ff. de polli. lib. 1. §. 1. ff. de decu. l. eos. ff. de off. præt. l. Barbarius, in princ. ibi, non ambitu, vel pretio. Similiter ẽt licet petere, vel dare pecuniã, vt confirmetur, no. gl. in l. eos, & facit gl. in d. l. vni. ff. ad leg. Iul. de amb. Sil'r licet emere militiam. l. creditor. ff. de act. empt. §. inter venditorem. Sed ꝓ his limitandis,

nota, quod omnes dignitates vidētur ad tria genera reduci: quia cum omnis dignitas habeat annexum honorem: aut habet honorē pcise sine administratione, & iurisdictione: vt militia in sæculo, & stallus in clero: aut honorem, & administrationem pcise, sicut esse regis thesaurarium, aut ecclesiæ syndicū vel castaldum: aut honorem, & administrationē, & iurisdictionem sicut rex, iudex, vel ptās, aut episcopus, vel alius prælatus. Primam appetere licet eo mō, quo & honorem: de quo dicit S.Th.2 2.q.131. ꝙ eius appetitus est peccatum, si sit sup. vires, vel non referat ad Deū vel ad vtilitatē; sed pp se appetatur. Vnde licitè appetitur moderatè, ad aliquem bonum finem. Secundum similiter appetere nō licet pp se, aut si sit sup. propriā facultatē: sed solū moderatè, i. si quis ad eam sit idoneus; & ad bonum finē, puta sustentationem suā, vel vtilitatem aliorum. Tertiā similiter licet appetere eodem modo, si sit sæcularis. Vnde secūdū Arist. in Pol. licitè appetit principatum pp vtilitatem Reipublicè, qui scit se esse dignū, i. habere tria. Primò, amorem ad consistētem politiam. Secundò, potentiā maximorū operū principatus. Tertiò, virtutem & iustitiā. Tñ ſm eum, non benè statutum est ipsum petere, qui principatus dignificabitur. i. qui est dignus principatu. Cuius ratio esse potest, quia ista petitio habet speciem mali, i. ambitionis, cùm intentio, quam ad vtilitatem reipublicæ petit, non videatur. Vnde dignitatē ecclesiasticam habentem iurisdictionem vel curam, ad quā nullus est dignus, nisi per gratiam, quam nullus scit habere, non solū non licet petere, siue quærere, sed nec ēt desiderare, etiam ad bonum finem, nisi ſm quid: puta velleitate quadam, puta si essem dignus, vellem à Deo promoueri ad bonum, aut vellē, vt Deus me dignum faceret, vt alijs in prælatione prodessem, vide inf. Episcopus.

6 † TERTIO quæritur, vtrum eps possit dispēsare in promotione ad dignitatem cū habentibus defectum in ætate vel ordine? Et dico, ꝙ sec. Ioan. And. solus Papa dispensat, vt pmoueatur in epm, qui non compleuit 30. annum. de elec. cum nobis olim. Sed quātum ad alias dignitates sine cura dispēsat episcopus cum eo, qui compleuit 20. annum de ætat. & qual. permittimus. lib.6. Quantùm autem ad parochiales ecclesias non potest: vt not. idē Io. And. de elect. licèt canon. li.6. Similiter in defectu ordinis solus Papa dispensat ad epatum, secundum eum. extra de offic leg. quod translationem. de exces. præl. sicut vnire. Sed quo ad alia, etiam episcopus. de æta. & qual. præterea: &c. tuum. vbi ex dispensatione epi ad abbatiam assumitur, qui nō est sacerdos. Super ætate autem quo ad ordines dispensare non potest, secundum gl. in cle. generalē. de æta. & qual. & idem Paul. Vtrum autē possit quis simul multas dignitates ecclesiasticas habere supra Beneficium 4. per totum.

7 † QVARTO quæritur, vtrùm temporale officium appeti possit, & quæri aliquo dato? Et dicit Gem. in c. pro humani, de homic. lib.6. quod sic, si duo concurrant. Primò, quòd detur publicè: quia dare clandestinè reprobatur. ff. de pollu. l.1. & 2. ff. de adm. tut. l. nō existimo. Nec obs. l. vnica. C. ad l. Iul. de amb. quę prohibet aliquem ad officiū promoueri pretio vel ambitione: quia secundum gl. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. loquitur quando secretè datur. Secundò, si cupit prodesse, & nō obesse. Sed hoc limita, cupit prodesse alteri, vel sibi sine alterius iactura, & si sit idoneus. Nec distinguo in hoc, vtrum officium sit ecclesiasticum vel sæculare: sicut distinguit Sū. Angel. sentiens æque illicitum esse appetitū ecclesiastici officij, sicut ecclesiasticæ dignitatis, quod est falsum, quia ad officiū, puta syndicatum, vel tabellionatum, potest quis scire se esse dignum, cum gratia non requiratur: non ad dignitatem. vnde huiusmodi appeti possunt bono fine supposita idoneitate. & p is potest pecunia dari, saluis his, quæ dicentur inf. in verbo, Simonia §.9. parti. vlt.

8 QVINTO quęritur, vtrum officialis possit aliquid recipere, quando tenetur gratis officium exhibere? Et dico, ꝙ non, vt in l. fi. C. ad leg. Iul. de ambi. vbi prohibetur receptio, cū quis est in administratione, ēt post depositū officium, pro beneficio præstito tpe administrationis. de quo vide inf. iudex. §.7. cū seq.

9 † SEXTO quæritur, vtrū officiū, ad qđ quis tenet, mereatur præmiū generaliter pmissū facienti hoc vel illud? Et dico, ꝙ nō: sicut qđ pmissum est capienti bānitū, nō dent famulo ptātis capiēti, quia ad hoc ex suo tenebat officio. Facit l. congruit. ff. de off. præsi. & c.1. de off. ord. & not. Pan. in c. Ecclesijs. de censi.

10 † SEPTIMO quæritur, vtrum liceat mutuare dñis pro officio? Et dicit S.Th. ad ducissam Brabant. ꝙ si pp hoc detur mutuum ex pacto, vsura est: quia pro mutuo accipitur officij potestas. quod Sum. Angel. limitat verum in officijs sæcularibus, quæ vendūtur: quia in his, q̄ gratis dari dēnt, nō esset vsura, cū mutuans

tuans nihil accipiat æstimabile pecunia; licet ex officio consequẽter adueniat lucrum r̃one laboris, & idem Sum.Rof.quod non bene dr̃, quia supponit S.Tho.ꝙ intentio mutuantis sit tale lucrum vndecunq; veniat. Vnde mutuãs vt accedatur ad suam apothecam, ad quã gratis acceditur, ẽm omnes, est vsuarius. Dicit ẽt, quod in spiritualibus officijs hoc induceret simoniam quod est vniuersaliter verum: vt patebit inf. Simo. §.9.in fi.

DE DILAPIDATORE.

1 *Dilapidator qui sit, & qua sit feriendus pœna.*

3 *Prælato de dilapidatione suspecto dari debet coadiutor.*

1 DILAPIDATOR bonorum ecclesiæ dicitur prẹlatus res ecclesiasticas alienans, & male expendens, qui deponi debet 12.q.2. apostolicos. 17.q.4. nullus res.

2 † SVSPECTO vero de hoc dari debet coadiutor. de off. deleg. venerabili. & in c. licet Heli. §. quia vero de simonia.

DE DIOECESI.

1 *Diœcesis unde dicta, & quid dicatur. siue ingenere, siue in specie sumatur.*

2 *Ciuitas quid sit, & an ueniat diœcesis appellatione, an vero territorij nomine contineatur.*

3 *Ordinarij nomen laicius quam Diœcesani porrigitur Et ibidem quod diœcesis quandoque pro regione, aut prouincia, quandoque pro parochia sumitur.*

4 *Diœcesis quandoque regionẽ, seu prouinciã sumitur.*

1 DIOECESIS, † ẽm Arch. de rescript. statutum. li.6. dr̃ distinctio, diuisio, vel gubernatio: a dia, quod est duo, & cesio, l. separatio, quia diuisa, & distincta sit ab ecclesia alterius epatus, & vnius gubernationi commissa: & est ubi episcopus. 16.q.3. quicunque.

2 ET † videtur proprie esse territorium ciuitatis, vt hẽt ordinẽ ad iurisdictionẽ sp̃ualem, & eius nomine, si sumatur in suo genere, venit ciuitas: sicut pars nomine totius. vt in c.1. de offi. ord. & no. Pan. in c. Rodulph. de rescr. Si vero sumatur in specie, vt quid a ciuitate distinctũ, eius noĩe in materia odiosa ciuitatis non comprehenditur: quia dignius sub minori comprehendi non debet, sed nec econtra, nomine ciuitatis, diœcesis comprehenditur, vt no. idem in d.c. Rodulphus, de rescrip.

3 ET † nomen ordinarij plus comprehendit, quam diœcesani. Pro quo vide gloss. in cle.1. de vi. ho. cler. & melius in cle.1. de iure patr. in. verbo, diœcesanus.

4 ALIQVANDO † tamen sumitur diœcesis pro regione, vel prouincia: sicut forte in l. præsides, C. de off. re. prouin. Interdum etiã sumitur pro parochia; de quo vide An. ibi, & 16.q.1. episcopum, vide ẽt su. Ciuitas. in princ.

DE DISCORDIA.

1 *Discordia quando dicatur, & num mortale peccatum sit.*

2 *Consiliarij dissidentes a bono communi scienter, & notabiliter propter animi elationem, & similia, mortaliter peccant.*

1 DISCORDIA, ẽm S.Th. 2.2.q.37. importat disgregationem cordium. i. volũtatem in diuersa. Vnde non discordant qui diuersa credunt, vel opinantur: sed qui diuersa volũt Est autem peccatum mortale, secundum eundem ibi, quando est a bono Dei, vel proximi ex intentione deliberata, quod intellige, si illud bonum sit notabile. Et sic intellige capi. oblationes dissidentium. di.90. & abijt. 11.q.3. & c. Ismael. dist.56.

2 VNDE † peccant mortaliter consiliarij dissidentes bono cõi scienter & notabiliter, propter elationem, vel superbiam, aut malam voluntatem, nolentes alijs consentire tẽdentib. ad bonũ: qui & proprie nõ discordãt, sed alij.

DE DISCRETIONE.

1 *Discretio quid sit, & quibus sit necessaria.*

1 DISCRETIO est mater omnium virtutum 1.q.5. præsentium. de offi. cu. ite. 1. necessaria prælato in corrigendo, di. l. ponderet, & prædicatori. 43. dist. sit rector, & confessori. 23.q.4. his qui. de pẹn. & remiss. c. omnis.

DE DISPENSATIONE.

1 *Dispensatio, quæ varie considerari potest, quam diffinitionem habeat. Et ibi quid vulnus dicatur.*

2 *Prælati pro animi sententia permissionem dãtes, vt contra ius veniri possit, sine causa rationabili, aut saltem dubia, quales dicantur. Et quid si dispensatio ex causa falsa, aut veritate tacita, impetretur. Et quid de qualibet alia gratia.*

3 *Dispensandi quænam, ac quot sint iusta causa. Et quid si ex iusta causa debitam dispensationem prælatus non concedat, an peccet.*

4 *Dispensatio, num necessario causa cognitionem requirat. Et quid si sine causa cognitione fiat. Et qui sine legitima causa dispensatus est, num quoad Deum tutus sit. nu. seq.*

6 *Religiosus cum quo sine legitima causa dispensatum est, vt ad laxiorem religionem transeat, aut ecclesiæ curatæ præficiatur, an sit tutus.*

7 *Dispensandi potestatem quis habeat.*

8 *Episcopo, an super faciendo, s. ut aliquid contra canones fiat, dispensare liceat. Et quid super facto.*

9 *Dispensandi potestas, an sit late interpretanda. Et ibidem, quod licet dispensatio sit stricti iuris, & sic stricte interpretanda, quando. s. persona expressa sunt,*

sunt, extandi tamen ad necessaria sequentia potest. Et quid si dispensatum sit super affinitate, an ad publica honestatis iustitiam porrigatur.

10 *Dispensandi cum ex adulterio nato, & incestuoso separatim potestatem habens, an cum eo, qui simul est, vtrunque dispensare queat. Et an hermaphrodita in statuto fœminæ appellatione contineatur.*

11 *Dispensandi potestas concessa quando expiret.*

12 *Dispensatio in quibus in manifestis tantum requiritur, an etiam in ijsdem occultis, ut puta homicidijs requiratur.*

13 *Dispensare in quibus solo Papa possit.*

14 *Episcopus quando in aliquo casu dispensare possit. Et in quot casibus contra Canones dispensare possit, num. 19. Et sub hac, quod Episcopus in gradibus prohibitis in matrimonio, vbi impedimentum occultũ est, nec ad papam potest haberi recursus, &c. dispensare potest. Et huius ampliatio.*

16 *Episcopus in quibus casibus dispensare nequeat. Et in hoc decem casus enumerantur.*

17 *Episcopus, quomodo cum aliquibus dispenset.*

18 *Episcopus quibus casibus dispensare potest, num sine capitulo, in his id efficere possit.*

19 *Episcopus num aduersus suam constitutionem dispensare queat.*

20 *Abbas, aut alius quiuis religiosus prælatus, num cum suis subditis dispensare possit. Et quot casibus Abbati concessa sit dispensandi potestas. Et quæ in regula beati Francisci inesse dicantur, & an in his dispensare Abbas queat.*

21 *Superior, aliquem ad aliquod officium assumens, an in eo, quod is habet ad illud impedemento, dispensare uideatur. Et quid in Principe, & eo etiam inferiore.*

1 DISPENSATIO † proprie, & originaliter importat pecuniariam pẽsionem diuersis factam, dicta a dispenso, id est diuersis penso. Vnde ẜm Pa. dispensator est administrator pecuniarum, quæ prius non numerabantur, sed appendebantur, siue pensabantur: deinde vero translatum est hoc nomen ad omnem distributionem, & sic secundum San. Tho. 2. 2. q. 97. ar. 4. & q. 88. ar. 10. importat commensuratam applicationem, vel destributionem, alicuius communis ad singula. Vnde ẜm hoc, dispensatio in pręcepto legis communis est applicatio eius ad hunc illum, secundum eorum proportionem, vt ille s. adstringatur ad totũ, ille ad partem, ille ad nihil, ẜm eorum conditiones. Igitur dispensatio, scd͂m Ray. est iuris cognitio. Vnde dicitur vulnus, quia vulnerat ius cõmune, 23. q. 4. ipsa pietas, & vt est, inquit, in dispensante, est ptãs, vel actus ptãtis iure concessus in dispensatio vero est ius priuatum, idest licẽtia, vel permissio facta cõtra rigorem iuris, & non ius commune. 32. q. 2. interfectores. Sed ista difinitio cõplectitur dispensationem licitã, & illicitam. Vnde Hos. se ad licitam restringens, dicit, quod dispensatio est rigoris iuris per eum, ad quem spectat misericors, & canonice facta relaxatio: vt colligitur, 1. quæstio. 7. §. multorum. alias, §. nisi rigor. & c. seq. vbi. & consentit ibi gl.

2 Ex † quibus sequitur. Primò, quod dicit Ber. de dispensatione. & pręcep. quod plati dãtes pro voluntate licentiam veniendi contra legẽ sine cã rationabilis, vel saltẽ dubia dissipatores sunt, nõ dispensatores. Sequitur secũdo, ꝙ si impetretur dispẽsatio ex falsa cã, vel tacita veritate, nulla est: ut in c. 2. de fi. ps͂. li. 6. Et idẽ est de qualibet alia grã; vt no. ĩ c ad audietiã. el 2. de resc. & in c. nõ pt. de præb. lib. 6.

3 PRIMO † verò quæritur, quæ sint iustæ causæ dispensandi? Et dico, quòd, ut colligitur 1. q. 7. per totum. prima est tps ibi c. necessaria & c. pro remedio: quia defectus nostri tpis, quib. non solũ merita, sed etiã corpora ipsa defecerũt, districtionis illius nõ patitur manere censuram. d. 34. fraternitatis. Secunda est utilitas, s. vt alij facilius reuertantur ad bonũ 22. q. 4. ipsa pietas. & 1. q. 7. tali. Tertia qualitas personæ, & meriti, & scientiæ, d. c. tali. &c. didici. cum alius æquè dignus nõ sit. Quarta necessitas: vt in d. c. tali. Quinta pietas. Sexta euentus rei. Septima multitudo, siue scãdalũ multitudinis. dist. l. cap. vt constitueretur, tibi tamen cauendum est, ne quis alatur in scãdalo. Sed quia casus sunt innumerabiles, nec dari potest in hoc regula generalis, ideò stãdũ est in hoc arbitrio boni uiri: qui si iudicauerit causam esse rationabilem, dispẽsatio erit debita. dist. l. cap. domino sancto, & prælatus peccat non dispensando. ar. q. 5. quanto in fi. & tamen subditi non habent ius petenti, secundum doct. nisi forte deprecatiue.

4 SECVNDO † quæritur, vtrùm dispensatio necessario requirat cognitionem causæ. Et dicit Panor. in c. diuersis. de cle. con. quòd in Principe non, sed sufficit sola eius uoluntas in his, quæ sunt iuris positiui solũ. ut no. Inn. ĩ c. cum ad monasterium. de stat. mon. sed in inferiore sic, ut not. gl. in d. §. nisi rigor. Vñ si fiat sine cognitione cãæ, est dissipatio, nõ dispẽsatio, & venit puniẽdus: quia egit cõtra legem. Vide bonã gl. in c. 2. de schisma. ubi plene not. doc. Tenet tñ quo ad eũ, q̃ dispẽsauit, quia nõ pt cõtrauenire, neque eam reuocare, ex quo

ēgit actū,in quo potuit diſpenſare:licet nō te
neat quoad ſupiorē:vt no.gl.in d.c. diuerſis.

5 Tertio † quæritur,vtrū diſpenſatus ſine
cā legitima,ſit quoad Deum tutus?Et dico,vt
colligo ex Inn.in d. c. cū ad monaſterium, &
Pan.in c.nō eſt voti,de vot.ꝙ ſi loquimur de
diſpēſantibus alijs à papa,non eſt tutus quo-
ad Deum,aut quoad eccleſiam,ſm Inno. vbi
ſup.quia cuicunque tali conceditur diſpenſa
re,intelligitur], ꝙ hoc faciat ex cā legitima:
vnde fieri dēt cū cāæ cognitione. Loquendo
vero de papa,aut loquitur de his, quæ ſūt iu
ris diuini,vt voto,iuro & hmōi:& ſic diſpen-
ſare non poteſt ſine cā,aliter diſpenſatus nō
eſt tutus quoad Deum, ſed ſi ſubeſt iuſta cā,
tenet diſpenſatio,& eſt tutus etiā in voto ca
ſtitatis,ſm Inn.vbi ſup.Aut loquimur de his,
q̄ ſunt iuris poſitiui, & ſic pōt ſine cā, & ille
in conſcientia tutus eſt:quia eius eſt deſtrue-
re,cuius eſt condere:nec princeps tenetur le
gibus ſuis ligatus.C.de legib.l.digna vox. Pa
nor.tñ limitat in pluralitate beneficiorū, in
qua ſine legitima cā non poteſt. Et ita tenet
Io.And.in c.de multa,de præben. quia omnia
bona eccleſiarū ſunt Dei,vt in c.cū ex eo. de
elec.lib.6.Vnde taliter diſpēnſatus nō eſt tu-
tus.De quo dic,vt ſup.Beneficium.4.§.2.

6 Ex † his infert Pan.ꝙ non eſt tutus religio
ſus,cum quo ſine legitima cauſa diſpenſatur,
vt ad laxiorem tranſeat religionē,ſimiliter ſi
præficitur eccleſiæ curatæ cauſa legitima nō
extante:putà,quia non eſt aptus ad exercitiū
prædicationis,vel curiæ.Vnde dicit gl.ſingu-
laris in c.monachi vagantes,16.q.1.quòd re-
ligioſus promotus ad eccleſia ſæcularem nō
vt proſit,ſed vt præſit,peccat mortaliter, q̄a
facit contra votum ſuum.

7 Qvarto † quæritur,quis poſſit diſpenſa-
re?Et dico,ꝙ in legibus diſpenſare,vel eas in
terpretari pertinet ad quemlibet in neceſſita
te ſubito occurrente,præcipuè cum ad ſupe
riorem recurſus haberi nō pōt 1.q.1.ſi ergo,
quia in obſeruatione legis, aut p̄cepti maxi-
mè ſeruāda eſt intentio ferentis, de qua ſi cō
ſtet,& ſit cōtraria verbis,obediendum eſt o-
miſſa litera.22.q.5.humanæ, alias āt hoc per
tinet ad prælatos & rectores,ſ.habētes in hu
iuſmodi poteſtatē,ſicut hēt papa in oīb.purè
poſitiuis, & in quibuſdā pertinētibus ad ius
diuinum,& quomodo dr̄ omnia iura habere
in ſcrinio pectoris ſui de conſtitu.licet,lib. 6.
quantum.ſ.ad interpretationem & diſpenſa-
tionem:licet in aliquibus diſpenſare non cō-
ſueuerit.Epi autem eā non habent ſine capi-
tulo,ſm Arch.in c.is qui.de fil.presby.libr.6.
ſed verius dicit glo.cum ex eo.de elect.lib.6.
oppoſitum. Et primam quidem opinionem
dico veram in rebus ponderoſis,in quib.poſ
ſet fieri præiudicium vniuerſitati ſiue eccle-
ſiæ,ſicut eſt in diſpenſando cum aliquo ad or
dines,& hmōi:quo caſu intelligo primā opi-
nionem,q̄ etiam ſequitur Dominicus & Præ
poſitus in c.ex pœnitentib.diſt.l.& gl.in c.ſi
quis me.diſt.81.& gl.in c.præſentium.1.qu.5.
& Inn.dicens hoc in effectu tenere Io.Andr.
in c.cum ex eod.de ele.in 6. & moderni in c.
at ſi clerici.§.fi.de iud. In nō præiudicialibus
autem teneo aliam opinionem:quia iſta non
ſunt de cauſis maiorib. & ponderoſis, vt in
diſpenſando circa ieiunia, & vota, & huiuſ-
modi:Et ſm communem opinionem doc. eā
habent in his,quæ non ſunt eius à iure,vel a-
liàs a ſuperiore prohibita, vt in c. nuper. de
ſen.excom.& diſt.l.miror.in gl.

8 Pro † quo no.Inno.in gl.ſuper ca. dilectus
de temp. ord. quòd epo diſpenſare non licet
ſuper faciendo,vt.ſ. aliquid fiat contra cano-
nes,niſi vbi ei à iure permittitur.de conſ.c.1.
niſi contraria conſuetudo derogaſſet. de cō
ſu.c.vlt.Super eo verò quod factū eſt,diſpen
ſare poteſt vt toleretur ſemper,niſi p̄hibea-
tur ad hoc 42.q.5.hoc videtur.Vel dico inq̄t,
fortè melius,ꝙ vbi res concedit diſpenſatio-
nē,ſimpliciter p̄t,& ſic loquitur d.c.nuper.Si
verò nō conceditur in canone, nunq̄ pōt, ēt
ſi inuenitur in canone, ꝙ papa diſpenſet de
cōſang.& affi.ꝙ dilectio,quia cum epi dēant
canones ſeruare, contra facere non debent,
niſi id expreſſe concedatur.25.qu.1.c.1. & 2.
hæc ille.Sed vt patebit inf.§.9. primum dictū
eius eſt verius,& communius,& vſitatius. Si
tñ eps indiſcretè diſpenſet,accuſatus deponi
tur.diſt.51.c.1.quod Hoſt.limitat, ſi monitus
ſit incorrigibilis, & propter hoc ſuſpenſus,
& ſuſpenſionis ſnīam contemnens in contu-
macia perſeuerat.ar.de præb. graue. Alij di-
cunt dicta iura intelligi,qñ diſpenſat in eo qđ
de iure non poteſt,ſ.ſcienter.Abbates autem
& alij prælati epiſcopis inferiores,ſecundum
Pan.in c.at ſi,de iud.& in ca.cum lator.de eo.
qui fur.or.re.poſt Inn. & Hoſt. nunquam di-
ſpenſat, niſi in caſibus expreſſis à iure, quia
epiſcopis ſunt reſeruata grauiora,vt in cle.1.
de priui.& in d.c.at ſi.& in ca.cùm ex eo. de
elect.lib.6.& eſt opi.communis.

9 Qvinto † quæritur,vtrū poteſtas diſpen
ſandi ſit latè interpretanda?Et dicit Pan.in c.
ſi,de ſimo.ꝙ ſic, qñ datur nō exp̄ſſis perſonis

diſpen-

dispēsandis, tāquā principis beneficiū, & sic
sētit gl.ibi, & sic intellige Bar.in l.3.ff.de ver
bor.ob.vbi dicit, ꝙ si datur alicui potestas le
gitimandi filium adulterinū. item incestuo-
sum:poterit legitimare adulterinum, & ince
stuosum simul, quia in materia larga sub sim
pli veniunt mista, vt in l.si.ita.ff.de lib. & po.
Secus aūt si exprimerentur personæ: & cùm
quib.debet fieri dispensatio.arg.in c.si cui.de
præb.l.6.quia oīs recessus à iure cōi est odio
sus;vt est tex.in c.fin.de fi.pres.li.6.& in c.qđ
delectio.de consangui.& aff. Et sic distingue
Canonistas tenentes contra Bar.in c.per ve-
nerabilem,qui filij sint leg. & adde qđ dictū
est sup. Beneficium 3.§.7. Aduertendū tñ est,
ꝙ licet dispensatio sit stricti iuris, vtpote cō
tra ius, & strictè interpretāda,qñ.s.exprimū-
tur personæ, vt in d.c.quod dilectio. & in c.
1.& 2.de fil.presb.lib.6. nihilominus extendi
tur ad necessariò consequentia,sed ad depē-
dentia ex eo, super quo est dispensatum, qñ
aliter non imprimeret actum validum super
eo,in quo dispēsatur: vt sup. Beneficium 3.§.
10.& facit gl.ac Pan.in cap.quia intantum.de
præb.& gl.in c.si quis in clero.7.q.1.qui dñt,
ꝙ dispensatus super beneficiorū pluralitate,
vr̃ dispensatus super residentia. Vnde qđ no.
Host.in c.cum in cunctis. de elect. & in gl.in
c.non pōt de præb.lib.6.& qđ dico sup.Bene
ficium 3.§ 10. Dispensatio tñ obtenta super
affinitate, non extenditur ad publicæ hone-
statis iustitiam,secun.Pan.in c.non debet.de
consang.& affin. nisi in narratione affinitatis
vnum comprehendat aliud. secun.gl.in arb.
affinitatis, secus in dispensatione, qñ solum
gradus remotior est expressus; de quo vide
inf.Matrimonium 8.§.6.par.vlt.

10 † Ex his autem patet,ꝙ solutio illius quæ
stionis,qua quæritur,an is, cui data est pote-
stas dispensandi cum adulterino, & incestuo
so separatim,dispensare possit cū eo, q simul
est vtrunq.Bar.n.in l.stipulationū, ff.de ver.
obl.determinat, ꝙ secundum iuris rigorem
simplicibus mista nō continentur:sed ex be-
nignitate sic. Vñ cū ista quæstio loquatur in
beneficijs,fiet interpretatio latissima, vt l.si.
ff.de const.princ.Item sub simplicibus mista
continentur causa vitandæ cōtrarietatis: vt
in d.l.stipulationum. & similiter vbi lex hoc
exprimeret.Extra hos aūt casus dispositio fa
cta de adulterino, & incestuoso separatim,[ñ
porrigitur ad simul iuncta, vt ff.de adu.l.vim
passam,§.præscriptione. Et idem tenet Bald.
Instit.de ac.quem ēt vide in l.omnes populi,
de iustit.& iur.vbi dicit,ꝙ mistum non venit
appellatione simplicis. Vnde stante statuto,
quòd fœmina contrahat cū assensu propin-
quorum non intelligitur de hermaphrodita.

11 † Sexto quæritur,qñ expiret potestas di-
spensandi concessa? Et dicit Fed.consil.78.ꝙ
concessa à Papa super irregularitate, vel le-
gitimitate durat etiam post morte ēius; quia
gratia semel facta per Papā in aliquā perso-
nā, nō expirat ꝑ mortē Papæ:vt est casus de
off.deleg.super gratia.li.6.Vtrum autem per
mortem illius,cui concessa erat talis auctori
tas,expiret dispensatio iam facta,si ille dispē
satus tali gratia non fuit vsus:puta,dispensa-
tus fuit,vt posset ordinari, vel eligi in p̄latū:
& ante mortem dispēsantis nō accepit ordi-
nes,nec fuit promotus. dicit idem ibi, quod
non; quia dispensatio semel canonicè facta,
ex superueniente facto non retractatur, & ē
casus in c.ex tua.de fil.presb. & facit qđ not.
de accu.in c.de his. Beneficia.n.concessa intē
pestiue reuocari non debent. de commo. ca.
vnico.de reg.iur.decret.li.6.& in c.cū ex eo.
de elec.li.6,in gl.& ibidem in nouel. Io.And.

12 † Septimo quęritur,in quibus requiritur
dispensatio,in manifestis,s.tm̃, an etiā in oc-
cultis,maximè homicidijs? Et dicit Veru.ne-
cessariam esse dispensationem in occultis, in
quibus dispensari pōt: non quidem ꝑꝑ depo
sitionem vitandam, quia occulta peccata nō
habent vindictam: sed quia de eo, super quo
dispensatū est,quis accusari non pōt:argu.c.
ex tua.de fil.presbyt. alioquin ēt post pera-
ctā pœnitentiā quis posset accusari. arg. 23.
q.2.admonere.An aūt homicida omnino oc
cultus celebrare possit,ac ordinib.vti.Vin.di
cit, ꝙ sic,si egit condignam pęnitentiā, quia
iste non est obnoxius ecclesiæ,cū peccatū sit
occultum.32.q.5.Christiana.nec Deo,cū pœ
nitentiam egerit. Sed quia contra hoc dictū
vrget c.si.de temp.ord.vbi dr̃ præter reos ho
micidij. Laur. & Io.videntur limitare, hanc
opinionem, si dignam pęnitentiam egit, &
eps cum eo dispensauit.Pan.verò in c.ex te-
nore.de temp.ord.dicit,ꝙ si homicidium est
occultum omnino, prout occultum distin-
guitur contra probabile,tunc si habemus re
spectū ad legē promotionis publicā, nullus
homicida esset expresse prohibendus; quia
talia iudicat solus Deus. Sed si habeamus re-
spectum ad legem promotionis cōscientiæ,
prout est informata ex lege positiua,talis si-
ne dispensatione promoueri non potest.hęc
Pan.quem intellige de dispensatione facien

da ali-

da aliqñ a Papa hoc casu, quo ad illam irregularitatem tollendã. vide infr. Homicidium. Adde ex Inno. in c. constitutus. el 2. de ap. quod talis irregularitas si superueniat titulo beneficij, nõ priuat ipso facto, sed opus est snia & sic homicida iuste tenet beneficiũ donec priuet. p quo facit. c. clericis, ne cle. vel mo. & c. ex literis. de exces. præl. Si vero præcessit collationem beneficij, collatio non tenet: quia facta indigno, & inhabili, quoad executionem officij, vt d. c. fi.

13 OCTAVO † quæritur, qui sunt casus, in quibus solus Papa dispensat, & raro? Et dico, ꝙ sunt hi, de quib. sup. in titulo, Casus, §. 1. casu 13. quo ad quasdam censuras: pro quo etiam vide infra in titulo, Papa. fere per totum.

14 NONO † quæritur in generali, qñ eps possit dispensare in aliquo casu? Et dico, ꝙ gl. summaria. d. l. & in d. § nisi rigor. & doc. in c. at si clerici de iud. confuse & contrariæ loquuntur. Quidam. n. dicunt, ꝙ dispensare põt in adulterio, & minoribus, etiã si sunt manifesta: non aũt in maioribus, nisi in casibus iure expressis: vt de iud. at clerici. Quidam vero dicunt, ꝙ dispensare põt in omni crimine, nisi expresse prohibeatur a iure. di. 28. presbyte. de pę. di. 6. c. 1. in fi. de sen. excom. nuper in fi. & hoc tenet Tan. Lau. Vin. Ioan. Andr. quam opi. Ber. in c. at si clerici. de iud. dicit cõiorem. Sed si veritas colligi põt: Contra Canonẽ superioris. i. Papæ vel concilij, si ille sit pœnitẽtiarius, eps dispensare põt, ẽm Pan. in cap. at si clerici, de iud. quia pęnitẽtiæ hodie sunt arbitrariæ. de pen. & re. Deus qui nisi casus appareat reseruatus. Si vero sit pœnalis & dispositiuus distinguo: quia aut inferiori dispensatione expresse prohibet, vel concedit, & casus est planus Aut. nec sic, nec sic: & tunc iterum distinguo. Aut enim dispensatio est super eo: quod iam factum est, vt tolleretur: & sic potest eps dispensare, nisi prohibeatur: vt in ca. nuper de sen. excom. ar. 25. q. 5. hoc vr, vel nisi prohibeatur illi absolutio: qui a fortiori prohiberetur dispensatio de sen. excom. cum illorum. Et sic intellige opi. dicentium, ꝙ dispensare potest in omnibus casibus, in quibus sibi non prohibetur. Aut est in eo, quod faciendũ est contra canones vel concilium, & sic non potest, nisi hoc ei a iure concedatur expresse: vt in c. dilectus. de tẽp. ord. & sic intellige opinionem dicẽtium, ꝙ dispensare non põt, nisi in his, quæ illi conceduntur expresse. Conceditur aũt illi dispensatio in omnib. criminibus minoribus adulterio: peccans. n. mortaliter notoriè notorietate iuris, promoueri nõ potest. 25. di. primum. in gl. & promotus deponitur. di. l. qui semel. ideoq; indiget dispensatione, quæ episcopus conceditur in criminib. minorib. adulterio generaliter: vt no. in d. c. at si clerici. Conceditur etiam, & in aliquib. maioribus: vt de hæretico, & schismatico. di. l. si quis presbyt. Hodie tamen Papa reseruat sibi hoc, quo ad hæreticum, vt dicit Arch.

15 IN † tribus tñ casibus potest eps dispensare contra canonẽ, & conciliũ: licet ei non concedatur expresse. Primo, ratione consuetudinis, vt quia consuetudo pręscripta habet, quod possit dispensare de cons. c. fi. 11. q. 1. quicunque, quia consuetudo facit valere dispensationem alias non valiturã. ar. de cele. mis. perniciosus. cũ suis concor. & arg. de transa. c. fi. Secundò ratione magnæ necessitatis, vel vtilitatis nouiter emergentis, & tempore constitutionis in excogitatæ verisimiliter: quia tunc p̃t eps dispensare; vt tenet Io. de Lig. in d. c. at si & sequitur Pan. ibidem. & Bal. nou. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iure. & Bar. l. si hominem ff. manda. potens exemplum: quia Perusij statutum est, ne ferãtur arma: & tamen maiores possent dare licentiã ferendi, p p brigã ciuitatis, quã nouiter habet, & ẽt statuere: quia est casus nouus a statuentibus nõ præuisus, ẽt si iurasset seruare illud statutũ: ut no. Bal. in rub. C. qui admi. ad bo. poss. & Bar. in 2. constit. C. §. quibus. Et quibus concluditur, quod eps dispensare potest in gradibus prohibitis in matrimonio, quando impedimentum est occultum, & ad Papam nõ potest haberi recursus, & separatio sine scandalo magno fieri nõ potest: sicut sæpe accidit in mulieribus cognitis a consanguineis viri, antequam matrimoniũ contrahatur. Et idem puto in eo, qui post votũ simplex matrimonium consummauit: q a licet cũ eo dispensare non possit eps, ẽm S. Th. & veritatem, vt dr̃ infra in casu tamẽ magnæ necessitatis credendum est, quod hoc possit, quia non est verisimile, quod Papa velit manere in laqueis huiusmodi animas, quæ Romam adire non possunt, aut mittere. Tertio, quando canon dicit posse fieri dispensationẽ, licet expresse non indulgeat: quia tunc episcopus potest. ar. c. nuper. de sen. excom. & ita tenet. Io. de Lig. & Io. Cal. & originaliter fuit dictum Inn. in c. dilectus. de temp. ord. quia frustratorie intelligeretur de Papa, qui semper potest indulgere, quod etiam tenet glo. in ca. postulasti. de cle. excom.

16 DECIMO † quæritur specialiter, in quibus

bus casibus eps dispensare nō potest? Et dico cum dispensa non posse. ¶ Primo in homicidio. distinctio. 50. miror. & hoc siue iusto, siue iniusto, si actu mors, aut mutilatio secuta est quomodocunque fiat, secundum Inn. & Host. in c. 1. de cle. pu. in duel. Et intellige, quod nō pt cum tali dispēsare in officio: secus in beneficio, ut ibi c. 2. sed tamen hæc limita iuxta dicēda infra. Homicidiū. 3. §. 8. ¶ Secundo in simonia ordinis, vel beneficij per simoniā sciēter acquisiti, & hodie per multas extrauagantes incurritur excommunicatio, & suspensio, a quibus solus Pontifex Romanus absoluit. Tertio, in eo, qui cum esset suspensus, vel excōicatus, damnabiliter se diuinis ingessit. de re iud. cum æterni, & de sen. excom. cum medicinalis. li. 6. Quarto, in clerico, qui excōmunicatus accedit ad iudiciū principis, cōtēpto ecclesiastico iudice, 21. q. 5. si quis episcopus. ¶ Quinto, in bigamo, & viduarum corruptarumq; maritis. de big. cap. 1. & 3. 34. distin. lector. ¶ Sexto, in clerico non ordinato ministrāte. s. cū solēni apparatu, ſm Host. quia talis ministrās in pertinentibus ad ordinē, quē non habet, deponendus est, amplius non ordinandus; de cle. non or. mi. c. 1. Secus si clericus simplex epistolā sine solemnitate cantet, & ibi dicit Panor. ꝙ talis tenetur etiam pœna falsi: sicut non habens dignitatem simulans se hr̄e, ff. ad leg. Cor. de fal. l. eos. Et idem intellige de eo, qui se falso asserit doctorem. Dicit ēt eo. ti. c. 2. ꝙ cū tali dispensat eps, non vt ascēdat ad ordines superiores; sed vt suscepto vtatur, & circa beneficium: imò Inn. ponit regulā, quod epo licet quasi semper dispensare in beneficio: quia dispensat cum homicida, vt de cle. pu. in duel. c. 2. & in capitul. studeat. dist. l. ¶ Septimo, in clerico promoto per saltum, qđ Direc. limitat, si scienter in ordine non recepto ministrauit, cum quo tamen dispēsat eps quantum ad ordinem, non quidem suscipiendum, sed iam susceptum: & quantum ad beneficium ſm Io. Host. & Arch. Si tamen credidit se promotum gradatim probabiliter eps dispensare poterit iure suo. Et sic intellige c. vnicū. de cle. per sal. promo. ¶ Octauo in eo, q ordinem furtiue suscepit: quia ſm Rayn. si fuit ꝓhibitus hoc facere sub anathemate, post satisfactionē dispēsat eps, ut minister in ordine suscepto non furtiue, & ēt in suscipiendis, si ingressus religionem ibi aliquāto tempore laudabiliter fuerit cōuersatus: sed si nō fuit sicut prohibitus, dispensat post satisfactionē cum eo, etiam manente in seculo, etiam in suscipiendis. de eo qui fur. or. su. cap. 1. ¶ Nono, in ordinato extra tpa, vel ab alieno epo, ſm aliquos, si ante dispensationem ministret. Sed veritas est, quod eps cū dispensat, quoad ordines susceptos. de tēp. or. consultationi. ¶ Decimò, in excōicato ordines suscipiente. de sent. excom. cū illorū. & idem in apostata à religione, de apos. c. fi. quod de ordine sacro loquitur; vnde si minores suscepit, dispēsat eps, nisi dimisisse habitum, quia fuisset excommunicatus, & solus papa dispensat cum eo. Sunt etiā multi casus super quibus nihil episcopus potest, vt sup Caius. §. 2.

17 VNDECIMO † quæritur, qūo cum aliquibus dispenset episcopus? Et dico hoc colligi ex diuersis locis huius Summæ: vnde de apostata, uide su. Apostasia, §. 8. & īf. Irregularitas, §. 6. de bis baptizato, sup. baptismus, §. 3. & infra, Irrigularitas, 1. §. 4. de recipiente beneficiū de manu laici Bn̄ficium 3. in prin. de clerico coniugato, & illegitimo, vt hēat bn̄ficiū, vel plura beneficia, sup. Beneficiū. 3. §. 4. & seq. de bigamo, Bigamia. §. 7. de contrahente mr̄imonium sine bannis. Matrimoniū. 7. §. 6. de residentia, & promotione ad sacerdotium clerici existentis in studio. Beneficiū. 3. §. 2. De corpore vitiato, vt promoueatur, supr. Corpore vitiatus. §. 1. de criminib. supr. Crimen. §. vlti. & habente 20. annum, vt promoueatur ad dignitatem, sup. Dignitas. §. 3 De pugnante in duello, inf. Duellum. §. 4. de dispensatione in ætate, inf. Aetas. §. 1. De homicida. Homicidiū 3. §. 8. de eo, qui fuit in bello iniusto. Homicidium. 3. §. 6. De infami, Infamia, §. 11. De prælatis ne amoueantur, ꝓpter inquisitionem, infra, Inquisitio 1. §. 10. De apponente ligna pro hæreticis comburendis Homicidium 3. §. 7. par. x. De ordinato in excommunicatione, Irregularitas. §. 2. De suscipiente duos ordines simul, ib. §. 3. de acolitho ministrante ad scđm baptismum, ibi. §. 3. 26. 1. de suscipiente ordinem ab epo excommunicato, vel qui resignauerat, ib. §. 7. de suscipiente ordinem extra tēpora. ibi. §. 7. de ministrante in ordine, quem non hēt, ibi. §. 27. de publice pœnitente, ibid. §. 16. de illegitimo, ibi. §. 20. De impedimento matrimonij. infra Matrimonium. 6. §. 6. de solemniter pœnitente. Pœnitentia, §. 1. De ordinatis a schismaticis. Schisma. §. quinto. De simoniaco in ordine, vel beneficio. Simonia. §. 19. Item in alia simonia, ibi. §. eodem de sortilegijs. Superstitio. §. vltimo. De pugnante in torneamento, Torneamentum. per totū. De uoto S. Iacobi. & Hierusalem. Votū, 4. §.

4.§.3.De voto castitatis.ibi.§.4.

18 Dvodecimo † vtrum eṗs in casibus,in qui
bus dispensare pōt,hoc possit sine capitulo?
Et Arch.in c.is qui de fi.presb.lib.6. tenet, ꝙ
nō sed meliùs gl.in c.cū ex eo.de ele.lib.6.te-
net,quòd sic,vide su.§. 4. Si tamen accusatus
fuerit de indiscreta dispēsatione, puniēdus ē
pœna depositionis.dist.51.c.1.quod Ho.dicit
hr̄e locū,si monitus sit incorrigibilis, & ꝑꝑ
hoc suspēsus,& snīam suspēsionis cōtēnens,
& in sua cōtumacia perseuerans,ar.de præb.
graue vel dicta iura intelliguntur,quando di
spensat in eo quod iure non potest.

19 Decimotertio † quæritur, vtrū eṗs di-
spensare possit cōtra suā constōnem? Et dicit
Inn.in c.dilectus.de tem.or. quòd non, & se-
quitur Arc.in c.licet.de ele.li.6.Sed cōtrariū
sensit idem Inn.in c.cū ad monasteriū,vbi te
net,quòd conditori canonis licet cōtra suam
constōnem dispensare,etiam sine cā.Et idem
Io.An.quod do.Ant.limitat nisi constō trāsie
rit in priuilegiū,vel cōtractū:quo casu intel-
ligi p̄t opinio cōtraria:vel nisi cōstō esset iu-
rata,quia tunc ea stante dispēsare nō posset;
sicut nec seipsum à iuramento absoluere. Et
facit,quod no.Io.And.post Ho.in c.1. de sup.
negli.p̄l.in 6.vbi dicit notabile verbum .s. ꝙ
vbi canones imponunt legem ipsis episcopis,
non dispensat episcopus, nisi hoc reperiatur
concessum.Cuius ratio esse potest, quia tunc
expresè videtur episcopis prohiberi.

20 Decimoqvarto † vtrū Abbas, aut alius
religiosorum prælatus, possit cum suis subdi
tis dispensare?Et dico,ꝙ non: nisi in quantū
ei à iure,vel regula, aut priuilegio concedi-
tur.vt no.Inn.in c.2.de eo qui fur. or. sup. &
do.Ant.in capit. at si clerici.de iud. vbi dicit
Pan.ꝙ est cōis opi. Concedit āt abbati posse
dispensare in decē casib.¶ Primò in nouitio,
vt ꝓmoueatur ad sacros ordines,dist.77. mo
nachus ¶Scd̄ò,cū apostata,vt ministrare pos
sit,& ad alios ordines ascendere.ar.d.l.cap.fi.
nisi ordinatus in apostasia,de apo.cap.fi.quia
tunc ad papam pertinet,vt ibidem.¶ Tertio.
cum illegitimo intrante monasteriū, vt pro-
moueatur.de fil.presby.c.1.¶Quartò,ꝙ non
confiteantur, & sumant Eucharistiam semel
in mense.de sta.mo.cle.1.Quintò, quòd mo-
nachus detur in capellanū ecclesiæ parochia
lis si accedat eṗi,populiq; cōsensus,di.8.ca.1.
16.q.1.docto.¶Sextò, quòd monachus hēat
ꝓpriā cellā intra septa monasterij.18.q.5.ca.
nullus,26.q.vlt.c.fi. ad fi.¶ Septimò, in ieiu-
nijs,cibis,& esu carniū,silentio, & operibus
manuum ad quæ tenetur:vt de cons.di.5.non
mediocriter,& c.carnē,& c.nunq̄,& de statu
mo.cū ad monasteriū, vbi vr̄ Host.tenere,ꝙ
non possit de vsu carniū,sed in contrariū est
ibi Inn.& Pa.imò dico,quòd in oībus spectā
tibus ad regulā dispensare pōt, nisi in tribus
votis per ar.à cōtrario ibi.in fi.quod Pan.li-
mitat,mō dispensatio ac non dissipatio fiat,
¶ Octauò ī irregularitate,de qua sup. Abbas
§.2.Nonò,gn̄aliter in obseruantijs regulę re
mittendis,20.q.vlt.in c.fi.in gl.de cōs. dist. 5.
carmē,saltem in his, q̄ non sunt de substātia.
ar.de vi.& ho.cle.Deus. Pro quo no. ſm Ale.
quòd in regula B.Bn̄dicti,q̄dā sūt pure sp̄ūa-
lia,vt charitas,humilitas,& cæteræ virtutes:
quædam verò cōsistunt in obseruātijs corpo
ralibus,putà abstinētia carniū,ieiuniū, & hu
iusmodi:q̄dā verò partim,sp̄ūalia, & partim
corporalia,vt cātare,psallere,orare,& huius
modi.In primis Abbas disponere non pōt: in
secundis verò disponere quidē pōt:nō tamē
ad libitū,sed secundū quod bonū, & æquum
viderit,ſm occurrentia,quod ꝓprie est dispē
sare:tertia verò si præcipiuntur, aut prohibē
tur, mutare non pōt: nisi ſm quod conuenit
charitati,vt dicit Beatus Benedictus, i. ex cā
rationabili,q̄a sicut subditi abbati, ita abbas
regulæ subditur, eiusq; obedientia præponē
da est.Et cum in regula dicitur, ꝙ omnia de
abbatis dispositione fiant:intelligitur,nisi ex
presè p̄cipiantur aut ꝓhibeātur.Vnde abba
ti præcipienti in huiusmodi, ex sola volunta
te nō est obediendum: secus si ex cognita ne
cessitate personæ. Si autem dubitat mona-
chus,vel timet de legitima cā præcipiendi:in
hmōi,& alijs,quæ sunt contra regulam,obe-
diet:vt inf.Religiosus. Et quod hic dicit Ale.
de Abbate,seruandū est in oī prælato religio
so,cui ex regula permissa est dispensatio. Vn
de dispensare possunt, quando eis constat de
causa legitima, & etiam si dubitent: quia ad
clementiorem partem declinandum est.

21 Decimoqvinto † quæritur, vtrum supe
rior assumendo aliquē ad aliquod officiū, vi-
deatur dispensare cū eo impedimēto, qd̄ hēt
ad illud?Et Inn.q̄dē in c. p̄terea, de test. cog.
& in c.veniēs,de fi.p̄sby.vr̄ sibi cōtradicere,
sed eius,& aliorū cōtradictio tollitur distin-
guēdo de principe,i.papa & de inferioribus,
putà eṗis.Vnde Pa.in c.cū in cūctis.de cle. di
cit,ꝙ eṗs in casibus, in quibus pōt dispensa-
re,conferendo beneficium indigno,nō vr̄ di
spensasse, imò venit puniendus, quia contu-
lit indigno. Ita determinat glo. in cap. vni-

co.de æta.& quali.li.6.Secus,inquit, in principe,quia conferendo ſcienter indigno,vr̃ diſpenſare. Dico ergo,ꝙ ſi princeps vt homo ſcit impedimentum, eo ipſo diſpenſare intelligitur,& ſimiliter inferior,ſi ſcit,& hẽat rõnabilẽ cãm diſpenſandi cognitã: quod tñ vr̃ limitandum, ſm Bal.in l.Barbarius.ff.de offic. præto.quando per literas ſuas conſtare p̃t de ſciẽtia indignitatis.Sed hæc limitatio procedit in foro cauſarum,non animarum: vbi ſm Arch.ſi prælatus mandat ordinari eum, quẽ ſcit irregularem:ſufficit intentio diſpenſandi in irregularitate licèt non dixerit illud verbum,diſpenſo,vel huiuſmodi: quia diſpenſat ipſo facto.Sed intellige, ſi habet cauſam legitimã,ſiue cũ cognitione cãæ: aliter punitur. Rõ verò diuerſitatis eſt,qa princeps in diſpẽſando nõ tenetur ad cãæ cognitionem ſicut inferior,ſed ſufficit ſola volũtas. Inſti.de iur. natu.§.ſed & quod principi.De diſpenſatione in votis,infrà.Votum 4.in legibus autem, infra,Lex,incertis verò,inf.Reſtitutio ſexto. in ætate autem,vide ſu.Dignitas.

DE DISPVTATIONE.

1 *Diſputare actum eſſe contentioſum,periculoſum,ancipitem,ſtultis appetibilem,& ſapientibus odioſum & cuique laico in fidei negotiis illicitum,adeo vt ob id excommunicatio irrogetur.Quãdoque bonus, & neceſſarius eſſe poteſt.*

2 *Auerroiſtæ de intellectus vnitate diſputantes, an ſint ferendi.Et quid de religioſo illorum opinionem, ac ſententiam ſuſtinente.*

1 DISPVTARE † cõiter eſt actus contentioſus,quia conſiſtit in verbis habentiũ cõtrarias voluntates circa victoriam:& periculoſus,quia auceps omne certamen :ac varius euentus belli:ſtultis appetibilis,& odibilis ſapientibus: quia ſapientis eſt nolle certare, vt ait Lactan. & illicitus cuicunque laico circa ea, quæ ſunt fidei, ideſt neceſſaria in fide, vt ſunt articuli, & concluſiones neceſſariò connexæ articulis, ſiue publicè, ſiue occultè, in tantum,vt contrafaciens ſit excõicandus,de hæret.c.quicunq;.§.inhibemus quoque.li. 7. vbi gl.dicit fortè per Laicos intelligi illiteratos,more Vltramontanorũ:tñ melius eſt, vt propriè intelligatur quia ſm S.Th. leges reſpiciunt,quod in plurib. accidit,vt laicum rudẽ eſſe in his,quæ fidei ſunt. Imò nedũ laicis, ſed & clericis ꝓhibetur diſputare de fide publicè turbis coadunatis.C.de ſum.trinit.l. nemo.& idem ſentit S.Th.2.2.qu. 10. dicens,diſputationem de fide illicitam, qñ ex dubitatione diſputat: vel corã ſimplicib. & titubãtibus,qui ab infidelibus non ſolicitantur: qđ ſupple,cõmuniter accidit vbi eſt turba. Sec° ad confutandum errores etiã coram ſimplicibus,quando ſunt ab infidelibus ſolicitati: qa tunc ſi quis ad hoc eſſet ſufficiens,non ſolum eſſet licitum,ſed etiam neceſſarium: nec taciturnitas eſſet erroris confirmatio.Pro quo facit l.quoniam.C.de epi.& cle.23.q.6. videns. Similiter etiam ſecus,quando diſputatur ad exercitium coram doctis,& firmis in fide. ar. in c.in mandatis diſt.43.

2 QVID † ergo dicendum de his, qui publicè in diſputationibus ſuſtinent fictionem Auerrois de vnitate intellectus? Dico,ꝙ tales ſunt vani cõiter:quia opinionem tam ſtolidã & cõtrariã Ariſtoteli,& toti Philoſophiæ nõ videntur ſuſtinere,niſi vt appareant Philoſophi, quaſi diſſentientes à fide: & ſi ſunt laici peccant mortaliter,quia ſunt excõicandi per d.c.cuicunq; nullus autem excõicatur à iure niſi pro mortali,ſm Pe.de Pal.imò peccant, vel mortaliter,vel grauiter, etiam ſi ſuſtinerent partem fidei, ratione dictæ prohibitionis.Et ſimiliter peccant mortaliter religioſi, qui tali vanitate ducti ſuſtinent dictam opinionem,tum quia exponũt ſe periculo faciẽdi titubare aliquos de fide, tum etiam quia ſi mortale eſt laico ſuſtinere partem fidei ꝑꝑ inſufficientiam,ne fidei derogetur, multò magis religioſo ſuſtinere oppoſitũ fidei, & tãto grauius,q̃tum ille doctor eſt.Et ſil'r peccant mortaliter inqſitores,& epi, q poſsẽt obuiare p̃dictæ eneruationi fidei:& ſola vtilitate, & reuerẽtia cõtenti negligũt ea,quæ Dñi ſui ſunt nõ curantes: quia iſta negligẽtia eſt magna,& ꝑnitioſa cõtra honorem creatoris,& Domini noſtri Dei vide ſu.Contentio.§.3.

DE DIVINATIONE.

1 *Diuinatio à quibus inuenta eſt, & quorum virtute fiat.*

2 *Dæmones quot modis futura agnoſcant.*

1 DIVINATIO à Perſis fertur inuenta.26.q. 3.c.1.& dæmonum virtute, quam ſcire poſſunt omnia nobis occulta, præter mentiũ cogitationes,& affectiones,ſecundùm Theologos,& omnia abſentia. Et aliquo modo ẽt futura,quæ ſecundum S. Bona. & vt elicitur ex c.ſciendum.27.q.3.& S.Th.in multis locis quatuor modis agnoſcunt.

2 PRIMO † ex ingenij acrimonia conſiderãtes ad quid noſtra declinatur affectio,aut virtus cauſæ naturalis.Secundò,ex longa experientia,qua norunt ex talib. talia contingere qđ tñ ſubtilẽ exigit declarationẽ. Tertiò,ex

dolosa

dolosa cautela, qua ꝓponũt aliq̃d facere, & ꝑdicunt. Quartò, ex altera doctrina, quã diuina ꝓmissione à bono angelo discũt, aut ẽt ꝑ scripturas. vide inf. Superstitio. & Maleficiũ.

DE DIVORTIO.

1 *Diuortij finitio, & vnde dictum sit. Et quotupliciter fieri habeat. Et an in eo vir & vxor, ad paria vocentur.*

2 *Matrimonium, num sit aliquo casu separabile. Et quotuplex matrimonij separatio.*

3 *Si quis aliquam cognouerit, cũ qua nec sponsalia, nec matrimoniũ contra ac deniq; post copulam cũ ea de præsenti cõtrahat an huiusmodi matrimoniũ per præcedentem copulam consummatum sit. Et num eo non obstante, eorum quilibet religionem intrare possit. Et an vir ex eo, quèd dixerit cognitam, bigamus effectus sit.*

4 *Vir si vxorem nec dum cognitam proprio consanguineo adulterandam tradiderit, an ea inuita ob id religionem ingredi possit, & quid si alteri tradiderit.*

5 *Vinculum per coniugis mortem semel dissolutum, an coniuge resurgente redeat. Et quid in matrimonio spirituali.*

6 *Vinculo matrimonij, per mortẽ alterius coniugum ciuilẽ dissoluto: vtpote religionis ingressu altero consentiente, an in sæculo, remanens teneatur alterius professionem faciendã in fine anni ante, quam contrahat, expectare. Et an si sponsus mantellatus efficiatur, matrimonium solui dicatur.*

7 *Matrimonij soluendi an alius sit modus, quam naturalis, an ciuilis mortis. Et ibidem, an castratio superueniens vinculum coniugale tollat. Et ex quo cõiugum ratum esse dicatur.*

8 *Sponsa per verba de præsenti à sponso violenter cognita, num religionem intrare possit.*

9 *Diuortium ratione periculi peccandi vitandi, an liceat. Et quid ob adulterij causam, & quatenus huiusmodi causa porrigatur. Et qua auctoritate occasione adulterij fiat huiusmodi separatio. nu. 10. & 11. & de eodem limitationes quatuor.*

12 *Vir vxorem adulteram, num aliquo casu repellere non possit. Et id quot casibus.*

13 *Separari ob hæresim, aut infidelitatem, num a debiti redditione absoluti sint. Et num in huiusmodi cõpensatio locum habeat, nu. 14*

15 *Iura quid velint de coniugum votis quo ad continentiam in separatione propter sanctimoniam.*

16 *Matrimonio iam consummato, num religionem intrare liceat. Et id quotuplici casu.*

17 *Coniux religionem ingressus, quando ad exitũ aut id minime teneatur. Et num religionem egressus ad debitum teneatur. nu. 18. Et num egressus ad egressum teneatur. nu. 19.*

20 *Iura quid velint circa sacrorum ordinum susceptionem ab eo, qui matrimonium consummauit.*

21 *Dissolutione matrimonij, quod verum non erat, sed apparens, qualiter procedetur, vbi vxor propter viri frigiditatem diuortium petit. Et quid si vir propter mulieris nimiam arctitudinem petat, nu. 22. Et q̃d si propter maleficium petatur, vt quia vir alias potest, suam cognoscere non potest. 23.*

24 *Ecclesia si falsis probationibus in matrimonio dissoluendo decepta fuerit, ac mox vir sacerdos factus est, deinde aũt compertũ est de deceptione, an si vxor virũ repetat, ei reddi debeat. Et quid si vxor monasterium simili aut pari causa ingressa, & maritus monachus effectus sit, vel in sacris constitutus, an vxor virum repetere queat. nu 25.*

26 *Fratres duo duxerunt duas sorores seu consanguineas, lataque est propter consanguinitatem inter alterum, & vxorem, diuortij sententia, an ob id altera sua vxore etiam separari debeat.*

27 *Sententia diuortij lata, & thoro ob vxoris adulterium separato, si vir fornicetur, an possit illum mulier repetere.*

1 DIVORTIVM † licitum, est viri ab vxore, vel econtra separatio legitima, i. nõ sine lege, vel ratione facta, quia quos Deus cõiunxit homo nõ separet. 31. q. 1. §. & obijcitur. Et dictum est à mẽtium diuersitate, vel quia hi, qui mr̃imonium distrahunt, in diuersas partes eunt. ff. de diuor. l. 1. Et ſm Ra. fieri hẽt multipliciter: quia aut diuidit mr̃imoniũ in totum, ita ꝙ possit coniugum vterque cõtrahere, vt in maleficiatis: vel saltẽ alter, vt in frigidis, aut dirimitur in parte, i. quantum ad mutuam seruitutem debiti coniugalis, & cohabitationis, ita tñ, ꝙ neuter eorum contrahere possit: sicut qñ separatio propter adulteriũ, vel causa religionis post carnalẽ copulã; anteq̃ si alter cõiugum religionem intraret, posset contrahere reliquus. In hmõi aũt diuisionib. faciẽdis per diuortium, vir & vxor ad paria indicant ſm S. Th. & Pet. quia sicut viro vxorem, ita vxori virũ ob fornicationem dimittere licet. 32. q. 1. si quis vxorẽ.

2 † PRIMO vero quæritur, vtrum matrimonium sit aliquo casu separabile? Et dico si loquamur de matrimonio vocaliter, & nõ vere: ut est illud, q̃d sequitur impedimentũ dirimẽs, sic solui põt, iuxta dicẽda inf. Impedimẽtũ per totũ. Sed loquẽdo de vero mr̃imonio, dico, ꝙ est duplex, vnũ. s. ratũ, i. legitimè contractũ ꝑ verba de ꝑsenti, aliud ratũ simul, ac cõsũmatũ per copulã carnalẽ. Separatio. n. matrimonij est duplex, vna quo ad vinculũ, quæ est qñ vterq;, vel alter coniugum p̃t cũ

alio de nouo contrahere: alia quo ad conuerſationem coniugalem, vinculo ſtante. Et hæc eſt duplex. ſ. quo ad thorũ, & quo ad cohabitationẽ. Igitur quãtũ ad vinculũ, mr̃imoniũ ratum dupliciter ſolui poteſt. ¶ Et primò, per mortẽ naturalem alterius, vel vtriuſq; cõiugũ. ¶ Et ſcd'o, p mortẽ ciuilem, i. profeſſionẽ tacitã, vel expreſſam religionis approbatæ; ita ꝙ remanens in ſæculo põt libere cũ alia contrahere, niſi impediat̃ ex aliquo voto. Matrimoniũ verò conſummatũ ſolui p̃t morte naturali, nõ aũt ciuili. aut quocunq; alio modo: vt in c. gaudemus de diuor. ẽt auctoritate Papæ, vt in c. ex publico. de cõuer. coniu. qđ tñ fallit, ſi illud eſſet inter cõiuges infideles, de quo inf. Mr̃imoniũ. 6. §. 1. & Mr̃imoniu. 8. §. 10. Quantũ verò ad conuerſationem cõiugalẽ vtrũq; tã ratũ, q̃ cõſũmatũ ex quatuor ſeparari põt. Primò, pp adulteriũ. 31. q. 1. dixit dominus. de quo inf. §. 7. quo caſu mulier dotẽ, & vir donationem pp nuptias perdit, vt inf. § 14. ¶ Scd'o, pp periculum, dum alter alterum ad aliqđ peccatũ mortale trahere nititur, ſm gl in c. oẽs. 32. q. 7. & Inn. in c. maritus. de adul. & in c. quæſiuit. de diuor. & ibi Pan. qđ intellige ſi aliter compeſci non põt. ¶ Tertiò propter hæreſim. de quo inf. §. 10. ¶ Quarto propter ſanctimoniã. i. religionis ingreſſum, aut votum, de quo inf. §. 12.

3 † Est tamen circa hoc ſciendum, ꝙ ſi quis aliquam cognoſcat, cũ qua nec ſpõſalia, nec matrimonium contraxit, & poſt copulam, cum ea contrahat de præſenti, hoc matrimoniũ nõ eſt cõſummatũ p copulã, quia quod p̃cedit, nõ conſummat, i. perficit qđ ſequitur ſed ecõtra, qa perfectio præſupponit perfectibile. Et iõ vterq. eorũ, non obſtante illa copula, põt intrare religionẽ, & per c. verũ. & c. ex publico. & c. ex parte de con. coniu. Nõ eſt ẽt ille vir bigamus, dato ꝙ illa prius ab alio cognita fuiſſet, quia ad bigamiã nõ ſufficit cõtrahere cum corrupta, niſi poſt cõtractũ cognoſcatur. Et facit c. veniens. de ſponſ. vbi copula præcedens ſponſalia de futuro, non facit illa tranſire in matrimonium.

4 † Sciendvm eſt, ꝙ ſi vir vxorem nondum cognitam proprio cõſanguineo tradat adulterandam, ſecundum Rich. in 4. diſt. 25. nõ poteſt ea inuita religionem intrare, ex hoc acquiſito mulieri iure in corpus viri, & facit c. diſcretionem. de eo qui cog. conſ. vxo. ſuæ. Et idem videtur, ſi tradat alteri.

5 † Secvndo quæritur, quantum, ad ſeparationem vinculi per mortem naturalẽ, vtrum redeat vinculũ mortuo reſurgente? Et dicit Pet. de Pal. in 4. diſ. 28. ꝙ poſt mortẽ vnius alter contrahere põt, vt patet per Apoſtolum Ro. 7. quia mors oĩa ſoluit. auth. de nup. §. deinceps. Et ſi mortuus reſurgat, nõ eſt obligatus matrimonio, tũ quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit, tũ quia hoc ſacramẽtũ characterẽ non imprimit: q. ſ. eſt indelebilis. Vnde Lazarus reſuſcitatus ſi hẽbat vxorẽ, ñ recuperauit eã, niſi nouiter contraxiſſet: recuperaſſet tñ bona, quæ teſtatus fuiſſet, qa ĩ donatione cã mortis pl9 ſe, q̃ donatariũ, vult habere. Vnde intelligitur tacita cõdõ, ſi moritur cum effectu, i. permanens in morte. Idẽ ſi ab inteſtato decedatur, quia in cã eſt cõiunctio ad morientem, qua ſibi eſt oĩ alio cõiunctior. Et idem ſi fiſcus illa recepit in defectũ hæredum: quia ſi reddere tenetur propinquo eius, multò magis eidẽ reſurgẽti. Et idẽ eſt in ſpirituali matrimonio. Nam religioſus poſt mortem nõ tenetur ad religionis obſeruãtiã: qa ſeruitus perſonalis, quæ debetur à perſona rõne perſonæ, vt in matrimonio, & religione, extinguitur morte? quod ẽt patet ex verbis aliquorum pfitentiũ obedientiam vſque ad mortẽ. Et ſimiliter curatus, & ep̃s reſuſcitatus, quãuis retineat conſecrationẽ, non retinet tñ eccleſiam, niſi ſibi noua electione, aut prouiſione conferatur: quia mortuus eſt ſuæ ſponſæ. i. eccleſiæ. hæc ex illo.

6 † Tertio quæritur, quantum ad ſeparationem vinculi per mortẽ ciuilẽ, vtrũ altero poſt matrimonium ratũ intrante religionẽ reliquo conſentiente, remanens in ſæculo teneat̃ alterius pfeſſionẽ faciendã in fine anni expectare, anteq̃ contrahat? Et dñt oẽs doc. ꝙ tenetur quidẽ profeſſionẽ expectare: qa ſi ante profeſſionem egrederetur, tenetur illũ recipere, ẽt ſi iã cum alio contraxiſſet, & cõſummaſſet: quia ante ciuilem mortem. i. profeſſionẽ, qua quis actibus carnalibus morit̃, vinculũ non diſſoluitur, vt in c. verũ, & in c. ex parte. el 2. de con. coniu. & intellige in religione approbata; vt in c. vnico. de vo. li. 6. Ex quo infert Pan. in d. c. ex parte, ꝙ ñ ſoluitur matrimonium, licèt ſpõſus efficiat̃ mantellatus, ſiue de tertio ordine, qa licet ſit modus viuẽdi approbatus, nõ tñ religio. Quod tñ fallit in tertio ordine viuẽte collegialiter & pfitente tria vota religionis ex cõceſſione apoſtolica: ſicut nũc eſt in multis locis in ordine Prædicatorũ; quia talis profeſſio ſoluit matrimoniũ ratũ ante, vel poſt talẽ pfeſſionẽ cõtractũ, vt declarauit Sixtus quartus,

de qui-

de quibusdam mulieribus tertii ordinis beati Francisci, nõ ãt si profitentur quidẽ hæc, sed non ex concessione apostolica, quia oportet talẽ ꝓfessionem esse approbatã. ¶ Probõnis tñ tps, vtrũ eo casu debeat esse annus, necne, est opi. triplex. Nam Bar. in cap. statuimus. de reg. in gl. dicit, ꝙ per epm tps ꝓbõnis breuiari, & taxari dẽt ꝓpter periculũ incontinẽtiæ alterius, & ad fraudẽ tollendã, quia posset qs in fine anni de monasterio ad monasteriũ trãsire fraudando alium. Io. autem in gl. 27. q. 2. in c. desponsatã, distinguit, quia si intrauit de voluntate alterius debet ille expectare ꝑ annũ, nec probõnis tps abbreuiandum est. Si verò intrauit eo ignorante, vel inuito, præfigẽdum est tps, intra quod ꝓfiteatur. Nec inconuenit tps iure statutũ breuiari: q̃a speciale est in isto casu ꝓpter incontinentiæ periculum. Host. verò in Sum. dicit illud tps non esse breuiandũ, nisi appareat fraus ex discursu de vno monasterio in aliud: quia inductũ est in fauorem, nõ solũ intrantis, sed etiam religionis vt mores eius experiatur. Sed S. Th. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. q. 3. ad tertiũ, dicit, ꝙ de ꝓfessione emissa ante tempus iure determinatũ, est idem iudicium, quod de voto simplici, post quod alter reddere debitum non tenetur, nec tamen potest contrahere, ita & hic, hæc ex illo. Et sic tene, nisi abbreuiator tp̃is esset Papa quia alij contra canones disponere non possunt in faciendis, nisi eis expresse cõcedatur, vt patet ex dictis sup. Dispensatio. §. 4. maximè in alicuius præiudicium.

7 QVARTO † quæritur, vtrum pręter dictos modos. s. mortis naturalis, & ciuilis, sit alius modus soluendi matrimoniũ tantũ, aut ẽt cõsũmatũ? Et de consũmato legitime inter fideles, dico, quòd nullo modo solui põt, nisi morte naturali: similiter nec ratum, nisi morte naturali, aut ciuili, secũdũ Pet. de Pal. qui dicit, quòd tale matrimoniũ. s. ratũ non soluit primò seruitus superueniens: quia non occidit, q̃tum ad actus carnales. Et idẽ gñaliter est de omni impedimento dirimẽte: quia matrimonium non dirimunt, nisi præcedãt. Nec secundò votũ simplex: vnde talis tenetur aut reddere, aut intrare religionẽ, non q̃dẽ tertii habitus beati Dñici, vel Francisci, cũ ꝓfessione ibi: quia talis professio non hẽt vim, nisi voti simplicis, vnde nõ sufficit tollere vinculũ cõiugale. Nec tertiò castratio superueniẽs: quia matrimoniũ ratũ nõ inuenitur in iure solui, nisi in certis casib. de quibus non est iste. Firmatur aũt, & ratum vocatur coniugiũ ex solo consensu per verba de præsenti, vt no. glo. de resti. c. super eo. Et gl. dicentes, ꝙ cõfirmatur officio carnali, & ante impossibilitas coeundi soluit vinculum, negandæ sunt. Nec quartò, ordo qui est sacr̃m, vel dignitas, licèt magister. Sniarũ videatur innuere, quòd spõsus sicut religionem ingredi, ita & ad ordines promoueri possit, & secũdũ Host. ad epatum ante copulã carnalẽ: q̃a epatus ex sui natura non dicit aliquid matrimonio cõtrariũ: cum episcopi prius essent vnius vxoris viri, nihil autẽ tollitur nisi per suũ cõtrariũ. Itẽ episcopus ciuiliter nõ moritur, cũ habeat ꝓpriũ, sicut & clerici sæculares: religio autem mr̃imoniũ soluit ratione mortis ciuilis, non ratione perfectionis: vnde vxor ordinari ad sacros ordines, & vel episcopatũ contrahere non põt: nec ea inuita potest vir etiam ante copulam ad hæc ordinari, etiã per Papam; in eius præiudiciũ sic, quin teneatur debitũ reddere: q̃a est de iure diuino: similiter nec ad cardinalatum, quia & ille status sæcularis non est regularis, dicẽte quodam cardinali, nos habemus religionẽ, cuius apostatę sunt sancti, vt Hieronymus. Nec obstat, quòd Christus Io. de nuptiis ad apostolatum vocauerit: tum quia episcopi nõ tenent locũ apostolorũ quoad paupertatem, sed quoad dignitatem: tum q̃a illud fecit Christus, qui habuit potestatem excellẽtiæ: tum quia apostolatus erat status religionis, quoad tria vota. Est ergo cõclusio istius, quod matrimonium ratũ sola ꝓfessione religionis probatæ solui potest, & non aliter, ẽt auctoritate Papę, cuius tamen cõtrariũ tenẽt Canonistæ, quia matrimoniũ inquantũ sacramentum, ratificatur constitutione ecclesię, q̃ ratificatio est, vt alter altero viuente contrahere non possit; vnde ratificationẽ Papa tollere potest de potestate absoluta, & etiam ordinaria, quando subest causa. Et hæc est opinio Io. And. in nouel. super ca. ex publico. de conuer. coniu. & Host. & Arc. in c. qua pp. 28. q. 2. & Benedi. in c. ex publico. Et Arc. 3. part. ti. l. 22. diffusè ista pertractans dicit, se vidisse bullas Martini quinti, & Eugenii quarti talẽ matrimonii dissolutionem continentes.

8 QVINTO † quæritur, vtrùm sponsa per verba de præsenti cognita violẽter à sponso religionem possit intrare? Et dicit Host. quòd nõ, cõtra spõsi volũtatem, & si ingreditur, ille contrahere non potest ſm Pet. cum duret vinculum: sed potest inuitam de monasterio reuocare. Panor. autem in ca. verum, de conuer. coniug. sequitur opin. Barto. Brix. dicentis,

tis, ꝙ poteſt: quia non vr̃ communicaſſe ſuũ corpus, ex quo fuit cognita inuitè. Et facit c. illa aũt 31.q.5. Sed dico iſtam opin. veram, ſi erat ſponſa de futuro: & etiam tenet Mo. & Rod. aut etiã ſi fuit de præſenti, & violentia fuit abſoluta ante bimeſtre, ſed ſecus ſi erat ſponſa de præſenti, & fuit in mora ingredien di religionem: putà, quia iam trãſiuerãt duo menſes à diſpenſatione, qui ad hoc dantur, ſm S.Th. vt ſup. Debitũ, §.1. qa ſic ille exigit, quod ſibi debebatur ſine culpa. Similiter ſi violentia nõ fuit merè abſoluta: qa hoc caſu copula fuit ex parte ſponſæ voluntaria ſimpliciter, licèt ſecundũ quid inuolũtaria ſicut & proiectio mercium in mare. Secunda autẽ opinio eſt vera, vbi nõ fuit in mora, & violẽtia fuit abſoluta ſine vllo conſenſu, quod tñ vix accidit. Et ratio quia vnius culpa non debet impedire alterius bonum, maximè ſi culpabilis inde commodum reportet.

9 Sexto † quæritur, quantum ad ſeparationem ratione periculi peccandi, quomodo liceat? Et dico ex Pet. de Palu. in 4. diſt. 39. ꝙ ſi crimen eſt tale, vt cõiux ſine periculo ſui corporis cohabitare nõ poſſit, non tenetur, quia ſi cũ ſui corporis periculo nõ tenet̃ reddere debitũ, multò minùs cohabitare, de reſ. ſpol. ex tranſmiſſa, & c. literas, in fi. Vnde falſa eſt glo. de diuor. & c.2. dicens non dimittendam eſſe vxorem, ét ſi vitæ viri fuerit inſidiata. Et idẽ eſt ſi coniux trahat ad crimen, etiam non cogendo, ſed ratione fragilitatis; quia ſi non tenemur cohabitare ꝑꝑ periculum corporis: multò minùs propter periculum animæ. Si tamen quis ꝑꝑ crimina alterius non timeat ꝓbabiliter ſibi, corpori, vel animæ, derelinquere coniugem non debet, etiam incorrigibilem, niſi ſit fornicatio carnalis, etiam ſemel commiſſa: vel ſpiritualis, in qua ſit incorrigibilis. Et ſic intelligitur c.2. de diuor.

10 Septimo † quæritur, quantum ad ſeparationem matrimonij conſummati, quoad conuerſationem coniugalem, rõne adulterij factam, quantũ extendatur iſta cã adulterij, vel fornicationis? Et dico, ſm doct. extendit̃ non ad voluntatẽ adulterãdi, ſm Veru. ſed primò ad ſuſpicionem violentam, vel certam de huiuſmodi: putà, ſi probatur, quòd fuit ſolus cũ ſola, nudus cum nuda in eodem lector aut ſimul in ſecretis locis, & latebris commodis, & horis electis. 32. quæſt. 1. dixit. Secundò, ad vitium Sodomiticum, ſecundum Hugo. Land. Ioan. Cald. do. Anto. & Pan. in ca. maritus. de adul. qa noĩe fornicationis intelligit̃ oĩs illicitus coitus. 32.q.7. non ſolũ. 32.q.4. meretrices. Et quamuis Inn. in d.c. maritus, & gl. in c. oẽs. 32.q.7. teneat contrariũ, primũ tamẽ eſt verius: quia matrimonio fit iniuria maior. Et addit Pet. de Pal. hoc extendi ad vitium Sodomiticum, & pollutionem extraordinariã cũ alio, vel alia, ét extra clauſtra pudoris, etiã ſi erat ſua, ſm Hug. & Lau. ea non exiſtente in culpa. Sed hoc limita, ſi non vult corrigi. Imò extenditur, ſm quoſdã, & S Tho. 4. diſt. 25. ad peccatum cõtra naturam. Sed hoc non eſt verum in mollitie, ſm Hug. Ro. & glo. in c. omnes. Et ratio poteſt eſſe: quia nec diuiſit, nec diuidere tentauit carnem ſuam, qua etiam ratione, qui ſuam extraordinarie polluit, non poteſt dimitti, niſi corrigi non velit: quia tũc immineret vxori periculum ſalutis, cui poteſt & debet prouidere de diuor. gaudemus. Tertio, extenditur ad fornicationem ſpiritualẽ. i. infidelitatẽ, ſi alter. ſ. cadat in hæreſim. Iudaiſmum, vel Gentilitatem, præcipuè ſi ad infidelitatem trahit coniugem ſuum. 28. qu. 1. idolatria. Si tamen talis corrigere ſe vellet, num deberet dimitti, ſed de hoc inf. §. 10.

11 Octavo † quæritur, qua auctoritate talis ſeparatio fiat ratione adulterij? Et dico, ſm Hoſt. ꝙ ſi adulterium eſt notorium, ita quòd inficiationi nõ eſt locus, põt innocẽs reũ ſua auctoritate dimittere, ſ. ei non cohabitando, de diuor. ſignificaſti, & multo fortius debitũ negando, & idem Inn. qđ Veru. limitat verũ, qñ reus recedens publice moratur cum adultera, vel adultero: quo caſu loquitur d.c. ſignificaſti. Aliter autẽ non licet, quantum ad cohabitationem: vt ibi in c. porrò. Et idem Ioã. And. in c. plerũq; de dot. poſt diuor. re. addẽs ꝙ non lucrabitur donationẽ ꝑꝑ nuptias, vel dotem: ſi non habet penes ſe, quia petere nõ poterit. Sed ſi habet penes ſe, per exceptionẽ adulterij eam lucrabitur contra petentẽ, ſm Pan. in d.c. plerunq;. Si verò delictum non eſt notorium, fieri non põt ſeparatio quantũ ad cohabitatiouẽ, ſine auctoritate & iudicio eccleſiæ: aliter inſtãte altero, conet̃ cohabitare niſi ꝓbet intra octo dies, ſm Hoſ. ꝙ Ric. limitat verum, qñ matrimonium in facie eccleſiæ vel corã teſtibus celebratũ erat. In clandeſtino enim omnino propria põt auctoritate dimittere, etiã quoad cohabitationem: quantũ autem ad thorum, dico fieri poſſe ſeparationem propria auctoritate, ſi innocenti cõſtet de adulterio coniugis alterius, ſm Archid. ar. eorũ, quæ no. in d.c. plerunque, & in c. gaudemus, de diuor. Quod tñ, ſm Archid. & mul-

tos fallit in tribus casibus. Primò, si cōpellatur auctoritate ecclesiæ. Secundo si ipse postea adulterasset. Tertio, si petiuisset aut reddidisset debitū volūtariæ, postq̄ de adulterio sciuit, quia vr̄ se reconciliasse, & debitum negare nō poterit, ſm Pe. de Pal. Adde quarto ubi reus se emendaret vellet innocēti suaderi debet reconciliatio: sed non est ad hoc absolutionis negatione cogēdus, nisi hoc ex odio faceret, aut vindicta, secundum S.Th. in 4.

12 Nono† quæritur, an aliquo casu non possit vir adulteram vxorem repellere? Et dico ꝙ sic in septem. ¶ Primo, si ipse illā prostituit, extra, de eo qui cogn. cōsan. c. discretionē, & idem ſm Petr. de Pal. est, si sciuit, & non prohibuit, cū potuerit. Secus si ei dedisset occasionē indirecte, expellendo eā, vel necessaria denegando, quia nō est ignoscendum ei, quæ prętextu paupertatis turpissimā vitā elegit: ff. de ritu nup. l. palam. Vide si uis Pan. in c. discretionem. de eo qui cogno. consang. vxor. ¶ Secundo, cum virū defectū credens probabiliter, nupsit alteri; quia excusatur, ſm Rich. & vir rediens eam recipere tenetur, nisi sciēter steterit cum secūdo post aduentū primi. 34. q. 2. cū per bellicā. ¶ Tertio, si est cognita latēter ab aliquo, quem virum proprium credebat eadē ꝙ in lectū. ¶ Quarto, si fuit vi oppressa. 32. q. 5. proposito animi. quod intellige de ui absoluta: sed si metu aut pręcepto parentum, instantia cōsanguineorum, vel simili causa fornicaretur, ēt de facto contrahendo cū aliquo, nō excusatur, 32. q. 7. omnes: ¶ Quīto, qn̄ eā post adulterium recōciliauit, uel publice adulterantem tenuit, & retinet in consortio maritali. 32. q. 1. c. 1. cū seq. quia ſcd̄m Rich. crimē reconciliatione dimissū, amplius obijci nō debet, nisi sequatur recidiuū. ¶ Sexto, si infidelis coniunx infideli coniugi det libellum repudij, illaq; nubat secundo, & uterq. cōuertat ad fidem: quia tenetur eam recipere primus ēt cognitam a secundo, nisi alteri fuerit a fornicatione coniuncta, de diuor. gaudemus. Septimo, si uir conuincitur adulterari. 32. qu. 6. per totum. imo si uir est adulteratus occulte, & vxor manifeste, sine peccato eam dimittere non potest: quia vxori non deficit ius decipiendi, sed probatio, sec Rayn. S.Th. & Alb. Si tn̄ ille pœnitentiā egisset, & illa eā agere nollet: sine peccato accusare eam & dimittere posset. 34. q. 1. c. 23. & 4. ¶ Octauo, ait Rich. ſm aliquos, si uir contra vxoris volūtatē abstinendo præstet occasionem adulterandi. 32. q. 5. ſm verba. Alij tamen dicūt pp hoc non excusari mulierem adulterantem, quin posset eam dimittere maritus, secundum glo.

13 Decimo† quæritur, quantum à separationē pp hæresim uel infidelitatē, q̄ est spiritualis fornicatio, utrum separati pp hanc vel illam fornicationem absoluti sint a debili redditione? Et dico, ꝙ sic, ſm Host. & Pan. in c. q̄siuit. de diuor. & si spiritualis fornicatio sit notoria, maritus potest intrare religionem inuita vxore, & ecōuerso, ſm Pan. in c. fi. de conuers. coniug. Et cum dicit Dn̄s. Excepta causa fornicationis. gl. dicit carnalis, vel spiritualis. Et hoc fit fauore fidei. Ex quo not. ſm Panor. ꝙ verbū gn̄ale in materia pęnali, intelligitur largo modo, si dispositio tendit ad fauorem fidei. Sed prædicta intellige, quo ad innocētē; sed quoad reum ante latam sententiam diuortij pp spiritualē aut carnalem fornicationē, si innocens hoc petit, sibi reconciliari debet, & debitū reddere tenetur: nec eo inuito, ſm Hug. pōt intrare reilgionē, quia introductū in meū fauorē, in meum dānū retorqueri nō debet. l. ꝙ fauore. C. de leg. imo etiam post latā sn̄iam pōt innocens reum inuitum recōciliare: ſm Lau. nec pōt reus eo inuito religionem intrare: quia sn̄ia Hug. dicentis cōtrarium, eo quod vterq; in separatione cessit iuri suo, euertere vr̄ d. cap. ex literis. Et hoc tenet Sum. Ros. sed repugnat Sum. Ang. sic dicens: Post latam sn̄iam si innocens hoc petit, reus reconciliari debet, & reddere tenetur: quod fallit, si religionē intrasset, vel suscepisset ordines sacros: quia nec ille repetere posset: nec iste reddere tenet̄, ſm Bar. in c. ex literis tuis. de diuor. & Host. ibi hæc ille. quæ male adducit Ber. ut patet in tuenti: & ēt male sentit: q̄a si ille religionem intrare non potuit, vt probatum est, aut promoueri ad ordines, iuste alius repetit, vt dr̄. Potest tamen nocens licite intrare monasterium tripliciter. Primo, de licentia innocentis. Secundo, si innocens ipse ingressus est & professus. Tertio, si mulier de adulterio condemnata, vel publice deprehensa, in monasterium ad pęnitentiam perpetuam detrudatur, & eam emendatam recipere noluerit. quod potest intra biennium, propter quod tamen monacha non erit, si non fuerit amplius processum. Vide pro his, Pan. in c. gaudemus. & in c. fi. de conuer. coniug.

14 Vndecimo,† vtrum in talibus admittatur compensatio; puta, si vnus spiritualiter, alter carnaliter fornicetur? Et dicit Goffre. & Hostien, ꝙ sic, si emendare velit qui spiritualiter cecidit. Sed si nollet emendare, procederetur

contra illũ:& ipse contra suũ coniugẽ nõ au diretur. Sed tñ Ho. magis distinguit: quia si inquit, accusatur vnus de spirituali, & excipit de carnali, non audiendus: quia si cõuincitur de spirituali, non tenetur ei mulier cohabitare, nisi redire velint ad fidem. Si verò accusatus de carnali, excipit de spirituali, prius de exceptione cognoscetur, tanquam de præiudiciali, cum hæreticus accusare nõ possit vxorem de carnali, vel alio delicto. Et facit c. exceptionem. & c. a nobis. de exc. Sed si ille velit redire ad fidem, & constaret de vtraque fornicatione: fiet compensatio. Et ita tenet Pan. in c. fi. de conuer. coniug.

citius,aut tardius præconizantur, & indicantur.ff.eo.l.præsides.& de off.procon.l.si in aliquo,& in qbus iudicialis processus fieri nõ potest,nisi consensu partium.¶ Quædã verò sunt repentinæ,quas imperator indicit pp victoriam q̃ fecit,aut reductionem vxoris, vel filij natiuitatem:& quas solus princeps indicit.C.de fer.l.à nullo,& quas populus obseruare tenetur,saltem in publico,ex quo princeps potest illas indicere:vtrum tñ contrafaciẽtes peccẽt mortaliter,vide inf. Statutũ §. 6.In prædictis ferijs nullus põt ad iudiciũ cõpelli,nisi in certis casib.de quib.ff.eo.l.1.& in c.vlt.de iu.& nisi vigeat necessitas; putà, qa res erat peritura,vt hẽs exẽpla,l.1.2.& 3. ff.eo.& l.1.ff.de damn.infec. aut pietas:putà, cã debiliũ,vel miserabiliũ personarũ:vt in c. conquestus.de ferijs,quia in operibus misericordiæ nõ est habenda distinctio dierum, ar. 76.di.vtinam.de consec.di.5.nunquã, & summa rõ est,quæ pro religione facit.ff.de relig. & sump.fun.l.sunt personæ.imò pdictis ferijs renũciare partes non possunt, nisi temporaneis:vt in d.c.conquestus & 15.qõ.4.in summa.Præter has sunt feriæ canonicæ,i.dies septimanæ,de quarum aliqbus in c.de illis.11. q.3.in quarum sexta illicitum est carnes comedere,de consec.di.4.ieiunia. quod limita, nisi sit dies natiuitatis domini: q̃ si eueniet feria sexta,vel sabbato, carnibus vesci possumus,nisi quis se voto,vel regulari obseruãtia adstrinxerit ad nõ comedẽdũ:vt in c.fi. de obserua.ieiu.Additur,& dies sabbati, de quo in c.sabbato.de cõse.di.3.& di.5.& c.quia dies, vbi admonentur omnes Christiani à carnib. abstinere,nisi festum,s.natiuitatis,vel infirmitas impediat:sed hoc est præceptum, vbi est consuetudo,de obser.ieiu.consilium. Vbi verò non est consuetudo, & non comedantur carnes est consilium,ſm gl.in d.c.quia dies, de consec.dist.5.¶ Ex his autẽ patet primò ꝙ religiosus,q ex dispensatione plati põt comedere carnes:hoc pt sexta feria,si sit natalis domini:quia cum ad non comedendum tali die teneatur ex duplici lege.s.ecclesiæ,& religionis suæ;prima remouetur per d.c fi.vnde remanet secunda tantum,super quam prælatus habet auctoritatem.Et idem dico de eo, qui hoc habet ex voto:ex licentia eius, q dispensare potest in tali voto,poterit carnes mãducare. ¶ Patet secundò,quòd habens ex voto non comedere oua in sexta feria,poterit comedere carnes ex dispẽsatione episcopi, vel hẽntis auctoritatẽ ab eo dispensandi in votis

Vtrum ãt sine dispensatione possit comedere carnes,cõiter tenetur,ꝙ nõ:quia abstinentia ouorum includit abstinẽtiam à carnibus,sed tamen credo distinguendum, an tẽpore voti habitualiter habuerit intentionẽ se obligãdi si affuisset memoria dicti casus,an non, quia hic non est obligatio,nisi secundum eius intentionem.Et si nescit discernere, teneat securiorẽ,vt abstineat: vel petat dispẽsationẽ.

3 Primo † verò quæritur, quantum ad ferias solemnes,quæ sint?Et dico multa.Primũ In c.conquestus,extrà, de fer. vbi quidã dies mandantur feriari quantùm ad cessationem à strepitu iudicij,& etiam ab operibus seruilibus,ſm cõem opinionem doctorum,sic dr: Debet iudicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noscunt esse statuti,s.natalis Dñi,sancti Stephani,Ioãnis Euangelistæ,Innoc.sancti Syluestri, Circuncisionis,Epiphaniarum,septem diebus dominicę Passionis,Resurrectionis,cum septem sequentib. Ascensionis,Pẽtecostes,cum duobus qui sequuntur,natiuitatis Ioannis Baptistæ,festiuitatum omnium gloriosæ virginis, quæ scilicet erant tpe huius capituli: vt purificatio,annũciatio,assũptio,& natiuitas,de alijs ãt inf.festiuitatũ.12.Apostolorum,& pcipuè Petri,& Pauli.Sed intellige festiuitatũ principalium,quando.s.euolarunt ad cęlum, ſm Arch.& in consuetudo testatur, & Laurẽtii,dedicationis beati Miehaelis, s. de mense Septembris,solemnitatis oĩum Sanctorũ, ac diebus dominicis,cæterisque solemnitatibus quas singuli epi in suis diœcesibus,cum clero & populo duxerint solemniter venerandas. Quod limita primò,ſm glo.de conse. dist. 3. in c.pronunciandum de solemnitatibus sanctorum canonizatorũ.s. auctoritate ecclesiæ Romanæ,cũ eps canonizare nõ possit, de reli.& ve.san.c.1.ad quos solus ſm Arch. dirigi potest oratio solemnis.i.in missa, vel diuino officio facta,licèt oratio priuata dirigi possit ad omnẽ,qui creditur esse cum Christo.Limita secundò,si populus consentiat, secundum Arch. idem patet ex textu:& sequitur Pa. in d.c.conquestus,& Arc.in d.ca.pronuntiandũ, & Fede.licèt do.An.dicat,ꝙ solus eps cũ clero,seu capitulo hoc possit.Limita tertiò quoad eos,qui sunt de diœcesi, vel in ea morantur,qui bonas loci consuetudines seruare debent.di.8.quæ contra.di.12.illa ãt. Quib.vtique solemnib.feriis,nisi necessitas vrgeat.gl. putà,si esset res tpe peritura.Exempla plura hẽs.ff.eo.li.1.2.& 3.& vbi res celeritatẽ desiderat

derat,ff.de dam.infe.l.1.vel pietas suadeat.gl. puta cā debiliũ,vel miserabiliũ ꝑsonarũ,vsq; adeo conuenit ab hmõi abstinere: vt consen tientib. ēt partib. nec ꝓcessus habitus teneat nec snīa,quam contingit diebus ab hmõi pro mulgari,hæc ibi.¶Secundum.In c.pronuntiā dum,de conse.dist.3. vbi fit consimilis feriarum enumeratio,non fit mentio de annuntia tione B.Virginis:quia.s.fortè nondum erat illud festum institutum ẜm Arch. & tñ ibi aliæ feriæ adduntur.s.tres dies rogationum, festũ S.Martini.& dedicatio cuiuscunque oratorii, quod limita quantùm ad loca ipsius oratorii & vbi est cõsuetudo,quæ in hmõi valet,vt pa tebit:vbi verò non est consuetudo,ꝙ celebretur,aut non celebretur,vt vbi nouiter sit dedicatio,non est etiam peccatum non celebra re:quia scđm Arch. ista lex est consuetudine abrogata:vnde non ligat nisi gratia cõsuetudinis particularis.Eadem quoque di.in c.crucis,additur festum inuentionis sanctæ crucis, quinto Nonas Maii: & festum corporis Christi,in cle.si dñium.de reli.& ve.san.¶Tertium In c.etiam gloriosus,de reli.& ve. san. libr.6. additur Euangelistarum & quatuor doctorũ ecclesiæ,quæ mandantur sub festo duplici so lẽniter celebrari,ꝙ Io.And.intelligit nõ solũ quoad officium, sed etiam quoad cessationē ab operibus seruilib. & vr̃ sequi do. Anto. & Pan.in c.questus.Et hoc tenuit Sum.Ang.s.ꝙ sint de præcepto, & idē Suppl. multipliciter conatur ostēdere:sed oppositum tenuit Arc. tum quia consuetudo legum interpres habet cõtrarium:tum quia periti & timorati viri similiter contrarium dixerunt; tum quia dicit se vidisse Eugenii declarationem,vel dispensationem,dicentis se non intendere ꝙ fideles obligētur.Quicquid tñ de iure sit in hoc, ẜm omnes, consuetudini standum est: & vbi de cõi omnium more celebrantur,seruāda sunt. ¶ Quartum.Festa per ecclesiæ totius cõsuetudinē introducta:vt B.Nicolai,& fortè beati Antonij, & Catharinæ, & hmõi,seruanda sunt,quia consuetudo est tacita lex,& ꝓlege habetur,si rõnabilis sit,& proficiat saluti.dis. 1.cõsuetudo de quo su.Cõsuetudo.Quę verò introducta sunt in vna ciuitate tm̃, aut ꝓuin cia,in illa similiter seruanda sunt: quia sicut gñalis cõsuetudo rõnabilis,ēt non ꝑscripta, gñalē,ita particularis particularē facit legē: ar.di.12.c. illud,& c. illa, quæ tñ intellige dicta de consilio,non de ꝑcepto,nisi rõne scādali: quia non sunt introducta vt de ꝑcepto sed ex deuotione: consuetudo āt nõ est præceptiua,nisi ex intentione potentis condere legē,vt sup.dictum est:rõne tñ scādali cõsuetudo esset præceptiua,iuxta dicenda inf. Scādalũ.¶ Quintũ.Festũ visitationis Mariæ præcepit Vrbanus 6.sed modo nõ ligat ẜm Arc. quia receptũ non fuit,nec custoditũ,nec fortè publicatũ.Festũ aũt Niuis non est sub præcepto,similiter nec festum Conceptionis:qđ olim quidem ecclesia Romana non celebrauit,vt patet per gl.in d.c.pronuntiādum , sed tolerauit ẜm S.Th.& meritò,quia non est repudiandum,vt idem dicit,habito respectu ad sanctificationē:quæ pro tꝑe facta sit, ignoratur.Vnde potiùs est sanctificationis, ꝗ conceptionis. Vnde nunc illud videt̃ celebrare,nõ quasi affirmans,aut determinās dictam conceptionē fuisse immaculatā, & sine originali contagio,vt Sũ.Ang.& Ro.conātur asserere, quia expresse Sixtus quartus ordinis Minorũ qui illi opinioni fauit, quantum honestè potuit,dicit in extrauaganti,quæ incipit, graue nimis, ꝙ ecclesia Romana nondum hoc determinauit,& idem Alex.sed quasi in conceptione colens sanctificationem citissimè, vt credit̃,subsecutā,& quasi gratias referens de conceptione ratione personæ conceptæ nõ ratione sanctitatis in conceptione collatæ,sicut etiā colitur festum Epiphaniæ, in quo tñ nulla sanctitas noua collata est.¶ Quod autē dicit Sum.Ros.circa hoc extare miracula,nihil est,nisi facta fuissent in testimoniũ huius veritatis;quia ēt tꝑe beati Martini ad preces porrectas latroni fiebāt miracula gratia fidei petentium.Quod ēt dicit Sum.Ang.olim puritatem conceptionis non fuisse reuelatā,ridiculũ est:quia contra auctoritates sanctorũ & conciliorum, & scripturarum stultum est credere muliercularum somnijs.Quia tamen deuotio simplicium sine pertinacia nõ est cõdēnanda:ideo idē pontifex in eadē extrauaganti,ad scandala tollēda mandauit sub pœna excõicationis,vt infr.Excõicatio 7.§. vlt. ¶ Sextũ.Festũ aũt beati Francisci esto , quòd fortè Sixtus quartus illud sub præcepto posuerit:tñ modo nullus tenetur , qa illa cõstõ non fuit moribus vtentiũ approbata.di.4.in istis §.leges.¶ Septimũ. Circa hmõi festa distinguendum est. Nā si sunt iuris humani, in eis standũ est cõsuetudini: sicut fuit olim de festo Trinitatis faciendo,extrà eo.quoniam quod tamen hodie ex mandato Ioan. 22. fit per vniuersalem ecclesiam,& idē, scđm Arc. est de festo Innocentium,& S.Syluestri,quia sstandum est consuetudini, & ꝯ cõiter malè

custodiunt̄.Et idem est,ſm eundem,de festis
Euãgelistarum & doctorum , & idẽ de festo
S.Bartholomæi, quoad diẽ,in quo celebrat̄.
de obser.ieiu.cõsiliũ,imò quędã p̄dictorũ fe
storũ sunt per cõsuetudinẽ abrogata, quoad
cessationẽ ab operib.vt cõiter dr̃,vt tres dies
rogationum, & septẽ dies dñicæ passionis, i.
hebdomada sancta,& septimana resurrectio
nis,i.hebdomada Paschæ: nec seruant̄ hodie
nisi tres dies Paschæ,& sec.Arch.parasceues,
& feria 5.in cęna Dñi, imò nec isti seruãtur,
nisi forte parasceues vsq. ad osculũ crucis.Si
vero sunt iuris diuini,in eis consuetudo locũ
non habet,vt dies dominica, vt cõiter tene-
tur,& dies maiores,vt Natiuitatis Dñi,Resur
rectionis,Ascensionis,Pẽtecostes, & Epipha
niæ,vt dr̃ in gl.de ferijs.licet.& sequunt̄ cõi-
ter doc.& Io.An.addit Assumptionis glorio-
sæ Virg.ar.c.fi.de sen.exc.lib.6.imò gl.Rayn.
dicit dies maiores esse festa Christi,B.Virgi-
nis,Apostolorum Petri,& Pauli. & item pa-
rasceues, ꝙ p̃ot forte esse verum,quantũ ad
vacare à seruilib.non aũt quia sint de iure di
uino.Ex quib.malè intellectis infert Suppl.ꝙ
nulla consuetudo p̃t excusare laborãtes sab-
bato post occasum Solis, vel in vigilia festo-
rum dñica maiorum,cum in hoc, inquit, fiat
contra ius diuinum,quod dictum est falsum,
& contra alios Summistas ordinis sui, vt pa-
tebit §.sed. Vnde dico consuetudinem nõ ha
bere locũ in his, q̃ sũt de iure diuino, vt hic:
vnde sicut ecclesiastica lex, ita & ecclesiasti-
ca cõsuetudo variare p̃ot tp̃s diei dominicæ,
quod ex lege positiua & non diuina depen-
det,vt dictũ est,dummodo festiuetur 24.ho-
ris, qđ est iuris diuini, & sabbato nõ incipiat
solẽnitas ante Solis occasum ne videamur Iu
daizare.de con.dis.pronuntiandum. vnde Ar
ch.dicit, ꝙ vbi est de more generali artificũ,
puta barbitonsorũ, ꝙ in sabbato, aut magno
rum festorum vigilijs laborant per duas ho
ras noctis, quia tunc magis hoĩes conueniũt,
tolerari p̃ot mos, quia ẽt in sero festi qñ lice
ret laborare,die transacta non laborant vsq;
ad noctẽ mediam, & sic vr̃ admitti posse cõ-
pensatio consuetudine sic agente, & sic dñs,
inquit , Eugenius quartus su p hoc requisitus
cũ talib.dispensauit, vt percepi à fide dignis.

4 †SECVNDO quæritur, quando feriæ solem
nes celebrentur,& qñ incipiant?Et quantum
ad primũ dico,ꝙ in die qua occurrũt, ẽtsi of
ficium ad diem aliam transfertur, quia eccle
sia ordinauit,ꝙ suo die celebrentur,& de re-
missione nihil statuit, vnde & cõsuetudo ita
habet. ¶Quantũ verò ad ſm,dico vt colligit̃
ex gl.in c.qm̃.de fer.& in c.pronuntiandum.
de cons.di.3.ꝙ diuersis respectib.incipit dies
festus dominicus horis diuersis. Nã quantum
ad esum carniũ, sicut & quantum ad ieiuniũ
incipit à termino cœnæ diei præcedentis vi
giliã,qui terminus est media nox,qñ 6.feria,
aut vigilia sequitur,scđm Pa.in d.c.qm̃.quã-
tum verò ad officiũ incipit in vesperis, quan
tum vero ad cessationem ab operib.seruilib.
regulariter incipit à vespera vigiliæ, i.sero,
vel vltima parte diei,seu occasu Solis,& ter-
minatur in vespera sequẽti, extra eo.omnes.
& de con.dist.3. pronuntiandum,& fuit ori-
ginale dictum scripturæ Leu.23.tñ festorum
initiũ & finis iuxta eorum qualitatẽ, & diuer
sarum regionum consuetudinem seruari de-
bet,& sicut eorũ magnitudo exigit prius in-
cipere,& tardius terminari,extra eo.quoniã.
Quod limita verũ esse primò quantũ ad aug-
mentũ festorũ, sed nõ quo ad diminutionem
nisi essent de iure positiuo,quia non pñt esse
minus,q̃ 24.horarum, si sunt de iure diuino,
licèt illę horæ possint citius & tardius incipe
re,vel terminari.Secundo,limita uerum,nisi
sit dominica , cuius celebratio incipere non
potest ante Solis occasum die sabbato, ne iu
daizare videamur.de con.dist.3.pronuntian
dum.Vnde augeri p̃ot hoc festũ à parte post,
sed non à parte ante. ¶ Hic tamen cauẽdi sũt
tres errores.¶Primus est Supp.dicentis nulla
consuetudine excusari posse laborantes sab
bato post occasum Solis,vt dictum est, & im
probatũ.§.priore.Secundus est Sum.Ange.q̃
alleg.verum dictum Pan.in c.1.de fer.s.quòd
dies festus quantũ ad cessationem ab operib.
seruilib.incipit scđm consuetudinẽ patriæ,fa
cit c.qm̃,eo.tit.& inde ex hoc verbo male &
indistincte intellectio infert falsum, s. ꝙ si sit
consuetudo,ꝙ incipiat festare in manè,tenẽ
da est,i.laborãdo tota nocte mõ cessent vsq.
ad aliud mane: quia Pan.loquitur de consue
tudine rationabili,cuiusmodi non est hæc, q̃
hoĩes redderet inhabiles ad missam & sermo
nes in mane diei festi. Tertius est Summ.Ro.
quæ primò quidem cum Arch. tenet veram
sñiam.s.ꝙ tolerari possit artificiũ mos labo-
rantium quasi vsq.ad mediam noctem ne cõ
cursum simul,& lucrum p̄dãt, attẽto,ꝙ sero
festi qñ laborare possent , vacãt & recõpen-
sant,sed deinde uolẽs reprobare dictã op.Sũ.
Ang.assumit , ꝙ talẽ cõsuetudinẽ facere ñ p̃t
vna ars,aut duæ,vel tres,sed solũ maior pars
populi vtens ea,ſm gl.in c.fi.de cõsu. & Pan.

quod quidē dictum ad eius intellectū primo est falsum:quia nō oportet populi partē maiorē vt actu inducente cōsuetudinē,exequēdo illum,sed sufficit si vtatur approbādo.Vñ in ciuilibus ex duobus sententijs datis in iudicio cōsuetudo inducitur,vt dictū est su. Consuetudo,§.4.Scd'ò repugnant veræ sciētiæ,q̄ tenuerat:q̄a si duæ, vel tres artes nō possunt facere cōsuetudinem laborandi vsque mane nec vsq; ad noctē mediā poterunt.Vnde dico in hoc standū cōsuetudini iudicio boni viri rōnabili:puta,qua pauperes artifices,nec lucrū perdūt,nec in mane die festi sunt dormitantes,puta,in necessitate laborādo sero duabus,aut tribus horis, vel proprie ad mediam noctem : cum vbique vniuersaliter vsque ad medium noctis sequentis festiuetur.

5 TERTIO † q̄rit,à q̄b. abstinēdum est in ferijs solemnib. siue dieb. festis? Et dico sm̄ S. Th.non esse mō ita arctum p̄ceptum de obseruanda dñica,sicut olim fuit de obseruādo sabbato,in quo non licebat decoctio ciborū,& hmōi:q̄a non est modo ista obseruatio figuralis,vt tunc:& facilius nūc rōne necessitatis dispensat in prohibitis, q̄ tunc : q̄a figura pertinet ad protestationem veritatis,q̄ nec in modico oportet p̄terire,opera autē sm̄ considerata mutari possent pro loco, & tp̄e, hæc ex illo.Et adde sm̄ Arch. non esse dubium de papa,q̄n possit illa die,& alijs feriis dispēsare cum sint de iure positiuo.s.quantum ad determinationem tp̄is. De ep̄o ēt creditur à multis,ꝙ possit,cū subest cā rōnabilis.Sed de hoc dic iuxta dicta sup.Dispensatio,§.9. ꝙ pōt in casu nouiter,& inexcogitato emergente,puta, in piscatione, q̄n repente compareret piscium insolita multitudo.Igitur in diebus festis abstinere tenentur hoīes nō solum à peccatis,sed ēt ab operibus seruilib. vt ab operibus artium mechanicarum,agricultura, & hmōi:vt nec mercatū,nec placitum fiat, nec processus,vel sñiæ iudiciales, nec condemnatio alicuius ad pœnam, maximè mortis, de conse.di.3.rogationes,ext.eo.c.oēs.& c.licèt 15.q.4.per totum,nec fiant iura, nisi pro pace.extra eo.c.1.vel pro alia necessitate,vt dicit ibi gl.puta,pro fide,pro obedientia,p̄ fama,quod tñ de iudicialib. iuris intellige esse p̄ceptum de aliis verò consilium, vnde agitatio causæ non tenet ēt de consensu partium, & gñaliter ab oī opere seruili,ad qd' opus seruile pertinent non solum prædicta,sed etiam emptio,& vēditio,& scribere,& rōcinia facere,& delatio onerum cum iumentis, & iter. quod tñ illicitum non credo,nisi sit cum magna fatigatione:q̄a non multum impedit vacationē à diuinis.Et cōsentit Fran.de Mayro. in trac.de x.p̄ceptis,& actus voluntariæ iurisdōnis:vt emancipare,contractus inire, iudiciū facere,scribere instr̄a conficere,& hmōi, q̄ qui faciunt,peccant mortaliter,nisi excusētur,vt inf.Actus tñ tales tenent,sm̄ Pan.in d. c.conquestus,& vr̄ expressum in l.actus.C.de feriis,& generaliter prohibentur omnia fieri consueta per seruos,& omnia opera corporalia,quibus vnus alteri seruit.

6 QVARTO † quæritur, quæ sint regulæ,vel theoricæ,seu claues,aut maximè,quib. decidi possint oīa,aut multa dubia occurrētia circa materiam istam?Et dico tres esse. ¶ Prima colligitur ex S.Th.2.2.q.122.vbi probat,non prohiberi hic opus sp̄uale, vt docere verbo, vel scripto,sm̄ gl.Numeri 28.nec opus corporale seruile factum ad seruitium Dei,vt de circuncisione patet Io.7.& de sacrificiis,Matth. 12.nec opus corporale cōe seruis, & liberis: vt p̄uisio ī necessariis sibi,& p̄ximo,p̄cipuè pertinentibus ad salutē corporis sui, vel proximi,q̄ differri commodè non possunt, sicut Machabæi sabbato pugnauerunt pro defensione.1.Macha. 2. & Helias die sabbati fugit à facie Iezabel:& Christus totum hoīem sanum fecit in sabbato. Et secundariò in dāno rerum vitando:sicut ouis cadēs in foueam leuatur die sabbati.Matth.12.hæc ex illo.Ex q̄bus eiicitur,ꝙ die festo non licèt facere opus seruile pro lucro consequendo principaliter licitū vero est illud facere pro damno rerum vitando,aut corporis,aut aīæ à fortiori: & hoc tā quo ad se,q̄ quo ad proximum.¶ Secūda verò colligitur ex Rich.in 3.di.37.ar. 3. q. 4.dicente, ꝙ opus seruile tripliciter dicitur. Primò.s.materialiter tm̄,non formaliter,seu finaliter:vt scribere non ad lucrum,sed ad ædificationem aīatum.Secundò,formaliter tātum,non materialiter : vt cogitare de opere exteriori exercendo ad lucrum: puta, ratione,aut aduocatione. Tertiò,materialiter, & formaliter,seu finaliter,vt opus corporale p̄priè,& p̄ximè ordinatū ad bonū corporale, seu lucrum.Quorum primum die festo cōceditur:vt in d.c. conquestus, vbi causa pietatis permittuntur aliàs prohibita:& facit l.diuus ff.de fer.vbi permittuntur diebus feriatis spectantia ad disciplinam militarem. Secundum verò p̄hibet de consilio, non de præcepto, nisi per hoc impediretur illa vacatio, quā ex necessitate debemus diuinis; de qua in se-

quentibus dicetur. Tertium verò sub præce-
pto prohibetur, & illud exercens mortaliter
peccat.¶ Tertia colligitur ex multis doctori
bus, sed pcipuè Francisco de Mayro. in tract.
10. præcep. dicente, quod opus seruile tertio
modo est peccatū mortale, nisi excuset vnū
ex quatuor: quorū primum modicitas operis
q̃ non impedit spūs libertatem, q̃ tamen ſm
Veru. arbitrio boni viri pensanda est. Scd̃m,
necessitas operis, q̃ aut pueniri, ac commode
differri nō possit: vt in decoctione ciborū, vl'
necessitas coactionis, quæ fit à dominis, aliter
bona pscriberētur, facit ca. licèt, de feri. Ter-
tium, pietas cordis. s. pro Dei honore, vel pau
perū suffragio, vt dictū est, ex d. c. cōquestus.
Quartum est vtilitas publica, vt p pace, con-
cordia, pōte, & hmōi, q̃ ēt sunt pia. Adde qn-
tū. i. dispensationē platorū.¶ Quæ āt necessi-
tas excuset, quidā dicunt, quod solū necessi-
tas vitæ substentandæ, contra quos est dictū
Domini. Matth. 12. de oue cadente in foueā.
Alij, vt Sum. Ros. & Ange. dicunt, qd̃ excusat
necessitas vitæ sustentandæ, & damni vitādi,
vt dicit S. Th. & ēt vtilitas acquirendi, qd̃ alio
tpe acquiri nō pt: sicut patet extra e. licet. de
piscatione ad alecia, sed hoc tertiū nō est ne-
cessitas, sed vtilitas, nec licet nisi ex dispensa-
tione episcopi, si haberi potest, scd̃m Veruec.
aliàs sacerdotis proprij. Sine dispensatione
autem erit mortale: licet Sum. Ang. dicat hoc
esse consiliū, quia est contra diuinum, vel ec-
clesiæ pceptum, nisi vtilitas esset talis, qd̃ cre
datur prælatus, si haberi posset dispēsaturus:
quo casu locū haberet, ſm mentē Veru. rati-
habitio. de lucro āt inde sequente debet fieri
pauperib. portio: vt in d. c. licet qd̃ Sum. An.
putat esse pceptum: esse verò consiliū. Quar-
ta pt addi pro ista, & oīa alia materia, ꝙ quan-
do sermo est de peccato mortali, sp duo præ
supponūtur. Primò, ꝙ res sit alicuius impor-
tantiæ, circa ꝙ dari non pt regula gn̄alis, sed
statur arbitrio boni viri. Scd̃ò, qd̃ exerceatur
cū deliberatione expressa, vt cū quis delibe-
rat aliqd facere, aut cogitare, ēt si facere no-
lit, vel saltem interpretatiua, q̃ est cū quis ali-
quid subdito quidē facit, aut cogitat, sed non
adeo subdito qn aduertat, & deliberare pos-
sit, nec tamen deliberat illectus à voluptate,
de quo tamen dic, vt sup. Consensus in prin.
Quando autem res est minima, aut ratio nō
aduertit, nunquam est mortale.

7 QVINTO † quæritur, quot conclusiones
qōnum decisiuæ sequūtur ex pmissis? Et dico
ꝙ multæ.¶ Prima. Excusatur rōne modicita-
tis à mortali, aut ēt veniali, ponēs aliqua pū-
cta, scopās domū, vēdens vnā rē tantū breui
sermone: puta, racemū, modicū itinerans aut
aliqd tale faciēs tpe breui, arbitrio boni viri
Rō ſm Bo. 3. dist. 47. in lit. quia ista modicitas
vacationem circa diuina minuit qdē aliqua-
liter, sed non impedit. Et faciant, q̃ notant in
c. intelligentia. de ver. sig. ¶ Scd̃a Similiter ēt
rōne necessitatis, maxime si vergat in pericu
lū vel damnū: excusantur carnifices ēt si tpe
notabili occupentur pp necessitatē, q̃ præue
niri nō pt, nec differri rōne æstatis, aut multi
tudinis festorū, vel hmōi: idē de tabernariis p
parātibus cibaria necessaria medicis, minutio
ribus aromatariis, feriatoribus equorū, si prī
cipaliter rōne necessitatis, licet inde hēant lu
crū: idem de vēdentib. panē, herbas, fructus,
& hmōi, p necessitate diei festi, ēt si talia cō
ferrent ad gulositatem cōtra Angelicā, qa ꝙ
vni est gulositas, alteri erit honesta recreatio
alias autem vendentes non excusantur, nisi
rōne modicitatis distractionis, vt vendētes cā
delas, vel placentulas inzuccaratas, & hmōi,
in quib. pretia facere nō pōt. Et idem de exi-
gentib. debita à rusticis, aut conducentibus
operarios, qa alia die eos sine incōmoditate
inuenire non possunt. Et idem ſm Veru. de ve
ctorib. mercium alimentorum, aut psonarū,
& cursorib. qui sine graui incommodo aliter
facere non possunt. secus de rusticis, dominis
suis blada, aut alia deferentib. Et idē de his,
qui in vigilia festi mittunt sua iumēta ad por
tandum necessaria pro festo, cum præuenire
non poterunt, ſm Ro. secus si faceret, vt diē
vnam lucrarentur. Et idem de rusticis, vxo-
re, ac filiisfamilias, si iusto metu labore com-
pelluntur, ēt possunt suam recipere mercedē
ne dn̄i procliui ad hoc reddantur, & commo
dum ex sua iniquitate reportent.¶ Tertia. Si-
militer excusantur ratione pietatis laboran-
tes p ecclesia, monasterio, aut alio loco pio,
non habentibus sufficientes redditus, vel pau
peribus indigentibus: modo non sufficiat in
dominicis, vel festis solemnioribus, secundū
Verue. nec dimittantur diuina, idest auditio
Missæ, nec laboretur propter mercedem, aut
carnalem amorem, nec vsque ad vltimam fa
tigationem. Et hoc omnes doc. consentiunt,
excepto, quod Monal. vult hæc posse fieri dn̄i
cis diebus & præcipuis festis, & etiam beatæ
Virginis, & Apostolorum Petri, & Pauli, &
in parasceues, non tn̄ in die Paschæ, aut Pen-
tecōstes: nisi esset consuetudo approbata per
epm, ꝙ verum credo ex dispensatione epi,

vel

vel necessitate tanta, q̃ hoc arbitrio boni viri exigeret, & similiter laborantes ad reintegrationẽ pótiũ, aut viarũ, pp trãseuntiũ pietatẽ, & nõ ad lucrũ, eadẽ rõne. Et silr si hoc faciũt pp bonũ publicum q̃a sub noie pietatis includit. Et idẽ de doctore faciẽte cõsiliũ, vt expediat illum, q̃ venit a lõge: licet consequenter intẽdat lucrũ. Secus si ad lucrũ principaliter, quia esset mortale. Et a fortiori excusantur, ſm Arch. laborãtes pro sustẽtatione sui, & familiæ suæ, qñ aliter sustẽtari nõ valent. s. sine magna incõmoditate. Cautũ tñ esset in omnibus, dispẽsationẽ ab epo hre. Et similiter excusantur, qui actus volũtariẽ iurisdõnis exercent ad honorem Dei, ſm Lap. & Bart. in l. actus, C. de fer. ¶ Quarta. Silr excusantur ſm Veru. ẽt oẽs, qui operantur ad indẽnitatem psonarum sui, aut suorũ, vt si imminẽte bello, fiant ptinentia ad defensionẽ, vt muri, aut fossata, & oia arma defensiua, vel pertinẽtia ad defensionẽ ordinatam, vt machinę, tela, & oia arma inuasiua. Et silr operantes ad indẽnitatem rerũ suarũ, aut aliorũ, vt eas mutando ne subripiãtur ab hostibus, aut a tẽpestate, vel alia cã lædant, sicut lana læditur aliqñ, si non extendat ad solẽ, & fornax si ignis nõ nutriatur, & hmõi: & gñaliter q̃cquid fit ad repugnandum dãno immineri in psona, vel rebus suis, aut aliorũ, est licitum: sicut itinerare existentibus in hospitio pp iacturã expensarum, & laborare facientibus vitra, q̃a ignis deuorat, & idẽ de similibus. Et multo magis ad vitandum aiæ damnum, puta otiositatem vel aliud peccatum, vnde rõnabiliter occupãtur hoc fine domicellæ post suas deuotiones nõ autem ad lucrum principaliter. ¶ Quinta. Silr excusanť multi rõne dispensationis euntes ad mercata, vel nundinas, de quib. Veru. quẽ sequiť Su. Pis. & Suppl. & Sum. Ang. scrupulosè loquiť, volens, q̃ peccet mortaliter, q̃ hoc facit consuetudinarie, aut cupiditate lucrandi. Sed veritas est, q̃ peccent mortaliter solum in duob. casib. primò, si missam omittant. Scdò si hoc prohibeatur a plãtis, maximè sub pęna excõicationis, quo casu inciderent ẽt venientes ex aliena dioecesi rõne delicti, ſm Veru. & Su. Con. Audita autem missa, & tolerante epo, non est mortale, q̃a hoc non spectat ad ius diuinum. Vnde eccl̃a, q̃ laqueum filijs suis non ponit, tolerando dispẽsat. Et ita sentit Fran. vbi sup. & Pe. de Pal. & Arch. Quod limita, ſm aliquos nisi esset dies dñica, vel maior, quia in his dispensatio, non excusaret, sed pietas, vel necessitas, puta si q̃s multum damnificetur, tunc non contrahendo, aut alia iusta causa. Sexta. Silr a mortali excusanť multi rõne operis, si sit seruile materialiter tm̃: silr si tantum formaliter, siue finaliter, sicut studentes principaliter ad illuminationem sui, vel aliorum: licet consequẽter veniat lucrum, vt tenet Pa. in c. 1. de feri. ar. c. cum ex eo. de ele. li. 6. & idem si fiat ad otium vitandum, ad lucrum autẽ nõ licet, licet, non sit mortale. Et silr excusanť scholares legẽtes non ad lucrum, sed ad exercitium suum, ſm Pan. ibi dũmodo nõ faciant principaliter ad lucrum. Si ãt in cõsequentia, nõ nocet, ar. l. 1. ff. de auth. tut. & in l. rogasti. §. 1. si cer. per. & ĩ c. q̃d proderit. di. 61. Secus de doctoribus legentib. principaliter ad lucrũ, & idẽ de scholaribus, q̃a esset opus seruile materialiter, & formaliter. Et silr excusantur scholares notãtes suas lectiones, ſm Ver. & sermones, & libros corrigentes: non tñ licet in his operam pretio locare, nec licet scribere in aliquo grãdi, vt de quaterno ad quaternum, vt dicit, q̃a .s. est opus seruile, spiritualia autem scribere ad spũalem finem, ẽt in quantitate magna, licitum est, vt in d. c. cõquestus. Et silr excusantur pictores, qui dieb. festis retrahunt in ecclesijs pulcras figuras, quia ad peritiam artis id faciunt, licet sequatur lucrum consequenter. Excusanť etiam citharistæ, & alij sonatores, cantores, si id faciũt ad honorẽ Dei principaliter, vel ad honestã recreationẽ, aut ad alium pium, vel necessarium finem, licet scdario pp lucrum, ad q̃d principaliter operenť non excusantur, nisi aliqua ex supiorib. causis adsit, & si id faciãt ad lucrũ, & cũ periculo peccati alicuius, vt q̃ ad lucrum regulariter pulsant lasciuæ iuuẽtuti, multo minus excusanť. Si ãt id faciunt cũ periculo solum, & nõ ad lucrum principaliter, est mortale, si illud periculum intendunt, & si illud ex signis probabiliter credunt, non aliter. Piscatio autem ſm Suppl. nullo mõ licet in maioribus solemnitatibus, in dñicis verò diebus, vel inferioribus etiam non licet, nisi ex causa vrgente, & cum licentia, & portione pauperum. Et allegat cap. licet. de feri. & idem dicit de aucupatione maxime quia est magis publica, & cum occupatione maiori. Sed oppositum tenuit Sum. Ros. Et dico, q̃ illud procedit de ea, quæ est ad lucrum, secus ad honestã recreationẽ, eum nõ sit opus seruile formaliter. Nec obstat, q̃ omne opus seruile prohibetur: & sic regula est prohibitiua, & consequẽter omne illud colligitur prohibitum, q̃ non est spe-

cialiter cōceſſum:vt in cle.exiui.de verb.ſig. quia dico hoc verum eſſe de cadentibus ſub regulam: cuiuſmodi eſt opus ſeruile materia liter,& formaliter:non aūt materialiter tantum. De venatione aūt tenet idem; & Sum. Angel.contra Sum.Roſ.ꝙ nullo modo liceat feſtis: quia non licet in dieb.ieiuniorum.ſm gl.in c.qui venatoribus.diſ.85. ergo inquiūt, multò minùs in diebus feſtorum. Nec tñ,inquit Angelica eſt mortale, niſi cā lucri principaliter fiat,vel omiſſis diuinis. Ego vero dico, ꝙ eſt licita de ſe in diebus feſtis, ſi fiat ad honeſtam recreationem: quia non eſt opus ſeruile formaliter:ſi autem ad lucrum,vel,omiſſis diuinis, eſt mortale. Nec eſt ſimile de dieb.ieiuniorum,qui debent eſſe afflictiui:& de diebus feſtis, qui aliquo modo licite ſunt recreatiui. Et dato ꝙ ſit illicita, non poteſt eſſe de ſe veniale:quia eſſet contra præceptū Dei,vel eccleſiæ:niſi excuſaret operis modicitas,vel huiuſmodi.

8 † Sexto quæritur, quibus inſiſtendum ſit die feſto? Et dico multa. ¶ Primum,vt patet de conſe.diſtin.3.in c.ieiunia.die dominica.& eadem ratione die feſto vacandum eſt Deo ſpāliter in pſalmis,hymnis,& canticis ſpūalibus.& hoc eſt finis huius præcepti:quo tñ nō obſtante non peccat mortaliter,ſcd'm Arch. qui toto feſto ſolatiatur, & de otioſis fabulatur:modo audiat Miſſam,& abſtineat ab operibus ſeruilibus, ſiue manualibus: quia ſcd'm S.Th.1.2.q.c.ar.9.ad ſcd'm. finis præcepti non cadit ſub ꝑcepto. ¶Scd'm.Vacandū eſt ēt orationi, quia ſub hmōi comprehenditur, quod quidem Suppl.contra Sum. Roſ.ꝓ multa conatur probare eſſe ſub ꝑcepto. ſ. in die feſto orare.Sed ſua motiua ſunt friuola,& contrario falſa,quia cum in feſto ſint infinita inſtantia,ſi in nullo eſt præceptum orare,ſequitur, ꝙ ratio non eſt tunc ſpāliter de præcepto, ſi in quolibet, ſequitur, ꝙ non orans infinities peccabit mortaliter omittendo, quod eſt ridiculū:nec pōt dici, ꝙ ſit præceptū in aliquo tñ,quia illud non eſt aſſignare. Vnde ſufficit aſtare oranti ſacerdoti in Miſſa,quantum eſt ex vi huius præcepti,licet teneatur quis in feſto orare,ſi occurrat aliquis de caſibus,in quibus quis tenetur orare,de quibus infra.oratio.§.8.¶Tertiū.Vacādū eſt ēt audientiæ prædicationis.de vi.& hon.cle.cū decorem.& de ſtatu mo.cū ad monaſteriū, qđ ēt idē Suppl. contra eandem Sup.conatur ꝓbare ſub ꝑcepto eſſe:quia dr̄ in c.ſacerdote.de conſe.di.1. ꝙ ſacerdote verbum faciente in eccleſia,qui egreſſus fuerit de oratorio,excōicet. & ead. diſt.in c.qui die.dr̄:Qui die ſolēni,omiſſo eccleſię conuentu,ad ſpectaculum vadit,excōicetur. Excōicatio aūt nō infertur a iure,niſi pro culpa mortali.11.q.3.nemo ep̄orum.Sed iſta iura intelligo de contemptoribus expreſſe,vel interpretatiue:qui.ſ.ſine cauſa legitima ita faciunt prædicationē, aut vilipendentes, aut nō magnificantes:cū tñ indigeāt,ignorantes ſibi ad ſalutē neceſſaria,& ſimiliter đ egredientib.cū ſcandalo notabili aliorū. Et hoc verū eſt, ēt in die nō feſtiuo. Vnde ex vi huius præcepti de ſanctificatione ſabbati ad ꝑdicationē nō tenemur,ſed ex alio.de quo ïſ. prædicare.Sum.aūt Ang.contra Su.Ro. dicit præeligēdā ꝑdicationē miſſæ in die feſto , qđ patet falſum,cū miſſa ſit in præcepto,nō ꝑdicatio,ēt ſi talis habeat ignorantiā neceſſariorum ad ſalutē,quia alias poterit implere præceptū de addiſcēdo,nō aūt præceptum de audienda miſſa illo die.Nec ſua rō valet,quia.ſ. præcipitur auditio Miſſæ principaliter,vt audiantur ſcripturæ,quod magis militat in prædicatione.Dico.n.primò,ꝙ illa eſt principalis rō alioquin aſtantes Miſſæ, & non audientes ſcripturas,ſatis facerent: & ſecundo, hoc dato,nō ſequitur,ꝙ teneamur audire ſcripturas,niſi eo modo,quo eccleſia tali rōne mota taxauit.ſ audiendo Miſſam,alioquin quilibet teneretur legere,vel audire Bibliam.¶Quartum. Vacandum eſt ēt compunctioni, & contritioni peccatorum:quia ſine ea Deo vacari cōgrue nō pt,a quo ſeparat peccatū. Et hoc Sum.Ang.cōtra Sum.Roſ.dicit cadere ſub ꝑcepto indubitate, inquit,in eo, qui recolit ſe eſſe in mortali,ꝙ vtiq.concedo,ex vi præcepti,ſub quo contritio cadit, qđ obligat, pro oī inſtāti, vel tpe, in quo peccatū memoriæ occurrit practice,i.ſub rōne dolēdi, & deplorādi, nō āt ex vi huius ꝑcepti de feſto, qđ nō eſt ſimpliciter de fine. 1.ipſa vacatione circa Deum,vel neceſſario requiſitis ad illa, vt dictum eſt:ſed de abſtinētia a ſeruilibus, & auditione Miſſæ:& cōſequenter de his, ſine q.b. iſta fieri non poſſunt, cuiuſmodi non eſt contritio.Non valet dicere,inter iſta ſeruilia cōputari peccatum:quia hoc falſum eſt,vt ſup. Circunſtantia §.3.& ſu.Cōfeſſio ſacralis 1.§. 10.& in Aur.Ro.caſu 63.Quantū ad eū verò, qui de peccato non recolit : credit eū teneri ad dolere in generali. Sed hoc eſt falſum,ratione iam dicta in hoc dicto 4. & ſup.dicto 2. quia infinities quis omitteret in vna hora. ¶Quintū,Vacandum eſt ēt Miſſæ,& ſimiliter obla-

obligationibus; ad quę quomodo teneamur, vide infra Missa.2.§.1.& sup.Decima.§.4.

9 †Septimo quæritur, quid si eps fulminauit sniam excõicationis contra laborãtes in festis: & aliquis cõtrafacit cã necessitatis imminente pluuia, aut tempestate, vel cã pietatis pro pauperibus, an talis ligetur, vel ne? Et dico, ꝙ si in snia expressum est, vt nullus laboret cã necessitatis, vel pietatis, aut hmõi: ẽ nulla, continens intolerabilẽ errorem, & existens contra iura expresse, vt contra. c.fi. extra de fer. ibi, necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. Si verò non est expressa necessitatis cã, vel pietatis, scd'm ius cõe snia dẽt intelligi, & interpretari. s. ꝙ non liceat laborare in festis, exceptis casibus de iure concessis.

De dominio, & domino.

1 *Dominij multiplex acceptio. Et quid iuxta auctorem hunc sit.*
2 *Dominium iuridicum quotuplex sit.*
3 *Dominium vsusfructus, vsus, proprietas, possessio, ac ius inter se qualiter distent.*
4 *Dominium rerum, aut hominum, quomodo iuste, acquiratur.*
5 *Domini hominum temporales, in quibus delinquere soleant. Et ibidem, quod quinque modis quibus additur & sextus.*
6 *Dominus num aliquo casu a subditis vltra consuetum, aut commune statutum exigere possit.*
7 *Dominus ex sua familia facto an teneatur.*
8 *Dominus num ex maleficio in domino suo, aut territorio commisso teneatur.*
9 *Statuto si cautum sit, vt de prædato in villa, ad æstimationem villatici teneantur, an viatoris spoliati emendationem petentis, iuramento statur.*
10 *Subditi si in nemore, aut fundo vsurarium habeãt, si dominus illum abstulerit, num subditis ad restitutionem teneatur.*

1 DOMINIVM †s'm aliquos est idẽ quod ius. Vnde qui ius hẽt in re, habet in re dñiũ, & qui hẽt ius in vsu rei, similiter in eo hẽt dominium, & econuerso. Quid aũt sit ius. inf. §. 2. Secundum alios verò non est idẽ quod ius: quia inferior in superiorem nõ habet dominiũ, & tñ hẽt ius, puta, filius in patrem ius alimentorum, & subditus in prælatum ius sacramentorum, & hmõi. Ideo, secundũ eos, dñiũ oẽ est ius, econtra. sed super ius addit superioritatem. Et s'm eos, sic describitur: Dñium est ius habendi, possidendi, fruendi, & vtendi aliqua re pro libito voluntatis simpliciter, vel secundum aliquem determinatum modũ, ex quadam superioritate. Vbi nota ius: quia. s. detinens rem sine iure, vel ea vtens non habet dñium, Habendi, possidendi, fruendi, & vtendi aliqua. s. iure proprio, non alieno, quia ꝓcurator, ęconomus, & huiusmodi, vtitur iuste re dñi, sed iure dñi, nõ propriè pro libito volũtatis simpliciter, s. quantum ad dominiũ perfectum, quo hr̃ ius in re quantum ad proprietatem, & oẽm vsum natum circa rẽ vendendo, donando, distrahendo, vt libet. Vel secũdum aliquem determinatum modũ, quod dr̃ ꝑ duo. Primò, ꝑ dñium perfectum, sed conditionatum: vt quia talis vendere nõ põt nisi certis personis, vel nisi certę, seruando legitimam liberis, s'm leges, & spãles consuetudines patriæ. Scd'ò, ꝑ dñium imperfectũ, licet verum, qd'. s. hr̃ in vsu rei, non in proprietate, cũ superioritate quadam, & auctoritate, quia est relatiuum suprapositionis. Et hanc opi. sequitur Sum. Ang. Ego verò dico, ꝙ dominium, s'm S.Th. po.7.14 & 1. dist.2. l. sp importat potentiam. vnde dominium est idem quod posse, & est duplex, sicut & posse. s. dominium, vel posse iuris, de quo loquitur prima opinio: & est idem quod ius, nec inferiori conuenit, vt sic: imò filius vt hẽt ius in patrem, est superior, & agit contra eum ad alimẽta. Et dominium, vel posse facti, & hoc est duplex. s. liberum, & sic solus homo inter inferiora habet dominium sui actus, & non liberum: & sic elementa inuicem dominantur vicissim. Dominus aũt dr̃, q̃ habet dominiũ, & diuiditur in dominium iure, qui. s. iuridice dominium tenet: & facto, & iste in liberum: qui. s. dr̃ ad seruum, & non liberum, qui. s. dicitur ad passum, vel suscipiens in quod agit.

2 †Primo quæritur, qũo dominium iuridicum diuidatur? Et dico, quòd multis modis. ¶Primò, cum sit ius, diuiditur, sicut diuiditur ius a Philosopho.5.Ethi. in naturale, & politicum, quod ibi vocatur secundum dispõnem legis. Et est dominium naturale ius cõpetens a natura habẽdi rem aliquam, & ea vtẽdi, sicut ius patris in prolem, & viri in vxorem, & domini in seruum, si a natura sit seruus. vt debilis mente, corpore fortis, & hominis in primo statu super irrationabilia: dominiũ verò politicum, seu ciuile est ius competens alicui nõ a natura, sed per inuentionem humanam, vel diuinã, sicut dñium regis super subditos. ¶Secundo, quia dñiũ ciuile est duplex. s. perfectũ: ꝙ est ius super re quantũ ad proprietatẽ, & vsum; & imperfectũ ꝙ est ius ĩ vsu rei solum, non in proprietate. ¶ Tertio: quia dominiũ perfectũ hẽt multos modos, quia diuiditur ꝑ altũ, & bassum: sicut eiusdẽ fundi rex

habet

habet dñium altũ, & miles bassum. Et vtrũq. horũ diuidit ꝑ directũ, & vtile, & merum, ac mistum. Directũ, ſm Azo habet, qui ciuiliter possidet tanquã dñs. de quo inf. possessio. at illud directũ dr̃, quia solus dñs directus hẽt possessionẽ ciuilẽ: vt not. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poss. vel quia sine oĩ alia obligatione liberã ptãtem habet rei, qualiter non est ĩ habente vtile, vel mistũ. Vtile vero ſm eundẽ, dr̃ habere is, qui solum naturaliter, & non ciuiliter possidet: vt emphiteuta, vsufructuarius, & feudatarius. ꝙ Ioan. non placet; vt in d. §. ex contrario. Sed quidam, vt refert Azo dicunt emphyteutam habere quandam ciuilem possessionem, & vtilem rei vendicationem, ff. si ag. vec. l. 1. Merum autem forte idẽ est, quod directũ. Mistum verò est, ꝙ cum directo, & vtili conuenit partim: tamen merũ, & mistum differentiæ sunt potius imperij, q̃ dominij; vt in l. imperium, ff. de iuris. om. iu.

3 † SECVNDO quæritur, q̃uo differat dñium ab alijs, quæ alicui circa rem aliquam conueniunt, q̃ sunt dñium, vsusfructus, vsus, possessio, proprietas, & ius? Et dico horum dr̃ias ex diffinitionibus patere. Nam quid dominium sit, dictum est in principio. Vsusfructus autẽ, ſcd̃m Iuristas, est ius vtendi siue fruendi reb. alienis salua substantia. de vsuf. l. 1. vbi notanter dr̃, rebus alienis, quia in re propria ñ põt constitui seruitus. Vnde si proprietas fundi, ĩ quo habeo vsumfructum veniat ad me, cessat vsusfructus. Salua autem substantia dr̃: quia ĩ his, quæ vsu consumuntur, non constituitur vsusfructus proprie, quia non manent post vsum. Instit. de vsufr. §. constituitur, & dr̃ ius vtendi. ad dr̃iam vtilis dominij, ꝙ quandoq; in reb. alienis hr̃, & fruendi, ad dr̃iam nudi vsus, quia minus est in vsu, q̃ in vsufructu. Instit. de vsu & hab. §. minus. Vnde si in viridario sit tibi relictus vsus, flores sumere poteris ad vsum tuum: non autem vendere, aut donare. Et idem de oleribus horti. Secus si relinq̃tur tibi vsufructus, & in vsum tuũ sumere poteris, & vendere, & donare, ff. de vsuf. l. si fundi. Inst. de vsu & ha. §. per seruum. Vnde seq̃tur, habet vsumfructũ, ergo vsum, & si legat̃ vsusfructus, & deinde adimitur vsus, ſcd̃m iuristas legatum valet: quia habuit initium bonũ, & adẽptio dr̃ nulla. ¶ Vsus aũt ſcd̃m eosdẽ, est ius vtẽdi alienis rebus salua substãtia. Sed ista intellige de vsu solo, & a proprietate distincto. Vtor. n. rebus mèis: sed non habeo vsum solũ, sed ẽt proprietatẽ. Similiter vtor pane destruendo substãtiã; sed ille vsus nõ est a proprietate distinctus, sec. S. Tho. nec vnũ sine alio cõcedi põt. Possessio aũt est corporalis rei detentio, corporis & animi, & iuris adminiculo interueniente, ſcd̃m Ho. ĩ Sũ. de cau. pos. & ꝓprie. Vñ nõ est possessio proprie, si res sit incorporea, nec si deficiat corpus, aut animus, aut ius. Vnde fur, & raptor non possident proprie, sed iniuste detinent. ¶ Proprietas aũt, ſcd̃m eundẽ Host. est rei dominium iustis modis q̃sitũ. Acquiritur aũt dominium iure gẽtium per occupationẽ, sicut in his, quæ non sunt in bonis alicuius, q̃ occupanti conceduntur: vt in bestijs, auibus, piscibus, & gemmis, quæ sunt in mari, & in litore. Inst. de re per totum. Item in his, q̃ ab hostibus capiuntur. Et similiter acquiritur iure ciuili multipliciter; pręscriptione, vsucapione, arrogatiõe, monachatione, testatione, successione, & alijs multis modis. ¶ Ius aũt, ſcd̃m illã opi. q̃ dicit dñium dicere vltra ius superioritatẽ, diffinitur sicut & dñium, dẽpta superioritate, & authoritate: Vel dico, ꝙ ius est ptãs licite exercendi actũ aliquẽ circa rẽ, vñ in re, puta libro hẽo ius vendendi, si licitè vẽdo: vel legãdi, si licite lego: vel donãdi, si licite dono, quia cum oĩa posse sit iuris, aut facti & posse licite nõ sit posse facti, ẽ posse iuris.

4 † TERTIO quæritur, q̃uo iuste acquiratur dñium rerũ, aut hoĩum? Et dico, q̃tum ad primum dominium rerum acq̃ri iuste duob. modis in genere. I. authoritate iuris gentium, siue naturalis, vt dictum est: & iuris ciuilis. Et hoc tripliciter. ¶ Primò, authoritate principis, qui ex iusta causa potest rem vnius ablatã alteri tradere, vt no. Inn. & cõiter doc. in c. quæ in ecclesiarũ. de const. & cõiter Legistæ in l. fin. C. si contra ius, vel pu. vti. puta ꝓpter delictũ puniendum, vel hmõi, alias nõ. vt ibidem dr̃. Et non solum authoritate principis, sed ẽt per statuta inferiorum habentium authoritatem a principe sic statuendi: vt no. in d. c. quæ in ecclesiarũ. ¶ Secundò, per consensum eius, cuius res est, vt per donationẽ, mutationem, permutationem, venditionem, & huiusmodi cõtract⁹. ¶ Tertiò, iuris dispositione; vt vsucapione, pręscriptione, adoptione, deportatione, cessione, aditione, bonorũ possessione, & hmõi, de quibus oĩbus habetur, ff. de acq. re. do. l. 1. in glo. & inst. de re. diui. cum multis titulis sequentibus. ¶ Aduerte tamen inter spiritualia, & non spiritualia dr̃iam, q̃a in spiritualibus ex solo titulo sine traditione dominium transit in alium, vt est text. in c. si tibi absenti. de præb. li. 6. quod tenet Inno. &

com-

cõiter approbatur in c.inter cętera. de pben. in alijs aũt rebus traditio requiritur ad trãslatione dñij; nec sufficit titulus solus, nisi in redata ecclesię; de quo inf. immunitas. j. §. 4. Nõ sufficit ẽt sola traditio, nisi aliqua iusta causa vera, vel putatiua pcesserit. l. nunq̃ nuda. ibi no. ff. de acq. rer. do. ¶ Quantũ ad ẽm, dñium hoĩum iuste, & legitime acquiritur, ¶ Primo, p legitimã successionẽ. ¶ Scd̃o, per electionẽ populi habentis facultatem dñm eligendi: qd' tñ, ẽm Host. in c. nouit. de iud. nulla ciuitas potest, nec tradere se alicui dño, vel dñij titulũ iustificare: quia esset in præiudiciũ Imperatoris, vel Papę. Qđ verum intellige, nisi hoc habeat ex priuilegio, vel cõsuetudine, q̃. f. dat iurisdictionem. de arbi. dilecti. C. de emã. l. 1. & vlt. ¶ Tertio per institutionem superioris habentis iurisdictionem in loco. Non põt tamẽ dominus componere sup iure superioris in p iudicium suorum subditorum sine eorum consensu; ut no. Panor. in c. fi. de maior. & obed. ¶ Quarto aliquo iusto legali titulo, puta præscriptione, donatione, permutatione, emptione, iusto bello, & huiusmodi. Et qui sic habet dominium, est verus dominus: alioquin autem est fur & latro, vel raptor.

5 QVARTO † q̃ritur, q̃ sint illa, in quibus dñi t pales hominum delinquere consueuerunt? Et dico esse multa, ẽm Arch. ¶ Primo iniuste vsurpando dñium, non aliquo dictorũ modorum: vnde tenentur resignare, si id fieri põt sine periculo notabili aĩarum, corporum, & rerum, & eis subditi obedire nõ tenẽtur. licet hoc sit bonũ in licitis, ad vitandum scandalũ, ẽm S. Tho 11. q. 3. Iulianus. & tenentur restituere omnes redditus habitos ex locis sic vsurpatis; & iudicandi sunt vt homicidæ, quantũ ad omnes, quos per se vel suos officiales occiderunt, aut mutilarunt, licet illi digni fuerint pp maleficia perpetrata. 23. qu. 5. si non licet. nec possunt absolui, nisi disponant se ad restituendũ, & resignandũ, si titulum iustificatũ habere non possunt. ar. de pen. distin. 5. falsas. quod intellige, si clarum est eos habere titulum iniustũ, vel nullũ. In dubio aũt, & quãdo sine dictis periculis signari non põt, puta quia populus in seditionẽ verteretur, & hmõi; nõ tenetur resignare nisi sola voluntate, & pparatione animi, si hoc pro certo sciret, vel si talia non imminerent. 14. qu. 6. si res. Officiales aũt a talibus positi, eodem non tenentur, nec possunt recipere salarium, nisi officiũ illud esset Reipublicæ necessarium, vel vtile, quia illud recipere possunt, nec tenentur salarium restituere. Et de hoc in c. in lr̃is. de rest. spo. & in c. nihil. de ele. per doc. ¶ Scd̃o, scd̃m S. Tho. in epist. ad ducis. Bra. dando officia, tallias, gabellas, vel hmõi. psonis, de quib. pręsumitur qđ nõ sint utiles, & iusti. Intellige, si dedit dominus scienter, vel ex negligentia, vel ẽt si vẽdidit pretio tanto, qđ emptores recuperare non possint sine grauamine subditorum: & in utroq; casu tenet̃ de dãno secuto, alias autem uẽdere hmõi officia tolerari põt, nõ tamẽ expedit, nec hẽt speciẽ boni: vnde potius ad hęc eligendi sunt idonei, & cogẽdi, q̃ officia vẽdẽda. ¶ Tertio, exigendo tallias, vel collectas indebitas: quod est primo, qñ exigunt ultra determinate constitutum secum instr̃o, vel pacto, vel cũ suis antecessoribus bona fide sine coactione. Secũdo, nõ sit quantitas determinata in pacto, vel instr̃o: & tñ nimis grauant arbitrio boni uiri, inspecta rerũ, ac temporũ conditione. Tertio, si exigitur nouiter & causa iusta nescitur. ¶ Quarto, si exigitur a t pe cuius memoria non existit in contrarium: & tñ illud non sit, propter quod sunt institutæ: puta quia subditos nõ defendunt, uel iustitiã non conseruant, & hmõi, & in hmõi tenẽtur ad restõnem, si ad hæc cogunt directe per se, vel suos, vel indirecte, vt negãdo iustitiã, vel nõ defendẽdo, & hmõi: licet sponte sine fraude oblata possint accipere. 1. q. 2. placuit. Et similiter tenentur, ẽm Gul. si spoliant subditos uolentes ad alium locũ, vel dñium se transferre: quod tñ tolerari posset, si certum esset, qđ a principio in cõcessione terrę tale onus fuisset impositũ expresse: vel ubi consuetum est, q de bonis subditorũ capiant quantũ volũt, mõ eos non grauent nimis recedentes, aut remanẽtes. Quarto, usurpando ea, quæ sunt cõitatis: ut syluas, campos, pascua, & huiusmodi & resignare tenentur, ac de fructibus satisfacere. 14. q. 6. si res. Et idem est, si nõ permittũt in morte disponere de bonis subditos, aut pegrinos consanguineos non habentes, vel si eis mortuis testatis, vel intestatis eorum bona vsurpant, & tenentur restituere, vel erogare pauperibus. Et similiter si a uasallis, vel alijs subditis exigunt indebita seruitia personarum, vel iumentorum, & mercedem non soluunt: vel in alio non recompensant. Et similiter si cogunt eos ad uendendum, quando pretium est uile: aut emendum quando est carũ. Et similiter si non cogũt ad satisfaciendum suos officiales, vel alios de familia quando tenentur, de quibus omnibus ad restitutionem tenentur. ¶ Quinto, concedendo ali-

aliquibus,ut mutuans ad vsuram in terra sua, quando hoc nõ expedit. Pro quo dicit Io. de Neap.in x.quolibe.ꝙ cũ differat cõcessio,quę illicitũ facit licitum:puta,si ex rõnabili causa concedat papa contrahere in casu prohibito & permissio,quia toleratur,& nõ punitur, ꝙ alias puniretur:si principes hoc cõcedunt,primo mõ,peccant:quia concedunt,qđ superior. i.Deus ꝓhibet:& res non fit licita: quia de sui natura est iniqua : sed secundo mõ non peccant,ẽt si mutuantes sint illis subditi,quia permittunt , quod multitudini expedit aliqñ permitti:cuius bonũ intendere debẽt in regimine.hæc ex illo.Cui adde ex.Pe.de Pal.quod si tallians Iudæos, vel alios nihil præter usuras habẽtes,tenetur his,a quib.sũt extortæ,Zab. autẽ dicit,ꝙ cogere possunt Iudæos ad restituendum vsuras.de vsur.c.post miserabilẽ . ꝙ si fuerint negligẽtes ꝓcedit iudex ecclesiasticus iuxta tenorem c. quanto. eo. ti.& vbi ecclesia hẽt iurisdõnem tꝑalem , põt iudex ecclesiasticus sine principis sæcularis negligentia procedere contra Iudæos,vel Christianos uel alienigenas vsurarios . Imo ₰m Veruec. si domini non compellunt suos ad restituendũ usuras,cum possunt,restituere tenetur, etiam si nihil peruenerit ad eos : quod limita quando non est bonum , quod tolerent vsurarios : quia si licite eos tolerant, non tenentur ad illud per quod cessarent a mutuis.

1 DOs † quantum colligitur ex legibus, & canonibus, & doct. diffinitiue est, quod datur viro ab vxore, uel ab aliquo noĩe eius; puta, a patre, uel extraneo pro oneribus matrimonij sustinendis, in quo differt a paraphernis, de quib. infra loco suo. Et ita no. per Can. in c. Ray. de testa. & per Legistas in rub. ff. solu. matr. Et est dos proprium mulieris patrimonium. ff. de mino. l. 3. §. sed utrum. tãdiu durans, quandiu & matrimonium, quo soluto soluitur; quia sine eo esse non potest. ff. de iure dot. l. 3. Si autem pactum fiat a filia cum patre, dum nuptui traderetur, quod dote contenta nullũ regressum habebit ad bona paterna hoc improbat lex ciuilis: Si tamen iuramento, non ui, nec dolo præstito firmatum fuerit, seruari debet. ext. de pac. quamuis, li. 6. De hoc inf. Iuramentum 4. §. 30. & Pactum. §. 1. & seq. Quod tamen dictum est, sine matrimonio dotem esse non posse: intellige primo de iure, & non de facto solo contracto: quo casu non esset dos: vt in d. l. 3. Intellige secundo, secundum Alex. Imo. super rub. ff. sol. ma. sine matrimonio contracto de præsenti, vel præterito; non autem sine matrimonio extãte, quia soluto prius contracto, adhuc dicitur dos. Et hoc voluit Pau. de Cast. super eadem rub. & Bar. in l. si marito; eo. ti. Per quod, secundũ eundẽ Pau. deciditur quæstio, quæ fuit de facto, utrum statutum disponens, quod mulier teneatur relinquere dotẽ suã æquis portionib. filijs utriusq; matrimonij, habeat locũ nedũ qñ moritur mulier constante matrimonio, aut etiam qñ moritur eo iam soluto. Et dico ꝙ sic, quia etiam tunc dr̃ dos. Quod etiã dictum est, quod matrimonio soluto soluitur: consequenter intelligitur, non quia desinat esse dos, sed quia matrimonio stante eius dominium est penes uirum; nec contra eius uoluntatem inde potest eleemosyna fieri, sed eo soluto redit ad vxorem, vel eius hæredes, C. de pact. conuent. super do. l. pen.

2 PRIMO † vero quæritur, quot sunt species dotis? Et dico, quod de hoc sunt duæ diuisiones. ¶ Prima est, quod dotiũ, alia est, ꝓfectitia & alia aduentitia. Dos ꝓfectitia est, q̃ a patre vel tanq̃ à p̃re, siue auo, vel proauo, vel alio superiore de linea patris ꝓ filia, vel nepte, & hmõi de bonis eorũ proficiscitur, & q̃ alias de mandato, vel nomine eorum, & ipsi ratum habent, cõstituitur, vt in l. ꝓfectitia, in princ. ff. de iu. dot. vel a præside, aut a curatore eius, si sit prodigus aut furiosus, ut ibidem, etiam si filia esset emancipata, ut ibi §. fin. quia non patria potestas, sed patris nomen dotẽ profectitiã facit. Aduentitia aũt est, q̃ nõ ꝓficiscitur a parente, vel quasi parente, sed eã dat mulier ꝓ seipsa, vel quilibet alius a patre, vel auo & p̃dictis, siue sit frater, siue auũculus, uel qlibet alius: ut d. l. profectitia. Vnde si pater non dedit tanq̃ pater, sed ut extraneus, puta, quia debebat filiæ, & eius uoluntate dedit in dotem uiro, est dos aduentitia, ut d. l. profectitia. ¶ Alia diuisio est, ꝙ dotiũ alia æstimata est, alia inæstimata: & quando æstimata traditur, periculum pertinet ad maritum. Quando uero inæstimata ad mulierem. l. plerunque, in prin. de iure dot. uide etiam §. seq.

3 SECVNDO † quæritur, ad quem pertinet, periculũ, & emolumentũ rerum dotalium. Et dico, ꝙ si sunt æstimatæ, periculum spectat ad uirum, nisi res ex toto perierit ante nuptias: quia æstimatio facit uenditionem; vnde tam lucrum q̃ dãnũ spectat ad uirũ, sicut ad rei emptorem. ff. de iure do. l. plerunq;, & l. res in dotem. Sed si nõ sunt æstimatæ non spectat ad uirum periculum earũ, vel euictionis, aut deteriorationis, sed ad vxorem. d. l. plerunq. ubi dr̃, quod si mulier attriuerit uestem æstimatã, uir æstimationẽ reddet: sed si erat inæstimata, dãnũ, & lucrũ est mulieris. Et hoc uerũ est, nisi consistant in numero, põdere, & mẽsura, qa periculũ taliũ spectat ad uirum. Fructus tñ & fętus rerũ dotaliũ nõ æstimatarum lucratur maritus, ut ibi; qđ tamen limita, si sustinet onera matrimonij: alias restituetur uxori ff. de vsu. l. uideamur. la 2. §. pen & d. l. plerunque. §. si serui, ubi ẽt dr̃, quod fœtus pecorum dotaliũ ꝑtinent ad uirũ: qa cõputant̃ in fructibus: sic tñ vt ex fętibus iam natis prius suppleantur capita mortalia. Vnde ibi fallit hæc regula. Cuius est emolumẽtum eius, debet esse periculum. Fętus tamen ancillarum dotalium nõ cedit viro, quia dignitas humanæ cõditionis facit, ut fœtus ancillarum nõ debeãt fructuum nomine censeri. d. § si serui. Similiter nec cedunt ei lapifodinæ, ubi lapis non renascitur. Secus ubi renascitur, ut in Anglia, & Asia: qa tũc ad uirũ pertinet fructus. Et idẽ ẽ de fundis argentifodinis, & arboribus non cędendis, in cędendis autem secus, vt quia in-

tra

tra breue tp̄s renascuntur: qui tunc pn̄t dici
fructus. Et sic sentit Bar. in l diuortio. §. si fun
dum, & §. si vir in feudo. ff. sol. mat. ex quibus
deducit duas conclusiones. ¶ Prima. Arbores
cæduæ computentur in fructibus: vt sunt sali
ces, & huiusmodi: secus in fructiferis: & intel
lige quantū ad partes cædendas. ¶ Secūda. La
pis non renascēs nō est in fructu, secus si re-
nascitur. Item in cretifodinis, & argentifodi-
nis. Et prædicta inducit ad quæstionē. Mari-
tus notarius legauit vxori vsumfructum om
nium bonorum suorum. Quæritur igitur an
ad illum pertineat, quod percipitur ex proto
collorum explanatione? Et dicit, ꝙ non: quia
quod semel tantum percipitur, & nō renasci
tur: nō dr̄ esse in vsufructu: vt in d. l. duobus.
§. 1. reditus autem protocollorum est huius-
modi: quia ex quo semel est redditū, nunquā
amplius aliquid percipietur: cum non sit veri
simile quòd percipiens illud perdat.

4 Tertio † quæritur, q̃tum ad constitutio-
nem dotis, vtrū pater teneatur filiam dotare
& q̃tum, & quoties? Et dico, ꝙ dotare tenea-
tur filiā suo cōsensu nubētē & regulariter cō
tra eum pōt officiū iudicis implorari, vt filiā
dotet. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & not. in l.
obligamur, §. lege. ff. de act. & obli. in l. fi. C. de
do. promi. ¶ Quanta autem debeat esse dos,
dico: quòd etiam in modico p̄t cōstitui, vt di-
cit gl. in l. imperialis. C. de nup. in verbo. dota
libus, quod est circa mediū, & quia dos succe
dit loco alimentorum: vt no. Bar. in l. Titio cē
tum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. &
per Bal. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure.
ideo ſm hoc æstimabitur, & fiet compensa-
tis cōditionibus, & alijs qualitatibus. ¶ An au
tem pater teneatur filiam secundò dotare, si
dotem consumpsit. Bal. in l. si cum dotem. §. si
post solutum. ff. soluto matr. dicit, ꝙ sic. Sed
Bar. hoc ibi putat verum, si filia dotem perdi
dit sine dolo, & culpa: aliàs secus. Proquo est
casus. C. de colla. authē. quod locum. ibi, filiæ
possit imputari. Et pro hoc dicit Bar. facit, ꝙ
si pater dat filio legitimam pro soluenda con
demnatione ex forma statuti: quod, iterū ei
dare, vel relinquere non teneatur.

5 Quarto § quæritur, vtrū pater teneatur
filiā dotare, q̄ nupsit eo inuito? Et Pa. in ca. 1.
de despon. impu. virtualiter sic distinguit. Nā
si nupsit indigno, non tenetur. gl. est no. 32. q.
2. in c. fi. & 36. q. 1. in c. de rapto. qđ intellige,
ſm do. Ant. in c. accedens, de ꝓcu. & Imo. ibi-
dem, si est indignus turpi in dignitate: secus
si esset indignus, i. non paris cōditionis: verū
tamen poterit minorem tradere dotē ex cō-
ditione personæ. Et faciunt, q̄ habentur in l.
cum post diuortium. §. gener. ff. de iure do. iū
cta gl. in l. si voluntate. C. de do. ꝓmis. Si autē
elegit dignum, vel nō dignum, subdistingue.
Nam aut promisit dotem: & sic pater tenet̄
eam dotare, licèt. n. in tali promissione non
cōsenserit: tn̄ filia per hāc ꝓmissionē releuat
patrem à debito dotandi: & iō tanq̄ in rē pa
tris vertatur ista ꝓmissio tenebitur pater de
in rem verso. Ita dicit Bar. in l. obligamur. §. le
ge. ff. de act. & obl. per tex. in simili in l. & iō.
§. fi. & l. filius. ff. de in rem verso. Aut non pro
misit dotē, & sic non tenetur, quia ex quo
inuenit sibi maritum sine dote, etiā maritus
tenetur eam alere sicut filiam: vt in authen.
quib. mo. na. effi. legi. §. pen. no. Inno. in ca. per
nostras. de dona. inter vi. & vxo. etiam si præ
moriatur relictis filijs, tenetur sibi reliquere
quartam partem bonorum suorum præfatus
vir. Secus si filios non habuit: vt no. gl. ī §. pe.
ideo cessat vtrunq; debitū in patre. s. alimen-
torū, & dotis, quia habet vnde se alat, scilicet
ex bonis mariti: & dos succedit loco alimen-
torum vt su. §. 1. Et ita tenet Bar. in d. §. lege,
& Ang. in l. socer. & Bal. in l. 1. ff. so. mat. & in
l. fi. C. de do. promis. Et sic limita gl. in cap. fin.
32. q. 2. quæ dicit, ꝙ tenetur eam dotare, s. si ꝓ
misit, nō alias. Et q̄ dicta sunt, ꝓcedūt, si filia
nupsit ante 25. annum, vt ibidem tenet Pan.
Si aūt nupsit post 25. annum, pater, inq̇t, non
pōt illi aliq̄ culpam imponere, ex quo tantū
distulit collocare. Nō tn̄ cogi p̄t ad præstan-
dam dotē, si nupsit, sine promissione dotis ra-
tione iam dicta hæc ex illo. Et sic vr̄ velle, ꝙ
si nupsit post 25. annum cum promissione do
tis, tenetur pater illā dotare, etiam si nupsit
indigno. Notat tn̄ idē Pan. in d. c. accedens, ꝙ
talis mulier nō excluditur ꝑ hoc a bonis pa-
ternis, sed habebit saltem legitimam, nec ī ea
habebit locum statutū, quo cauet̄, vt filia do
tata nō succedat in hac, q̄ sine dote nupsit in-
uito patre. Idem ēt Pan. in c. Quintauallis, de
iureiur. addit notabile dictū Spec. ꝙ filiam, q̄
luxuriæ erat dedita, volentē pęnitere de pec
cato, pater alere tenetur, & cōsequēter dota
re, q̇a cā dotis fauorabilior est, q̄ alimento-
rum, vt no. Cyn. in l. non omni. C. de admi. tu.

6 Quinto † quæritur, vtrum frater teneat̄
dotare sororem ex eodem patre generatā? Et
dicit Pan. in c. peruenit. de arbit. cōiter tene-
ri, ꝙ sic, quod no. gl. de laico in l. cum plures,
§. pe. ff. de admi. tu. & in l. non omni, C. eodem
titu. Et ratio, quia secundum Cyn. in d. l. non

omnis,cã dotis fauorabilior eſt q̃ alimẽtorũ, ꝑꝑ qđ tenet Bar.in l.fi.ff.de his q̃ vt indig. ꝙ pater pôt relinquere filiæ ſpuriȩ dotẽ,q̃a dos ſuccedit loco alimentorũ,& idẽ not.in auth. ex cõplexu.C.de ince.nup. & in l. Meuius.§. duob.ff.de leg.2.Vñ ſicut tenetur alimẽtare, vt ſup.Alimenta,§.4.ſic & dotare in caſu neceſſitatis.In clerico aũt idẽ dic a fortiori,q̃a magis tenetur ad charitatẽ,vt in c.1.cum ibi no.de empt.& vend. Et ſi alia bona non hẽt, pôt eã & aliã conſanguineã dotare de bonis eccleſiæ,ſi eſt inops,qđ ꝓbat.c.1.de coh.cle. & mu.& c.oĩno confitemur.31.diſt.q̃a ſi ꝑ d.c.pt alere cõſanguineos pauperes de reditib. ecclæ,ergo fortius dotare,cũ cã iſta ſit fauorabilior,vt dictũ eſt,ꝙ verũ credo,ſi conditionis ſuæ modũ nõ excedat,ar.c.negotiatorẽ. 88.di.Sic ergo q̃ tenẽt alere,tenetur dotare.

7 Sexto † quæritur, vtrum vir conſtituere poſſit dotem vxori? Et dicit Pan.in cap.& ſi neceſſe.de do.inter vir.& vxo.ꝙ non poſt cõtractum matrimonium, ante matrimoniũ verò pôt,vt l.1.& quod ibi no.C.de dona.ante nu.niſi ſic ſit conſtituta, vt tunc dominiũ adipiſcatur,cum matrimonium fuerit ſubſecutum,quo caſu non valet,vt l.ꝙ ſponte.C.de dona. ante nup.quia nec ante matrimonium dominium tranſiuit cum voluerit, nec poſt eum,non potuerit,vt ibi no.glo.Fallit hoc in plebeio dotante nobilem:quia videtur dotare,quaſi recompenſando cum nobilitate, q̃a poteſt,vt ſup.Donatio 2.§.1.

8 Septimo † quæritur, vtrum frater, qui viuente patre de bonis paternis filiã dotauit, teneatur illã dotẽ conferre mortuo patre?Et vr̃ ꝙ ſic,per l.certum fa.erciſc.& l.fi.cum ibi no.ſm Bart.in l.fi.C.de don.promiſſ. dicit caſum ſingularem,vt non cõputet.Sed ego dotib.gl.in l.dotem.ff.de colla.bo.quæ dicit. Si tꝑe mortis patris conſtabat matrimonium non eſſe communicãdum,allegat l.filium.de colla.bon.& l.1.§.fi.ff.de colla.dotis.

9 Octavo† q̃ritur vtrũ pater dare poſſit in dotem rem emphyteuticã ſine dñi cõſenſu? Et dicit Spec.tit.de loc.§.nunc aliqua, ꝙ ſic, non tñ plus iuris transfert,q̃ habeat ipſe, vt in c.nuper.de dona.inter vir. & vxo.nec ſoluet laudemium quia eſt alienatio neceſſaria ſm Guil.& Bar.in l.& ideo.ff.de cond.furtiua.Et dari poteſt in dotem, etiam extraneæ, ſi in æſtimata detur,& ſoluet laudemium,ſed æſtimata dari non poteſt niſi filiæ.

10 Nono † q̃ritur, vtrũ feudatarius ſimiliter poſſit?Et dicit Io.And.in d.ca.nuper.ꝙ non. Inno.autem ibi tenet ꝙ ſic. & eum ſequitur Pan.ibi.& idem dicit in donatione propter nuptias.Sed vera eſt opinio ſecũda,in feudo, in quo filia ſuccedit,& prima in eo,in quo nõ ſuccedit, quia ſic eſt ratio diuerſa ab emphyteuſi in qua filia ſuccedit.

11 Decimo † vtrum vir repellere poſſit vxorem non ſoluta ſibi dote promiſſa? Et ſentit Hoſt.ꝙ ſic,in c.per veſtras.de do.inter vir.& vxo. quod intelligo quo ad tradutionem & alimenta præſtanda,quia dos ꝑꝑ onera matrimonij ſuſtinenda datur,in d.c.per veſtras. & in c.ſalubriter.de vſur. & in l. ſi cum dote. §.ſin autem.ff.ſol.matr. & conſequenter pôt hæc onera recuſare,ſi nõ hẽt vñ ſumat emolumenta.Bonus tex.eſt ibi,& Bal.in l.fi.C.ad Velle.poſt Cyn.in l.vxorem C.de neg.geſ.& Barto.in tract.de alimen.& ſi poſſeſſio ei detur in pignus,non debent computari fructus in ſortem,ſi dicta onera ſuſtinet,vt in d.c.ſalubriter.Ex quo conclude eum non teneri ad traductionem,dote prius non ſoluta. Secus de coniugali debito.Si aũt eam ducat ſine dote,tenetur eam alere de ſuo ſm ſtatũ ſuæ perſonæ,vt no.& volunt Inn.& Hoſt.in d.ca.per veſtras,& gl.in d.§.ſin autẽ & facit text.in l. quod ſi nulla.ff.de reli.Et ratio eſt,ſm Inn.q̃a perſonã ſuam pro dote dedit, vt in auth.q̃b.mo.na.effi.leg.§.pen.& ff.vt in poſſ.leg.l.pe. dicitur,ꝙ vxorem debeat alere vt filiam.

12 Vndecimo † quæritur, de proprietatibus dotis conſtitutæ quantum ad diſtractionem, vtrum poſſit alienari?Et dico, mulier dotem conſtante matrimonio donare non poteſt, vt eſt tex.in l.conſtante.C.de do.ſm glo.ibi, ipſam aũt actionem,ſiue ſpeciẽ,vel ẽt dotem promittere poteſt de qua gl. Bar.ibi facit magnum feſtum,nec qñ mulier donat, requirit præſentia mariti aut filiorũ:vt ĩ l.velles, nec ne.C.de reuo.do.Fundum etiam dotalem maritus alienare non poteſt, niſi eo modo quo in caſibus,de quibus in fine huius §.& hoc etiam conſentiente vxore:vt no.in l.Iulianus, ff.de fun.do.& C.ad Velle.auth.ſiue aũt, nec ẽt dare in hypothecam, vt l.vnica.§.& cum lex C.de rei vxor.act. Qđ verũ eſt, niſi iur̃m interueniat ſine vi & dolo præſtit de non cõtraueniendo,vt in c.cum contingat, de iureiur.& c.licet.eo.tit.libr.6.Et ſi primò iurauit alienationi non conſentire,niſi ex cã rõnabili,& iudicis auctoritate, & poſtea conſentit ſine dicta auctoritate,& iurat non cõtrauenire,ſeruabit primũ iur̃m,ſm Hoſt.in d.ca.cum contingat,de iureiur.& c.ea te.& ca.intellecto.Et

cto.Et si iurauit rē dotalē alienatā non repetere,seruare dēt iurm̄ s̄m Host.nec ꝓpria temeritate debet contrauenire. Et sic intelligit dictū c.cum contingat. Papa tamen restituet eam proprio motu,si iurm̄ interuenit vi, aut dolo præstitum:quod s̄m eundem Host.constabit ex perspicuis indicijs,considerata ꝑsonarum qualitate.Nam aut mulier est virago, & non præsumitur coacta.Aut est naturæ debilis & vir ceruicis duræ,& ferocis faciei: & tunc iudex attendet an exigente vera necessitate sit res alienata:& tūc bene est.Aut vitio prodigalitatis viri,& tunc alienatio est suspecta.Item mulier probabit minas viri,& forte verbera. Quib. omnibus cōcurrētib. mulier absolutionē poterit impetrare. Et si ad iurm̄ inducatur coram iudice, & veniēs ad aurem eius dicat,ꝙ inuita consentit, & iurat:iudex hoc sustinere nō debet,s̄m Host.& si sustinuerit,præsumitur pro muliere, extra, de his, q̄ vi.me.c.1.In dubio autem tenendum videtur iuramentum:quia in dubijs tutior via est eligenda,de spon.iuuenis, vel relinquetur arbitrio Papæ:quia ꝙ ille voluerit,tutius erit:nec alter agere poterit, nisi absoluta per eum.

13 Consilium † autem generale gratia mulierū & parentū earum esse vr̄,vt qn̄ nubunt, iurent,quod nunq̄ cōsentient alienationi rei dotalis,nisi causa coram iudice cognita,& ꝓbata.s.necessitate naturæ instantis,quia tunc nullo alio iure tenebuntur,cum sit contrariū primo licite & honesto de iureiu. ea te. Et p̄t addit,ꝙ si vnquam contrauenerit, non valebit,hæc ex Host. Res autem mobiles vir pōt alienare,s̄m Host. quia non est prohibitum, & similiter paraphernalia,s̄m Inno.si dominium eorum est translatum illum, alias non. ff.de iure dot.l.si ego.¶ Sed prædicta sic intellige:quia in tali alienatione præstito iuramēto tali:s ꝑ ipsa valet,& iuramentum seruandū est propter ea quæ in d.c.cum contingat.no. gl.& doct.sed sine iuramento,licet regulariter nō valeat alienatio, tn̄ valet in casib. Vnde vt refert Asten.lib.8.ti.60.quidam circa rē dotalem immobilē,puta domū,vel agrum sic distinguunt.Si.n.sit æstimata,vir eam pōt alienare:q̄a est emptitia:nisi æstimatio facta fuisset,vt sciretur rei valor,vt sic so.ma.appareat vtrum sit deteriorata,vel huiusmodi.C.de iure do.l.si inter.Si verò non sit æstimata, alienare non potest,nisi in his casibus.¶ Primò,si prouocetur ad diuisionem fundi dotalis a socio,qui cum eo habet illum communem:ipse tamen socium ad diuisionem prouocare,non potest;C.de fun.do.l.fin.¶ Secundò si alienet cum vniuersitate:vt ibidē l.1. ¶ Tertiò,si alienet ex necessitate:vt ibi.¶ Quartò,si conuertat in vtilitatem vxoris:vt ibi.l.vlt.¶ Quintò si vxor alienationi consentiat secundo post bienuium,d.c. cum contingat.in gl. dummodo sint aliæ res viro, ex quib. consuli possit. C.ad Velle.authen.siue a me. Sextò, si semel tantum consentiat, & cum hoc iuret, & hoc siue per se,siue per procuratorem,secundum Io.An.cui dederit speciale mandatum, de ꝓcu.c.fi.lib.6.& de hoc sup.dictum est.

14 Duodecimo † quæritur,quæ sint priuilegia,vel proprietates dotis? Et dico ꝙ multa ¶ Primū. Nā oīa bona viri sunt tacite hypothecata pro dote.de pig.ex literis,imò ēt pro bonis paraphernalibus,s̄m Pan. in c. ex literis.de pig.qn̄ ipse hēt illorum bonorum administrationē.C.de pac. cōuen.l.vl.Secus si mulier hēt illa bona penes se. Pro quo etiam vide gl.in d.c.ex literis,quæ vult quòd bona p̄lati sunt tacite obligata ecclesiæ pro mala administratione:& sic poterit ecclesia agere cōtra tertiū possessorē,sicut agit mulier pro dote.¶ Secundū,quia nō perditur ꝑꝑ maleficiū viri,ēt si sit crimen læsæ maiestatis, C. ad leg. Iul.maiest.l.quisquis.& in d.ca.ex literis, nec ēt patris;vt no.ibi gl. quod tn̄ fallit in vxore primi pilarij in eo officio delinquētis. C. q̄b. mo.pig.ta.contrah.l.satis notum,& C. de primipila.l.vtilitas.Tertium,quia proponitur oībus creditoribus etiam priorib. q̄ habent ꝑsonales actiones,vel etiam tacitas hypothecas,nisi sint in simili iure: vti q̄a petunt dotē præcedētem,vt in l.assiduis,C.qui po. in pig. hab.Secus s̄m aliquos,in habentib. expressas vt no.glo.in d.l.assiduis,& Dyn.in regula qui prior.lib 6.Et hoc tenet Accurs. d. l. assiduis, & Bar.qui dicit,quòd malum esset sententiare contrarium.Et hoc sequitur Summ.Ros.cōtra Ang.quæ dicit tenendum esse cum Pan.in d.c.ex literis,quòd consuetudo est aliqua illa seruabitur.l.si de interpretatione,ff.de le.cū si.Si verò est fauore mulierum, dēt præferri ēt habentib. expressas hypothecas,quia mulier vincit eum,qui ad refectionem rei dedit vt in auth. quo iure posita super d.l.assiduis, qui tn̄ præfertur anterioribns habentib. expressas hypothecas,vt l.interdum.qui pot.in pi.hab.si autem vinco viuentem te,multo magis vinco te,vt in l.de accessionibus ff. de diuer.& temp. præscrip. vel ad minus casus est dubius;& in facto dubio potior est conditio dotis,de re iud.c.fi.no.in c.ex literis. de pro-

ba.Cum hac opinione est Petr.& Cyn.& Io. And.& Mar.i d.l.assiduis.& Ia.de Are.& Gul. de Suz.Et hāc opi. ego tenerē quo ad hypothecas expressas præcedentes quidē tps,quo mulier hēt ius repetendi dotem pp fauorem viduarū, si sequat̄ dotis institutionē, siue collationē:sed si pcedant constōnē dotis,tenerē opi. priorē;quia lex n̄ confert vni beneficiū cum diminutione iuris alterius.l.2.§.si quis a principe.ff.ne quid in loc.publ.Et si dicatur, quod ius anteriorem minuitur etiam in tacita hypotheca: dico, quod tacita inducitur a lege:& sic dicitur tacita,quia beneficio legis inducta, lex autem potuit suum priuilegium restringere,pferendo priuilegiū mulieris.Secus in expressa,quę hr̄ facto contrahentium, & istud priuilegium, ꝙ.s. præferatur creditoribus, transit ad filios eius,scđm Ale.de Imo. in l.ēt.ff.sol.mat.& ibi est glo.& alia in l.1.C. de pri.dot.licet Bar.dicat contrariū: cuius tamen opinio pōt intelligi, vt nō loquatur de hæredib.suis, vt sunt filij, sed de extraneis,q̄ non hn̄t hoc priuilegium,vt l.vnica.C.de priui.do.¶Quartum.Nam ecclesia potest se impedire de dote, non solum in fauorem viduarum,vt in c.nuper.de do.inter vir.& vxo.sed ēt mariti petentis sibi dotē promissam: vt in c.per vestras.eo.tit.& facit ꝙ no.Inn in c.lator,q̄ fil.sint legiti.quāuis alij contrarium teneant,nisi accessorie.Quintum.Quia viro ad inopiā vergente iudice iubente pōt dari pecunia dotalis mercatori,cum pacto,vt capitale sit saluū, & de lucro percipiāt vir & vxor partem honestā cōpensato lucro cum dāno, sine vsura:vt i d.c.per vestras. Et ita tenet Io. And.& Card.in d.c.per vestras. & Ful.in l.cū duob.ff.pro soc.§.itē si in facto. & Bal.i quodam cons.incipiente,viso instr. Host. in Sum. de vsu.§.an aliquo.Pa.in c.nauiganti, de vsu. dicit se dubitare: ergo vero dico, si capitale sit saluum,cōtractum esse vsurarium. nec opinio prædictorum hr̄ ex d.c.per vestras,sed potius oppositum,iuncta gl.cum nominat lucrum honestū,quod esse nō posset,si esset vsurarium,de quo tamē vide inf.Societes.¶Sextum. Quia ratione dotis quam vir habet pro onerib.matrimonij,a tpe contracti matrimonij tenetur vxori de expensis intus,& extra, scđm quantitatem dotis.ff.fa.ercisc.l.si maritus etiam si dotem nō hēt,vel perdidit culpa sua. Si tamen mulier sponte recedit. sec. Pet. de Pal.non recuperat expensas, nisi a tempore quo rediens non est admissa. nec spōte vaganti,vt idem dicit,tenetur ad expensas, nisi quando ex iusta cā uagatur:puta propter nimiam sæuitiā viri,vel hmōi, vel q̄a vir ad lōginqua vadit, & eā mittit ad parentes cā honestatis. ¶Septimum:Quia habens cognoscere de matrimonio, habet cognoscere de dote tanq̄ de accessorio.extra de do.inter vir.& vxo.c.1.2.& 3.¶Octauum.Quia fundus dotalis alienari non potest,vt dicetur §.seq.

15 †DECIMOTERTIO quæritur, vtrum donatio pp nuptias habeat dicta priuilegia dotis? Et dicit Pan. post Inno.in c.ex literis. de pig. quòd aut mulier agit donationē propter nuptias, tanq̄ sibi specialiter obligatum pro dote,& tūc habet priuilegiū dotis,quia agit potius pro dote, q̄ pro donatione pp nuptias. Si verò agit vt eā lucretur,sic licet bona mariti sint sibi tacite obligata, tamen non gaudet, quia cessant rōnes priuilegiorum dotis sed bene hēt tacitam hypo.l.vbi.C.de iu.do. intellige cōem, nō priuilegiatā, vt præferat̄ alijs habentib. eum nisi sint posteriores. De paraphernalib.aūt inf.suo loco. Hoc tn̄ habet hæc donatio cōe cum dote,ꝙ alienari nō potest ēt consentiente vxore: vt in d.c. cum contingat, nec alienatio valet, nisi mulier iurauerit n̄ cōtrauenire eo mō, quo de dote dictū ē:vt in c.cū cōtingat, & eo.ti.c.licet, li.6.

16 †DECIMOQVINTO quantum ad proprietates dotis,qn̄ circa eam fit mutatio,postquā viro data est ante dissolutionem matrimonij vel post,quæritur, vtrū uir lucretur dotē pp adulterium vxoris,maxime si sequat̄ homicidiū,vel alio modo? Et dico multa. ¶Primum. Vir pp adulteriū corporale vxoris dotē lucratur, & dotalitiū,1.partē, quam lucratura erat de donatione pp nuptias, secundū glos. vel bona paraphernalia, q̄ maritus restituere tenebatur,secundum eādem, si per sn̄iam diuortium fiat.de don.inter vi.& vxo. c.plerunq; & ēt exceptionē,si eam propria auctoritate expellit,adulterio existēte manifesto, vt dictum est sup.Adulteriū, §.6. & similiter si ipsa ob adulterium sponte ab eo sine alio indicio discedit,vt in d.ca.plerūq.& similiter si intrauit balneum cum viro alieno secūdū gl.81.dis.non oportet. Et idē vr̄ vbicunq.de adulterio est suspicio violenta, quia probationem facit:vt 32.q.1.dicit dn̄s,& econuerso intellige, ꝙ mulier lucratur donationem propter nuptias,si vir intrat balneum cū alia secundum eundem glos.quæ alleg.l.vlt. C.de repu.& a fortiori intellige in superiorib.casibus:vt si adulteretur, & hoc probat Panor. in d.c.plerunq. & eodem modo agere potest mulier

mulier quia quo ad hoc ad paria iudicantur, de diuor.gaudemus.¶Sed hæc limita.Primò, nisi deinde reconciliatio sit secuta, vt in d.c. plerũq;.Scđò,si alter fidẽ fregit,ẽt inscio reo quia in conscientia quo ad lucrationẽ dotis, vel donationis ꝑꝑ nuptias, credo quod hẽat locũ illud,ff.de so.ma.l.viro.paria delicta mutua compensatione tolluntur,cũ concordantijs ibi positis,& ff.de dolo.l.si duo, cum aliis concordantiis,& de adult. intelleximus cum aliis cõcordan.Et intellige paria, quo ad grauitatem specificã:puta,quia vtrũque est adulterium, non autem quo ad grauitatem accidentalium circunstantiarũ:quia vxor viro,& econuerso grauius aliquã ratione fornicãdo peccat scđm S.Tho.4.distin.35.Tertiò,si mulier non habet filios:quia tunc filii habebunt dotem quo ad proprietatẽ,& alia bona suæ matris,ſm Io.And.in d.c.plerunque,facit auth.sed hodie.C.de adulteriis. Quartò,si agat ciuiliter,& non criminaliter,quia,ſm Pan.in c.gaudemus.de conuer. coniug. si vir contra adulteram agat ciuiliter, separatur matrimonium quo ad thorum,& lucratur dotem: vt in d.c.plerunque,& monasterio,in quo aliqñ,vt dictum est sup.Diuortium.§.4.detrudẽda est,nihil potest applicari.Si verò agat criminaliter,vltra detrusionem duæ partes dotium applicantur liberis, si quos habet, tertia monasterio.Si verò non habet liberos,sed parentes,duæ partes applicãtur monasterio, tertia parẽtibus,& si parẽtes non habet,omnia applicantur monasterio,vt in authen. sed hodie.C.de adult.& sic vtilius est marito accusare ciuiliter,quam criminaliter.Quintò,si mulier super hoc in iudicio sit condemnata, secundum Arch.post Io.Cal.& Pan.in c.fi.de adul.quia ad pœnas, inquit, legum quis non tenetur,nisi postquã fuerit adiudicatus idest per iudicem cõdemnatus,ſm S.Th.& Rayn. Et hæc limitatio locum non habet in casu dictæ exceptionis. Sextò,limita, si iudex separãs sit ecclasticus,secus,ſm Pan.in d.c.plerũque:si sit sæcularis, quia nõ est in hoc competens,qñ agitur ciuiliter:vt in c.tuæ.de procurato.¶ Secundum.Si maritus vxorem in adulterio,ꝑꝑ quod debeat dotem lucrari, repertã,interficit,perdit ipsum lucrũ, vt dicit Bar. ſm gl.in l.si ab hostibus ff.sol.mat.quia non licebat sibi interficere. Et per hoc dico, quod si interficere licuisset ex cõsuetudine vel statuto,dotẽ non perderet:vt in l.quid ergo.§.si hæres.ff.de leg.1.q̃ legem nota:cũ ꝑ totã Italiam sint statuta,ꝙ vxore ꝓcedẽte vir lucrat certã partẽ dotis:vt eã non lucretur,si vxorẽ occidit,hæc ille.Nec obst.l.si quis in graui.§. si tamen.ad Sil. quia ignoscitur ei ad minorẽ pœnã,nõ vt in totũ reueletur,vt l.1.ff.de sic, & l.si adulterium §.Imperatores.ff. de adult. & per hoc habes concordare tex.quia videntur ad inuicẽ contrariari:quia debẽt intelligi quod marito parcitur:sed non omnino.¶Tertium.Si autem eam non interficit, sed erat infirma,sed maritus voluit medicũ ducere: aut cõducit eũ,qui vnã literã nõ sciebat: dicit gl. in d.l.si ab hostib. ꝙ perinde indignus est, ac si occidisset illam,& idẽ tenent ibi Bar.Et idẽ dicendũ esset si mulier erat furiosa,& ꝓcipitauit se,quo casu nihil lucrari dẽt maritus, ꝙ intellige,si fuit in dolo,vel culpa non obstando cum posset.Et similiter idẽ dicit Bar. econtrario si mulier occidit virũ,vt repetere, non possit:quasi culpa eius matrimoniũ sit solutũ C.de repud.l.consensu.¶Quartũ.Hæres mariti non põt vxori obiicere adulteriũ ad effectum impediendi restitutionẽ dotis, ſm Bar. in l.rei iudicatæ.ff.sol.mat.ꝑ illum tex.ex quo tacuit in vita,& placet Pan.in d.c.plerunque tamen cum de hoc sint opiniones,videtur approbanda distinctio do. Signo. de Homode. quam recitat do.Io.Ant.de S.Georg.in d.cap. plerunque. Nam aut maritus viuens ignorauit adulteriũ:& sic possent hæredes excipere de adulterio,&dotem retinere,cum maritus nõ possit videri dissimulasse,& remisisse: nec enim potuit iniuriam remittere quã ignorabat.l.nihil interest.§.si cum filius.ff. de inoffi. testamen.& l.mater.§.1.eod. titu. & l. legitimam.ff.de pet.hære.& l.vtilitatem ff. de confir.tut.Et idem est si dubitat an sciuerit:qa ꝓ̃sumitur ignorasse.l.1.§.illud.ff.de libe. agno. & l.marit.ff.de adul.& l.verius ff. de prob. Si ãt maritus sciuit,& non est cõquestus, vt potuit iure nouissimo,ẽt constante matrimonio, auth. sed nouo iure. C.de adul.sed vxorem retinuit,cũ fuerit leno.l.siue metu.C.de adul. sic cũ hæredes tractẽt de lucro captãdo,cõtra ipsos replicabitur de lenocinio mariti.l.cũ mulier.ff.sol.mat.& sic paria delicta mutua compensatione tollentur,facit quod no. Inno. in d.c.intelleximus.de adul.& Iacob.de Are. in d.l.cum mulier.& in l.rei §.1.ff.solu. matr: Si verò post scientiam vxorem nõ retinuit,tũc si quæritur de delicto principaliter, hæredes non possunt conqueri:imò, accusatio debet fieri,& inscripto,cum modificatione tamen, quam facit gloss. in authen. vt liceat mariti & auiæ.§.quia verò. Si verò secundario, sic

possunt, vt repellant petitionẽ dotis: vt in l. filio.§.Seia.ff.de ali.le.¶ Quintũ.Amissa dote à muliere ꝑꝑ adulterium, si deinde constet impedimento tali, ꝙ m̄rimoniũ erat nullũ, puta, de consanguinitate, ſm Tancre. ipsa dotẽ recuperat. Et hoc placet Sum. Ange. ne pęna excedat casum suũ. Oppositum tenuit Sum. Ros. ac Supple. cum Ho. Gof. Lau. Ber. Ioãnes, & Summ. Pis. & hoc tenendum est ꝑꝑ rõnes, gl. in d. capitu. plerunque. maxime per l. si vxor. ff. de adul. vbi dicitur, ꝙ matrimonium, nec speciẽ matrimonij violare licet. Et licet modo appareat, quod non fuerit matrimonium, mulier nihilominus punienda est ꝑꝑ intentionem cum opere subsecuto. de biga. ca. nuper. & cap. fi. & etiam vt auferatur cæteris materia delinquendi, & excogitandi falsam probationem contra matrimoniũ. Nec tñ pęna excedit casum suum: quia hæc fuit adultera verè, quo ad Deũ, i. in sua cõsciẽtia, & quo ad homines. i. opinatiuè. Sextum. Si duo contraxerint scienter in secundo gradu consanguinitatis, non scienter contra ius, ducti ignorantia iuris hoc prohibentis, ſm Io. An. vt refert Pan. in c. & si necesse de don. inter vir. & vxo. isti puniri debent pœna adulterij, vel incestus, ac perdere dotem, ac donõnem propter nuptias. Nec excusat iuris ignorantia: ẽt fœminã: cũ illa non excusetur: nisi in casibus iure expressis: vt est tex. no. in l. ne passim, C. de iur. & fa. ig. Secus si errasset in facto, puta, quia credidissent dispensatũ, & sic cõiter trãseunt doct. vt dicit Pan. & videtur tenere Legistæ in l. qui contra. C. de incest. nup. & in l. auunculo. ff. de condi. sine causa. Sed Bart. ibi tenet contrarium, sequendo opinio. Ioan. q̃a ignorãtia iuris excusat à pęna amissionis bonorum, & hoc per auth. incestas. C. de inces. nup. vbi pœna imponitur scienter contrahẽtib. & facit l. si adulterium. ff. de adul. vbi errãtes in iure excusant à pęna incestus, & adulterij. Et hãc opi. sequẽs Pan. & cõcludẽs post Bart. hanc materiã in tria mẽbra: dicit, ꝙ aut agit de pęna adulterij, vel incestus, & error iuris excusat, d. l. si adulterium. Aut agitur de pœna perditionis propriæ substantiæ, vt dotis, & donationis ꝑꝑ nuptias: & est idem ar. d. auth. incestas. Aut agitur de pœna perditionis lucri, & non excusat, vt d. l. qui contra. Et hanc opi. tanq̃ mitiorem teneo, cum simus in pœnalibus, addẽs ſm Bart. in l. descriptionis. C. de tempo. luc. descri. libro 10. quod dos & donatio non dñr tituli lucratiui respectu eius cui datur, & sic accipientis, sed respectu eius, pro quo datur, bene est ti. lucratiuus, vel l. fi. §. 1. ff. de his, quæ in frau. cre. Angel. autem in addi. ad d. l. descriptionis, dicit ibi esse tex. expressum, ꝙ maritus, qui lucratur dotẽ ꝑpter adulteriũ, vel tertiã partẽ eius, ex statuto, decedente vxore sine filijs in m̄rimonio nõ hẽt cã ex causa lucratiua: vnde nõ est necesse, q̃d lucrũ illud faciat insinuari, nec gabellam soluat, quæ soluitur de reb. q̃ ad alium ꝑueniũt ex cã lucratiua. Septimũ. Vidua stuprũ committens, & dotẽ repetẽs à fratre, vel hærede mariti, de rigore iuris repelli põt ꝑ exceptionẽ de fornicatione, ſm Io. An. in d. c. plerunque, & perdet dotẽ, & sic remanebit apud fratrem, vel hæredes mariti ꝑꝑ offensã factã defuncto. ꝑ tex. cũ gl. & ꝑ id, q̃d no. Bar. in l. pe. C. de adul. & ff. de liti. l. fi. & ff. de iniu. l. filio. §. & si fortè & ita determinat Pa. de Cast. consilio 119.¶ Octauũ. Patet, qui dedit dotem pro filia, ꝑdit illã pro adulterio filiæ, si nõ est stipulatus eam sibi reddi, & sibi imputet, ſm Io. An. d. c. plerunq; & Accur. in l. consensu. C. de repu. & in l. si dotẽ, C. de iure do. Sed Dy. per l. 2. §. item si voluntate. ff. so. mat. dicit, ꝙ non præiudicatur patri, q̃n possit agere ꝑ dote, si filia est in patris potestate. Et similiter tenet do. And. in d. c. plerunq; per l. fi. C. de rep. Sed ꝑ his Arc. & Pet. de Pal. in quarto sic recitat, & tenet. Quando vxor diuortio facta ꝑpter adulterium suum dotem perdit: si ipsa erat filiafa. i. in patris potestate constituta, & dos erat profectitia. i. de bonis patris profecta, vel alias q̃ñcunq; dos erat ad patrem recasura, pater non perdit eam ꝑꝑ delictum filiæ: quia non debet pater portare iniquitatẽ filij. Sed si nõ erat recasura ad partẽ, q̃uis ab eo profecta esset: quia ea mortua rehabiturus nõ erat tunc maritus eã lucratur. Et sic intelligit Ho. C. de adul. l. vlt. ad fi. de diuor. l. consensu. Q̃ñ tñ dos erat ad patrem reditura, perdit eam q̃diu viuit adultera filia: & vir dotem tenebit: sicut etiam non potuisset eã pater repetere illa non adulterãte: nec dẽt ipse ex filię delicto lucrari: post mortẽ tñ adulteræ dos redibit ad patrẽ, sicut si ꝑlatus ecclesię cõmittat feloniã idest coniuret contra dñm: quãdiu ipse viuit, ecclesia feudũ perdet: quo mortuo, ad ecclesiam redibit, ne delictũ personæ redundet in ecclesiæ dãnum. Ex his sequitur, ꝙ si vir committat crimen læsæ maiestatis, propter quod dona eius cõfiscentur, & ipse nudus exultet, vxor dotem perdit quãdiu viuit eius vir: ne ꝑ eius delictũ lucretur vxor, q̃d prius nõ habebat: interim tamẽ fiscus tenetur ei prouidere neces-

necessaria loco viri:quo mortuo dotem inte grè rehabebit,& dotarium suum,hæc ex illis ¶Nonum.Vir expellens vxorem auctoritate propria propter adulterium nō notorium tenetur soluere mutuum quod mulier accepit pro alimētis, quia tale adulterium nō priuat ipso iure alimentis,nisi sentētia lata,ff.de do. l.potest contractū,cum sua materia.Et quod dictum est mulieri obstare exceptionē adulterij;verum est quoad futura,sed non quo ad alimenta , quæ debentur ante sniam latā, de quo in l.instituta.ff.de inoffi.test. Dicit tamen Pet.de Pal.quod adulteræ nihil tenentur prę stare,nisi ipsa replicet de cōsimili:sed intelligitur quādo est adiudicata,vel notoria. ¶ Decimum . Propter adulteriū seu fornicationē spiritualem puta hæresim,& vir,& vxor perdunt similiter dotem & donationem ꝓpter nuptias,secundum Pan.in c.fi.de conuer.con iug. pro quo l.consensu.C.de repud.

17 Decimoqvinto † quot modis vir lucratur dotem vxoris?Et dico,ꝙ tribus.Primò ex pacto , vt si paciscatur de tota dote , vel eius parte lucranda post mortē vxoris C. de pac. conuen.l.ex morte in prin.& in auth. ibi posita.Secundò,ex lege,& hoc dupliciter,s.ex adulterio,vt dictum est.§. priore , per totum , & si vxor moriatur intestata deficientibus liberis & ꝓpinquis,quo casu vir succedit vxori,dotemq; lucratur,& econuerso est: vt inf. Hæreditas.1.§.2.vt C.vnde vir & vxor.l.1.In alijs autē casib. dos ad mulierem redit, & ad virum donatio propter nuptias,nisi secus obtineat consuetudo,extra,de don.inter virum & vxor.l.donatio.§.sane. Tertiò , aliquando ratione consuetudinis : vt dictum est statim.

18 Decimosexto † quæritur,vtrum constā te matrimonio possit vxor dotē repetere marito vergente ad inopiam,vel alio casu.Et dico,quod sic in multis casibus . ¶ Primò, viro in insulam deportato, cuius affectionem mulier non mutauit,ſm Pet.de Pal.in 4. dist. 42. ¶Secūdò,viro bānito de regno.C.de iure do. l.vbi.de hoc non est dubiū,ſm Bar.in l. si constante.ff.sol.mat.si perdidit oīa bona sua : q̃a publicantur,cum sit perfecta inopia & idem credit parte bonorū publicata,vt l.si marito. ff.sol.matr.& idem finaliter credit, si nihil de bonis eius publicatū est,per authenticum,de æqua.do.quia talis incipit male vti substantia sua:cum peregrinatio ducat ad paupertatē. ¶ Tertiò,viro ad inopiam vergēte ēt sine culpa,modo ipsa non sit eā cōsumptura : vt in d. l.vbi & est cōis opi. Legistarū,vt refert Pan, in c.per vestras,de don.inter vi.& vxo.quod idem Pe.intelligit nō de inopia æris: quia tūc sub tali cautione,quā p̄stare pōt,cōmittenda & dimittenda est dos:sed de inopia mentis,vt qñ incipit esse prodigus & dilapidator: & q̃a tūc cautio parum valeret.Et idem sentit Pan. in c.per vestras,de do.inter vir.& vx. vbi dicit,ꝙ de ista cautione prouidit ius canonicū, non ciuile.Et nō sufficit cautio iuratoria, ſm Io.And.quam quilibet præstare potest,quantumcunq. pauper cum tex.ibi dicat,quā pōt. Et quo sumitur limitatio ad totum ti.C.ne fideiu.dot. dē.s. nisi maritus vergat ad inopiā. Pro hoc scito,quòd circa hoc emanarunt varia iura.Nam primo sancitū est, ꝙ si substantia mariti non sufficit ad satisfaciendum dotī & creditoribus,pōt vxor dotem repetere.ff. sol.ma.l si constāte. Deinde sancitū est quòd hoc possit,si maritus ita se gerat quod vergat ad inopiā.C. de iure do.l. vbi, quæ dispositio est latior:quia nō requiritur vt substātia mariti nō sufficiat:sed satis est,quòd vergat ad inopiam,vt puta,q̃a est nobilis,& vult facere sūptus vltra facultates.Deinde sancitum est, ꝙ hoc possit,si maritus male incipit vti substantia sua,vt in auth.de æqua.do quæ dispositio adhuc est latior,quia supposito, qđ non vergat ad inopiā,puta,q̃a ditissimus est , ex quo tñ male vtitur sua substātia , pōt mulier dotē repetere,& ibi gl.sentit id qđ Bart.dicit in d. l.si cōstante.s.quòd hoc pōt,qñ vir incipit depauperari.& ſm opi.vulgi ad inopiam vergere,quia res dr̄ male geri qñq. respectu initij , qñq. respectu finis vt l.& in totū.ff.de impēs. in re. do. fa. & fauore dotis ne possit perdi si vir ad extremam paupertatē veniret, vtroq. mō intellige siue vñ male inchoet, siue malū exitū habeat.In quolibet aūt triū p̄dictorum casuum potest mulier agere contra maritum repetendo & fortius excipiēdo cōtra petētē dotē.Et idē est a fortiori de quolibet alio,cuius est dotē aut reddere aut recipere. Et non solū ad dotē,sed ēt ad donationē ꝑꝑ nuptias agere pōt in illis casibus,vt est tex.in d.l.vbi. Si tñ ab initio mulier nupsit pauperi, aut vergenti ad inopiā,aut male utenti substātia sua ur̄ ꝙ repetere non possit , quia semel approbauit mores illius.Tñ Bar.in d.l.si cōstāte,cōtrariū tenuit,q̃a ñ potuit ꝑ tacitū pactum sibi uxor p̄iudicare,nā publicę utilitatis,ut dos maneat integra mulieribus,ut l.1. ff.sol. matr.

19 Decimoseptimo † q̃ritur, cui restituēda sit dos,siue ad quem ꝑtinebit solu. matrimonio?Et dico,quòd licet maritus,de subtilitate

iuris efficiatur dñs dotis sibi datæ, vt l.in reb. C.de iur.do.& l.doce ancillam. C.de rei ven. tamen ad illum nō pertinet post mortē vxoris, nisi in duobus casib. Primò ratione pacti de dote lucranda. Secundò qñ vxor intestata decedit deficientibus liberis, & propinquis; qa vxori succedit, & econtra vxor viro.l.vnica.C.vñ vir & vxor. Et similiter duob.casib. prædictis ad mulierē pertinet donatio pp nuptias viro defuncto. Et ita tenet Sum.Angel. Sed tu dic vt su.§.15. tertio rōne consuetudinis. Extra hos casus aūt cū ab vno trium dos constituatur, secundum Pan.in c.fin.de don. inter vir.& vxo.s.a patre pro filia, vel ab ipsamet muliere: vel ab extraneo: quem dico oēm non habentē mulierē in sua ptāte, vt dicit tex.in l.vnica.C.de rei vxo.act.pertinebit ad eū, qui eam constituit, si stipulatus est eam sibi restitui, siue sit pater, siue extraneus: vt ī l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.act. Si aūt constituit quidem eā, sed non est ita stipulatus eā sibi restitui: tunc si sit extraneus, reddet vxori si superest, vel hæredib.eius, si decessit. Sed si sit pr̄ erit filiæ in duob.casib.Primò, si eā emancipauit. Secundò, si ipse pater præmoriatur alia filia pmoriēte ex patris, ēt si extāt liberi ex filia, secundum aliquos, vt secundum Vin.per l.dos a patre.C.sol.mat.cum qua opinione cōiter transeūt Canonistæ: vt dicit Pa. in c.fi.de do.inter vir.& vxo.& Bart.in l.post dotem.ff.sol.ma.& gl.in d.l.dos. Sed contraria opinio, quæ est Martini antiqui gl.& vult ꝙ restituatur liberis, præualuit in vsu, vt dicit d.gl.& ēt est vera de iure.arg.ff.sol.mat.l. post dotē.& ita tenet Sum.Confess.Superstite aūt patre simul, & filia nō emancipata: tūc patri & filiæ reddetur, & non erit alteri sine alterius consensu.ff.sol.mat.l.2.Si verò is, qui de dotem constituit, sit ipsa mulier, reddetur sibi d.l.vnica.vel suis hr̄dib.nisi rōne adulterij illā perdiderit. Prædicta tñ limita vera, nisi obstent aliqua statuta, vt cōiter accidit.

20 †Est aūt notandum sec.Bar.in d.l.post dote, quod vtilis est ad multa disputatio, an opinio Martini sit vera de iure, vel de cōsuetudine. Nam si filiusfamilias habens dotē profectitiam: & filios ex primo matrimonio, nupsit secundo viro, & moritur in secundo matrimonio sine filijs, si de iure vera est opinio Martini, succedent in dotem filijs primi matrimonij, quia prima causa in successione est liberorū si aūt de iure non est vera, sed de cōsuetudine, secus: quia cum dictet cōsuetudo, qđ dos remaneat apud virū pp filios eiusdē mr̄imonij, nō extēdetur ad aliū casum, vt l.si vero.§.de viro.ff.sol.mat. Item tenet Iac.Bu. in l.fi.C.com.vtri.iur.& hoc putat Bar.verū, quia de eodē matrimonio oportet filios consistere casus est in l.si inter, ff.de pact.do.

21 †Decimooctavo quæritur, vtrum confessio, qua vir confitetur se recepisse dotē cōstante mr̄imonio, valeat? Et dico, ꝙ non nisi appareat de numeratione: nā vr̄ donare. Bal. in l.1.C.de dot.promis.& Ang.in l.pe. ff.quæ res pig.obl.pos.& Barto.in l.si diuortio, ff.de verb.obl.& ibi legistæ. & præsumitur simulata confessio scđm Bar.in l.1.C.de do.añ nup. Et hoc verum nisi vir faciendo testamentum legaret vxori dotē expressa certa quātitate; tūc oīno vxor eā habebit, ēt si ꝓbaret, ꝙ nūquā fuerit soluta: vt no.Ang.Are.Inst. de leg. §. sed si vxori, quod limitandum vr̄ verum, nisi vir esset non soluendo creditorib.suis.

22 †Decimo nono quæritur, qñ restituenda sit dos? Et dico multa. ¶ Primum. Si dos consistit in rebus immobilibus, dēt reddi statim soluto matrimonio. Si verò in reb.mobilib.restitui debet intra annū. C.de rei vx.act.l.vnica.§.cum autem. Quod tñ in marito limita, si pōt, qa si dolo malo non est versatus, non restituet, nisi inquantū pōt.s.habita rōne ne egeat.d.l.vnica.& si paciscat vt conueniri possit vltra q̄ possit facere, est contra bonos mores: & pactum non valet, ff.sol.ma.l.alia. §.1. quod priuilegiū ēt trāsit ad filios eiusdē matrimonij, vt ff.so.ma.l.maritum. Sed tam ille, q̄ isti cauebunt de restituendo residuo, si venerint ad pinguiorē fortunā, vt no.in d.l.vnica. §. cū aūt.& in l.in condēnatione, ff.de re. iur.Hæredi aūt extraneo hoc nō est pstandū, nec transit ad illud, d.l.maritum.de quo vide gl.in c.mulieres.& ibi per Canonistas, de donat.inter vir.& vxo. ¶ Secundū. Si qñ data est dos res erant immobiles, quas vendidit maritus: & inde ex pretio emit mobiles, nō computabuntur immobiles, sed mobiles. Et casus est ẜm Bart.in l.cū in fundo. §.si fundus, ff.de iur.do.& ita iudicabūtur mobiles, vel immobiles tp̄e mortis viri. Vnde non statim restituentur, sed intra annum. Nec est verum hic, qđ subrogatū sapiat naturā &c. Et dicit Bar. ꝙ ille §.est contra gl.in l.diuortio. ff.sol.ma. & cōtra gl.in d.l.vnica.cuius glo.opinionem tenuit Ludo.de Ro.in suis sing. ¶ Tertium. Si mulier dedit dotem in re mobili, puta in auro: & negante hærede dotē se daturum intra annum, si interim non habet vnde viuat, hæres condemnabitur ad dandū statim: quia de hoc

hoc vř casus in l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol. matr. & ſi contra hoc eſſent iura, nihil valerent quia eſſent cõtra ius naturale, niſi ſecũdũ aliquos hæres eſſet in neceſſitate æquali.

23 † VIGESIMO quæritur, qualiter reſtituenda ſit dos? Et dico multa. ¶ Primum. Expenſarum factarum a marito, vel hæredibus circa dotem quædã ſunt neceſſariæ, vt illæ, quæ ſi factæ nõ fuiſſent, aut res perijſſet, aut fuiſſet deteriorata, ſicut ſi domus, quæ ruinã minat, aptetur, aut reſtaurentur tecta. Quædã verò vtiles: vt quæ rẽ meliorẽ faciunt, & deteriorẽ fieri nõ ſinunt; ſicut vineæ, paſtinatio, vel huiuſmodi. Et quædã voluntariæ ſeu voluptuoſæ, vt quæ rẽ tm̃ ornant, ſed fructum nõ auget: vt viridaria, & picturæ, & incruſtationes, & hmõi.ff.de verb.ſign.l.impenſæ. & dicũtur incruſtationes cruſtæ ſubtiles marmoris extra murũ poſitæ. ¶ Secundũ. In reſtituẽda dote defalcari poſſunt expenſæ neceſſariæ, quæ ipſo iure dotẽ minuunt, ſm glo.in c. mulieres.de don.inter vir.& vxor. Vtiles aũt non minuunt dotem ipſo iure: ſed petuntur actione mandati, vel negotiorum geſtorum. Voluntarias aũt quidam dicũt ſimpliciter ꝑditas. Sed melius alij diſtinguunt, ꝙ ſi mulier vult hr̃e reddere debet quæ impenſa ſunt q̃ ſi reddere non vult, tunc ſi ſeparationem recipiant ſine rei læſione, tolli poſſunt, vt pictura facta in tabula, vel panno, & affixa parieti. Si aũt ſeparationẽ non recipiunt, relinquenda ſunt, vt ſi eſſet facta figura in ipſo pariete immediate, ff.de impen.in re.l.1 & l.ꝑ voluntarijs. C. de rei vxor.act.l.vnica.§.ſed nec. Sed hæc nõ habẽt locum in expenſis factis pro exactione, vel defenſione dotis: quia maritus eſt dñs fructuũ dotis; & ſic tanq̃ dominus ipſã tenet: vt no.ff.de impen.in re.dota.fac.l.2. & iõ repetere nõ poterit, vt tenet Spe.tit.de do.poſt diuor.& Io.And. Circa vtiles tñ Barto.ff.de imp.l.vtiliũ.diſtinguit: quia aut ſunt factæ voluntate mulieris: & tenetur aut ſine: & tunc aut põt alium de ſoluere, & idem aut non poteſt aliunde ſoluere: & non tenetur: vt in d.l.vtilium, quia tunc non vñr vtiles, cũ nõ expediant mulieri. & idem Dy. ¶ Tertium. Cũ dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, C.de don.ante nupt.l.fin. ſolutum pro dote, vbi matrimoniũ nullũ fuit, non repetetur nomine dotis, ſed cõdictione ſine cauſa, ff.de cond.ſine cauſa.l.fin. & eſt priuilegiata hæc actio quo ad mulierẽ, ſicut actio de dote, vt tenent doct. in c.de prudentia. de dote poſt di.re.& facit l.2.ff.de priuil.cred.

24 † VIGESIMOPRIMO quæritur vtrum aliquo caſu dos poſſit ſolui mulieri? Et dico ꝙ ſic in tribus caſib.ſcd̃m Bart. in l.quamuis.ff. ſol.mat. Primò, vt ſoluat æs alienum, ff.de iu.do.l.vlt. Secundò, vt emat prædia; & illud eſt regulare, qñ ex ſolutione, quæ fit cauſa dotis mulier fit melior, vir non pauperior, vt l.ita conſtante, ff.de iure do. Tertiò, vt conſanguineos redimat ad hoſte, vel eos alat egentes. Ex quo nota, ꝙ ſi mulieri ſoluitur pecunia, vt ſoluat votum factum pro ſe, vel in peregrinationem pro anima ſua vadat, aut alterius eius coniuncti, iuſte ſoluitur, & minuit dotẽ: quia ſi hoc fieri permittitur ad liberanda corpora, multo magis ad liberandas animas. C. de ſac.ſan.eccl.l.ſancimus.

25 VIGESIMOSECVNDO quæritur, vtrum hæredes mariti teneantur alere relictam intra annum reſtituẽdæ dotis? Et dico multa. ¶ Primum. Eam tunc alere tenentur, ſi aliunde nõ habeat, vnde alatur: nõ tñ ſcd̃m quãtitatem dotis: q̃a ſi fructus excederẽt, nõ tenent̃ niſi ad alimenta, & ſi quid de dote reſtituũt tenẽtur in reſiduo alimentorũ. Ita no.gl. C.de rei vxo.act.l.vnica.§.exactio.& ff.ſo.mat. l.adiutor. Vnde ſi pater præſtitit alimenta filiæ, poterit ea repetere ab hæredibus viri. & facit quod no.Barto.in d.l.diuortio. Si verò habet vnde alatur, non tenentur hæredes, ſcd̃m gl. in d.§.exactio.probat̃ in l.extraneo. ff.de vẽ. in poſ.mit. ¶ Secundum. Ipſa ẽt cum eiuſdem hæredibus habitare non tenetur, ſcd̃m Bart. in d.l.diuortio. quia iure non inuenit̃ expreſſum. Sed tñ contrariũ tenetur ſcd̃m aliquos: quia intra annum dr̃ quaſi eſſe in matrimonio. C.de bon.ma.l.fi.& ſic conſuluit do.Car. ꝙ non poterit alimenta petere, ſi contra eorum voluntatem alibi ſit demorata: dummodo apud eos poſſit honeſte morari. ¶ Tertiũ. Licite ipſa poteſt percipere certum quid ꝑ alimentis ab hæredibus mariti, donec illi dotem reſtituant de iure cõi: iuxta no.per Bar. poſt Cyn. C.de bon.auct.iudic poſſit.auth.ei qui.& per Ang.in l.Titia.ff.ſol.matr. & Paul. de Caſt.conſi.382. Quod tñ Pan.in c.ſalubriter.de vſu.limitat ea, quæ non habet vnde viuat aliunde. ſed melius limita, quando hoc facit ratione intereſſe coacta: puta quia mallet ſuam dotem, ſed eam nõ accipit, vel quia nõ poteſt, vel quia hæredibus compatitur: alias ſi ſpõte faceret, cum dotem hr̃e poſſet, eſſet vſura manifeſta: vt inf.patebit, & diffuſe deduxi in q.aureæ roſæ. vide inf. Vſura 3.§.6.

¶ DVANA, vide inf. Gabella, tertio.

De Dubijs Facti Et Iuris.

1 *Dubium varie finitur. Quomodo autem differat ab opinione, & fide, & huiusmodi, remittit.*

2 *Qđ in regula iuris, estote, habetur, qualiter sit intelligendum. Et ibidem quod humanorum exteriorũ operum genus triplex. Et quæ de genere bonorũ sint, quæ de genere malorum, & quæ ex se indifferentia. Et in quibus in bonam, aut malam partem iudicandum ac interpretandum sit.*

3 *Opinionem malam de aliquo sine cã legitima habẽs, eidem iniuriari dicitur, & ideo melius esse nos falli habendo opinionem bonam de homine malo, quam falli raro habendo malam de bono.*

4 *In dubijs tutiorem viam esse eligendam, qualiter intelligendum sit. Et ibidem quod dubium duplex sit. Et quod amans periculum peribit in illo.*

5 *Ambiguitatem iuris triplicem esse: aut.n. iuris, aut facti, aut personæ, & ibidem de singulis. Et in qua ex his certa sententia reddi queat.*

6 *Regula, cum sunt partium iura obscura, reo fauendum esse potius, quam actori.*

7 *In dubio super irregularitate, vel aliquo delicto, qualiter interpretandũ sit affirmatiue ne, an negatiue, & hoc siue in foro contentioso, siue in foro animæ, siue in foro quasi pœnitentiali.*

8 *In ambiguitatib. cuinam standum sit. Et de hoc cõclusiones quatuor: & ibid. distinctio ex Io. An. quod ambiguitas, vel obscuritas, aut in vltimis voluntatib. aut in conuentionib. iudicio factis, aut in confessionib. aut in contractib. & pœnis, aut in sententijs appositas, de quibus hic sigillatim.*

9 *Legib. num aliquid ambiguum, aut obscurũ insit.*

19 †Omne autem, quod est contra iustitiam est peccatum mortale ex gñe suo; vt idem dicit 2.2.qõ.59.ar.4. nisi excuset rei modicitas, vt quia pene nihil distat inter hunc, qui eligitur, & alium meliorem. Ex quib. patet, ꝙ hic multum deficit Sum. Ang. Primò, quia adducit dictum Henr. de Gan. tanq̃ verũ. s. quòd si duo bona præponantur vni, cæteris paribus, puta quia sunt æque ꝑcepta & æque facilia, tenetur sub peccato mortali eligere melius, quia, inquit, eligendo minus bonum cõtemnit bonum, vbi habet rõnẽ perfecti. i. maius, & sic pręfert in sua ratione defectũ boni ipsi bono. Quod quidem dictum est falsum, quia qñ cætera sunt paria ex parte bonorum, si absque mortali præfero malum bono in peccato veniali: vt dum voluptatem cibi præfero sobrietati: multo magis minus bonũ præfero meliori. Quando verò sunt paria ex parte eligenti, necessariò eligit maius bonum, cũ nullus possit vnum bonum spernere, nisi ꝓpter aliud melius, vt experientia docet. Qđ ãt homo necessario facit, Deus nõ præcepit fieri: puta, ꝙ homo moriatur, aut moueat̃ deorsũ, si non habeat sustentans; quia præcepta sunt de actib. virtutum, scđm S.Th. 1.2.q.100.ar.2. qui sunt liberi. Secundo, quia distinguit dicẽs esse mortale eligere indignum in ecclesiasticis, in alijs autem non, nisi in dignitatib. maioribus, puta dominio: vel si inde habet sequi notabile damnam alijs, quæ non bene dicuntur: quia tam in his, quam in illis locum habet acceptio personarum.

20 †Decimoseptimo quæritur, vtrum religioso acquiratur ius electionis extra ordinẽ suum? Et dico, ꝙ nulli religioso Prædicatorum, Minorũ, Eremitarũ, aut quorũlibet mẽdicantiũ, ex electione, postulatione, prouisione, seu vocatione ad prælaturã extra suũ

ordi-

ordinem in discordia facta ius aliquod acquiritur nec ipse consentire potest, etiam habita licentia, extra, eo. quorundam. li. 6. Et debet intelligi discordia siue de iure, siue de facto sit, ex quo tex. loquitur indistincte: ut in cle. qđ circa. eo. ti. Sed & alijs religiosis non acquiritur ius in electionibus: nec consentire possunt, si fuerint electi a minori parte numero, vt d. c. quorundam. Notandum est ēt, ꝙ si religiosus electionis de se factæ ad prælaturā extra suum monasterium uel ecclesiam non petita & obtenta licentia consenserit. consensus nō ualet: & electio ipsa viribus euacuat; hmōi tamen licentiam dare volunt religiosorum prælati conuentibus irrequisitis. extra, eod. si religiosus. li. 6. Sed non ualeret licentia, si concederetur pro futura electione, q̃ fieri contingeret: ut in cle. cum concessa. eo. tit. Non pōt etiam aliquis religiosus præfici in aliqua ecclesia, quæ clero careat & populo Christiano, vt cle. in plerisq. extr. eo.

21 DECIMOOCTAVO † quæritur, utrum decretum electionis faciat plenam fidem pro electo? Et dicit Inno. in c. innotuit. eo. tit. quod non. quod do. Ant. intelligit, qñ fuit confectū manu priuata. Secus si per publicam personā attestantē oīa fuisse gesta in præsentia sua, ꝙ etiam placet Pan. dicenti hoc verum esse, dū modo in tali scriptura interueniant omnia requisita ab substantiam scripturæ publicæ, ut testium pręsentia, & similia. Et eo casu quo decretum fit per publicam personam, nō est necesse apponi sigillum capituli, quia publica scriptura fidē sine alio adminiculo facit: sed est necessarium sigillū, qñ scriptura est priuata. Et est decretum, quædam scriptura continens seriem electionis a principio usque ad finem: quæ fit, ut appareat, formā debitā fuisse seruatam: & vt amplius eligentes negare non possint se electioni consensisse. Et est de solemnitate, non de necessitate electionis, ꝯm, gl. di. 6. §. sed aliud. Vnde qñ superior est præsens in domo, per unum, eligentium verbo recitentur gesta in electione: sed quando est absens, mittitur decretum.

22 DECIMONONO † quæritur, utrum electus teneatur consentire? Et Gem. in c. si elect. eo. tit. li. 6. refert Arch. tenentem quod sic: alias peccat mortaliter, si putat se dignum ad prælaturam. 8. q. 1. in scripturis. quod Ioan. Andr. putat verum, qñ non est æque idoneus, per quem possit illi ecclesiæ consuli. Rich. autem in 3. quoli. q. 21. dicit, quod in tribus casib. tenetur consentire sub pœna peccati mortalis. Primo, qñ a superiore per obedientiam cogeretur, de renun. nisi cū pridem. Secundo, qñ secundum iudiciū suæ cōscientię vr̄ sibi verisimiliter, quod nō est, q velit, & possit salutem aīarum procurare, quā ipse posset: & ex hoc videt probabiliter ecclesiæ uocabile imminere dispēdium, & periculum: nisi assentiat d. c. in scripturis. & c. olim. ea. causa. qu. 2. qđ fallit in religioso quo ad electionē extra suū monasterium, & in mendicantibus eo modo, quo dictum est su. §. 17. Tertio, qñ per uiā illicitā refugit: puta, abscondendo se: nisi ex spāli instinctu Spiritus sancti. Si autem nec per obedientiam cogitur, nec imminet probabile periculum ecclesiæ, si refugit per uiam licitam, propter pigritiam, peccat uenialiter: si aūt propter humilitatem reputans se indignum, meretur. Et concordat prædictis S. Th. in quolib. 5. ar. 22. vt patebit §. seq.

23 VIGESIMO † quæritur, utrum melius faciat, qui electus est canonice assentiendo, quā dissentiendo. s. eo casu, quo non tenetur ex necessitate consentire? Et rñdet S. Th. in 5. quolibe. ar. 23. dicens, quod si intendit aliquid tēporale, puta honorem, diuitias, excutere se a iugo religionis, & hmōi melius faceret dissētiendo: quia intentio praua est. Sed si intēdit profectū ecclesiæ; sic intentio bona est. Vnde dicit Aug. 19. de ciuita. Dei, quod in actione nō amandus est honor in hac vita, siue potentia. sed opus ipsum, si recte, atq; viriliter fit. i. vt ualeat ad salutē subditorū. & inducit illud 1. ad Tim. 3. Si quis ep̄atum. Sed ad hoc requiritur maxima idoneitas: quia secundum Greg. in Pasto. tm̄ actionem populi debet actio transcendere præsulis, quātū distare solet a grege vita pastoris: ad quod humana fragilitas ꝯm proprias vires non sufficit, ꝯm illud 2. Cor. 3. & ad hæc quis tam idoneus? Sed tñ ex auxilio gratiæ diuinæ homines idonei, & sufficientes redduntur, sicut postmodum ibi subditur. Idoneos nos fecit ministros noui testī. Potest ergo quis laudabiliter considerans propriū defectū ex humilitate officium p̄lationis recusare, sicut Hier. dicit, Nescio loqui. potest etiā laudabiliter consentire ex charitate fraterna, ut salutē proximorum procuret: sicut Isaias, qui dicit ecce ego mitte me. Sed sicut Gre. dicit in Pasto. in utroque est subtiliter intuendū: quia & is, qui recusauit plene non restitit: & is, qui mitti uoluit, ante se per altaris calculum purgatum uidit, ne autem non purgatus adire quisq; sacra mysteria audeat, aut quem superna gratia eligit, sub humilitatis spe-

specie supernæ dispositioni cõtradicat. Quia ergo valde difficile est, purgatum se quẽlibet posse cognoscere, prælationis officium tutius declinatur: nõ tamen pertinaciter, cũ ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. hæc etiam S.Th. utrum autem liceat quærere aut appetere prælaturam. inf. Prælatus.

24 VIGESIMOPRIMO † quæritur, utrum possit quis prosequi duas electiones de se in eadem ecclesia factas? Et dico, quod non, sed unam tantum eligat, extra eo. sciant cuncti. li. 6.

25 VIGESIMOSECVNDO † quæritur quid si quis aliquem eligat ex odio? Et dico, quod tenetur ei ad omne damnum inde accidens illi. dist. 74. honoratur. C. si propter ini. crea facta sit. l. vnic. li. x.

26 VIGESIMOTERTIO † quæritur, quid circa electionem possit, vel non possit consuetudo, ultra ea, quæ generaliter su. de consuetudine dicta sunt? Et dicit Pan. in c. cum terra. ex tr. eo. quod si auferat libertatem eligendi, nõ ualet. Secus si restringit electores ad certum collegium uel certum genus personarũ: sicut dicimus in matrimonio, in quo requiritur plena libertas: & tñ restrictum fuit ad certum genus personarum. i. fideles. Ibi etiam dicit, de mente in consuetudinẽ induci posse, ut mortuo prælato capitulum non prius ad electionem procedat, q̃ principi mors prælati nũtietur, & petatur ab eo potestas eligendi, quod quidẽ consuetudine induci potuit propter interesse principis, ut proponat aliquẽ sibi fidelem: nam princeps posset opponere contra electum exceptiões alias legitimas, maxime si dubitat de perditione patriæ vel reuelatione secretorũ, aut consiliorum. Si tamen non vult consentire sine rationabili causa, non ꝓpter hoc cessabitur electio. Et per hoc non valeret consuetudo, ut per hoc electio dependeat a Principis uoluntate, vel alterius: quia tolleret libertatẽ eligendi. Secus si restringeret ipsam libertatem, ut dictum est.

RVRSVS DE ELECTIONE II. quantum ad suas species.

1 *Electionis secundo considerata forma triplex. Et quid si quis contra hmõi formas elegerit. ibid.*

2 *Dispositio cap. quia propter an in omni electione ad quantunq prelaturam, uel officium locum habeat. Et ibidem Host. & Gof sententia reprobatur.*

3 *Verbum, uiduata, in hac materia, qualiter sumi debeat.*

4 *Electiones prelatorum iurisdictionem ordinariam habentium & generalem, in ecclesiis regularibus religionum approbatarum, qualiter fieri debeant.*

5 *Dispositio pradicti cap. an in postulatione aut collatione locum habeat.*

6 *Voti appellatione iuxta materia præsentem quid contineatur. Et qualiter votorum scrutinium fieri debeat. nu. seq.*

7 *Vota singulorum, per quem scribi, & quomodo scribendo exprimi debeant. Et quid si eligens, uel postulans, ita dicat: eligo talem postulando, vel postulo eligendo, &c. nu. 8.*

9 *Scrutinij publicatio facienda commodum post scripta uota, quid operetur.*

10 *Iura super collatione facienda, quid sanciuerint.*

11 *Collatione facta, ut quis eligatur, an sufficiat eum maiorem, & saniorem partem, respectu partium minorum, an certe necesse sit eundem maiorem totius capituli partem habere. Et ad hac regule subnectuntur dua, quando actus explicandus pertinet ad plures, ut plures, & quando ad plures ut singulos.*

12 *Electionis scrutinialis substantialia octodecim. de quibus sigillatim, & plene. Et unde colligantur.*

13 *Electio scrutinialis facta non seruata forma hic tradita, non subsistat Et forma scrutinij faciundi difficilis, in qua multi, etiam perfecti uiri peccant, ibidem.*

14 *Electio, an per uiam compromissi fieri queat. Et num ualeat compromissum ab uno omnium nomine, alijs præsentibus, & non contradicentibus factum Et an taciturnitas pro consensu habeatur. Et an peccatum, ubi contradictione opus est, inducat, num. 15.*

16 *Potestas compromissarijs de eligendo prælato, uel officiali, data, qualiter intelligitur data.*

17 *Compromissum de eligendo quot modis fieri possit. Et quæ sit de electionis compromissaria substantia. num. sequ.*

19 *Compromissarius elector, si solus sit, an seipsum eligere possit. Et quid si plures sint, num unum ex seipsis eligere queant. nu 20.*

21 *Prælatur in assumere quis dupliciter dicitur.*

22 *Electus, an ad augendum numerum, possit consentire dicendo ita: eligo, uel reeligo. Et intra quantum tempus electioni de se factæ consentire debeat.*

23 *Compromissariorum septem numero, si tres in unum ex seipsis consentiant & tres in alium non de illo numero, an & quare tertius ex his electus ab illis tribus consentire possit.*

24 *Compromissarium trium numero, si duo indignum & unus dignum eligat, utrorum electio præferenda est, an utro neutra.*

25 *Potestas compromissaria ultra compromittentium propositum, & intentionem non extenditur.*

26 *Compromissarius, si non eligit intra tempus iure statutum, ad quem eligendi potestas deuoluatur. Et quid*

quid ſi indignum eligat, ſed ignoranter: aut contra ſcienter. Et quid ſi compromiſſarius acceptans compromiſſum confirmandi poteſtate habeat, an neceſſe ſit, vt prius eligat, ac mox confirmet.

27 *Electio ſecundum formam communis inſpirationis quot modis, ac qualiter fiat. Et huius ſubſtantialia quot, & quæ ſint. nu ſeq.*

1 ELECTIO ſecundo, quantũ ad ſpecies ſuas vt plenius innoteſcat, ſciendum eſt, ꝙ triplex eſt eius forma: vt dictum eſt titu. priore. §.9. ſ. per modum ſcrutinii: compromiſſionis, & communis inſpirationis, de quibus dicit Inn. in c. quia propter. de ele. ſic ſtatuimus, vt cum electio fuerit celebranda pn̄tib. omnib. qui volunt, & debent, & pn̄t commode intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, q̄ ſecreto, & ſigillatim vota cunctorum diligenter examinẽt, & exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur, in quẽ oẽs, vel maior pars, & ſanior capituli conſentit. Vel ſaltẽ poteſtas eligendi aliquib. viris idoneis committatur, qui vice omnium eccleſiæ viduatæ prouideant de paſtore: aliter electio facta nõ valeat, niſi forte cõiter eſſet ab omnib. quaſi ꝑ inſpirationẽ abſq; vitio celebrata. Qui vero contra præſcriptas formas eligere tentauit, eligendi ea vice poteſtate priuetur. Et ita electiones quoq; clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes, vt quam cito electio fuerit celebrata ſolenniter publicetur, hæc in d. decretali.

2 PRIMO † vero quantum ad intellectũ prædicti textus & electionem per viã ſcrutinii, quæritur, vtrum diſpoſitio prædi. capit. quia propter habeat locũ, & ſeruanda ſit in omni electione ad quãcunque prælaturam, vel officium? Et dicit Pan. in d. c. de mente gloſ. quòd non, ſed electione epiſcoporum, & aliorũ ꝑlatorum eccleſiarum collegiatarũ habẽtium generalẽ iuriſdõnem in eccleſiis collegiatis, ſeruanda eſt dicta forma duntaxat: quia d. ca. intendit prouidere ſolum eccleſiis viduatis, vt ibi, eccleſiæ viduatæ, per mortẽ ãt prædictorũ remanent eccleſiæ viduatæ, & ſine paſtore: q̄a epiſcopi ſunt proprie ſpõſi eccleſiarum 7. q. 1. ſicut & illi alii rõne generalis iuriſdõnis poſſũt quodã mõ dici ſpõſi. Et conſequenter infertur, ꝙ in electionib. canonicorum, & in aliis dignitatib. ſeu perſonalib. eccleſiæ cathedralis nõ hẽt locũ: d. c. diſpoſitio: q̄a per illorũ mortẽ non remanẽt eccleſiæ viduatæ, cum non ſint ſponſi: ſed prælati: principales. ſ. ſunt ſponſi. Et in hanc partem uidenẽt cõiter inclinari Doctor. licet aliqui cõtra: de quorũ numero fuit Hoſt. q̄ dixit iſtũ tex. hr̄e locum in electionib. bñficiorũ ſpectãtibus ad collegium, ad dictum tex. dum facit mentionem de eccleſiis uiduatis ſupplens, ſeu miniſtris deſtitutis. Sed hoc deſtruit iſtam literam & communiter non tenetur, nec eſt cõueniẽs eo ꝙ ubi agitur de modico præiudicio nõ eſt neceſſaria tanta ſolennitas: præſertim cũ non deficiat ſuperior, qui potuit occurrentib. ꝓuidere: arg. in cap. vbi periculum, in prin. eo. ti. li. 6. & in c. licet. in fi. extra eo. eodem modo cõiter reprobatur opinio Gof. qui in quodã ſuo opere dixit. d. c. non habere locum in electionibus abbatum: quia non ſunt inquit, ꝓprie paſtores, & non ſonat potius in ſolitudinem quam in honorem, nã eſt falſum, ut dixit Io. An. ut patet in c. officii. eo. ti. ubi abbates dicuntur paſtores: itẽ ẽt abbatiſſa ur̄ habere dignitatem: ut probatur in c. indemnitatibus. eo. tit. lib. 6. Præterea electiones abbatũ æquiparantur in multis electionib. epiſcoporũ: ut in c. cupientes. eo. ti. lib. 6. Et placet mihi hæc opinio; ut dicamus cõcludendo, quod ſolum in electionibus illorum prælatorũ, per quorum mortẽ eccleſiæ remanẽt uiduatæ; & ſine paſtore, locũ hẽat diſpoſitio. d. c. Nec arbitror, ꝙ in qualibet eccleſia collegiata locũ habeat hic textus, ſed oportet, ꝙ prælatus habeat iuriſdõnem g̃nalem, ut ſentit glo. prout hn̄t abbates qui poſſent cognoſcere de cauſis criminalib. & ciuilib. Et pro hoc optime facit tex. in c. pro defectu. eod. ti. ut papa æq̄parat eccleſias cathedrales, & regulares, & illarum prælatos appellat paſtores, & per illorum mortem dicit eccleſias uiduatas.

5 VNDE † ibi apertè colligitur, ꝙ in hac materia non dẽt hoc uerbũ, uiduata, cap. ſtrictè, q̄. q̄. n. ſolus epiſcopus dicatur ſponſus, uel maritus, & conſequenter per ipſius ſolius mortẽ dicatur ꝓprie eccleſia uiduata: tñ hoc uerbũ hic non capitur ita ſtrictè, ut ibi patet, & cũ dicta decretalis, ſit fauorabilis, ut colligit ex prin. c. cũ emanauerit, ut impedimenta, & pericula eccleſiarũ tollerentur, nõ dẽt multũ ſtricte intelligi. In electionib. ergo aliorũ bñficiatorũ, ſeu ꝑlatorũ à ſupradictis ſufficiunt ſingularis cõſenſus illorũ de capitulo: dũmõ ꝑſtẽtur in cõi. i. collegialiter in capitulo, nec eſt de neceſſitate ſeruãda aliqua iſtarũ formarũ, ſed electus ſimpliciter à maiori, & ſaniori parte hẽbit ius. Ad qđ uid' bonã gl. i c. ſicut. e. ti. li. 6. & facit, ꝙ no. gl. ĩ c. ſi cui. eo. tit. hæc Pa. Facit ẽt ꝙ no. idẽ Pã. in c. eccleſia. ext. eo. ubi

dicit singulariter [illegible] in electionibus, inquibus nō [illegible] necessario seruanda forma, d.c. q̃a pp, nō sunt necessaria verba, mō constet de consensu eligentiū, & cōsequenter, multo minus necessaria est scriptura. Et isto modo intelligo, quòd debent assumi tres scrutatores, &c.

4 Ex † his elice, ꝙ in ecclesijs regularibus religionū approbatarū, electiones prælatorum habentiū iurisdictionē ordinariā, & gnālem fieri debent, ſm dictā formam: vt in ordine Prædicatorū resecatis multis iuris subtilitatibus per constitutiones eorū, sunt magister, & priores, prouinciales, ac conuentuales, & p̄dictis corrñdentes in alijs religionib. Aliorū ât electio, vt superiorum, diffinitorum, sed discretorum, & hmōi, sufficit si fiat collegialiter: nec est necessaria uox, aut scriptura.

5 Secundo † quæritur, vtrum forma .d.cap. quia propter locum habeat in postulatione, aut collatione? Et de postulatione quidem dicetur inf. suo loco. § 2. De collatione ât dicit Pan. in d.c. ꝙ non, vt no gl. in ca. sicut. eo. titu. lib. 6. Vñ si ad plures spectat collatio, possent omnes simul conferre: nec est necesse, quòd fiat per vnū nomine omnium: vel ꝙ fiat scrutinium secretum, vt hic dicitur, sed sufficiūt singulares assensus, vt ibi no. & facit l. ꝑ fundum. ff. de ser. rust. præd.

6 Tertio † quæritur, quid veniat sub noīe voti hic? Et dico, ꝙ veniunt primo vota absoluta, & determinata: conditionata, autem, & incerta nihil valent, sed haberi debent pro non adiectis. extra eo. in electionibus. li. 6. vt si dicatur, cōsentio in Ioannē, si Petrū hr̄e nō potero, vel cōsentio in eū, in quē talis cōsentit. Et secundò vota expressa voce, & nō per fabas: quia c. ecclesia vr̄a, el 2. eo. ti. vult, ꝙ ad electionis validitatem non sufficiat, si à maiori parte fiat, nisi ēt pars illa sit sanior: quod ꝑ fabas, vel lupinos apparere nō p̄t. Imo ēt verum est hoc in vniuersitate sæculari, quòd si maior pars nō consistat in solo numero, sed etiā in dignitate, auctoritate, & merito ꝑsonarum, vt no. Bart. in l. Pomponius. ff. de iudi. & ad hoc, vt dicit Pan. in d.c. ecclesia, cōiter nō aduertitur. Requiruntur. n. illa duo copulatiuè scilicet maior pars, & sanior: quæ tamē sanioritas cognoscitur etiam aliter, quam per voces: vt per nutus, & omnes modos, quibus notæ sunt personæ consentientes.

7 Quarto † quæritur, q̃uo fieri debeat votorum scrutinium? Et dico, ꝙ quātū ad ipsos scrutatores melior, & cōior practica est, vt dicit Pan. vt duo ex eis scrutentur tertiū: & est vtile, ſm eundē, post Ioan. An. vt primò ipsi scrutent̄ seipsos, nec reseruent̄ in fine: q̃a cū aliorū vota sint eis nota, poss[illegible]t electio depēdere ab eorū ptāte, & est vtile, vt capitulum hoc exprimat in principio, vt duo ex eis scrutentur tertium ante scrutiniam aliorū Quantum vero ad alios, si sunt tm̄ tres electores. ſm Inn. duo ex eis scrutabuntur tertium, & sic ꝑcedēt ad electionē. Si vero sunt, duo vnus scrutabitur aliū, & si sit vnus solus, iste vocatis testib. exprimet votū suū, & eliget, ac publicabit. Si vero sunt multi, & colligit ex d.c. quia pp scrutiniū, nec ꝑ scrutatores tres fieri dēt primo secreto, vt. s. quisq; liberius dicere possit votū suum, vt ibi dicit Pan. addens hoc esse spāle in electione: non āt regulariter esse necesse, sed vtile in agēdis, & explicādis ꝑ vniuersitatem, vt uota singulorū secreto exquirantur: sed pōt quisq; votū suum dicere ī communi alijs audientibus: quod tñ si nō seruetur, tenet actus: arg. in c. p̄senti. de pb lib. 6. Et secundo requiritur, quod exq̃rantur uota sigillatim, & non accedant electores, aut uocentur ad scrutatores bini, vel trini. Et tertio, quod exq̃rātur diligenter, & examinent̄. Vnde ſm Pan. ibi debent scrutatores interrogare in quem, quare, & quo zelo cōsentiunt, & de meritis, & qualitate eius, quod, inquit, sentiunt Doct. & probat tex. dū dicit, diligenter exquirant. Vnde ponderandum est illud uerbū uota. i. desideria, vel depositiones aiorum. Aliter fieri non posset, inquit, plena collatio meriti, & zeli. vt dēt. Et secundum Io. p̄nt scrutatores singulos adstringere iuramēto. quod tamen secundum alios non est necesse, cum non sit iure cautum: sed poterunt eos adiurare sub animæ periculo, & per Deum, vt in illum cōsentiant, quem putant meliorem. Et quarto, quod exquisita scribantur.

7 Quinto † quæritur, per quem debeāt singulorum uota cōscribi, cū textus impersonaliter loquatur? Et dicit quædam gl. ꝙ per ipsos scrutatores, vel ꝑ tabellionem: de quo tñ in textu mentio non fit, nec qualis esse dēat ista scriptura. Vñ dicit Io. An. ꝙ nō refert, an sit publica, vel priuata, cū tex. indistinctè loquatur. Pan. autem credit fuisse de mēte text: vt ipsi scrutatores per eorū aliquē debeāt redigere vota in scriptis priuatis: cōiter tñ, inq̃t tenetur, ꝙ notarius possit adhiberi, qui tñ ſm Host. debet esse clericus, & consentit Abbas, & Pe. & Aegid. arg. c. Messana. eo. ti. vbi reprobatur electio per interuentum laicorum, tamen ſm Cōpost. in d. ca. quia propter. potest

esse

esse laicus.pro qua opinione facit consuetudo.s͠m Io.And.in c.1.de procu.lib.6. & tenet Spe.in tit.de instr.edi.& quidam alij. Et hanc Pan.putat veriorem, quia notarius scribẽdo nullam auctoritatem exercet,nec aliqđ spũale ministrat, sed solum præbet nudum ministerium,seu officium, quemadmodum procurator in re spũali, qui non repellitur a procuratione,ex eo quia laicus,vt in d.c.1. Et p̃terea specialiter dr̃ in causa hæresis,vt clericus,seu persona religiosa sit notarius,de quo dicendum,vt in c.officium.de hær.lib.6.Ergo regulariter clerici non debent adhiberi, vt exerceant notariatus officium. hæc ille, pro quo etiam vide inf.Tabellio,§.3.

8 † SEXTO quæritur, q̃uo exprimi debeant vota scribenda?Et dicit Io.An.ꝙ elector iter rogatus rñdet: ego nomine talẽ, vel consentio in talem,vel eligo talẽ. Et ꝙ possit hoc vltimũ fieri adducitur c.in Genesi. extra eo.in verb.ne, vel in idem repeti. quasi innuat ille tex.ꝙ singuli dicere possunt in scrutinio eligo talẽ sed postea facto scrutinio, sed dẽt cõmunis electio,quia vnus dẽt eligere noĩe oĩũ per verba singularis numeri. Pa.tñ in d.c. qa ꝑꝑ magis placet prima,aut secunda forma.s. nomino,vel consentio,nõ aũt eligo:quia dicit tex.is eligatur,quem in oẽs, vel maior ꝑs consentit,tñ nõ vitiaretur,inquit,electio ex tertia practica, ex quo postea sequitur cõis electio.Illud ẽt notandũ est,quod hr̃ in c.perpetuo.de postu.lib.6.ꝙ in oĩ electione,& postulatione dicendo,eligo talẽ postulando,vł postulo eligendo, aut eligo postulãdum, seu postulo eligendum:aut eligo in postulandũ, vel postulo in eligendum,nihil agitur. Similiter nec sub hac forma, eligo & postulo, ꝑut melius põt de iure valere, nisi quando probabiliter dubitatur, vtrum quis sit eligẽdus, vel potius postulãdus: quo casu is,qui sic postulatus fuerit,& electus, cõsensus tꝑe teneẽ vnam tantum determinatam viam acceptare,& redeundo ad aliam, postquã vnã elegerit,est sibi licẽtia penitus interdicta. Hęc ibi.

9 † SEPTIMO quæritur quid operetur scrutinij publicatio mox post scripta vota faciẽda?Et dico secun.Pan.ꝙ scripta vota sunt publicanda mox.i.s͠m gloss. in continenti nullo actu contrario intermisso; & scđm Pa. hmõi dictiones,vbi ius nõ determinat q̃uo debeãt intelligi, verificantur in tꝑe modico, secũdũ qđ bonus iudex arbitrabitur, habito respectu a dcircũstantias.Publicato aũt mox scrutinio electores voces variare non pñt: sed faciẽda est collatio, & electio celebrãda.extra eo.publicato.Et consequenter añ publicationẽ scrutinij a contrario sensu pñt electores variare, & alios noĩare: vt per c.quod sicut. eod.tit.quia per talẽ noĩationẽ, aut scrutiniũ factã nullus ius acquirit noĩato. Adde secundũ Gof.ꝙ variare nõ pñt illi,qui sunt de maiori,& saniori numero accedendo ad minorem partẽ; sed qui sunt de minori, accedere possunt ad eos,qui de maiori sunt numero.

10 † OCTAVO q̃ritur, quid super collatione facienda iura velint?Et dico scđm Pan.in d.c. quia ꝑꝑ,ꝙ electio; & collatio fieri dẽt ꝑ illũ,cui capitulũ hoc cõmiserit,& vtile est, secũdũ Doc. ꝙ hoc capitulũ a principio dictis scrutatorib.cõmittat. Et vbi concurrunt plures electiones,fieri dẽt collatio triplex.s.numeri ad numerum,meriti ad meritum,& zeli ad zelum intellige si plures eligantur:vt sic appareat quis electorum habuerit numerũ maiorẽ,& quis sit meriti maioris,ex quo zelo seu animo electores moti fuerint ad eligẽdum: quia ex istis trib.apparebit clare, quis hẽt maiorem, & saniorem partẽ: cũ maioritas consistat respectu numeri sanioritas verò respectu,meriti,& zeli si tñvna electio fit a duab.partib. cessat collatio meriti, & zeli: vt in c.si qñ eo.tit.li.6.Si verò vnus solus fuerit electus, ẽt dẽt fieri collatio non numeri ad numerum,cũ esset alia electio;sed fiet de numero,quia considerabitur, vtrum habuerit sufficientẽ numerum, cũ forte præsentes non faciant duas partes ut deberent, vel forte non oẽs habent vocẽ: & de merito electi: an sit idoneus: & de zelo,an.s.bono aĩo,vel per illicitas preces in illum cõsenserint, hæc ex illo. Et adde,quod in numero eligentium computari non potest electus,quia nullus se ipsum potest eligere.de elec.c.Cumana.

11 † NONO quæritur,vtrum facta collatione ad hoc,qđ quis eligatur,sufficiat,qđ hẽt partẽ maiorẽ, & saniorẽ respectu partiũ minorũ,an certè requiratur,ꝙ habeat partẽ maiorẽ totiꝰ capituli? Et dico requiri,qđ hẽat parte maiorem capituli: nec suffici maior respectu minorũ,extra eo.ecclesia vestra.el 1. vbi Pan.duo dicit.& probat contra Inno.vnum, ꝙ non sufficit pars sanior, nisi etiam sit maior totius capituli,& idem dicit in d.cap.quia ꝑꝑ imò hoc ibi hẽt tex.quasi expresse.& idẽ sentit Io.And.Sed tñ in numero ista computari non debent,qui nolũt interesse, scđm eũdẽ Pan.& gl.in cle.quo circa.eo.tit.Vnde qđ dicitur,ab initio debere duas partes vniuer-

ſitatis con uenire, vt in l.nulli.& in l.plane, ff. qđ cuiuſ.vniuer.intelligi dēt, inquit Pan.ſal-tē in electionis negotio de duab. partib. illo-rū, q̃ volūt, & debent, & poſſunt cōmodè in tereſſe, referēs ſe ad dicta in c.cū nobis & ca. cū in cauſis, extra eo. Aliud, ꝙ nō ſolū in ele ctionib. in quib. ſeruanda eſt forma d.ca.quia pp verū eſt, ꝙ oportet partē eſſe maiorē to-tius capituli, nec ſufficit maior reſpectu mi-norū: ſed ēt in oīb.explicādis ꝑ vniuerſitatē. In caſib.tñ, in quib. dicta forma ſeruanda nō eſt, valet ſtatutū vt factū a maiori parte re-ſpectu minoris valeat, & idē ſentit gl.fi.in c. ſi cui.extra eo.lib.6.& in c.1.ne ſede vac.li.6 & Fed.cōſ.1. Nec obſtat, inquit, c.qm̄.de iu-re pat.vbi valet p̄ſentatio facta a maiori par te patronorū: licet nō concurrat maior pars oīum: quia cōiter dñt doc.illud procedere in patronis, qui p̄ſentant vt ſinguli, non vt col-legiū. Secus in ſpectātib. ad aliquos iure col-legij: puta ſi ad collegium ſpectaret præſen-tatio. Ex his duæ regulæ colliguntur. Prima. Vbi actus ſpectat ad plures, vt ad collegium, requirit ad validitatē ipſius depoſitio maio-ris partis collegij, i.exiſtētiū tūc in collegio, nam vt conſtituatur vniuerſitas, ſufficit p̄ſen tia duarū partiū vocandarū: & valet qđ fit a parte iſtorū; vt no.in l.nulli, & plane. & dixi plenius in c.cum nobis extra eo. & in c. cum omnes.de conſt. Fallit hæc regula in electio-ne prouincialis de ordine Minorum, qđ quia valet electio facta a maiori parte partiū cō-paratione minorum: vt in cle.exiui. §.demū. de ver.ſig. Secunda. In ſpectātibus ad plures vt ad ſingulos, in caſib. in quib. valet diſpoſi-tio maioris partis, ſufficit maior comparatio ne minoris, vt in d.c.quoniam.

12 † Decimo quæritur, quot & quæ ſint de ſubſtantia electionis ſcrutinialis? Et dico, ꝙ quædam ſunt de ſubſtantia electionis ſm oēs quædā vero ſm aliquos tantum docto. & ſm veritatē, maxime ſm Pan. q̃ alijs plura ponit in d.c.quia pp & ſunt hæc. Primum ergo ſub ſtantiale eſt, ſm eum, vt electio fiat per con-gregatos in vnum, quia non ſufficerent con-ſenſus eligentium ſingulariter præſtiti: pu-ta, ſi quilibet in ſua camera conſentiret: ſed oportet, ꝙ collegialiter cōſentiant ad quod in c.Geneſi.eo.tit.in gl.& c.1.de reb.ecc.non alie.li.6. Et hoc non eſt ſpeciale ſolum in ele ctione, vt ibi dicit gl. ſed gñale in omnib.ex-plicandis per vniuerſitatē: vt dicit, inquit, in c.cum oēs.de conſt. Nec tñ per hoc ītelligas, inquit, quod præſentia ſeu vocatio abſentiū ſit de forma, vel de ſubſtantia; quia contem-ptus aliquorū non inducit nullitatē electio-nis: vt in c.ſicut, & c.bonæ, & in c.eccleſia. el 2.eo.tit. Imò nō valeret ſtatutū epi & capitu li inducens nullitatē pp defectū aliquorū ñ vocatorū: vt no.Io.And.in add.eo.tit. q̃a con ſtitutio inferioris immutare nō pōt conſtitu tionē ſuperioris. vt in cle.ne Roma.eo.tit. ſed eſt de iuſtitia: quia retractabitur electio, ſi il-li ſuū cōtēptū ꝓſequant. ¶ Scđm eſt, vt ſcru-tatores aſſumant ꝑ collegium: non.n.ſe dēnt ingerere, q̃a ſuſpecti redderent: vt in l.q̃ oīa, ff.de proc.& ꝓ hoc text.in d.c.q̃a pp in ver-bo aſſumatur, qđ tñ ipſe dicit tutū, ſed non neceſſarium: q̃a ſi tres incipiunt ſcrutari alijs videntib. & tacentib. credit electionē ualere ſeruatis alijs: q̃a cū agatur de re meritoria & cōcupiſcibili, tacentes hñr pro cōſentientib. ſicut in ſimili notauit gl.in d.ſicut cū.eo.ti.li. 6. ¶ Tertiū, vt ſcrutatores aſſumātur tres, nō plures, nec pauciores. & hoc cōiter tenetur, imò hr ex tex.d.c.q̃a pp ſed hoc Arc.limitat verum, qñ ſeruari pōt: alias ꝑ electorū pau citatē ſufficiunt duo ſcrutatores, ſecun.opin. Vin.& Tāc.imò vnus ſolus teſtib.vocatis, ſm opinionē Inn. imò nullus ſm mētem eiuſdē: quia ſi ius eligendi ſit penes vnū, iſte nullum ſcrutabit, ſed ipſe vocatis teſtib. exprimeret votū ſuum, vt dictum eſt. ¶ Quartum, vt ibi ſcrutatores ſint de collegio, ſecūdū Gof.Ho. & Inn.gl.tñ prælleg. & Vinc.ac Tanc.tenēt hoc nō eſſe ſubſtātiale: ſed primū, inquit, ma gis cōgruit literæ, imò ego dico haberi exp̄ſ-ſe ex tex. in d.c.q̃a propter. Et intelligit Inn. de collegio eligētiū, & ñ de collegio eccleſię vacātis; q̃a fidelius electionis negotiū proſe-quuntur illi, ad quos ſpectat, ꝙ ideo forte di cit, quia nonnunquā electio ſpectat ad aliud collegiū, q̃ eccleſiæ vacantis, rōne cōſuetudi nis, vel priuilegij, vt in c.abbate.de ver.ſi. & in c.cum dilectus.de conſuet. ¶ Quintò, vt vo ta ſingulorū exquiratur ſecrete: vnde ſi vnū ex præſentibus nō ſcrutaretur, vel aliquis ex ſcrutatorib. omitteret, electio nō valeret, ꝙ intelligit Pan. qñ contēnitur, vel prætermitti tur aliquis ex vocatis: quia contēptus nō vo cati nō reddit electionē nullā. Et ſic ītellige Arch.dicentē non obeſſe, ſi præſentes nō re ſpondeant, aut reſpondeant captioſe: nec ſi aliqui de capitulo non requirant, dummodo ſuū contēptum non proſequant, loquit.n.de vocandis vota, inq̃, exquirantur ſecrete: q̃a ſcđm Arc. ſi fieret votorū inquiſitio in publi co, electio nō valeret, ēt ſi oēs conſentirent,

extra eo.in Genesi.sed intellige, ſm Pan.post Inn.secrete.i.seorsum ab alijs de collegio: qa bene possunt esse alij testes non de collegio, sicut & testes examinari possunt coram testibus, vt probat Pan.vbi su.in graui, & pōderosa cā: modo nō sint tales, q eligentibus possint incurrere timorē: quia tunc recusari possent, sicut & scrutatores, si tales essent vel aliqui ipsorum, & esset iusta cā appellandi, ſm Pa.in d.c.quia pp.Sextū, vt inquisitio ista fiat sigillatim, sicut obseruatur in testib. qui non debent plures commisceri in examinatione: alias depositio non valeret: vt no.in c.venerabili.eo.ti.¶ Septimum, vt exquirant vota omnium, vt dictum est.¶Octauū, vt vota exquisita redigantur in scriptis publicis, aut priuatis.¶Nonū, vt vota scripta, in cōi.i.in capitulo publicentur.Nec obstat ſm Arc.si in capitulo sunt aliq extranei religiosi, vel alij.¶Decimū, vt ista votorum publicatio fiat mox.i. incontinēti, nullo actu contrario interueniēte post scripturā.¶ Vndecimū, vt facta publicatione fiat collatio, vt su.dictum est, qđ tñ limita: quia si omittatur collatio electio tenet, qñ oēs vnum eligunt: secus si non oēs vnum, sed diuersos.¶Duodecimū, quòd ista collatio fiat mox post publicationē.i.nullo actu extraneo intermisso, quod voluit glo.Pan.argu.in l.cū antiquitas.C.de test.licet in hoc aliq varient.¶Tertiumdecimum, vt facta collatione fiat cōis electio per vnum noīe capituli, & p verba singularis numeri, vt in c.sicut, eo. tit. lib.6.& in ca.cum ab vno.de re iud.li. 6. Quis autem debeat vice omnium eligere, dicit gl. in d.c.sicut.quod is qui primā vocem habuit, vel cui capitulū cōmiserit: sed si capitulum, vel illi, qui cōsentiunt, hoc nulli expresse cōmittāt, vnus pſentib. alijs facta collatio ne eligat vice capituli, vel cōsentientiū, & satis est quia ratihabitio, & taciturnitas mandato cōparantur, saltem in re appetibili, & meritoria sicut est vt per electionem canonicā ꝓuideat ecclesię.ff.mand.l.quod si fideiussor.& C.mā. l.si fideiussor.Secus in onerosa, vbi requiritur expressus consensus.ff.de proc.l.filius.§. inuitum. ſm Inn.in d.ca.in Genesi.& Compost.in d.c.quia pp.Istū āt eligentem oportet esse de capitulo, ſm mentē Arc.& ſm Sum.Ang.pōt esse vnus ex his, qui non consentiunt, quod tamē Arc.negaret, ſm quem facta collatione maior pars debet requirere minorē de cōsensu in eligendo: & si acquiuerint omnes, vnus electorū ꝓnunciabit electū, dicens. Ego talis vice mea, & omnium electorum, eligo talem. Sed si aliquis non acquieuerit, dicet. Ego tal[13] vice mea, & omnium aliorū, qui mecū cōsentiunt, eligo talem: & idem est, si pro vice me dicat, noīe meo.¶Decimoquarto, vt ipsa electio fiat post collationem statim, siue mox.i. nullo actu extraneo interueniente, ext.eodē. c.cū post petitā.¶ Decimoquintò, vt electio fiat de eo, in quē maior, & sanior pars totius capituli consensit: imo sufficit, si pars sit maior: si nō ꝓbetur contrariū; qa maior, nisi cōtrariū ꝓbet, sp pſumitur sanior: vt in cap.dudū.eo.ti.& maioris zeli.eo.ti.ecclesia vestra. ¶Decimosexto est, vt ista electio sit verbalis: vt in c.ecclesia.eo.ti.& in d.ca.sicut & d.c.cū ab vno.¶Decimoseptimo, vt solenniter publicetur: quia non debet esse clandestina: vt in d.c.quia pp, & publicari debet in capitulo, & ēt ſm Pan.tutum est, quòd publicetur populo: per hoc, quod legitur, & no.in c. cum dilectum.eo.tit.sed hoc licet fieri debeat ſm Inn. & Compost.tñ non est necessarium, ſm eundem Inn.& Pan.sed tutum.¶ Decimooctauo est, vt seruetur ordo omnium prædictorū successiuè per ordinem, vt numerata sunt, aliter si ꝑpostereē, nihil valet. Et ista oīa colligūtur in d.c.quia propter, iuncta gl.& ibi no.Addūt aliqui substantiale esse, quod electioni præfigatur dies, & quod scrutatores sint fide digni & ꝙ fiat in ecclesia, de cuius ꝑlato fit electio & quod fiat post sepulturam prædecessoris. Sed hæc probat Pan.non esse substantialia.

13 ELECTIO † igitur facta contra prædictam formam aliquo.s.prædictorum omissio irritatur, & annullatur per sententiam superioris, ſm Host.& Ber.ext.eod.Cumana. & hoc placet Arc.Sed tamē in aliquib. est ipso iure nulla.Imo verius est, ꝙ in omnibus prædictis vt tenet Inn.Compost.& Pano. & cōiter doctores, & sic per ista verba non valeat, inducitur nullitas ipso facto: sed tamen distingue quantum ad priuationem potestatis eligendi: sicut distinguit gl.in c.Cumana.e.ti. quia si peccāt in materia, idest in persona electa, eligentes scienter indignum, sunt priuati ipso iure, per c.cum in cunctis eo.ti. Si verò peccant cōtra formam sunt priuandi per sententiam per d. c.quia propter.Ex his patet difficultas huius formæ scrutinij in qua etiam multi perfecti viri deficiunt, practicam ignorantes, vt dicit Pan.in d.c.quia propter, & gl.in c.cum expediat.ext.eo.li.6. In ordine tamē Prædicatorū per cōstitutiones traditur certa forma, ī qua ēt non oīa sunt substantialia: vt ꝙ habens primam vocem in electione decretum formet,

& deinde iuris aliæ subtilitates resecantur.

14 VNDECIMO † quantum ad formam compromissi quæritur, vtrum electio sic fieri possit? Et dico, quod eligendi potestas committi potest aliquib. extra eo. quia propter sed cõpetentius in numero impari. extra eo. in causis, & ca. cum dilectus, & c. cum in iure. Nec oportet istos esse de collegio: ext. eo. cãm quæ oportet tñ, quod sint viri religiosi, sm glo. in d. ca. quia propter põt et cõmitti vni, vt in d. ca. cãm quæ et masculo à monialibus, vt in d. c. causam quæ. et habenti electionẽ confirmare, vt ibi, et non plato. de renun. post translationem. Imo melius expediri potest per vnum, quàm per plures, sm prædictam gl. Imo, sm Pan. in d. c. in causis. capitulũ non solum compromittere põt personis certis potestatem eligendi; sed et pt aliquos eligere, per quos eligantur compromissarij electuri vice capituli. Sed tñ cõmissio nõ valet: primo, si vnus dissentiat, nolens cõpromittere, ext. eo. quia propter, quia nullus iuri suo renunciare cogitur inuitus, extra, quod met. cau. Abbas, & c. ad audientiam: nec secũdo, si fiat sub hac forma, vt quis quæsitis votis in secreto, illum eligat in quem plures cõsentiunt, extra eo. si cui. lib. 5. de quo inf. 14. nec tertio, si fiat de eligendo certam personam; scdm Docto. cõiter. Et facta commissione re integra, talis ptãs reuocari põt, extra eo. in causis, vbi etiã patet, rem non dici integram, qñ iam cõpromissarij cæperũt habere tractatũ: quod verũ est in omni negotio extraiudiciali: quod Inn. latius prosequitur in d. cap. in causis, dicens, quòd cũ attinguntur substantilia negotii; puta, cũ cæperunt de persona eligẽda tractare, desinet esse integrum. Secus si tantũ expleta sunt aliqua ptinẽtia ad actus solẽnitatẽ: vt quia dixerunt missam de spiritu sancto, & hmõi.

15 DVODECIMO † quæritur, an valeat cõpromissum factum ab vno noĩe, seu vice omniũ, aliis præsentib. & non contradicentibus? Et dicit Inn. & cõiter Doc. in d. c. in causis, quod nõ, quia cum res ista non sit leuis, sed importantiæ magnæ, debent sigillatim oẽs inquiri, & expresse consentire. Et hoc dictum nota, & tene in omni re ardua explicanda per vniuersitatem, quia in re onerosa, & graui taciturnitas non hr pro consensu facit glo. in regula, qui tacet. li. 6. Secus in re leui, maximè concupiscibili. Hæc cum multis aliis ex Panor. in d. c. in causis vbi subiungit. Ex quibus potest sumi singularis limitatio ad dictum Inn. in c. 1. de his, quæ fi. à ma. par. cap. vbi notanter dicit quod si in c. tractatur aliquid illicitum, & damnabile: tenentur illi de necessitate contradicere aliàs habentur pro consentientibus: & ita inuoluuntur peccato, & pœna peccat cum aliis expresè consentientib. vt illud dictũ procedat quo ad obuiandum peccato, ne sub velamine taciturnitatis peccatum nutriatur. Sed quo ad validitatem contractus, tene, quod dixit Hæc ille de hoc sup. Consensus. §. 3. in fi.

16 DECIMOTERTIO † quæritur, vtrum potestas data cõpromissariis eligendi prælatum, vel officialem intelligi debeat de idoneo? Et dico, quod sic vnde si electus nõ sit idoneus, nõ tenentur electores illum recipere: vt in d. ca. cãm quæ. Et ibi gl. dicit esse arg. quod cũ aliquod gñale committitur arbitrio alicuius, nõ valet nisi legitimè factum sit de iureiur. Quintaualis, & c. veniens. ff. de rit. nupt. l. quanquam ff. pro socio. l. vnde si Neruæ. Et si arguatur contra ex c. vl. 32. q. vl. & aliis, quæ allegat, solue vt ibi. Et hæc sm Pan. in d. c. cãm quæ faciunt ad quæstionem, qñ cõitas eligit duos ciues, vt vadant ad eligendum Potestatem, vel Capitaneum: quia si illi eligunt indignum, ciuitas nõ tenetur acceptare: quia in generali mandato non venit, vt eligant indignum.

17 DECIMOQVARTO † quæritur, quot modis fieri possit huiusmodi compromissum? Et dico, quod duobus. Primo. s. limitate, vt compromissarii teneantur eligere, in quẽ maior pars totius capituli scrutatis votis oĩum de capitulo sigillatim, & secretè ab ipsis cõsenserit. Et ista forma est, de qua in c. dilecti. eo. ti. & in c. cum expediat, eodem titu. libr. 6. Non tamen valeret, vt dictũ est, & vt dr in c. si cui. eo. tit. li. 7. si fiat cõpromisũ alicui, vel sm gl. et aliquibus sub hac forma, vt ipse secretò, & sigillatim, vel sm gl. à fortiori, si nõ secreto, votis singulorum de capitulo exquisitis, & in scriptis redactis illum eligat, in quem plures de capitulo partium comparatione minorũ consenserit, licet cõsentiẽtes maiorẽ partem totius capituli nõ attingant. Et ista forma sm gl. in d. c. cũ expediat, melior est omnibus formis: quia in hoc electores non abdicant à se potestatem nominationis Secundo fit simpliciter vt, si compromissarii eligant quem volunt.

18 DECIMOQVINTO † quæritur, quæ sint de substantia electionis compromissariæ? Et dico, quod gñaliter in oĩ tali electione requiritur primo, quod seruentur dicta de electione in genere: quia necessarium superiori, necessariũ est inferiori loquendo logicè, secundò, quod teneuerit cõpromissum, vt per se patet, tertiò, quod nõ excedat forma cõpromissionis, extra eo. cum

cum dilecti. quarto, ꝙ electio fiat per verba ſingularis numeri, ēt ſi compromiſſarij ſint plures: aliter non valet. extra eod. ſicut. Dico vlterius, ꝙ ſi cōpromiſſum fiat primo modo .i. limitate, ſolū iſta requiruntur neceſſario: primo, ꝙ compromittentes ſint ſimul cōgregati, & oēs, qui volunt, & debent intereſſe. ſecundo, ꝙ cōpromittant oēs in vnū, vel duos, vel tres, aut quot volūt: ſiue ſint de collegio ſiue non, dūmodo ſint clerici, & non laici. c. contingit. de arbi. tertio, ꝙ compromiſſarius vel compromiſſarij ſcrutentur vota ſingulorū ſecrete, & ſigillatim. quarto, ꝙ eligant illū in quem maior pars totius capituli cōſenſerit, dicendo, Ego N. cōpromiſſarius de conſenſu, & uolūtate cōpromiſſariorū meorū. ſ. ſi habet alios, virtute cōpromiſſi in me, vel ī nos facti, eligo in epm N. in quē maior pars capituli conſenſit. Et ſi in primo ſcrutinio ñ cōſenſit in aliquem maior pars ſcrutinij, dēt tam in forma iſta, q̃ in formā ſcrutinij replicari, donec in aliquem conſentiant: extra eo. cū terra. Et ſi de compromiſſarij fraude dubitatur, poſſent electores facere ſcripta, in quib. nomen eius, in quem conſentiunt, ſcribatur dantes illa cōpromiſſario, quia ea in p̄ſentia oīum recipiat: & taliter īplicet, & cōprehendi nō poſſint, cuius ſint, & deinde coram oībus legat, & eum eligat, in quem maior pars totius capituli conſentit. Si verò fiat cōpromiſſum ſecūdo modo. i. ſimpliciter, requiruntur duo prima ſolum: quibus ſtantib. eligat dicendo: Ego N. compromiſſarius &c. vt prius dictum eſt excepto, ꝙ non dicet, in quem maior pars capituli conſentit. Requiritur ēt ſm Sum. Angel. & Roſ. in hac forma, vt nullus diſſentiat: non aūt in priori. Sed melius ſentit Sup. poſt Piſa. & Archid. ꝙ hoc ſit cōe in omni forma compromiſſi; quia d. ca. quia propter. extra eod. hoc dicens loquitur indiſtinctè. Et ratio glo. ibi dicentis, ꝙ maior pars capituli compromittere non poteſt; q̃a nullus debet priuari iure ſuo; nec aliquis debet compelli ius ſuum alteri dare. C. de contrah. empt. inuitum habet locum etiam in compromiſſione limitata.

19 † Decimosexto quæritur, vtrum cōpromiſſarius, ſi ſit vnus ſolus, ſe poſſit eligere. Et dicit glo. in c. cum in iure. extra eo. ꝙ non: vt de iure pat. per noſtras. & de inſtit. cum ad noſtram. & ff. de tut. & cur. da. l. prætor. & 24. q. 1. dicimus. & quia nemo debet oriri a ſe ipſo. 8. q. 1. in ſcripturis. & ſi iuraſſet eligere meliorem, & ipſe ſit melior, ſecundum aliquos p̄t ſe eligere, ſed tñ inconueniens eſſet, & inhoneſtū, ꝙ ſe eligeret, & ſic ambitioſus videretur, & iō repellendus, per c. in ſcripturis 8. q. 1. & potius dēt renunciare tali p̄tāti, & fatuus eſſet ſic iurans, ſi credit ſe meliorem, vt ſe eligat. Vel dic, ꝙ tunc ipſe intelligit exceptus, quia in gñali ſermone perſona loquens non cōprehenditur. C. de ſolu. inquiſitio. ff. de cōdi. & demonſt. l. qui hæredi. & de iure pat. petitio. hæc gl. Et idem dic de eo, cui per ſuperiorem præcipitur, vt magis idoneū eligat. Vnde ſm Pan. in c. licet. eod. titu. ſi ſupereſſet vnus ſolus Cardinalis, ille habebit electionē, iuxta no. in c. gratum. de poſtul. præl. non tñ poterit eligere ſeipſum, vt in ca. per veſtras. de iure pat. tamen nomine totius collegij poterit dare hanc poteſtatem alteri: & ille nomine totius collegij poterit eligere iſtum, dummodo ceſſet fraus, & ambitio.

20 † Decimoseptimo quæritur, vtrum cōpromiſſarij plures eligere poſſint vnum ex ſeipſis? Et diſtinguo. Nam ſi ex forma compromiſſi hr̃, ꝙ hoc poſſint: hoc pñt, ſecūdum oēs Doct. ſine diſcrepantia & eſt text. in c. cū in iure extra eo. vbi cōfirmatur electio facta ex tribus de ſeptem cōpromiſſarijs de vno ipſorum, ſi ille electioni conſentiat, quia. ſ. vt dicit glo. tunc ſua perſona computatur inter eligentes. argu. l. planè. ff. quod cuiuſque vni. & ff. de adopt. l. ſi conſul. & ſic quatuor intelliguntur; & ita maioris capituli, poteſt autē in ſe conſentire, poſtquam in alium conſenſerat, ſi eius conſenſus in alium non fecerat maiorem partem, quia talis conſenſus illi nō prodeſt. Nec obſtat illud Apoſt. Heb. 5. ſ. Nemo aſſumit ſibi honorem, i. prælaturam: ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.

21 † Qvia dico, quod dupliciter quis prælaturā aſſumit. ſ. inchoatiue ſe primo, & immediatè eligendo: vel, quod peius eſt, practicando: & cōpletiuè. ſ. cōſentiēdo practicæ factę, ſicut qui cōſentit electioni de ſe factæ, vt in ſcrutinio: vel quaſi factæ, vt ī cōpromiſſo qñ ſua vox complet: & primū eſt illicitum non ſm ſi conſentiatur bono fine. ſ. ad obediendū Spiritui Sancto, vel ſubueniendum eccleſiæ. Vide Pan. in d. c. cum in iure. & §. ſeq. Si verò ex forma compromiſſi hoc non habetur. tūc ſunt opiniones, & quidam tenent, & hoc poſſunt. vt Io. in cap. qui epatum. 8. q. 1. & ibi Archi. & Inno. Hoſt. Pan. & Accur. gloſſator iuris ciuilis in l. planè, ff. quod cuius vni. & hoc ſequitur Sum. Roſ. contra Suppl. Sed ea, quæ per iſtos allegantur, non cogunt. Quidam.

verò tenent, ꝙ hoc non possunt, vt Tanc. & Io. de Deo, & Boati. & gl. in d.c. cum in iure, & de forti.c.vlti.& hoc sequitur Sum. Pis. & Arch.& Supple. Et d.gl.adducit duas rōnes, vnā in d.c.cū in iure quia.s. talis seipso videretur electus quæ rō non est bona, vt patebit ex §.seq. Aliam in d.ca.vlt.quia.s.vbi simpliciter nulla adiecta forma datur potestas eligendi aliquibus, puta tribus; ita habēt ptā tem eligendi oēs, ꝙ vnus, vel duo sine tertio eligere non possunt. Vnde si duo eligant tertium, non valet quod faciunt, quia hanc potestatem non habent. Et si ille eligat cū alijs, nō valet, quia nemo seipsum pōt eligere. Intellige primò, siue inchoatiue, de insti.cū ad nostram. Sicut si tres iudices, vel arbitri sint dati simpliciter sine illa clausula, quod si nō oēs; duo sine tertio procedere nō possunt, de offi.deleg. vno delegatorū.§& c.cām mrimonij. Nec ob. ꝙ capitulum, cuius vice isti funguntur, pōt eligere vnū de se; quia capitulū eligit iure cōi siue ordinario: non aūt isti, sed ptāte sibi concessa per capitulū. Sed cū datur aliquib. ptās eligendi de se: vel alijs, si volunt aliquē eligere de se: tunc ptās eligēdi manet penes illos tantum: & eis solis data intelligit, sicut qñ cōmittit cā cū illa clausula, qđ si nō oēs hæc ex gl. sed tñ intellige eis solis, si tñ, ꝙ maior eorū pars hoc possit: vt in d.c.cū in iure. Et hæc rō est bona. Iura aūt allegata opinionē contrariam non concludunt, vt patet intuenti: similiter nec rōnes. Cum.n.dicit Pano. ꝙ ex opinione cōtraria posset seq fraus, qa inter cōpromissarios possēt poni fraudulenter illi, de quib. posset vtiliter prouideri, dico, ꝙ non oportet oēm licitū modū eligēdi carere omni fraude possibili: quia ēt ipsi cōpromittentes statim sine compromissione posset omisso vtiliori eligere min⁹ vtile. Cū ēt adducit in argumentum, ꝙ deputati ad aliqua in pias causas distribuēda, possent distribuere in aliquem ex seipsis egentem dico nō esse simile: quia potest quis dare vocē suam, vt sibi detur eleemosyna, non aūt prælatura. Cū ēt adducit, ꝙ certi officiales deputati ad eligendum aliquos officiales, pñt aliquē ex seipsis eligere, nisi forma ptātis eis tradita resistat, dico hoc fallere, qñ ptās non datur singulis, nec maiori parte, sed solū oīb. collectiue; & nullus eorū pōt in se cōsentire primo, sed solum in alium, quia eo casu est impossibile, ꝙ aliquis eorum habeat omnes voces primo, siue inchoatiue, aut etiam completiuè: dum.s. is qui primo consensit in alium, variat, & consentit in se: quia iura non expresserūt hoc posse fieri nisi quādo in forma compromissi de hoc fit mentio.

22 † SICVT autem dicit Pano. post Philip. iste electus ad augendum numerum non debet consentire dicēdo. Eligo, vel reeligo, ne principaliter disponat in se, contra, c.fi.de instit. sed dicendo, cōsentio electioni de me factę: licet enim ad hoc non sit facta a maiori parte, est tñ in fieri, & oīno fienda. Et debet consentire, ſm eundem, intra tempus statutum a iure electionem fiendam, vel appositum in compromisso, electio suo consensu perficit. arg. in l. bonorum.ff.rem rat.hab. & facit qđ not.gl.in c.quam sit.de ele.lib.6.

23 † DECIMOOCTAVO posito casu d.c.cū in iure.s.cū ex septē cōpromissarijs tres cōsentiunt in vnū de numero ipsorū, puta Titiū, & tres in aliū nō de illo numero: quæritur, quare Titius consentire possit electioni de se factæ a tribus? Et dicit ibi Pan. ſm Host. quē cōmuniter sequuntur Doct. ꝙ vbi proceditur p viā compromissi, vox electi numerū auget, & suā electionē consentiēdo perficit: quo casu procedit d.c.cum in iure. Sed vbi proceditur per viā scrutinij, nō computatur in numero: vt in c. Cumana. extra eo. Nō aūt diuersitatis ista est quia cum proceditur per viā cōpromissi, non dēt esse compromissarijs officium onerosum. Item quia electio nō oritur a se.s. primo, & inchoatiue, sicut ī forma scrutinij. Io. aūt And. in c. per nostras. de iure pat. dat aliam rationem diuersitatis dicens, quod compromissum non arctat ad seruandū formam c. quia propter, vt ibi patet. Et intellige quantum ad ea, quæ dicit illud cap. de forma scrutinij. Vnde possunt, & solent, inquit, cōpromissarij eligere palam, vt quisque audiat vota aliorum. Vnde cum quis non possit eligere, quin sciat se ab alijs electum, consentiē do electioni de se factæ a parte æquali, non vř esse ambitiosus, nec oriri a se, cū sit prius vocatus a Deo, & socijs, vnde merito consentiendo numerum auget, cum sit vnus de habentibus potestatem: nec disponit principaliter seipsum, sed potius dispositioni ab alijs factæ consentit nec est hoc ambitiosum, sed meritorum officiū charitatis, si bono corde fiat. 8.q.1. qui episcopatum. Qñ autem proceditur per viam scrutinij, cū in secreto quisque consentiat, & sic ignorat, an fuerit ab alijs electus, in seipsum consentire nō potest: quia sic videretur ambitiosus.

24 † DECIMONONO posito, quòd ex tribus com-

compromissarijs duo indignum & vnus idoneum eligat: quæritur vtrũ valeat electio vnius? Et dico Doct. esse varios. Nam quidam tenent, ꝙ sic: quia potestas duorũ ad vnum deuoluitur, qui non deliquit alij vero tenẽt cõtrarium: quia cõpromittentes in tres, vñr voluisse, quòd vnius electio nõ valeat Hos. autẽ dicit, quòd non valet in terminis d.c. cũ in iure, pp formã appositã in cõpromisso, s. ꝙ electio fieret ab oĩb. vel maiori parte quasi diceret, ꝙ cessante tali forma valeret electio facta a minori parte, ex quo alij compromissarij sunt priuati. Pan. aũt dicit hanc q. dependere ex alia: vtrum, s. potestas delinquentium cõpromissariorũ deuoluat ad capitulum, aut ad non delinquentes, & ei dictum Host. non placet, quia etsi nihil dictum fuit in compromisso; tamẽ intelligitur tacite, ꝙ fiat ab omnibus, vel saltẽ a maiori parte. Vnde quemadmodũ valeret facta a minori parte: ita dẽt valere cũ fuit dictũ in cõpromisso, fieret ab omnibus, vel a maiori parte. Nam alijs priuatis electio dici põt facta ab omnibns: quia facta fuit ab illis, in quos tota potestas deuoluta est vt habetur in simili in cap. congregato extra eo. Nam certum est, ꝙ etiam compromissarii eligentes scientes indignum, sunt priuati potestate eligendi: vt in ca. si compromissarius. eo. tit. lib. 6. Nec delictum maioris partis dẽt nocere minori, vt potestas redeat ad capitulũ, & d.c. si compromissarius, quod. s. dicit eã reuerti ad electores seu capitulum, loquitur inquit, qñ oẽs compromissarii delinquunt eligendo scienter indignum. Secus si oẽs coelegunt. & electio facta a minore parte, reperit facta de idoneo hæc ex illo. Qui sentit, quòd eo casu electio valeat. Et hoc sequitur Sum. Ros. contra Supp. & certe male.

25 Qvia † potestas compromissaria non se extendit vltra q̃ intendant cõpromittẽtes, q̃ qñ compromittunt in tres, ideo hoc faciunt, quia ligari nolunt ad vnũ solũ, ideo melius, ſm Arch. & Sum. Pis. & Sup. dr̃ indistinctè, siue omnes, siue maior pars sic delinquat, quod reuertitur potestas ad electores. Nec fit iniuria parti minori quia talis potestas ei nõ competit, nisi quatenus intendunt compromittẽtes, vnde dicta electio non valet.

26 Adde † primo, quòd si compromissarius nõ eligit intra tps a iure statutũ, eligẽdi potestas deuoluitur ad superiorẽ, ad electores autem si eligat indignum etiam ignorãter, nisi electionẽ sciẽter factã ratã haberẽt, & similiter deuoluitur ad eos, si idoneus electus non consentit: vt in d. cap. si compromissarius. Ad de secundo, ꝙ si compromissarius eligit scienter indignum non puniuntur compromittentes nisi ratificent, sed ipse triennio suspensus est a beneficiis, quæ obtinet illa ecclesia, quã sic eligendo offendit. Sed dicta pœna locum non habet, nisi ipse sit eps: & electio sit de episcopo, vel superiori. Et idẽ de eo qui electionem, postulationem, seu prouisionem impugnans in probatione deficit eius, qđ obiicit in personam, vt in d.c. si cõpromissarius. Adde tertiò, ꝙ si compromissarius acceptans cõpromissum, habet potestatẽ confirmandi nõ est necesse, ſm Arc. ꝙ prius eligat, & deinde confirmet, sed sufficit, ꝙ vigore suæ ꝑlationis & compromissionis. & auctoritatis instituat in prælatum illum, de quo sibi vr̃. Sed de hoc vide Pan. in c. causam quæ. eo. ti. & d. ca. vt ibi. Adde quarto. ꝙ compromissarius prouidere potest de persona cuiuscunque loci ar. 63. di. lectis. & cap. Reatina: tutius tamen & melius est, ꝙ de ipsa ecclesia eligat, extra eo. & quod sicut. & 23. dist. in nomine Domini.

27 Vigesimo † quantum ad formam cõis inspirationis q̃ritur qualiter, quot modis fiat? Et quantum ad qualiter, dico, ꝙ non reperit circa hoc determinata fotma, ſm Arc. & Pan. in d.c. quia ꝑ ꝑ. Vnde sufficit qualitercunq; electores exprimant votum suum. Quantum verò ad reliquũ, dico, ꝙ ſm Pan. ibi post Ho. in verbo, quasi per inspirationem, fit duobus modis. Primò per veram inspirationem, qñ fit auctore Deo, nec indiget alia confirmatione: vt fuit electio beati Nicolai, Ambrosii & Seueri, de quib. 61. di. §. his omnib. Secundò, quasi per inspirationem: quando. s. nõ cõstat, ꝙ auctore Deo sit facta: sed præsumitur ꝙ omnes de collegio, vno ore consentiant in aliquem, nullo a præcedente tractatu.

28 Vigesimoprimo q̃rit, q̃ sint de substãtia huius electionis? Et dicit Pan. ibidẽ, qđ sunt duo. Primò, ꝙ sit facta ab oĩb. vna. n. ꝑte contradicẽte nõ valet electio, q a ñ vr̃ facta Deo inspirante. arg. 8. q. 1. si ergo. Scd̃ò, quod fiat sine vitio, s. simoniæ, vel tractatus specialis. Sed quãtũ ex ipso & Arc. & aliis Doc. colligo, requirit primo, ꝙ oẽs congregentur. Scd̃ò, ꝙ oẽs in istã viã procedendi consentiant: quia si vnus nollet, oporteret procedere per viam scrutinii, sicut & de compromisso dictum est per viam aũt scrutinii cum illa in d. cap. quia ꝑꝑ. ponatur principalis, non obstat si vnus procedere nollet, modo hoc velit pars maior Tertiò, ꝙ oẽs consentiant in vnam ꝑsonam,

quia ſi cõſentiatur in duos, non valet, nec eſt inſpiratio cõis, i. oĩb. conueniens. Quartò, ꝙ fiat ſine vitio ſimoniæ. Quintò, ꝙ nullus præcedat tractatus ſpecialis, in quo nominetur certa perſona, generalis, autem ſecũdum Io. And. fieri poteſt; puta ſi quis hortetur ad orationem, vel electionem pro bono prælato.

RVRSVS De electione 3. quantum ad aliqua determinata perſonarum genera.

1 *Electio tertio conſiderata, reſpectu. ſ. certarũ perſonarum, ac primum Papa, a quib. celebrari debeat. Et quid deficiente toto Cardinalium collegio.*

2 *Dubiorum in eccleſia emergentium interpretatio ſede vacante ad quem pertineat.*

3 *Cardinales quẽ eligere debeant aut poſſint. Et an in electione Theologus Iuriſta ſit præferendus.*

4 *Eligendo Papa, quanam forma ſit adhibenda. Et an ſede vacante, cœtus Cardinalium papalem iuriſdictionem exerceat Et quatenus.*

5 *Papa num Imperatorem eligere poſſit. Et quid de Imperatoris electoribus, num eos Papa inſtituere queat, aut inſtitutos mutare nu ſeq.*

6 *Electores Imperatoris abs quo, & quot creati ſint. Et cuiates ſint.*

7 *Iura circa monialium electionẽ, quid ſanciuerint. Et cuius ætatis eſſe debeat. Et an collatio in monialium electionibus de zelo ad Zelum, aut de merita ad meritum fieri debeat, an vero de numero ad numerum. Et quid in his appellari contingat. nu. ſeq.*

6 *Eligendi modi, an ſint omnes monialibus cõcs. Et an eligendi poteſtatem ex compromiſſo habentes poſſint ſuis votibus, & ſuffragijs numerum ſuffragiorum, ac votum adaugere.*

1 ELECTIO † tertiò, quantum ad aliqua determinata perſonarum genera: puta Papæ, Imperatoris, monialiũ, & hmõi: q̃dã continet ſpãlia documenta, vnde ſpãliter de hac agendũ eſt. ¶ Primò vero quãtũ ad electionẽ Papæ multa dicent inf. Excõicatio 9. §. 2. ſed nunc bř dicendũ eſt de electorib. eligendo, & forma eligẽdi. Vnde quæritur, a quib. dẽat celebrari? Et dico, ꝙ Romanis ſm antiqua iura cõceſſũ fuit tale ius eligẽdi: vt dicit Ange. de Anch. & patet ex illo c. ego Ludouicus. di. 63. quodã vero tpe cõceſſum eſt Imperatori, vel ſaltẽ requirebat aſſenſus eius; & hoc pp deuotionẽ Imperatorũ ad eccleſiã, & adiutoriũ eorũ cõtra hæreticos, & ſchiſmaticos: vt diſt. 23. in noĩe & diſt. 63. Adrianus. & c. in ſynodo. Sed poſtmodũ: quia tali priuilegio abvtebantur, fuit eis ſublatum. vt diſt. eadẽ. §. verũ. & c. cũ Adrianus, & nũc ad ſolos ptinet Cardinales; vt patet ex c. licet. de elc. & ex c. vbi periculũ. eo. ti. li. 6. vbi dř, ꝙ ſoli Cardinales debent includi pro electione Papæ. Deficiẽte tñ toto collegio Cardinaliũ, electio Papæ ad Romanũ clerũ pertineret, & ille ſuccederet Cardinalibus: quia Papa eſt eps Romanus, & ſua eccleſia eſt S. Ioann. Lateranenſis: vt ad canonicus, & clericos illius eccleſiæ ptineret electio licet ſm do. Ang. eo. caſu tutũ eſſet cõgregare cõcilium. & hoc tũ ad vitandũ ſchiſma, tũ ad interpretandum dubium; quia dubium eſt ad quem ſpectaret electio.

2 † DVBIA aũt emergentia eccleſia ſede vacante concilium gñale habet interpretari. Nec obſtat, ꝙ concilium generale congregari non poteſt, niſi auctoritate ſummi Pontificis. diſt. 17. per totum quia verum eſt ipſo viuente: in dicto tamen caſu hoc facere deberet Imperator, & Reges, ac Principes Chriſtiani. Vide tamen Pan. in c. licet, eo. tit.

3 † SECVNDO quæritur, quẽ eligere debeãt, aut poſſint Cardinales? Et dico ſecun. Aug. de Ancha. quòd eligere pñt vnũ de collegio, & non de collegio Cardinalium. diſ. 23. in noĩe, & ſic multi electi ſunt nõ de gremio Cardinaliũ: cæteris tamen parib. magis eligere debent vnum de collegio: vt idẽ probat multis rõnib. vt patet ex d. c. in noĩe. Et debent primo eligere cæteris meliorem in conſcĩa eligentium, non quidem meliorem ſimpliciter, ſed ad hoc regimen, mõ exiſtimetur bonus, qui. n. crederetur malæ vitæ, nullo mõ eſſet eligendus, quantumcũq. alias idoneus. Hic tñ ſm eundẽ Aug. opus eſt duplici limitatione. Prima, ſi æque facile eſt eligere magis idoneum ad hoc ſicut alium, quia vbi non eſſet æque facile: vt ſi is, quem credit minus idoneum, habet plures voces; ſic poſſet ſuã conſcĩam quis alijs conformare, æſtimando illũ magis idoneum, ex quo pluribus vř: vel etiã quia ſine ſua voce peruenitur ad numerũ ſufficientem Secunda, vt intelligatur hoc de debito honeſtatis, ſeu conſultorio, & nõ neceſſitatis, ſeu præceptorio, quia ſufficit eligere idoneum, licet non ſit magis idoneus, quod ſm S. Tho. verum eſt in foro contentioſo, nõ aũt in foro conſcĩæ. Et debent ſecundo eligere cæteris parib. doctiorẽ, quia ſcĩa multũ confert ad regimen: & cæteris parib. magis Theologum, q̃ Iuriſtam, ſm eundem Aug. tamen ex parte eccleſiæ cui perficitur, qa p eã ñ intelligunt muri, aut poſſeſſiones, ex quib. litigia conſurgunt dirimẽda periura: ſed animæ fidelium informandæ fide, ac moribus, qđ Theologia facit: tũ ex parte ſcientiæ, qua præfi-

præficitur: quia ſcientia omnibus præeminēs
conuenit prælato ſummo, tum rōne vniuerſa
lis iudicij de omnib. quod congruit papæ: q̄d
iura non miniſtrant, quæ non corrigunt om-
nia mala: ſicut Theologia, quæ continet ius di
uinum. Nec obſtat, ſi dicatur, q̄d ſine peritia
iuris exulat concordia, quā papa facere dēt:
quia dicit idem, ꝙ ad lites dirimendas papa pt
& dēt aſſumere contēptibiles de eccleſia. i. iu
dices ſæculares, vt ait Apoſtolus: ſicut ēt Apo
li inſtituerunt ſeptem diaconos, vt vacarent
tēporalibus: & propterea bonus Theologus
non eſt nudus a legibus: quia ſacra ſcriptura
omnia continet, quo ad ſubſtantiam, ueritа-
tis, etſi non quo ad litigiorum formam.

4 Tertio † quæritur, quæ forma in electio
ne papæ ſeruanda ſit? Et dico, ꝙ q̄ forma ſer-
uaretur, antiquitus, in decretis non habetur:
ſed Alexander tertius in Lateranenſi conci-
lio ſtatuit, ꝙ duæ partes Cardinaliū, qui ele-
ctioni intereſſent, cōcordarēt in unū ad hoc,
ut eſſet papa, ut patet ex c. licet. de elec. Exin-
de Gregorius X. in concilio Lugdunenſi ad-
didit, ut mortuo papa Cardinales pn̄tes in lo-
co mortis expectent abſentes per dies qua-
tuor, poſt quos debent intrare conclaue ob-
ſeruandum per dn̄os, ſeu rectores, vel officia
les loci: & inde nō exire, niſi electione facta,
aut infirmitate ſuperueniēte. Circa, ꝙ multa
habes inf. Excōicatio 8. §. 12. & ſumpta ſunt
ex c. ubi periculum. de ele. lib. 6. quæ quidem
conſtitutio, ut dicit Io. And. gl. q̄uis reuocata
fuerit ꝑ Adrianum, & Ioānem, tn̄ fuit per Ce
leſtinum quintum renouata, & per Bonifaciū
cōfirmata, & poſita in ſexto. Demum Clemēs
quintus in concilio Vien. ad dictam formam
addidit quædam: ut habetur in cle. ne Roma-
ni. de ele. ſ. ꝙ Cardinales per exceptionē ex
cōicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti ab ele
ctione repelli non poſſunt. Et ꝙ officiū came
rarij, vel pœnitētiarij maioris, uel aliorum pœ
nitentiariorum duret ſede uacante: & ſi defi-
ciant poſſit cœtus Cardinalium ad tempus
vacationis alios ſubrogare loco pro numero
deficientium, vel ampliori, ēt quo ad pœnitē
tiarios, ſi hoc eidem cœtui coocorditer expe
dire videbitur: ſi tn̄ nullus deficiat, nullū adde
re pn̄t, ſm̄ gl. Et ꝙ ſi oēs Cardinales ſimul, vel
ſucceſſiue conclaue exire cogerentur: puta,
ꝑꝑ incendium: vel timorem mortis: hi quorū
erat cuſtodire conclaue, quā citius poterunt
oēs reintrare compellant congruum locum,
ꝓut ipſi Cardinales conuenerint. Et ꝙ cætus
Cardinailum ſede uacante non exerceat pa-
palem iuriſdictionē, niſi inquantū permittit
Lugdunenſe concilium in d. c. vbi periculum,
nec illud, vel eius partem poſſit alterare, cu-
ius cōtrarium aliqui doctores prius tenebāt,
ut Hoſtien. dicens non eſſe ueriſimile Dei fi-
lium voluiſſe, ut ſede vacante, aut grex fi-
delium ſine paſtore, aut ſine ſponſo eccleſia
eſſet. Cui reſpondet Io. An. in glo. ibi, ꝙ ſpon
ſus, tutor, & paſtor, caput eccleſię Chriſtus ē:
allegans ad hoc multa iura. Vnde licet defi-
ciat uicarius, non tn̄ deficit principalis, & q̄a
uicarius ſoli Petro, & ſucceſſorib. datus eſt:
nō hēt vicariā cętus Cardinaliū. Reprobatur
ēt op. Hug. d. 79. nullus, qui dicit Cardin. tūc
poſſe creare Cardinalem: quo eſt falſum.

5 Qvarto † quantum ad electionem Impe
ratoris, licet non ſit ad eccleſiaſticā dignita-
tem: quæritur, utrum papa eligere poſſit Im-
peratorem per ſeipſum? Et dicit Aug. de Anc.
q̄d ſic, ex iuſta & rōnabili cā, puta, ꝑꝑ electo
rum negligentiam, & diſcordiā, aut electi bo
nitatē, & condecentiam, aut Chriſtiani popu
li, & pacis ꝓuidentiā, aut hæreticorū ſchiſma
ticorū, & hmōi audaciā coercēdā: quia Impe
rator eſt miniſter papæ, eo ipſo, ꝙ ē miniſter
Dei, cuius papa eſt vicarius: principalis autē
agētis eſt eligere miniſtros, & inſtra ad ſuum
finem: qui in papa eſt pax, & bonum eccleſię,
ſicut militaris, cuius finis eſt uictoria, eligit e-
queſtre, & freneſactiuā. j. Ethico. dr̄ tn̄ Impe-
rator recipere gladium a Deo. 23. q. 4. quæſi-
tum, qua non recipit illum a papa. ut eſt ſin-
gularis perſona: ſed ſolū vt eſt uicarius Dei.
¶ Quinto quæritur, vtrum papa poſſit Impe-
ratoris electores inſtituere, aut inſtitutos ex
rationabilis cauſa mutare? Et dico, quod ſic: ſi
cut & Imperatorem poteſt eligere, & electū
non confirmare: & confirmatum deponere: ſi
cut Stephanus ſecundus natione Romanus,
ſeu eccleſia Romana oppreſſa ab Aſtulpho
rege Longobardorum, & petens auxilium a
Conſtātino, & Leone filio eius Imperatorib.
Conſtantinopo. & nō obtinens. Imperium ad
Carolum magnū Pipini filium tranſtulit. ut
dicit glo. in c. venerabilē. de ele. & hoc anno
Dn̄i 776. q̄ Carolus poſt annos 15. coronatus
eſt a Leone Papa 3. & quē Carolū Zacharias
ꝑdeceſſor eius ſubſtituerat Ludouic. regi Frā
corū, quē depoſuerat, ut legitur 15. q. 6. alius.

6 Et † ſimiliter Greg. 5. tpe Ottonis Impera
toris, conuocatis, & requiſitis principib. Ale-
maniæ, ſeptem electores inſtituit officiales ip
ſius curiæ Imperialis, quatuor ſ. laicos, ut re-
gem Bohemiæ, ducē Saxoniæ, comitem Pala
tinum,

tinū,& marchionē Brandeburgēſem: & tres clericos,ut archiepiſcopum Magūtinū, Colonienſem,& Treuerenſem. De Alemania autē ſolum tales electores ſunt aſſumpti, ſm Arc. Primo,quia inde fuerūt principes, q ecclesiā liberarūt de Lōgobardorum ſeruitute,& impiorum Romanorum. Secundo,rōne deuotionis illius populi ad ſanctos Apoſtol. Petrum & Paulum: quod eorum oſtendit peregrinatio cōtinua. Tertio,quia ſic voluit Gregorius inde natus, & conſanguineus Ottonis. Sicut autem Romani ante Chriſti aduentum ꝓpter zelum reipublicæ,& obſeruationem legis,ac iuſtitiæ Imperium meruerunt: ut patet ex ſecundo Mach.& per Aug.5.de ciuit. Dei. c.12. ita cū poſtea firmis ad uirtutem cōtrarijs fuerunt armati merito,& imperiū,& eligēdi Imperatorem fuerunt poteſtate priuati, ſecūdū Aug.de Anch. quamuis rex dicatur Romanorum. Et ſicut ab apoſtolica ſede hoc Alemanis eſt conceſſum: ita cum expediret unitati, & paci Chriſtianitatis,poſſet immutare, ext. de ele.venerabilem,ubi etiam patet, ꝙ ſi duo eligantur,ad papam pertinet alteri fauere,ut alterū p̄eligat magis idoneū,ꝓ eccleſiæ aduocatione,& defenſione,& cui fama,vita, & iuſtitia magis ſuffragantur. Et idem eſt,qn̄ pars vocata,& expectata nollet eligere,aut ad eligendū cōuenire: quia ſedes apoſtolica aduocato, & defenſore carere nō dēt. Vnde cū Lotharius & Corradus electi fuiſſent in diſcordia,papa Lotharium coronauit. Et ſimiliter poſſet Papa prouidere de Imperatore ꝑ hr̄ditatē ſucceſſoriā,qn̄ videret hoc paci Chriſtianitatis expedire:quia hoc eſt de iure poſitiuo in quo papa hēt plenitudinem poteſtatis. Et hoc ſecūdum Aug.de Anch. eſſet magis expediēs. Primo qa ſi Imperator ſciret imperium etiam ſuis filijs deberi magis conaretur ad iuſtitiæ,& eccleſiæ defenſionē. Secundò, qa nō ita faciliter rebellarent fideles aſſueti obedire Imperatori, & eccleſiæ, cuius eſt miniſter familiaris. Tertia, qa ex morte Imperatorū, aut electorum diſcordia,plerunq; eccleſia caret defenſore,& bella naſcuntur, & ipſe Imperator cōtēnitur. Hoc tn̄,ſm Arc.nō eſt faciendū:qa inde ſcandala multa ſequi poſſent: a qb.abſtinēdū eſt,ēt in malis tolerādis, nedū in ꝓmouendis maiorib.bonis,diſt.3.deniq;

7 SEXTO † quantum ad electionem monialiū,quæritur,qd circa ipſam iura velint? Et dico, ꝙ nulla monialis admitti dēt ad electionē,niſi 12.annum peregerit & ſi tacite,vel expreſſe ꝓfeſſa:nec in abbatiſſam eligi pōt,aut in priorisſā,ubi ꝑ prioriſſam gubernatur, niſi poſt triceſimū annū, & expreſſā profeſſionē. Et cū per ſcrutiniū procedit electio a duob. partibus celebrata, nō obſtāte alterius partis appellatione, p̄miſſa tn̄ diligenti examinatione,ſi alias fuerit inuenta canonica, confirmetur,& benedicenda benedicatur. Sed ſi nulla electionū eſſet a duab.partib. celebrata, non obſtante,ꝙ ſit ſcrutinium publicatum,aut ēt ad electionem proceſſum, pn̄t aliæ moniales antequam ad actus extraneos diuertant, ad illam accedere,quæ a maiori numero totius. ſ.capituli electa eſt: quæ ſi per hoc ueniatur ad duas partes cōfirmetur,ut ſu.ſed nihilominus cōtra eā ſic cōfirmatā, poſtq̄ fuerit in adminiſtratione, aliæ poterunt opponere per modū denunciationis, uel accuſationis, ut a dignitate remoueatur:ꝙ ſi ad illā, q̄ a maiori parte electa eſt,aliæ nolunt accedere,vel non tot,ꝙ ad duas partes aſcendant:tunc ſuꝑ obiectis,quæ faceret pars altera,& ſuꝑ alijs,quę ſunt inquirenda plane,& ſine ſtrepitu iudicij per ſuperiorem ante cōfirmationem inquiratur:ſed ipſa interim in tꝑalib. & ſpiritualibus adminiſtret,ita tamen, ꝙ nec de rebus monaſterij aliquid alienet, nec recipiat monialem. Si qua vero a minori parte electa, vel noīata fuerit,nō valet:nec dicto mō ad eā p̄t accedi.

8 NOTA † tn̄, quod in electionibus monialium nunq̄ dēt collatio fieri zeli ad zelū, aut meriti ad meritum: ſed ſolum numeri ad numerum. Si vero procedatur per formam compromiſſi:ſi minor pars ſe opponit electæ, nihilominus confirmetur,& benedicatur, non obſtante minoris partis contradictione:ſed ſi ſe opponeret pars maior, differretur confirmatio,vel infirmatio, donec de obiectis,& alijs fuerit inquiſitum, ſed interim adminiſtrabit vt ei p̄mittit, niſi pars opponentiū fuerit duplo maior:qa tunc non adminiſtrabit, ſed expectabit litis euētū. Et ſi hmōi electionib. contingat ad curiā appellari, dēnt cās exprimi,ſm modū conſtitutionis.c.circa.extra eodem li.6.ſed ipſe ire non dēnt, quin potius, ꝓ curatores conſtituere. Et prædicta oīa locum habent ēt apud mulieres, quæ viuunt quaſi canonicæ: excepto, quod dictum eſt, vt non eligantur,nec eligant non profeſſæ; quia tales non profitentur. hæc omnia ext.eo. c. indēnitatibus. li.6. De excōicatione autem eorum, qui ad moniales in electionibus dirigendas vocātur,niſi abſtineant ab his,quibus inter eas,aut oriri,aut nutriri poſſet diſcordia, infra. Excommunicatio.8.§.15.

SEPTI-

9 Septimo † quæritur, utrum præter duos prædictos modos eligẽdi, cõueniant alii monialibus? Et dico, ꝙ sic. Primo, s. per cõem inspirationem, quia iste modus concedit̃ omnibus de iure, in c. quia propter, de elec. & nullibi monialib. prohibetur, ñ obstãte, ꝙ de eo mentio non fiat in d. ca. indemnitatibus, quia non oportebat: cũ in eo discordia locũ ñ habeat. Et secundo, per quandã mistionẽ ex scrutinio, & compromisso vt patet in c. cum dilecti, extra eo. & c. cũ expediat. lib. 6. eo. tit. iuncta glo. quando. s. in aliquos sic compromittunt, vt eligant eam, in quã maior pars cõsenserit: quo casu ẽt dicti cõꝓmissarij vocẽ hñt in electione, ẽt si sint mares, nõ de collegio, ẽm aliquos, verũ est indubitate in ipsa forma li electione: cum hoc conueniat cuilibet compromissario, vt patet ex verbis, quibus eligit.

10 Vtrum † autem suis vocib. possint augere numerum vocum; quidam dicunt, ꝙ sic, & ita aliquando uidi in practica seruatum: sed male, nisi ad hoc habeant speciale mandatum collegii: quia quicquid iuris ibi habent, totũ est a collegio eos eligente: quod sine expressione non præsumitur tradere hanc facultatem, cum requiratur consensus non solũ maioris partis, sed etiam omnium, vt patet per no. in c. causis eo. tit. imo si hoc exprimeret̃ ꝑ unum de collegio alijs tacentibus, non valeret, arg. eorum, quæ dicit Pan. in c. nonne, de præsump. & in d. capit. in causis. Quæ tamen sunt de substantia in via meri scrutinij, non sunt de substantia huius scrutinii, ut supra electio. 2. §. 15.

DE ELEEMOSYNA.

1 *Eleemosyna vnde dicta sit, & quotuplex. Et sub hac quòd eleemosyna secundum corpus septem species, & totidem secundum annum sint. Et vtra meliores, ac salubriores sint.*

2 *Eleemosyna, an & quando sub pracepto sit. Et in hoc dicta quatuor, & ad hac conclusiones quinque.*

3 *Eleemosyna, quibus & quo ordine pauperibus danda sit, & nu. 4.*

5 *Eleemosyna de quo danda sit. Et ĩ hoc dicta aliquot.*

6 *Turpitudo vbi ex parte dantis simul, & accipientis est, licet acceptum in pias causas erogari debeat, in foro tamen pęnitentiali accipiens èrogare, aut restituere non tenetur quod tamen limita vt ibidem.*

7 *Eleemosyna a quo dari possit. Et ad id multa axiomata.*

8 *Mulier sub viri potestate degens, an citra conscientiam de mariti bonis eleemosynam facere possit, & id, quibus casibus.*

9 *Pauperibus aduersus diuites, vt sibi subueniatur, an actio competat. Et num saltem iudicis officium implorare queant.*

1 Eleemosyna † dicta est ab eleeo, verbo Græco, quod est misereor. vnde sonat aliquid ad misericordiã pertinens, & dupliciter sumi. s. ꝓ obiecto: & sic est res eleemosynaliter tradita: puta, vestimẽtum, aut cibus, & pro actu. Et hoc modo ẽm S. Bona. in 15. dist. quarti, sumitur tripliciter. Primo. s. cõmunissime: & sic cõprehẽdit oẽ opus misericordiæ impẽsum proximo, vel sibi, iuxta illud Eccles. 30. Miserere aĩæ tuæ. Scdò cõiter, & sic cõprehẽdit oẽ opus misericordiæ impẽsum proximo corporale, vel spũale. Tertiò ꝓprie: & sic cõprehendit opus pietatis impensum proximo ad releuandũ indigentiã corporalẽ. Vnde ẽm S. Th. 2. 2. q. 32. quædam eleemosynæ sunt corporales: septem. s. opera misericordiæ corporalia contenta in hoc versu: Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, cõdo, quæ quidem nota sunt oĩbus & quædam spũales, septem. s. opera misericordiæ spiritualia, cõtenta in hoc versu: Cõsule, corrige, solare, remitte, fer ora. Ita tamen vt sub consule, intelligatur ẽt docere: vnde ista opera sunt, docere ignorantem, cõsulere dubitanti, corrigere peccantẽ, consolari tristem, remittere offendẽti, supportare onerosos, & pro omnibus orare: sunt autem eleemosynæ spũales absolute corporalibus meliores. Primo, quia per eas exhibetur spirituale corporali nobilius. Secundò, quia per eas subuenitur spiritui nobiliori corpore. Tertio, quia per eas subuenitur actibus spiritualibus qui sunt corporalibus digniores: in particulari tamen casu sunt aliquando corporales præferendæ: sicut qui famæ moritur pascendus est potius, quam docendus.

2 Primo † vero quæritur, vtrum & quãdo eleemosyna sit sub præcepto? Et dico, quod eam esse sub præcepto in aliquo casu nullus dubitare dẽt: quia ꝑꝑ hoc, quod eã non exercuerunt aliqui damnabantur, quia tamẽ hoc præceptum tanquam affirmatiuum non obligat ad semper, difficultas est, atq; dissonantia inter doctores, quando sit casus, in quo quis ab hoc obligatur, ut diffuse, in quadã Aureæ Ros. quæstio. tractaui, sed restringendo breuiter veritatem, distinguendum est. Nam bonũ quod homo habet dabile in eleemosynam, est multiplex. ¶ Primum, est necessarium necessitate quasi absoluta. i. sine quo viuere nõ posset ipse, & sui. quorum necessitatibus habet prouidere: puta, valor aureorum quinquaginta. ¶ Secundum est necessarium, quasi ne-

necessitate cōditionata, i.sine quo viuere nō
pōt decenter iudicio prudentium, & exēplo
virtuosorū ipse,& sui: puta,valor aureorum
centum nec oportet in iudicando superfluū,
ꝙ cōsiderentur oēs casus,scd̄m S.Th.qui con
tingere possent in futurū: sed dēt iudicari su
perfluum,& necessariū,scd̄m ea,quæ ꝓbabi
liter,& verisimiliter occurrunt.¶ Tertiū est,
ꝙ continetur quidē intra bonum necessariū 3
ad decentiam:sed tñ sic, ꝙ eo sublato stat de
centia, & eo addito decentia non exceditur.
Terminus n.requisitorum ad decentiā nō est
indiuisibilis:puta,centū aurei:sed est in qua-
dā latitudine;puta, nōn minus,quā centum,
nec plus, quā centū viginti, ita ꝙ isti viginti
pñt addi,& minui stante decentia. ¶ Quartū
est superfluum,i.cē excedens quinquaginta,
& centum & viginti:ita ꝙ non est necessariū
ad viuere,aut decēter viuere, sicut sunt cen-
tū in habente ducēta & viginti. Primum igit̄
bonum, i.quinquaginta sit a, & secundū,i.cē
tū sit b,& tertium,i.viginti, sit c.& quartū,i.
alia centum,sit d.& tunc dico multas conclu
siones. ¶Prima,Habens superfluum ad viue-
re,licet necessarium ad decenter viuere, i.ha
bens b.tenetur, de eo eleemosynā facere in
extrema necessitate,i.qñ apparent probabi-
lia signa extremæ necessitatis futuræ, nisi ei
prouideatur:& patet conclusio 4.dist.15.art.
1.q.4.in corpore vbi dr̄,ꝙ tenetur quis prius
seruire necessitati absolutæ proximi, q̄ suæ
cōdōnatæ:& ꝙ præceptum legis est, vt quis
det de necessario ad decentiā.Patet ēt rōne,
quia tenemur magis amare vitā proximi, q̄
res nostras,aut nostram corporalē decentiā,
cū sit obiectū dignius: vnde ꝑꝑ vitā abdica-
mus decentiā. Et licet viro nobili sit grauius
morte viuere indecenter ꝑꝑ suam impruden
tiam,aut negligentiā,seu violentiā,secus ꝑꝑ
fraternā pietatē,nisi iudicando fallatur. ¶Se
cunda cōclusio. Dare eleemosynā de toto b.
extra necessitatem extremā, neq.est præce-
pto,neq.de cōsilio:sed est illicitum, quia nul 4
li licet in aliquo statu viuere indecenter,nisi
ꝑꝑ maiorem alterius necessitatem. Tertia cō
clusio. Dare aliquid de b.extra necessitatem
extremā est consilium, quia perfectionis est
plus alij,quam sibi de tꝑalibus velle,vt alius
viuat se decentius. ¶Quarta.Nihil habens su
perfluum ad decenter viuere, nec ad viuere,
nulli tenetur eleemosynam facere de præce
pto,nec de consilio,nisi in casu, quo iuuaret̄
res publica, aut ꝑsona reipublicæ se vtilior,
quia tunc est de consilio,eo quod bonū,sit ꝓ
cōi salute exponere vitam suā.¶ Quinta.Ha-
bens superfluum ad decentiam, tenetur dare
sub præcepto, vbi adest necessitas decentiæ,
licet non ad sit extrema. quarto, vbi sup. ad
quartum,& intellige quando non putat veri
similiter,quod occurret alius; cū melius erit
eleemosynam tradere.Et de prædictis omni-
bus vide in Ros.aur.casu 57.

†SECVNDO quæritur, q̄b.eleemosyna dan
da est?Et dico multa. ¶Primum.Eleemosyna
pauperib.danda est, qui suis manib. operari
non pñt.82.di.§.1.Scd̄m.Ei qui laborare pōt
dāda non est,arg.dist.1. & ibidē c.ep̄s. & 5.q.
5.non oīs.vnde & gl.dicit supra Matthæū, ꝙ
iustius feceris, si iniuste petentē correxeris,
quam si ei dederis,& s̄m leges pauper,qui la
borare pōt, si se immiscet eleemosynæ, si sit
condōnis seruilis,redigitur in seruitutē: & si
verò sit liber,aliter punitur.C.de mendi.va-
li.l.vnica.li.11.aut de quæsto.§.si vero.colla.
9.nec curo de diuersitate,quę est inter dicta s
leges,sed tñ limito ista vera,qñ is,qui labora
re p̄t inuenit ad laborandum. ¶Tertium.Etiā
malis, & peccatorib.eleemosyna danda est.
dist.42.c.quiescamus.& 1.qō.2.q̄ pio. nisi qñ
ꝑꝑ securitatē cibi iustitiā negligeret, q̄a tūc
subtrahēdus est.5.q.5.nō oīs. & cōcor. S.Th.
in 4.dist.15.dicēs, ꝙ peccatori dāda est elee-
mosyna ad sustentationem si indigeat,cū prę
cipiatur nobis ēt bene facere inimicis, qui.s.
sūt mali,si nos sumus boni, nihil tñ debemus
ei dare ad malitiam fouendam. Vnde si con-
staret eum data abuti in peccatum: dari non
deberet,nisi exposceret extrema necessitas.
¶ Quartū.Deputatus executor ad distribuen
dum certa bona pauperib. distribuere potest
inter suos consanguineos, secundum Pa.in c.
1.de coha.cler.& mulie. nam clericus pōt in
pauperes cōsanguineos de rebus ecclesiæ da
re,qui est distributor: vt in d.c.1. & 16.q.1.c.
si.sibi autem distribuere non potest: vt in §.
si tibi centum.l.si mandauerit. ff.mandati.

†TERTIO quæritur, quo ordine pauperib.
danda est?Et dico duo.¶Primum.In danda e-
leemosyna præponi dēt primo ipsemet:dein
de sui, deinde noti, demum boni,deinde ex-
tranei:de quo vide tex.in c.nō satis.86.dis. &
tex.cū gl.in d.c.quiescamus,quod limita cæ-
teris paribus:quia tanta posset esse necessitas
in extraneo,ꝙ noto, & cōiuncto præponere
tur.& concor.S.Th.2.2.q.32.dicens:ꝙ magis
subueniendū est cōiunctioribus, quā obue-
nientib.nobis quadā sorte.Circa quod tamē,
inquit,discretionis rō adhibenda est s̄m dif-

ferentiam

ferentiã cõiũctionis,sanctitatis, & utilitatis, quia multo sanctiori,& magis indigẽti, & magis utili ad cõe annũ magis dãdũ esset,q̃ ꝑsone propinquiori,maximè si non sit multũ cõ iũcta, cuius specialis cura nobis immineat,& si necessitatem magnã non patiatur. ¶ Scd̃m. Pater malus stante æquali necessitate præponendus est cuicũque bono.vt patet ex dictis. Vñ ẜm Rayn.in exhibitionem nutrimenti pater infidelis est præponẽdus extraneo fideli. licet in dilectione fit econuerso dist.30.ca.1. quia nullum beneficium tantum est sicut parentum: unde in beneficijs recompensandis 7 parentes sunt omnibus præferẽdi, nisi ex parte alia necessitas præponderet, vel alia conditio; puta,communis vtilitas ecclesiæ,vel reipublicæ.vnde secundum S.Th.in extrema necessitate magis deserendi essent filij,quam parentes,& concordat Gof. & Host.

QVARTO † quæritur, de quo eleemosyna danda sit? Et dico multa. ¶ Primũ.Vt colligitur ex canonistis.1.q.1.non est putanda,& 14. q.5.fortè,& per Theologos.4.di.15. eleemosyna dari ꝑt de re propria nõ obligata restitutioni,aut propriæ necessitati,ẽt si sit illicite acquisita.¶Secundũ.Qui furatur vsurario, & huiusmodi,vt inde eleemosynam faciat.secũdũ Ray.furtũ cõmittit:quia nõ sunt facienda mala,vt veniant quęcunq; bona.14.q.5.fortè: quòd limita, nisi necessitas pauperis esset extrema,& aliter prouideri nõ posset. ¶Tertiũ. Quantum ad illicitè acquisitum distinguit S. Th.2.2.q.32.dicens illud esse triplex. Nam si debetur ei,à quo acquisitũ est, inde fieri non ꝑt eleemosyna,cũ sit restituendũ: & hoc siue non transferatur dominium,vt in rapina, & furto: siue transferatur,vt in usura, secundũ aliquos.Si verò non debetur ei,à quo acquisitum est: licèt acquirens illud retinere nõ possit, quia.s.cõtra iustitiã datũ eũ,& acceptum, vt in simonia: debet in pias cãs erogari.& idẽ in similibus, in quibus datio, & acceptio est contra legem. Aliqñ verò est illicitè acquisitum,nõ quia acquisitio ipsa sit illicita: sed q̃a illicitum est illud,ex quo acquiritur,& transfertur dominium;nec repetitio competit:sicut in acquisito per meretricium patet:quòd ꝓpriè vocat̃ turpe lucrũ:talis.n.mulier turpiter,& cõtra legẽ agit:sed in eo,quod accipit, nec iniustè, nec contra legem agit:vnde accep tũ retineri potest & inde fieri eleemosyna, sed non oblatio publica ad altare.Quã distinctionẽ probat Augusti.14.q.5.non sanè.in fi.

ADVERTENDVM † est tamen, quòd regulariter qñ turpitudo est ex parte dantis,& accipientis,licet acceptum erogari debeat in pias causas: tñ in foro pœnitentiali non cogitur quis erogare aut restituere,nisi ad hoc fuerit iudicialiter condemnatus, uel a confessore ꝓ satisfactiõe peccati adstrictus, uel nisi hoc sit a iure particulariter expressũ:ut in simonia, est qua regulariter est facienda restitutio ecclesiæ,in cuius iniuriam acceptum est.Et hæc colligi possunt ex no.per gl.Ray.in ti.de rap. §.nunquid circa pedagia super ver. tenetur. De acquisitione per aleam inf.Ludus,§.12.

QVINTO † quæritur,a quo possit eleemosyna dari?Et dicò multa. ¶ Primum. Eleemosynam facere potest quicunq; donare potest iuxta dictũ.su Donõ.1.Qui ẽt donare nõ possunt,ut monachi,filij,serui,& hmõi,q̃ sunt in alterius potestate, in multis casib. largiri possunt eleemosynam.¶ Primo,qñ de licẽtia suorũ superiorũ peregrinantur,vel sunt in scholis: q̃a possent facere eleemosynas, quas alij honesti peregrini,& scholares cõiter faciũt. arg.l.unicę.C.ad Maced. & l.si longius. ff. de iud.& l.2.ff.de iuris. omnium iud. & c.præterea.de offi.deleg.facit glo.in cle.2.§. penul.de ui. & hone.cle. Secundo,in extrema necessitate etiam contra superiorum prohibitionem; quia tunc omnia sunt cõia iure diuino: imo tenentur ẜm Ric.in 4.dist.15. & gl.12.q.1.non dicatis. Imo in necessitate magna, quando ad superiorem recursus haberi nõ potest.no.Pã. in c.si quis.de furt.& gl.in d. c.non dicatis. & ratio est præsumpta superiorũ uoluntas. Et generaliter ꝑt quis de voluntate expressa,uel præsumpta:puta,quia habet administrationẽ a superioribus commissam.arg.ff.de donatio. l.filiusfamilias.§.1.& in omnibus huiusmodi, ¶ Secundum. Igitur religiosus eleemosynam dare non potest,ẜm Ray.quia nihil habet.12. q.1. non dicatis: quod tñ potest, si de uoluntate p̃lati est in peregrinatione,vel scholis, secundum Ray. quia intelligitur concessa licentia faciendi, ꝙ faciunt alij honesti peregrini, vel scholares,& similiter ꝑt,& dẽt si hẽt administrationem,ẜm Ray. & similiter potest, & dẽt si videret aliquem indigere ad mortẽ, nõ obstãte contradictione prælati. Et concor. Host.& S.Th.2.2.q.32.& 4.dist.15.addens,q̃d citra extremam necessitatem ꝑt absente prælato dare aliquid sub spe ratihabitionis.¶ Tertium.Serui etiam,famuli,& ancillæ, quamuis sint liberæ cõdõnis,secundũ S.Th.eleemosynam dare non possunt de rebus dominorum sine eorum assensu,nisi panem,& hmõi, quæ non

non inferũt sensibile nocumẽtũ,& si famulus sit dispensator,non tñ quasi ptãtem aliquã habens in rem dñi, sed quasi tractans eã ad eius utilitatem:de pretio tñ seruitij sui constat, ꝙ potest elemosynã dare.¶ Quartum. Similiter dare eleemosynam non potest regulariter filiusfamilias:si periculũ hẽt:ꝑt vero,si hẽt castrense,vel quasi, quia quantum ad illud cẽsetur paterfamilias. ff. ad Maced. l. 1. de peculio ãt profectitio,& aduentitio ꝑt,si credit patrẽ permissurum,nõ aliter:quia profectitium,& quicquid ex eo acquiritur patris est: aduentitium vero patris est quo ad usumfructum. Instit. per quas perso. nob. acq. §. de his tamen peculus posset eleemosynam facere: si de licẽtia patris esset ĩ peregrinatione,uel in scholis,vt dictũ est. Similiter si esset filius senatoris,vel alterius dignitatis: de quo vide su. Donatio 1. §. 1. ¶ Quintũ. Vxor quoq; licet possit eleemosynam facere,si habet parapherna lia bona,quæ sua sunt:de quo dic,ut inf. Paraphernalia. Si tñ nihil habet ꝑter dotẽ, seu de rebus mariti,inter quas bona dotalia computantur. C. de iur. do. l. in rebus: hoc non põt. 33. qu. 5. quod Deo. nisi in octo casibus: quorũ quatuor dicti sunt su. in prin. huius §. Quinto, si habet consuetudo loci, vt vxores de pane, vino,& hmõi,faciant eleemosynã:quia cõsue tudo dat iurisdõnem: quod tñ moderate fieri dẽt. Et licet vir forte aliquando ꝓhibuerit:tñ debet sibi,ẜm Summistas, formare conscientiam,ꝙ ei non displiceat: tum quia aliqñ hoc faciunt uiri,vt tẽperent vxores,non a toto, sed ab excessu:tum ẽt ex pauperum miseria, cogitans,ꝙ ẽt marito placeret,si talem miseriam cerneret. Et si oĩno sibi consciẽtia dictat, quod viro displicet, deponat eam si potest; & si non potest, cesset ab eleemosynis.

8 Nisi † in duobus casibus. Primo,si videret indigentiam ad mortẽ. Secũdo,vtiliter gerendo negotium viri:puta,quia uidet eum crudelem,& sceleratũ, & occulte largitur eleemosynas,vt auertat irã Dei, & illum diuina gratia illuminet:quo casu ẜm gl. Rayn. & Rodo. sufficit, ꝙ non veniat contra prohibitionem mariti,nec eum scandalizet:licet credat, ꝙ ei displiceret si sciret. Et facit lex soluendo. ff. de neg. gest. cum simi. & melius exẽplum Abigа. l. 1. Reg. 25. quæ datis panibus,& quibusdam modicis contra sui mariti uoluntatem, eũ liberauit a morte. Sexto, si uir assignauit ei certum quid pro suo victu: & ipsa vult abstinere,ut ĩ eleemosynas largiatur; qa illud videtur suum. Septimo. ẜm Pet. de Pal. si uir sit fatuus: quia tunc ad eam pertinet dispositio domus,nisi per superiorem aliter fuerit ordinatum. Octauo si sit lucrosa: ita. s. ꝙ exhibita gubernatione domus,& familię ex operibus suis lucratur. Et ita tenet. S. Th. & Rich. & Pe. de Pal. & communiter Theologi, ac Summistæ:nec intelligo deducendas expẽsas victus: quia vir eam alere tenetur ꝑꝑ dotem, & obsequium. Sed tamen,quia contrarium tenere vr̃ gl. in l. sicut patronus. ff. de oper. lib. quæ vult vxorem operari uiro:pro concordia dici põt primam opin. veram esse,qñ hẽt dotẽ sufficiẽtem ꝓ oneribus matrimonij sustinendis; sed si non hẽt,est vera secunda, & operabitur viro vsq; ad supplemẽtum onerum, & quod superest,cederet lucro suo nõ mariti. Et ita dictum gl. vr̃ intelligere Bar. in l. Caio. ff. de ali. leg. Adde tñ ad prædicta singularem limitationem Asten. li. 5. titu. 26. secũdũ Guil. de Mil. quia aut de rebus illi vxor seipsam sustentat,& virum, & tunc non potest de illis eleemosynã facere:qa magis uiro tenet̃, q̃ alteri, aut superabundat,& tunc potest inuito uiro.

9 Sexto † quæritur,utrum pauperibus contra diuites conueniat actio;& eis subueniant? Et dicit Pan. in c. si quis. de fur. quod non: sed bene possunt implorare iudicis, seu superioris officium,ut eos cogat:& ecclesia eos cogere potest:ut no. gl. in c. sicut hi 47. dist. & ar. in c. nullus laicus. de iure patr. quod limita uerum, quando sunt in tali necessitate, & diuites in tali abundantia,quod eis subuenire tenentur diuino præcepto.

DE emancipatione,& emancipato.

1 *Emancipatio unde dicta sit, quid sit, & quid emancipatus.*

2 *Emancipare pater filium, an & qualiter possit, & an teneatur.*

3 *Eilius num compelli, ut emancipetur a patre, possit.*

4 *Filius emancipatus,num in patriam potestatem, ob non præstita patri alimenta sicut & libertus in seruitutem reuocari possit.*

5 *Effectus patria potestatis, abs qua emancipatio liberet, quisnam sit.*

1 Emancipatio † dicta est quasi extra manum,seu ptãtem positio, siue extra seruitutem mancipiorum, & emanceps dr̃ mancipium, vel seruus liberatus: vnde proprie secundũ Hugo. pertinet ad captos in prælio,tñ ex vsu emancipatio liberis, & manumissio seruis conuenit a potestate patris, aut dñi libertatis. Est ãt emancipatio,ut colligitur ex l. nõ nudo. C. de emancip. li. cum ibi not. & Instit. quibus mod. ius patr. pot. sol. §. præterea.

rela-

relaxatio patriæ poteſtatis, corã iudice competẽte voluntate patris, & filij concurrente, addit Sum. Ang. in vtriuſq; pręſentia. Sed vide inf. §. 1. Emancipatus aũt dicitur filius: vel nepos, qui à iugo, ſeu poteſtate, vel manu patris, uel aui eſt relaxatus, & ſui iuris effectus.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum, & qualiter pater emancipare filiũ poſſit aut teneatur? Et dico, ꝙ poteſt etiam abſentem impetrato reſcripto Principis: & filij accedente conſenſu: vt no. Bar. in l. iubemus. C. eo. etiam infantem: licet eius conſenſus non requiratur, & hoc p ſe, vel per procuratorem, vt no. Bar. in l. Gallus, §. forſitan. de lib. & poſth. Non tñ ad hoc tenetur pater regulariter: quia patria ptãs eſt inæſtimabilis. ff. de leg. 1. l. filiusfamilias. §. ut quis hæredem, tenetur tñ ad hoc in caſu, vt no. Azo. in Sum. Primo, ſi filiũ malè afficit verberib. Secundo, ſi compellat eum peccare in corpus ſuum. Tertio, ſi filius eſt arrogatus impubes, & pubes factus ꝓbat ſibi non expedire eſſe arrogatum. Quarto, ſi pr̃ agnouit ſibi relictum legatum, vt filium emanciparet.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum filius compelli poſſit, vt emancipetur à pr̃e? Et dico, quod nõ regulariter: quia in his, q̃ ſũt volũtariæ iuriſdõnis, nõ p̃t quid fieri altero inuito, vt in auth. quib. mod. natu. effici. ſui. §. ſi vero.

4 TERTIO † quęritur, vtrum filius emancipatus reuocetur in patriam poteſtatem, ꝑꝑ alimenta patri non p̃ſtita, ſicut libertus reuocatur in ſeruitutem ꝑꝑ alimenta denegata patrono? Et dicit Cyn. l. in filios. C. de ingra. lib. ꝙ ſic, quia hoc eſt iniuria magna, quæ atrociori manui æquipollet ff. de lib. agn. l. alimenta; imo plus, quia necare dicitur denegans alimenta: vt eod. tit. l. necare.

5 QVARTO † quæritur, quis ſit effectus patriæ ptãtis, a qua emancipatio liberat? Et dico, ꝙ Ang. de Are. Inſt. de pa. ꝓponit multos vide inf. Patria ptãs. & ibi etiam qũo ſoluat̃.

DE EMPHYTEVSI.

1 Emphyteuſis unde dicta, quid ſit, & quid emphyteuta.
2 Poſſeſſio eccleſię nouiter an in emphyteuſi perpetuo dari poſſit. Et quando dicatur dari perpetuo. Et quę ſit huius contractus natura, ad quod concluſiones octo.
3 Contractus emphyteuticus a cenſuali quid diſtet. Et quid de emphyteuſi, quę de generatione in generationem fit.
4 Emphyteuta, ſi res ex toto perijt, vel ex parte, aut caſu aliquo fructum afferre non potuit, an penſionem ſoluere teneatur. Et quid ſi conceſſio facta ſit pro penſione fructius correſpondente abſque diminutione, num. 5.
6 Auctoris ſententia in queſtione propoſita.
7 Emphyteuta canonem non ſoluens, an a iure ſuo cadat. Et ibidem, quod uerbum omnino ſit pręciſum, & quod innuat. Et quid cum lex uerbo futuri temporis, aut pręciſo utitur. Et quid in emphyteuſi eccleſię.
8 Emphyteuta, num pęnam nõ ſoluti canonis vi compenſationis nõ obiecta, ſe tueri poſſit. Et quib. caſibus compenſatio ipſo iure fieri intelligitur.
9 Emphyteuta, qui triennio, aut quinquennio non ſoluit canonem num eum ſoluendo, & intra quantum tempus moram purgare poſſit.
10 Emphyteuta nũ ſine culpa ſua poſſit a iure ſuo, ob non ſolutum canonem cadere. Et in hoc ſubdit axiomata octo.
11 Emphyteutam quinque caſibus a iure ſuo cadere: de quibus hic plene & ſigillatim. Et ad hęc Bald. limitationes aliquot.
12 Emphyteuta, an ſine, domini voluntate rem dimittere queat, vt ſic a pręſtatione canonis liberetur.
13 Emphyteutica re deſtructa ſi reficiatur, an teneatur emphyteuta in penſionis pręſtatione perſeuerare.
14 Emphyteuta penſionem in multos annos ſimul ſoluere volente, an teneatur dominus recipere. Et quid ſi recipiat ab eo, qui a iure ſuo cecidit, an ſibi pręiudicet. nu. ſeq.
16 Emphyteutica res ob non ſolutam penſionem eccleſię reddita an poſſit a pręlato rurſus eidem, qui prius habuit ſine ſolennitatibus requiſitis dari.
17 Emphyteuta ſi non ipſe, ſed alius ſoluit, an a iure ſuo cadat. Et quid de pactis, & conditionibus quę in hoc contractu interponi ſolent, nu. ſeq.
19 Emphyteuta num poſſit aduerſus dominum directum rem pręſcribere.
20 Emphyteuta, num poſſit ſine domini conſenſu aliũ emphyteutam facere, vel alteri locare. Et an poſſit ius ſuum, aut meliorationes uendere numer. ſequent. Et in hoc axiomata ſex, cum limitationibus aliquot.
22 Emphyteuta eccleſię, vel etiam priuati an poſſit ſine domini voluntate meliorationes quas in re emphiteutica fecit, donare. Et huius reſolutoria concluſio, num. ſeq.
24 Emphiteuta num poſſit rem emphyteuticam, ſine domini uoluntate legare, permutare, in pignus aut in ſolutum dare.
25 Pater in rebus filij vſumfructum habens, an poſſit rem filij in emphyteuſim dare. Et quid ſi filius hęreditati paternę renunciet, an poſſit emphiteuſim retinere. num. 16.
27 Emphiteuta eccleſię, ſi in monaſterium introeat, an emphiteuſis quoq. in monaſterium tranſeat.

28 Laudemium, an ſoluendum ſit; cum res emphyteutica ad alium emphyteutam tranſit, ad quod quinque ſubdit limitatione.

29 Emphyteutæ plures inter ſe quoque titulo ſine domi voluntate rem emphyteuticam alienare poſſunt.

30 Emphyteuta filiofa. vendente, cuius pater in ipſius bonis vſumfeuctum habet, quis laudare debeat, pater an filius. Et laudemium cui debeatur vſufructuario an proprietario.

31 Laudemium an domino debeatur, quando ipſemet ab emphyteuta emit. Et propter quid quinquageſima rei venditæ debeatur.

1 EMMPHYTEVSIS, † vocabulum Græcum eſt: & Latine dr̃ melioratio, propter hoc quod olim per iſtum contractum ſolum viles quædam terræ & ſteriles concedebantur, ut accipiens melioraret, & fertiles redderet: ſed deinde permiſſum eſt rebus fertilibus & fertiliſſimis emphyteuticari poſſe: ut C. de iure emphyt. l. 1. Vnde emphyteuſis ſecundum vulgare quorundam, eſt datio ad liuellum: ſic ꝙ ſecundum Bar. in l. 1. C. de iure emphyt. nulla eſt differẽtia inter emphyteuſim, & liuellum: & eſt contractus melius inter emptionem & locationem. Vnde emphyteuta eſt, qui rẽ immobilem hæreditario iure meliorandam, vel colendam ſub certo pretio, pactis & conditionibus accipit perpetuo, vel ad tp̃s: puta in ſecundam, vel tertiã generationem, ut in auth. de non alie. §. emphyteuſim. col. 2. Imo cõtra hi poteſt ad decem, aut viginti annos, & vſq; ad tempus illud ſuccedit hæres.

2 POSSESIO † tñ eccleſiæ nouiter in emphyteuſim dari non poteſt perpetuo. de reb. eccle. non alie. nulli. ſcd̃m mentem glo. in clem. 1. de reb. eccle. non alie. dr̃ perpetuo ſm iura, cum datur ad decem annos, vel vltra, & ſm An. de But. ibi locatio ad 10. annos, vel vltra dr̃ alienatio, quæ in re eccleſiaſtica ꝓhibetur in d. ca. nulli. Dari autem poteſt ad modicum tp̃s. i. ad nouem annos incluſiuè. Vide tñ ſup. Alienatio § 5. Si tamẽ poſſeſſio ipſa erat pri⁹ emphyteutica, & peruenit libere ad eccleſiã dari poteſt in emphyteuſim etiam perpetuo, ſm aliquos. ¶ De natura autem huius contractus, ſm Pet. Heliam in tract. de contra. empt. eſt primò, quòd dominium directũ apud dominum remaneat, & vtile penes emphyteutã quia iura ciuilia ambos dominos vocant, & vtile, certum eſt eſſe apud emphyteutam; & conſequenter aliud eſt apud dominũ. ¶ Et ſecundò, ꝙ dñs dans rem in emphyteuſim habeat poſſeſſionem ciuilem, quòd patet, quia emphyteuta nõ põt rem emphyteuticariã ꝓſcribere. C. de præſcr. 30. ann. l. male. poſſeſſio autem ciuilis eſt legitima cã vſucapionis inducendæ, ff. de acqui. re. do. l. acquiritur, § fin. emphyteuta verò habet poſſeſſionem naturalẽ: cum æquiparetur vſufructuario, qui poſſidet naturaliter tantum. Inſt. loc. §. adeo. ¶ Tertiò quod conſiſtat tantũ in rebus ſoli: quia in re mobili ſeparari non poteſt vtile dominiũ a directo, quod hic fieri oportet. ¶ Quartò, ꝙ fiat in ſcriptis loquendo de iure. C. eo. l. 1. qđ tñ per conſuetudinem ſublatum eſt: & huic ſtandũ eſt: vt etiam Bar. probat in d. l. 1. Vnde dicendum eſt, ꝙ circa naturam huius contractus, vel circa pacta ipſius naturæ non requiritur ſcriptura; ſed bene requiritur circa pacta facta extra naturam eius, ſm gl. in d. l. 1. in verbo, ſcriptura. Cuius ratio eſt: quia ſcriptura nõ eſt de eſſentia cõtractus: ſed fit ad certã rei memoriã. C. de pig. l. contrahitur. Contractus autẽ probatur per ſe, ſi ꝓbata ſolutione penſionis. ¶ Quintò, ꝙ detur aliquid ĩ introitu, quia habet magnam ſimilitudinem cũ emptione & locatione. Sed adde hic, ſm Hoſtiẽ. de natura huius contractus eſſe, vt ſi cõtra habentes aliquid pacti ſunt, id obſeruetur. Si vero nihil paciſcantur, debet penſio ſolui, niſi res ex toto perierit: de quo inf. §. 1. Vnde qđ aliquid ſoluatur in ipſo introitu, nõ eſt neceſſariũ ſm doc. cõiter. ar. auth. de ali. & emph. in prin. col. 9. ¶ Et ſextò, quod ſi emphyteuta penſionem ſtatuto tp̃e non ſoluerit, recadat in cõmiſſum ipſo iure. C. eo. l. fin. ff. de pign. l. lex vectigali. de quo inf. §. 2. nec tenetur dominus cenſum requirere: quia dies ſtatuta ꝓ domino interpellat. ¶ Et ſeptimo, quod ſi penſio nõ ſoluatur, emphyteuta poſſit expelli auctoritate dñi ſm gl. in ca. potuit. de loca. licet melius fiat iudicis auctoritate: & ita ſ. quod auctoritate dñi poſſit expelli, tenet gl. in l. 2. C. de poſt. Mart. de Fano. & Bulg. & Innoc. & Io. And. & Azo. & Iac. Bu. & Old. & Ray. de For. non obſtante, ꝙ hæc expulſio daret materiã rixæ: & conſequenter ſit fugienda, quia hoc verum eſt: niſi a lege daretur licentia. Et iſtã opinionem ſequitur Sum. Roſ cõtra Ang. Sed Pan. in d. c. potuit, dicit, quod ſecundum Cyn. poſt Accur. nõ poteſt, qa emphyteuta habet ius in re: vt l. 1. ff. ſi ager vecti. ideoq; propria auctoritate non debet expelli, & facit l. creditores. C. de pig. Et hæc opinio tutior eſt & ſequenda, vbi ius adminiſtratur. ¶ Poteſt addi octauò, quod ius emphyteuticam trãſeat ad heredes & extraneos, quia licet de hoc fuerit opinio, magis tñ placet opinio Io. de Imo. in

c. fi.

16 *Mercator sciens ad aliquem locum post se multos venturos cum abundantia earundem mercium an possit vendere pretio tunc currente, an vero teneatur vendere pretio, quod futurum sit, aut tunc esset, si res sciretur.*

17 *Mercator cupiens nocitum iri inimico, scribit amico vt multum lanę, aut alterius mercis emat, quoniam deinceps futura est cara, quod tamen falsum nouit, ac deinde literas excidere in eo loco permittit, vnde ad inimici cognitionem peruenire queat: an si inimicus huius occasione talia emat, ac deinde perdat, peccet mortaliter, & an ad satisfactionẽ teneatur.*

18 *Mercator magnus Venetijs literis ab oriente acceptis, vt aromata emeret, quòd futura essent cariora, eas lacerauit proponens aromata omnia emere à lius autem literarum frusta collegit, qua inter se commissa legit, ac negotium intellexit, atque proinde in emendo praeuenit, & ob id lucrũ sustulit, an peccaret huiusmodi fragmentorum collector, & emptor.*

19 *Mercatoribus num inter se conuenire liceat, vt res certo pretio vendatur, aut vt quid tale ab vno solo vendatur.*

Venditio an rei vendita defectu iniusta reddatur.

Venditor rei venditę num vitium declarare teneatur. Et quid de his, qui rerum defectus negant, falso bonitates affirmant, & periurijs ac mendacijs scienter adstruunt. num. sequen.

23 *Emptum pecunia aliena cuius fiat. Et ibidem ad quęstionis explicationem limitationes ad responsũ primum aliquet.*

24 *Venditum duob. vtrius esse debeat, & in quod crimen incidat venditor. Et quid si non vendat, qui iam alteri obligaret, sed permutet aut alteri in solutum det, aliterue distrahat.*

25 *Vendens 12. quod 10. vendendum suscepit, an ad duo supra illa decẽ danti ad vendendum teneatur.*

26 *Venditor emptori num de euictione teneatur. Et quot casib. euictionem pręstare non tenentur, Et ibidem quod septem casibus, de quibus hic ordine. Et quid si pactum intercessit, de euictione non pręstanda, num. seq.*

28 *Venditor, quo casu de euictione tenetur, quatenus teneri censendum sit.*

1 EMPTIO † & venditio suo noĩe alienationem quãlibet non includit, secũdum Bar. in l. voluntas. C. de fideic. licet in principio iuris ciuilis, noĩe venditionis veniret oĩs alienatio, vt patet ꝑ l. statu liberi §. Quintus ff. de statu. libe. Vnde emptio, & venditio est alienatio, nõ quælibet, sed qua dominium & possessio rei venditę transfertur per traditionem ipsius dñi, vel si non est dñi vsucapiendi conditio in ementem pro ipsa soluto precio. Nec põt esse venditio sine precio. s. pecuniæ numeratę. Inst. de emp. & vẽd. §. item preciũ quia vbi aliud pro alio datur, permutatio est, non venditio. ff. de contrah. emp. l. 1.

2 † PRIMO verò quæritur, q̃uo emptio & vẽditio rem faciat esse emptoris? Et dico, quòd non aliter, nisi aut precium sit solutũ, aut satis eo nomine factum, vel aliter fidẽ de precio habuerit venditor, & res tradatur, vt l. ꝗ vendidi. ff. de contrah. emp. nec tradendo tamen rem, venditor videtur fidem habere de precio. secundum gl. in d. l. quod vendidi, nisi fortè emptor dicebat se pecuniam habere ad manum, cum non haberet, & sic tradidit: ff. de pign. act. l. si quasi. Similiter fidem habet de pretio, si dedit diem solutionis emptori. ar. l. ad solutionem. C. de re iudic. non tamen quilibet qui potest vendere, potest fidem hr̃e de precio, vt tradendo rem emptori transferat in eum dominium: quia hoc non põt procurator fisci, ecclesiæ, & minoris, vt not. Bar. in l. a diuo Pio. §. sed & emptor. ff. de re iud. & Cyn. in l. in ciuile, C. de rei vend. & est text. iuncta gl. in l. si procurator fisci. ff. de iure fis. & no. Pan. in c. cum olim. el 1. de offic. deleg.

3 † SECVNDO quæritur, ad quem pertinet periculum rei venditæ, si aliud in pacto specia-

ſpecialiter nõ eſt deductũ? Et dico de natura
eſſe huius contractus, ꝙ ex quo initus eſt, ꝑti
neat lucrũ & periculũ rei emptæ ad empto-
rẽ; licet res tradita non ſit. Inſt.eo. §.cũ aũt.
ff.de peric.& cõ.rei ven.l.id qđ.Circa hoc ãt
datur regula talis: Cùm venditio ſit pure, &
ſine ſcriptis, certæ ſpeciei non exigentis de-
guſtationẽ, oẽ periculũ ſpectat ad emptorẽ
excepto caſu publicationis: niſi pactum, cul-
pa, vel mora interueniat, vel calliditas. ¶ Pri-
mò aũt dr̃ purè, quia ſi condõnalis eſſet vẽdi
tio, ante conditionis euentum periculũ per-
tinet ad venditorem, ff.de per.& com.l.illud.
qđ, vt ex Azo.& Gofr.colligitur, intelligẽdũ
eſt de periculo peremptionis: ſed periculum
deteriorationis pertinet ad emptorem: vt in
l.neceſſario ſciẽdũ.ff.de peric.& cõ.rei vend.
¶ Et ſecundo dr̃, ſine ſcriptis: quia ſi fiat ĩ ſcri
ptis, periculũ ſpectat ad venditorẽ, ante quã
ſcriptura perficiatur: cum neuter agere poſ-
ſit quouſq.cõpleatur.C.de fide inſt.l.contra-
ctus.Sed limita qđ dictũ eſt, intelligendo con
tractũ fieri in ſcriptis, qñ conuenitur, vt non
valeat anteq̃ ſcriptura ſit facta.C.de proba.
l.cum res.Vnde ſecus, ſi a principio ſimplici-
ter contrahat, & poſtea ad probationẽ fiat
inde ſcriptura.ff.de pig.l.cõtrahitur. ¶ Et ter-
tio dr̃, certæ: quia ſi ſub alternatione ſeu diſ-
iũctione vendã tibi Stichũ, vel Titiũ: pericu-
lũ primi ad vẽditorẽ, ſecundi verò ad empto
rẽ pertinet. Vñ ſi perit Stichus, peribit vendi
tori: & Titius erit in obligatione ſolũ, & da-
bitur. Si verò ambo pereant: venditor liber
erit, & Titius peribit emptori, qui ſolus remã
ſerat.ff.de contrah.emp.l.ſi in emptione.§.ſi
emptio. ¶ Et quarto, dr̃ ſpeciei: quia ſi ĩ gene-
re fiat venditio: puta, vendo tibi aſinum, vel
hoĩem, nõ dicendo quẽ: nunquã ad emptorẽ
periculũ ſpectat: quia genus perire non põt
ff.ad leg. Fal.l.in rõne, §.verũ.Et hoc verum
eſt, qñ genus nõ eſt determinatũ, ſeu qñ ven-
ditur certũ de ĩcertis.Sed ſi genus eſſet deter
minatum, ſeu ſi vendatur incertũ de certis: vt
vendo tibi decem ſextaria ex hoc dolio, vel
aſinũ vnũ de his, quos poſſideo: liberatus eſt
venditor ſi pereũt oẽs, ſicut in legato d.l.in
rõne, §.incertæ.In hoc tñ Hoſt.in Sum.tenet
vt vr̃. ꝙ legatarius ſi oĩa pereant, nõ perit le
gatũ: puta vinum cum effuſum ſit, neq.ꝑciũ:
quia illud non eſt legatum: emptor aũt pote
rit preciũ repetere, quaſi ſine cauſa ſit apud
venditorem, & ſi adhuc non ſoluit, habet ex
ceptionẽ: & ſic ad eum periculũ non ſpectat.
Sed ego dico, ꝙ nec ẽt precium emptor iſto
caſu repetere põt, nec excipere vt non ſol-
uat, niſi vẽditor fuiſſet in mora: quia iã trãsla
tum erat dñium vnius illorũ aſinorũ indeter
minate, ſiue per indiuiſũ: res aũt dño ſuo pe-
rit; nec illud ꝑciũ erat apud venditorem ſine
cã: ſed cũ cã.ſ.emptionis.Vnde Paul.de Caſt.
in l.qđ te, ff.ſi cer.pet.dicit, ꝙ debitor obliga
tus in gñe generaliſſimo, puta ad hoĩem, non
liberatur per interitũ nec in ſubalterno, pu-
ta ad ſeruos, ſi intereant ſolum aliqua, ſecus
ſi oẽs, quia perijt totum genus, ut d.§.in cer-
tæ. Quod tñ dictum Pauli, qui opin.teneret
Hoſt.diceret verum ſolũ in legato: vt loquit
d.§.incertæ, ſecus in venditione, ad quod eſt
text.no.in l.quod ſi pẽdente, ff.de peri.& cõ.
rei ven. ¶ Et quinto dicitur, non exigentis de
guſtationẽ: quia ſi fiat vẽditio purè, i.ſine cõ
ditiõe, & ſine ſcriptura, & de re certa, ſeu de
terminatã, & ĩ ſpecie, i.in ſingulari, puta hũc
ſeruũ, aut hoc vinum: vbi res vẽdita deguſta
tionẽ requirit, vt vinum, diſtinguendũ eſt, q̃a
ſi vẽditio fiat in ſpecie, periculũ erit empto-
ris poſt deguſtationẽ ſolum, ſcđm Sum.Roſ.
quæ allegat l.ſi vina, ff. de peri. & cõ.rei ven.
ẽt ante deguſtationẽ, ſcđm Sum.Ang.quæ al
legat glo.in l.1.ff.eo.Sed illa glo.vr̃ quibuſdã
euertere textum, & tangit cõtra opinionem
cõem ibi vide ſi placet. Si autem non in ſpe-
cie, ſed ad menſurã vendõ fiat, periculum eſt
vẽditoris, donec ſit menſuratũ, & ſi emptor
nolit mẽſurare, vẽditor ẽt ſi nihil dixit de ex
peditione vaſorum, põt coram teſtibus men
ſurare, & effundere, monito prius emptore,
ſi vaſa ſunt ei neceſſaria propter vindemiã,
vel nouã & iuſtam rationẽ, ff.vbi ſup.l.1.& 2
¶ Et ſextò dr̃, excepto caſu publicationis, q̃a
ſi fundus vẽditus fuerit ante traditionẽ, vel
poſt publicatus, cauſa maleficij vẽditoris, pe
riculum erit venditoris, l.ſi fundus.ff.loc. &
ibi gl.& ibidem Gof.& Hoſ. Sed intellige ꝑꝑ
maleficium admiſſum, antequam emptor ꝓ-
prietatem adipiſceretur. ¶ Et ſeptimò dicit,
niſi pactum, quia licet venditor ex natura cõ
tractus teneatur de dolo, & lata culpa, & le-
ui: non tñ de caſu fortuito.ff.de peri. & com.
rei vend.l.cuſtodiam & l.ſi vendita.ex pacto
tñ tenetur.ſ.de caſibus ſpecificatis tantum ff.
eo.l.ſi venditione. ¶ Et octauo dr̃, culpa.ſ.præ
cedente Inſt.eo.§.cum aũt, & hoc etiã ſi fuit
in culpa leui perditionis rei ſicut in commo
dato & depoſito. ¶ Et nono dr̃, mora.ſ.tradẽ-
di rem: quia tunc periculum ſpectat ad moro
ſum venditorem, etiam ſi res penes alium e-
rat peritura, ff.de legat.1.l.cum res. & hoc in
foro

foro cōtentioso:secus in foro animæ. Si vero
vterq;i. tam uenditor q̃ emptor fuit in mo-
ra,posterior mora præpōderat primæ, & illi
nocebit quo ad periculũ d. l.illud, ff. de peri.
& com.rei uēdit.quod limita, nisi posterioris
moræ primus morosus fuerit cã, quia sic po-
steriori nō nocebit & casus est iuncta gl. in l.
si per emptorem.in fi.ff. de act. emp. & vend.
¶Et decimo dicitur calliditas:quia si uenditor
affirmauit bonitatē duraturã,imputat ei: vel
si bonitatem sciebat hon duraturã, & tacuit.
ff.de peri.& com.rei ven.l.si quis vestra.Vnde
admiscentes vina praua bonis,& tacentes,te-
nentur ad restōnem de omni damno,vel inte
resse & de eo quod inde plus habuerunt.

4 Tertio † quæritur ad quem spectet peri-
culum meliorationis, & deteriorationis, aut
fructuũ rei uenditæ? Et dico,quod si res vēdi
ta est in specie, ſm Legistas, siue in numero
ſm dialecticos,quod idem est, puta si vēditus
est iste equus, deterioratio & melioratio rei
vēdite pertinet ad emptorē:ext. de regu.iur.
qui sentit.li. 6. nisi venditio sit conditionalis,
ut dictũ est,fructus autē rei vēditæ pertinent
ad venditorem,donec sit perfecta vēditio, ꝙ
tunc est,ut no.gl.C.de peri. & com. rei ven.l.
1.quando precium est solutum, vel habita fi-
des de precio:licet alias sit ꝑfecta, quãdo res
est tradita.ff.de act.emp.& ven.l.si quis alienã
rem. Ea vero perfecta pertinet ad emptorē.
Vnde ad ipsum pertinet quod per alluuionē
flumen accrescit,& fructus, & partus. C. de
act.emp.l.fructus,& l.pen.

5 Quarto † quæritur, quæ sunt, q̃ possunt
aut non possunt uendi? Et dico, ꝙ vendi pos-
sunt oīa mensurabilia pecunia, nō prohibita
vendi. ¶Prohibentur autem primo spititua-
lia:ut inf.Simonia.¶Secundo, illa quorũ usus
est solũ ad malũ: vt sup.Ars.¶Tertio,res alie-
na.de quo vide glo.in l.rem alienã, ff.de con-
trah.emp.& qui emit, ad restitutionem tene-
tur:ut inf.Restitutio.1.¶Quarto, vasa sacra in
eadē forma laicis: sed solũ alteri ecclesię ꝑꝑ
necessitatem.l.sancimus la 1.C.de sacros. ecc.
confracta autem uendi possunt cuicunq. de
cōsec.dist.1.ligna.10.q.2. hoc ius. ¶Quinto,
res pupilli ipsi tutori.l.cũ ipse.C.de contrah.
emp.ff.eo.l.si in emptione.¶Sexto, liber ho-
mo. pōt tamē pater vendere filiũ necessitate
famis urgēte.l.1.& 2.C.de pat.qui fi.di.ita ta-
mē,ꝙ si restituatur emptori pretiũ a filio siue
ab alio,quocunq; qñcunq; ipse in ingenuita-
tem perueniat; in nullo aũt alio casu licet fi-
lium vēdere patri: matri vero nec in alio nec
etiam in isto:similiter nec marito vxorē,quia
non est ita in eius ptãte,sicut est filius in pote
state patris. Si autem homo patiatur se vendi
ad precium participãdũ,efficitur seruus. Inst.
de iure perso.§.serui.¶Septimo, Christiani,se
cundum Arch. capti in bello redigi nō pñt in
seruitutē,aut emi in seruos, aut empti uendi.
infideles ãt rediguntur in seruitutem, & emi
possunt,ac vendi in bello iusto:& si postea ef
ficiantur Christiani,non tamen ex hoc a serui
tute liberantur:quãuis hoc facere sit pium.
¶Octauo,omnia sophisticata ꝓhibentur ven
di pro veris: vt de auro & argento alchimico
dictum est sup.alchimia.§.5.& inf.§.17.

6 Quinto † quæritur, vtrum quis rē suam
aliquo casu vendere cōpellatur? Et dicit Pan.
in c.1.eo.ti.ſm cōmuniorē opi.quod aut quis
exposuit rem suam venalē,aut non. Primo ca
su in necessarijs ad vitã hoīs p̃t superior insti
tuere iustũ preciũ:quia interest superioris ꝓ
uidere vtilitati subiectorum,& reipublicæ,&
in istis debet intelligi.d.cap.1. iura similia.Ex
quo infert Bald.in l.1.C. de episco. aud. quod
cum vita hoīs sine vestimentis,& hospitio du
ci non possit:quod etiam in domib.aptis ad lo
candum, & in pannis p̃t statui certũ p̃ciũ. Et
ita iam dudũ actum fuit Paduæ in domib.con
ducendis per scholares:quia descripta fuit do
mus quęlibet apta in certo libro,& descripta
pensio annalis. In alijs autē, quæ nō sunt ne-
cessaria ad vitam hoīs, locũ habet. l.dudũ. C.
de contrah.emp.& l.nemo exterus. C. de iu-
dæ. vbi hr̃ ꝙ nemo cōpelli p̃t ad vendendum
rē suã, nec pōt qs alienæ rei p̃ciũ imponere;
sed quisque in re sua erit moderator & arbi-
ter.l.in re mandata.C.mand.& in d.l. dudum.
Secundo ãt casu principali.s. cũ qs rem suam
non exponit venalē, aut subest necessitas: &
possunt exuberãtes compelli ad vendendum
iusto precio ea, quæ ad hoīs vitã sunt necessa
ria: & sic seruatur tp̃e charistiæ,quia tũc oīa
victualia debent esse cōia.Et ad hoc tex.cum
gl.in c.sicut hi.47.dist. ubi concluditur, ꝙ li-
cet indigentibus agere contra diuites ad vi-
ctualia cōicanda, tñ cum imploratione iudi-
cis,vt cōpellat. Nota vero ſm Azo. ꝙ ordo
ciuitatis precia grandia taxare nō p̃t. ff. ad l.
Iu de anno.l. vult. p̃t autem statuere, ne quis
fructũ suũ ad domum reportet,aut rem aliam
postq̃ in foro venalē exposuit.l. nemo la. 2.
C.de iudi.& ꝙ pro sterilitate vitanda,& ferti
litate habēda quilibet mercator partes alias
adire teneatur ad emenda frumenta venden-
da in communi,& ꝙ qlibet ad hoc pecuniam

mu-

mutuare teneatur l.vni.C.vt ne.li.in cōpara. ſpe.ſe ex li.10.& ibi gl.& ꝙ nullus emat vltra ſuā indigentiā, ne alijs res ſint cariores, vel incommode habeantur.l.1.C.de epiſ.audi.

6 Sexto † quæritur, quo precio res poſſunt emi, aut vendi? Et dico, ꝙ licet variæ fuerint opiniones tam Legiſtarū l.1.C.de epi.au.quā Canoniſtarum, in c.1.& cap. cum dilectus. de emp.& ven.tñ ſm omnes non licet ſemꝑ venditori rem ſuam vendere quantū poteſt: quia eſt ſnia iuris 10.q.2.hoc ius addita glo.Sed vt dicit S.Th.2.2.q.77.oportet pciũ eſſe æquale rei, & econtra: quia emptio, & vēditio ꝑtinet ad iuſtam commutationem, ſm Philoſophum in lib.Eth.de cuius rōne eſt æqualitas. Precium autem iuſtum, ſiue æquale, ſm Inn. & Ray. eſt, quod communiter currit in loco hmōi contractus, & etiam in tempore: vt in c.cum dilect.de emp.& ven.& in l.2.C.de reſcri.ven.niſi dubium ſit, an res tempore ſolutionis plus ſit valitura, de quo inf. Vſura 2. quod tñ precium iuſtum, ſm S.Th. in indiuiſibili non conſiſtit. Vnde dicit gl.in d.c.hoc ius ꝙ iuſtum precium taxatur ſm æſtimationem communem, & idem habetur in l. precia. ff. ad l.Falc.Et ū alicuius commercij non ſit cōmunitas, determinabitur precium præſcitis circunſtantijs iudicio boni mercatoris in re mobili cum alia regula dari non poſſit; in re verò immobili, ſm fructus vt no. glo. & Bar. in l.2.C.de reſcin. vend. & ſequuntur cōiter doctores. Quod tñ limitatur primò, ſm S. T. quia qñ venditor ex venditione damnificatur multum, vendere pt, & rem, & ſuum damnū, quod tñ intellige, ſi venditor vendit ad inſtātiam emptoris, & vt ei ſeruiat, non autem ſi venditor venderet coactus propter aliquam propriam neceſſitatem, qa tunc S.Tho.in qu. de ma.q.13.ar.4.dicit, ꝙ qui emit rem aliquā tantum pro ea iuſtè dat, quantum valet: non āt quantum ille, q vendit, ex eius carentia dānificatur hæc ille. Secus, aut ſi ipſe non damnificaretur, & emptor multū iuuaretur: quia cum hoc non ſit ꝑꝑ condōnē vendentis, venderet, quod non eſt ſuum. Et ſecundò limitatur ſm Arch. niſi adſit fraus minorantiū, vel augentiū pcia rerū ſtudioſè, ſicut quidam lupi ſua volentes vendere fruměta, cōueniunt vt nō niſi certo pcio vendant, vel emāt oīa, q̃ ſunt in foro: vt preciū creſcat, & ſuo mō vendant: aut volētes emere expon ūt multa in foro, vt pciū creſcat. Quib.duob.caſib. pciū rei non eſt, ſm cōem æſtimationē, ſed in prima limitatione, eſt maius, in ſecunda eſt maius aut minus: vide inf.eo.§.9.& Vſura 2.§.1.

8 Septimo † quæritur, vtrum liceat rem vendere plus, quam valeat, aut emere precio viliori dummodo non excedatur medietas iuſti precij vt dicunt iura? Et dicit S.Th.2.2.q.77. ꝙ iniuſtum eſt vendere carius, aut vilius emere, q̃ res valeat, poteſt tamen aliqñ vēdi plus quam valeant in ſe, licet tunc non vendatur plus quam valeat venditori, neque quantum valeat emptori, iuxta dicta in priori §. vt qñ ex venditione læditur venditor, ſed vēdit, vt cōplaceat, vt ſu. Et ſimiliter eadem rōne licet emere vilius, q̃ res valeat vtile eſt venditori vendere, non āt emptori emere: ſed emit, vt ſeruiat ſicut qui emit operas pauperis precio expenſarum, ne famæ moriatur. Et hæc vera ſunt in conſcientia: iura tamen ciuilia permittunt contrahentes ſe decipere vſque ad dimidium iuſti precii.C.de reſcin.vend.l.2. extra, de emp.& ven.c.cum cā, quod Inn.in c. in ciuitate, de vſu. dicit procedere iure fori, non iure poli, & quo ad Deum. Nam ius poſitiuū in odiū litiū noluit dare actionem pro modica læſione: ſed ſolum qñ exceſſus eſt magnus puta, cum quis eſt deceptus vltra dimidium iuſti precii, quod quidem, ſecundum aliquos, tunc eſt, quando res valens decem, venditur uiginti, & uno: ſed ſm Azo. eſt, ſi res ualens. x. uenditur quinque, minus uno denario: aut 15.plus uno denario, & hoc eſt uerius, & ſecūdū Hoſt.& Bern.in ca.cum cauſa, extra eo. vbi & Pan.dicit, ꝙ ſecundum aliam opin.non eſſet dare caſum deceptionis in uenditore, quia rem ualentem decem, oportet dare pro nihilo, uel pro minus, quod eſt impoſſibile, quia uenditio eſſet ſine precio.

9 Octavo † quæritur, quid agendum ſit, ubi precium non fuerit æquale rei, ſiue iuſtum? Et dico, quòd ſi hoc ſit ultra, uel citra dimidium iuſti precii in plus, uel minus reſcindet uēditio, uel pciū reducetur ad æqualitatē: & habebit optionē reſcindendi cōtractum, uel æquandi precium emptor, qñ eſt citra dimidiū: ut no.Ber.in c.cū dilecti.& c.cum cauſa. de emp.& uend. Quando uero eſt ultra dimidiū, optionē hēbit uenditor ſm Azo. per ar. à contrario. Et ſi periret res, ſm Pan.in d.cap. cum dilecti, periret emptor, ſi precium erat minus dimidio; quia cum duo ſunt in obligatione alternatiue, uno perempto remanet aliud l.plerunqae ff.de iur.do.& l.Stichū.ff.de uerbo.obli. Aut uenditori, ſi res eſt plus uendita, per eandem rationem, tamen prædicti non tenentur reſtituere, niſi illud plus vel il-

lud

ad minus. Et poterit agere deceptus usq; ad 30. annos, siue agatur conditione ex l. 2. C. de rescin. ven. quæ conditiones, cũ sint personales, sunt perpetuæ, siue agatur ex eo contractu. s. ex vendito. vt no. Pan. & Inn. in d. capit. cum ea. Sed si ageretur officio iudicis, ut uolunt aliqui sic agere non posset, nisi vsq; ad quatuor annos: quia vsq; ad illud tempus datur restitutio in integrum. l. vlt. C. de in integ. restit. Pan. tamen, vbi su. vult, ꝙ etiam vsque ad 30. annos. Si verò inæqualitas precij nõ sit vltra, vel citra dimidium iusti precij: si quidẽ dolus dedit causam contractui, annullat illũ. Sed si non dedit causam contractui, sed incidit in illum, tenet quidem contractus, sed æquabitur precium. Si verò nec dedit, nec incidit, & tamen emptor sciebat rem plus valere & venditor ignorabat, secundum Pan. in cap. quia plerique de immu. eccle. in foro animæ tenetur restituere, ꝙ plus valebat quia agit contra iustitiam naturalem decipiens proximum, saltem re ipsa in precio. Si autem vterque fuit ignorãs, sed re ipsa euenit deceptio: puta, quia lapidem preciosum venalem vterque vitreum credebat: quidam dicunt empto rem non teneri: quia emptione bonæ fidei lapidem acquisiuit. Sed Pan. dicit illum teneri ad restitutionem, si à principio emisset vero valore, si illum sciuisset: non autem si vero precio non emisset: sed eo casu tenetur restituere rem, si alter vellet preciũ restituere, ex quo iustum ꝓcium supplere non vult arg. l. in fundo. ff. de rei vend. & in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli. vbi parificantur deceptio ex re ipsa, & a proposito. Intellige si sit vltra dimidiam. Vnde & Bar. in d. l. si quis dicit, ꝙ si in venditionis instrõ dicatur, Vendidit rem pro tanto, & qđ plus valebat, donauit, non ꝓpter hoc cessat remediũ. l. 2. C. de rescin. ven. quæ loquitur de deceptione a proposito, & d. l. si quis, si venditor ignorabat rei valorem: qa ꝑ talia verba hẽbat animũ donandi solũ modicum: vt l. si libertus. ff. de ope. libe. l. hæc adiectio. de ver. signi. Si autem sciebat valorẽ, cessant remedia dictarũ legũ. Notandum est vero, ꝙ vbi iuxta prædicta vẽditio rescindenda non venit, tenet: & sic sufficit æquare preciũ. Et licet Sum. Ro. dicat, ꝙ vbi deceptio est citra dimidiã re ipsa, non teneat̃ quis restituere in foro aĩæ, tamen est contra mentẽ S. Th. & contra rationẽ iustitiæ: qa oportet preciũ esse æquale: vnde in consciẽtia tenetur quis de pluri, nisi sit adeo modicum, vt damnum passus non curare putetur. Dicit etiam Pan. in c. in ciuitate. de vsur. quòd iura canonica permittentia deceptionem vsq; ad dimidium intelligi debent, qñ venit deceptio re ipsa. Secus vbi dolus dat cãm cõtractui, vel incidit in contractum: quia tunc debet illud restitui: qa non est verisimile, ꝙ ius canonicum instinctu spiritus sancti conditum, d. l. si quis diaconus: approbet hanc deceptionem dolosam. Ego autem dico, ꝙ loquitur in foro contentioso, siue deceptio sit ex re, siue ex dolo, non quia illum approbet, sed quia tolerat, sicut & lex diuina tolerauit iniustum diuortium.

10 Nono † quæritur, an liceat alicui carius vendere, aut vilius emere q̃tum potest? Et dico, ꝙ res tantũ valet, quantum vendi potest. ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres. & ff. ad l. Fal. l. quærebatur & ff. de fur. si qs vxori §. vlt. & hoc adnumeratum in loco & tꝑe venditionis: quia precia rerum non ex affectu singulorum sed cõiter æstimantur. ff. ad l. Falc. l. precia. & ₰m hoc licet cuilibet carius vendere, aut vilius emere quantũ potest ad numeratum. Sed prędicta sñia, s. ꝙ res tantũ valet quantum uendi põt, est vera, quantum ex doctoribus colligo concurrentibus tribus. Primò, ꝙ cesset fraus minorãtiũ vel augẽtiũ precia dolose, de quo su. §. 5. Scđ'ò, ꝙ cesset ius seu coactio ementiũ & vẽdentiũ, ita. s. ꝙ non cõpellant̃ aliqua necessitate emere aut uendere hic, & nunc, ab isto, uel isti eo modo quo moriens fame venderet equũ electũ paruissimo precio, vt inde redimeret panẽ ꝓcio maximo. Tertiò, ꝙ cessat ignorantia contrahentiũ, ita. s. ꝙ uterque bene nouerit factum suum. Addit ₰m Ang. ex mente Sco. requiritur, ꝙ cesset leuitas mẽtis, & adsit prudentia sed hoc pertinet an ignorantiã. Addit ẽt requiri, ꝙ qui plus debito vẽdit aut emit, donare possit: sed hoc nihil facit ad hoc, ꝙ contractus iuste fiat: sed ad hoc, ꝙ iniuste factus iustificetur, cum illum supponat iniustum, omittit autem primum requisitum, quòd tñ Arch. ponit. & per se manifestum est requiri, alioquin potentes conuenire possent, & opprimere pauperes.

11 Decimo † quæritur, vtrum negotiando liceat aliquid carius vendere, q̃ sit emptum? Et dicit S. Tho. 2. 2. q. 77. & Pet. de Anch. in ca. 1. de vsur. lib. 6. & alij Doc. ꝙ ordinario lucro ad aliquem finem necessarium, vel honestum, licita redditur negotiatio, puta ad sustẽtationem suæ domus, vel pauperum, vel patriæ, ne desint illi necessaria expectando moderatum lucrum, non quasi finẽ, sed quasi stipendium laboris. Sed tamen ex hoc licet dicatur ne-

negotiatio licita ex intentione: non tamē li-
cèt carius uendere rē, q̃ sit empta, ut colligit
ex dictis eiusdem S.Th. & Pe. de Anc. nisi pre-
cium rei sit mutatū ratione loci, aut tp̄is, aut
formæ: puta, q̃a res in se est meliorata à se: ut
equus, qui creuit, uel ab arte, ut gladius: q̄ est
expolitus. Imò inter mutationes formæ uide
tur cōprehendi posse, si empta in quantitate
magna uendatur minutatim, pro quo uī face
re dictū Chryso. ꝙ qui rem comparat, ut inte
gram, & immutatam, s. aliquo trium modo-
rum p̄dictorū, vendendo lucretur, ille merca
tor est, qui de templo Dei eijcitur, vbi illud
verbum integrū; ponderandū est. Addit hoc
licere quarto rōne laborū, & periculorū, &
in transferendo, sed hoc reducitur ad prædi-
cta, & verum est, qn̄ translatio fit ad locum, v
bi precium est maius, alioquin stultus merca-
tor emens rem vbi est cara, posset eam vende
re carè vbi est vilis, & abundans, & conse-
quenter iustū non esset s̄m cōem æstimatio-
nē contra p̄dicta. Posset tñ hoc quartū mem-
brum esse à trib. prioribus distinctū, & habe-
re locū, vbi quis res detulit cum periculo, &
labore ad locū, vbi nullum hēnt preciū, quia
ibi. s. non venduntur, quia eo casu in statuen-
do iusto precio habebitur rō periculorū, &
laborum, & expensarum. Qui autē emit, vt ca
rius vendat sine aliquo honesto fine, solum
vt lucretur, sine reipublicæ vtilitate, sed po-
tius cū damno, peccat mortaliter, s̄m Ale. in
3 parte Sum. vt ēt patet p̄ c. eijciens. 88. dist.
de talibus intelligitur c. quicunq; tp̄e. 14. qu.
4. vbi turpe lucrum dr̄ tp̄e vindemiarū vilius
emere, vt carius vendatur. Et concordat his
Hugo. & Lau. 14. q. 4. si quis, & S. Tho. vbi su.
& Pan. in c. 1. ne cler. vel mo. Non tñ necessa-
riò tale turpe lucrum est restituendum, s̄m
Rodo. sed de consilio solum, nisi fortè fuis-
sent causa talis excrescentiæ, quæ aliàs non
fuisset: quia tenerentur damnificatis.

12 Vndecimo † quæritur, vtrum liceat eme
re rem intentione statim reuendendi cum lu
cro sine mutatione rei, tp̄is, & loci, sicut fa-
ciunt, qui prius vēdunt rē, q̃ emant; venden-
tes p̄ 12. & ementes p̄ decē? Et dico, ꝙ Sum.
Ros. facto fundamento ex Arch. ꝙ iustum p̄-
ciū nō sit indiuisibile, dicit istū d̄ prudētia es
se laudandum. Arc. āt dicit nō apparere clarè
qd̄ sit iustum, ego aūt dico apparere clare, ꝙ
hoc sit iniustū: q̃a de isto propriè intelligitur
dictum Chryso. allegatum §. superiore. Vnde
Ale. vbi sup. Excusando eum, qui à casu emit
bono foro, & vendit statim carius accusat eū
q̄ hoc hac intentione facit Imo. Nider. 7. p̄-
ce. c. 5. dicit, quòd tales essent à republica ex
terminandi, quia nocent vtriq; eorū, qui pa-
rati sunt œconomicè commutare. Qui tamē
emit non illa intentione, si statim sibi occur-
rit ad reuendēdum cum lucro, non peccat,
quia iustum precium est diuisibile.

13 Dvodecimo † q̃ritur, vtrum liceat carius
vendere, q̃ emere ex sola mutatione tp̄is: pu-
ta, emendo blada tp̄e frugū. vt postea carius
vendantur? Et dico responsionem patere ex
d. §. priore. Nam s̄m Ray. Arch. & Viliel. hoc
lucrum ex se est turpe, vt patet. 14. qu. 4. quo-
cunque vnde oportet illud aliquo bono fine
honestari. Vnde & S.Th. 2. 2. q. 77. dicit, quòd
s̄m Philosophum primo Politicorum, lucrū
mercatorum de se est turpe, quia ordinatur
ad seruiendum cupiditati, ideo oportet illud
honestari honesto fine, q̄ est preseruatio sui,
vel pauperum eleemosyna, aut opulentia cō
munitatis. Igitur est licitum hoc facere bonū
communitatis s̄m Ray. vt Ioseph, & similiter
ad prouisionem suam, s̄m Viliel. maximè, si
aliter nescit negotiari, nec habet vnde susten
tetur: dummodo non intendat caristiam; & si
militer ad largiendum inde eleemosynā, s̄m
Ray. Inn. Viliel. & oēs. Si verò hoc fiat ex aua
ritia, vt alij cōpellantur emere ab eo, & ille
suo modo vendat, aut si intendat caristia, est
mortale, secundum Viliel. Et secundum Ray.
tenetur restituere pauperibus. 14. q. 5. qui ha
betis; quod secundum Viliel. Verum est de ho
nestate, sed non de præcepto.

14 Decimotertio † quid de facientibus an-
nonam carius vendi, puta, impediendo con-
ductores? Et dico eos teneri ad ponendum
eā in bono foro, ac si fuisset delata si pn̄t, &
puniuntur pęna 20. aureorum. l. 2. ff. ad l. Iuliā
de anno. & etiam corporaliter. l. annonam. ff.
de extraor. cri. & idē de emēte oīa blada, vt
carius vendat. d. l. annonā. & idē de oīb. perti
nentib. ad victum, vel vsum p̄ ipsos solos vē-
dēdis in caristiā reipublicæ: vt l. vnica C. vt ne
lite. in compara. spec. se. &c. vñ q̄ dat arrhas
pro oīb. aromatib. sciēs naues, q̃ ferebant eas
subuersas facit monopolium, & incidit in pę-
nam. d. l. vnicæ, & tp̄e necessitatis tales cōpelli
possunt vendere minus precio tunc alias iu-
sto. l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rho. de Iac.

15 Decimoqvarto † quæritur, vtrū liceat
carius vendere ad tp̄s, q̄ ad numeratum ratio
ne dilationis tp̄is? Et dico, ꝙ non, sed est vsu-
ra virtualiter, vt inf. Vsura 2. §. 1. & idē est si e-
matur p̄cio uiliori, quam soluitur ante tēpus.

16 Decimoqvinto † quæritur, vtrum mercator, qui ſcit ad aliquem locum alios poſt ſe venturos cum abundantia earũdem merciũ, poſſit vendere pretio tunc currente, an uerò teneatur uẽdere pretio, quod futurũ eſt, aut quod eſſet tunc, ſi res ſciretur? Et dicit S. Tho. ꝙ non facit contra iuſtitiam vẽdens ꝑcio currente & tacens qđ futurũ eſt, ſi tñ diceret, vel đ ꝑcio ſubtraheret, eſſet abũdãtioris virtutis.

17 Decimosexto, † quid ſi quis intendens nocere inimico, ſcribit amico, vt multum emat de lana, vel alia re, quia erit cara in poſterum, quod tũ nouit falſum: & deinde literam ſibi cadere permittit in loco, vbi inueniatur & legatur ab inimico: & conſequenter talia emat & perdat? Et dico ſm̃ Arch. ꝙ talis mortaliter peccat ex intentione nocendi, nõ tñ tenetur ſatisfacere de damno: quia non dedit occaſionem efficacem: extra, de iniu. ſi culpa, qa ille non debuit ita leuiter credere.

18 Decimoseptimo † quid de eo quod in facto accidit? Mercator magnus Venetijs acceptis literis ab oriente, vt emeret aromata, qa futura erant cariora, eas lacerauit intendens omnia aromata emere, ſed alius tenuit colligens literarum fruſta, & legens eum præuenit in emendo & lucrum ſuſtulit? Et dicit Ar. ꝙ ſi legit literas illas, vt ſciret eius ſecreta, curioſitas ẽtſi verò vt ſibi ꝓuideret, prudẽtia humana eſt, & nõ peccatũ, qa licitũ eſt cuilibet accipere qđ ꝓ derelicto hẽt vt dictæ literæ.

19 Decimooctavo † queritur, vtrum liceat mercatoribus conuenire vt certo pretio vendat, vel vt vnus ſolùm tale quid vendat? Et dicit Hoſt. pactum eſſe illicitum: & idem eſt ſi quis in ciuitate impetret, vt ſibi ſoli vendere liceat: vnde ſi quis huiuſmodi exercet officiũ ſecundum leges debet ſpoliatos bonis exilio perpetuo damnari, & concedentes puniri, i. officiales qui prædicta concedunt, aut nõ puniunt, vt C. de monopo. l. vna. vbi Azo. per illam l. concludit prohibitum eſſe ne quis exerceat monopolium, i. ſingularem negotiationẽ, ꝙ accidit cum aliqui paciſcuntur, ne in arte ſua quenq̃ inſtruant præter filios, vel nepotes, & idem eſt in omnib. huiuſmodi. Prędicta tamen & d. l. unã intellige ſm̃ Inu. in ca ſignificante. de pign. quando frauduleuter & in dãnum reipublicæ fiunt. Secus ſi cõitas ſic ſtatuat pro bono reipubl. ut unus ſolus uẽdat uinum aut huiuſmodi, & tale lucrum applicetur communitati, ut quotidie fieri uidemus.

20 Decimonono † quæritur, utrum uenditio reddatur iniuſta propter defectum rei venditæ? Et dicit S. Th. 2. 2. q. 77. ꝙ circa rem venalẽ triplex defectus conſiderari põt. ſ. ſm̃ ſpeciẽ, quantitatẽ, & qualitatem: vt ſi vendatur aurichalcum pro auro, vel vtatur quis deficienti pondere aut menſura, vel ſi animal infirmum vendatur quaſi ſanum. In his igitur tribus ſi venditor ſcienter offendit, peccat, & reſtituere tenetur. Si vero ignoranter, nõ peccat quidem, ſed cum ad eius notitiam venerit recompenſare tenetur emptori hæc ex illo. Sed qđ dixit de qualitate intelligitur de corruptiua ſubſtantiæ, vt in domo combuſta. argu. l. quin tamen ff. de contrahen. empt. Secus in non corruptiua puta ſi agrum, ſterilem putabat vberem. 29. qu. 1. §. his ita reſpondetur. Vnde tunc, vt ibi patet in gl. venditio non reſcinditur, niſi eſſet deceptio vltra dimidiã, vt dictum eſt, vel haberet peſtiferas herbas, C. de edil. edic. l. ſi prędiũ, vel niſi dolus dediſſet cauſam contractui, vt ff. de dolo. l. eleganter. Ex his multa patent. ¶ Primum. Si vendens intẽdit vẽdere rẽ vnã, puta vnum agrũ, & emẽs emere aliã in ſubſtãtia, ut aliũ agrum, venditio non valet. l. in venditionibus, ff. de contr. emp. Et idẽ eſt in materia: vt ſi vendatur aurichalcum pro auro, vt in d. l. in emptionibus. ¶ Secundo. Tabernarij dantes vini mẽſuram diminutã, ſecundũ Arch. nõ excuſantur, quia decipiunt & damnificant emptores, non obſtante contraria conſuetudine, quæ eſt corruptela; niſi hoc faciant ad ſuã indemnitatẽ, vel lucrum moderatũ, puta, quia ſi darẽt plenas, oporteret precium augere, & cõſequẽter nullos aut paucos inuenirent emptores. Si autẽ econtra mulier dans ad filãdum ꝓ libra dat vncias 13. & nõ ſoluit niſi pro libra, ſecũdum eundem, non eſt fraus. ſ. vbi ſic eſt conſuetũ; quia ſic intelligitur eſſe pactum, cum a principio dat opus, ut ſic ſoluatur ſciẽti aũt & cõſentienti non fit iniuria, quamuis mos turpis videatur. ¶ Tertiũ. Si equus venditus ad paucos dies ratione ſuæ malæ qualitatis moriat. Pan. in c. iniuſtum de re. permu. poſt Ci. diſtinguit. Nam aut morbus erat notus vtrique, & nõ cõcepit remediũ: quia ſciẽti, &c. Aut vterque ignorabat, & tũc aut emptor non fuiſſet alias empturus & competit actio redhibitoria. Aut alias emiſſet, & tunc competit actio quãti minoris, non aũt ad totũ damnum. Aut ſciebat alter tãtũ, & ſi emptor, ſibi imputetur rõne ꝑdicta: ſi vẽditor tenet̃ ad oẽ ĩtereſſe: nõ ſolũ ad preciũ, vt in l. Iulianus, ff. de act. emp. niſi interueniſſet pactum, vt nõ teneretur, & ſi emptor fuiſſet minus diligens nihilominus

ſm Cyn.vēditor tenetur:quia licet ille fuiſſet in quadam negligētia: vel culpa: tñ venditor non patefaciens fuit in dolo,qui præpōderat culpæ:vt in l.item ſi obſtetrix.ff.ad l.Aqui.Io. tñ And.poſt alios dicit, & ſi intra triduū moritur, & inuenitur habere cor marcidum, ex tp̄is prauitate p̄ſumitur illū morbū tp̄e venditionis habuiſſe.¶ Quartum. Si quis vēdat equum dolentē in ſpatula, ſed hoc non oſtendentem, quia erat calefactus, dicens, do tibi equum iſtum pro ſtrabone & dolente ac habente oēs maculas,nec volo ex aliquo teneri ſecundū Spe.in tit.de emp.& vend.§. nūc.nihilominus tenetur,ex quo alias ſpecifice non pro palauit defectum, quia emptor fuit deceptus vidēs dictā eſſe falſitatē in alijs exp̄ſſis, & credidit veriſimiliter ſic eſſe de morbo ſpatuloſo.¶ Quintū.Si fundum vendidi tibi exp̄ſſis confinib. & menſura terræ,& nunc inuenitur maioris quantitatis,an cedat emptori, ꝙ plus eſt, aut venditori, diſtinguit Oldr.Nam qñque loquēs vtitur terminis denotantib.certū,numerū,vel menſurā,& agit ad ſupplemētū,qñ.ſ.exprimit cōceptum ſuum incipiendo a numero,vel menſura, vt vendo tibi terram quatuor modiorū in talib. confinib. qñq; aūt vtitur terminis denotantib. ſpeciem ſeu corpus;licet adijciat,certū numerū,vel menſurā: vt, vendo tibi talem fundū ſic confinatū: qui eſt trium modiorum, & tunc,ꝙ eſt plus,cedit emptori:quia hoc caſu numerus,vel menſura vr̄ adiungi loco demonſtrationis quę licet ſit falſa, non vitiat nec minuit illud,cui adiungitur: vt l.falſa demonſtratio. ff.de cond. & demon.Hæc Pan.in c. per tuas.de dona. Vel dic, quod ſi precium taxatur p̄ modia,emptor nō habebit illud plus;ſi vero nō taxatur per modia,habebit totum,& de hoc ſu. Donatio.1.§.

21 VIGESIMO † quæritur, vtrum venditor teneatur dicere vitium rei venditæ?Et dico, ꝙ S.Th.2.2.q.77.ar.4. obſcure de hoc loquitur, & 2.quolib.ar.10.cuius doctrinā ſic intelligo. Nulli eſt licitū inferre damnum proximo vel periculum.Cum igitur quidam defectus dent damnū tantū, ut pannus malus,quidam vero damnū & periculū p̄ſonę,vel rerū,vt cib.corruptos ſeu venenoſus, & equus retrocedēs in primis ſiue defectus ſit ſecretus,ſiue non, uenditor dicere nō tenetur; ſed ſufficit ſi minuat de precio rei quantum apprehendit ille defectus:quia neq; dānū neq; p̄iculū infert emptori:ſi tamē preciū nō minueret, inferret dānū In ſecundis aūt, ſi ſint publici, ſufficit minuere de p̄cio,nec eos dicere tenet̄:puta,ſi equus ſit monoculus,q̄a nec damnū nec periculū īfert,ſi verò ſint occulti,dicere tenet̄ nec ſufficit minuere de p̄cio:q̄a exponeret emptorē periculo.Hæc ex illo;cui cōſonat &, quaſi cōcordat ac limitat Ang.in l.ſi quis cū aliter. ff.de act.emp.& ven.& Pan.in c.iniuſtū.de re. perm.Ex quib. colligitur,ꝙ diſtinguendū eſt ſic.Nam aut emptor ſi ſciret hmōi defectus, nullo mō emeret;& tunc nullo modo celare licet.Aut emeret quidē,ſed nō ita libēter, & tunc ſi nullū immineat periculum, vel damnum,non tenetur uenditor reuelare,ſed ſufficit minuere precium,& idem eſt de miſtura aquæ ad vnum, & hmōi.Si autē imminet periculum,vel damnum emptori, uel alteri manifeſtare tenetur:aliter eſſet obnoxius reſtōni damni,ſi accideret.ar.l.in reb.§.itē q̄ ſciēs. ff.com.& l.Iulianus.ff.de ac.emp.

22 VIGESIMOPRIMO † quæritur,quid de his, qui rerum defectus negant, aut falſas bonitates affirmant cum periuris & mendacijs ſciēter?Et dico ex Ray.iuncta gl. eius, ꝙ quantū ad iuramenta ſp̄ peccant mortaliter iurando falſum,ēt in modico.Quātū uerò ad mendacia,ſimiliter qñ per hæc lædunt p̄ximū ī magno,uel ēt paruo, cum uoluntate lædendi in magno:ſecus ſi in modico, animo nō lædēdi in magno,uel ſi in nullo,ſed ſi ad ſeruādū indēnes.Vtroq; aūt mō tenetur de nocumēto.

23 VIGESIMOSECVNDO † quæritur,utrū emptum ex aliena pecunia ſit ementis?Et dico, ꝙ ſic, ſi nomine ſuo emit.l. ſi ex ea,C. de rei vendi.Fallit,ꝙ dictum eſt in empto ex pecunia eccleſiæ.12.q.3.c.1.& 2.qu.5.fixum,quòd adeo eſt uerū,ꝙ ſi clericus habens pecuniam de præbēda,emerit prædiū,amplius illud dare non poterit intuitu pietatis,licet pecuniā dare potuiſſet:quia ſtatim prædiū ſit eccleſiæ ſiue emerit nomine ſuo,ſiue alieno,de pecu. cle.c.1.& c.inquirendum Et idem dic de empto ex pecunia pupilli,uel minoris a tutore, uel procuratore;q̄a minori ſibi uendicare p̄t l.2.ff.quando ex fac.tu.Idem de empto ex pecunia militis.C.de rei uen.l.ſi ut proponis. Similiter dic in empto a marito, uel uxore de pecunia ſibi ab altero eorum donata,ſi efficiatur non ſoluendo,qui domum accepit.l.uxor marito.ff.de don.inter uir.& uxo.Hæc ita limita,quando pecunia non fuit alteri miſta: quia ſi fuiſſet miſta,tranſiret in dominium etiam furis.l.ſi alieni numi.ff. de ſolu. & ſic nō eſſet eccleſiæ,uel prælatorum.

24 VIGESIMOTERTIO † quæritur,ſi res uendatur duobus cuius erit?Et dico,quòd potior

eſt

est,secundus,si res tradatus,sibi,vel primus si.
primo sibi detur,& idem in donatione.l.quo
ties.C.de rei vend.arg.c.ex literis. de cōsuet.
& exp̄sse.C.de sac san.eccl.l.vt inter diuinum
ēt scd̄s emisset,& ipse noīe ecclesiæ:q̄a p̄fer-
tur primus.ff.de procu.l.in causæ. Venditor
aūt tenetur crimine falsi vt patet ff.ad l.Cor.
de fal.l.qui duob.Sed si permutauit,aut alteri
in solutum dedit,vel aliter distraxit,postquā
eam obligauerat tenetur crimine stelliona-
tus.ff.de cri.stel.l.3.De hoc tamen plenissime
Ias.in rep.l.quoties.C.de rei vend.

25 VIGESIMOQVARTO † queritur,vtrum is,
cui datum est aliquid ad vendendum pro 10.
vendidit pro 12.teneatur de duobus domino
rei?Et dicit Arc. quòd cum habeat mercedē
pro suo labore,& exhibet nudū ministerium
totū,q̄ superuendit,tradere tenetur domino
siue primo vēditori,& non emptori, nisi for
tè plus iusto vēdidisset.Sed Sum. Ang. cōtra
Ros.tenet,q̄ sibi acq̄rit illa duo sua industria
nō obstāte mercede, quia illa datur vt inue-
niat emptorem p̄ decē,si tamen daretur sibi
simpliciter venderet:secus, quia teneret ven
dere meliori precio,quo posset. Sed hoc non
bene dicitur, q̄a illa duo nō retinet rōne rei
venditæ, cum non sit sua: nec rōne laboris,
vel industriæ, cum hēat mercedem pro toto
illo,quod exhibet in vendendo. Nec res dat̄
sic vendenda à dn̄o pro decem,quin velit ha
bere duodecim,si potest, sed expressit mini-
mū.Et ita tenet Arc.Io.Fab.& Io.de Pla. in §.
actionum.Instit.de acti.& ibidem.do.Ias.

26 VIGESIMOQVINTO † quæritur, vtrū ven
ditor teneatur emptori de euictione?Et dicit
gl.& Pan.in c.si venditori.de emp. & ven. q̄
sic:& si nō defendat emptorē postquam sibi
denunciauit,tenetur ad oēs expensas,quas fe
cit in iudicio,s̄m eundem,siue obtinuerit, si-
ne non:vt l.1.C.de euict.& l.venditores.ff.de
verb.ob. & vtrobique per Bart. Secus si non
denuntiasset litē motā.Fallit āt,inquit,in tri-
bus casib. q̄d dictū est, nec ad euictionē tene
tur.¶Primò,si in principio litis,vel ad minus
post litē cōtestatā, nō denunciauit vendito-
ri,vt eū defenderet,C.de euic.l.emptor fun-
di & l.Authore.§.eo.l.si rē.§.fi.Sed & si ven-
ditor sciebat litē motā, vr̄ sentire Barto. in l.
denuntiasset.ff.de adul.q̄ etiā denunciare te-
neatur:quia q̄n requiritur denunciatio ad ali-
quid faciendum, vt in casu isto, non sufficit
scientia sola:vt in d.l.denuntiasse.Secus q̄n re
quiritur denunciatio ad simplicem scientiam
habēdā:q̄a valet,vt regula,qui certus, de re.
iur.lib.6.& l.1.ff.de act.emp.& vend. Et licèt
gl.& Cy.in l.emptor.& Dyn.in d. regula. qui
certus teneant,q̄ non tenetur denunciare,&
multi alij:tn̄ tutius est,q̄ denunciet,p̄ l.si cō-
trouersiā in ver.authori hæredi, vel eius nun
tia.C.de euict. quæ denunciatio non impor-
tat simpliciter indicare,sed per officialē noti
ficare litē motā, vt veniat ad defendendum.
Scd̄ò, quādo emptor citatus cōtumaciter ab
fuit, quia vr̄ condemnatus p̄p suā contuma-
ciam d.l.emptor.& ff.de euict.l. si ideo. 1. re-
sponso,& idē si venditore absente nō appel-
lauit à sententia.l.Herennius.ff.de euic. Ter-
tiò, quando per iniuriam sententia lata fuit
contra emptorē.d.l.emptor. quia iniuria, q̄
fit emptori,non contingit venditori,l.si im-
prudentiā.in princ.ff.de euic.Idem dic, si per
violentiā extraiudicialiter auferatur.d.l.si p̄.
& C.de euic.l.fi.ēt si notarius posuit, q̄ obli-
get se defendere de iure,& de facto: quia il-
lud de facto intelligit, si lis moueatur de fa-
cto,non iure,s̄m Pan.vbi su. quia violētia ex
traiudicialis non venit s̄m naturam contra-
ctus:de quo dic,vt no.p̄ Bar.in l.stipulatio ista
ff.de ver.ob.Adde quartò,q̄n emptor cōpro-
misit, & reportauit sententiam contrariam.
l. si. dictum §. si in arbitrum ff. de euic. quod
intellige verū,si voluntariè compromisit:q̄a
secus si coactus.s.à statuto:q̄d sic vult, vt in-
ter cōsanguineos compromittatur,& huius-
modi:& hoc denunciauit venditori,secundū
Bar.in d.§.si in arbitriū.& Bal in l.1.C. de pe-
ri.& com.rei ven. Et quintò, q̄n emptor po-
tuit vsucapere,& non vsucepit.l.si dictum. §.
si cum posset. Et sextò,si rem alienam scien-
ter emit:nisi de euictione,specialiter sibi ca-
uerit.l.si fundū.C.de eui. Et septimo, si aliq̄d
casuale contingat.C.eo.de leg.l.fi.de reb.ec-
cle.non alien.c. ad nostram. Vide etiam alios
casus per Host.in Sum.eo.ti.

7 VIGESIMOSEXTO † quæritur, quid si ven
ditor pactum fecit,q̄d de euictione non tene
retur?Et dico nihilominus eum teneri ad pre
ciū re euicta.l.ex empto in fi. de act. empt. &
vend.q̄d limita Lu.de Ro.q̄n pactum sit in ge
nere,s.a quocunq; euincatur: secus si specifi-
catur persona,vel causa vna:quia tunc etiam
non tenebitur ad preciū.Casus est in l. qui li-
bertatis,in prin.ff.de euic.& ibi glos. de hoc.

28 VIGESIMOSEPTIMO † quæritur, quātum
emptori tenetur venditor in casib. in quibus
de euictione tenetur re euicta?Et dico, quòd
tantum in simplum: & si fuit in culpa in ven-
dendo,tenetur ēt ad interesse.In forum tamē

cōtentioſo in reb. prætioſis arbitrio iudicis cogitur ꝑmittere duplū, aliter condemnatur in duplum ꝑcij conuenti. ff. de euic. l. 2. & l. emptori. De emptione rei furtiuæ hēs inf. Restitutio 3. §. 7. vide ēt ſu. Cōtractus. §. 9. Vtrū teneat venditio per cōpromiſſū: & ſimiliter vide multa inf. Negotium, & Vſura ſecundo.

EMVNITAS, vide infra Immunitas.

DE ENORMI.

1 *Enorme quaſi extra normam poſitum, dictum eſt, quod autem importet, & præſertim ad mores relatum quotupliciter malum enorme dicatur.*

2 *Enormia crimina iuxta Canones quæ nam ſint. Et ibidem, quod crimen enorme dupliciter dicatur.*

3 *Enormis iniuria corporalis quæ dicenda ſit. Et ibidem, quod exceſſus notorius ſit enormis: qui ſi ſiat in perſonam eccleſiaſticam, ab eo epiſcopus abſoluere non poteſt.*

4 *Iniuria enormis num ſit, quis arbitrabitur.*

1 ENORME † dicitur quaſi extra normā, vel ſine norma. i. mēſura. & importat aliquid exceſſiue magnum: & loquendo in moribus ſemper ſonat in malum: quia bona ex ſuo genere non poſſunt eſſe magna per exceſſum: cum infinite creſcere poſſit homo in gratia, & conſequenter in virtute. Dupliciter autem malum dicitur enorme. ſ. in ſe: & ſic peccata aliqua dñtur enormia, & ī ſuo effectu, vel nocumento illato: & dicitur enormis iniuria.

2 PRIMO † vero q̃ritur, q̃ ſunt enormia crimina ſecundū canones? Et dico, quod dupliciter crimen dr̄ enorme. Primo, ꝙ ad normam pęnitētiæ, quæ. ſ. pęnam delet cū culpa, plenue reduci non pōt, quin ſemꝑ aliquid remaneat de pœna: quia ſcilicet impedit ordinis executionē, & beneficij detentionem ēt poſt pęnitētiā. Et hoc eſt triplex. ſ. homicidium voluntarium. d. l. minora 1. qu. 7. ſi quis enormē. de conſ. diſt. 1. c. 1. & idem eſt de caſuali præcedente culpa. de homi. continebatur. Secus vbi culpa non præceſſit. eo. ti. ex literis. Item hæreſis, in qua poſt ſanatum vulnus remanet cicatrix, 1. q. 1. vētum. Item ſimonia in ordine. de accuſ. inquiſitionis, & ibi patet, quod idem eſt de ſimonia in beneficio, i. ſi quis adipiſcatur ordinē, vel beneficiū per ſimoniam vt ibi. Et de his vide ēt ſup. Crimen. Secundo dicitur enorme, quod diſpenſationem recipit: cipit: ut ſimonia in beneficio. 1. q. 1. ergo, & q. vlt. patet quomodo enormia dicuntur ēt omnia delicta, quæ inducunt infamiam ciuilem, id eſt ex quibus quis remenet infamis, ēt poſt pœnitētiam. 3. q. 7. §. porro. & 2. q. 3. §. hinc colligitur.

3 SECVNDO † quæritur, quæ iniuria corporalis dicatur enormis? Et dico, ꝙ cap. cum illorum. de ſent. exc. exemplificat ſi mutilatio ſequitur, vel ſanguinis effuſio. ſ. abundans, & ex membro, ex quo de facili nō fluat, ſ̄m docto, ſeu ex vulnere, & ſi in epm̄, vel abbatem ſeu ſuperiorem manus iniecta ſit. Similiter in §. atrox. Inſtit. de iniu. exemplificatur, ſi quis vulneretur, intellige ſ̄m Mod. ſi opus ſit medicamine chirurgiæ, vel emplaſtrorum, ſeu aliorū medicaminū. Itē ſi quis fuſtibus cæditur, ſi in theatro, vel foro, aut in conſpectu iudicis verberetur: item ſ̄m alios, ſi in eccleſia vel cęmeterio, vel dormitorio. arg. ca. cum ꝑ cā. de ſen. exc. 27. q. 4. quiſquis, & §. qui autem Item ſi ſacerdoti induto veſtib. ſacerdotalib. magiſtratui, parenti, patrono, & prælato. ff. de iniu. l. prætor. §. atrocē, C. eo. l. atrocem. Et ſic enormis dr̄ primo ex perſona: ſcd̄ò ex loco: tertiò ex tempore: puta, ludi, aut feſtiuitatis, & hoc eſt arbitrarium, quartò ex re, puta, vulnere, aut etiam vulneris loco, veluti oculo percuſſo. ff. de iniu. ita īcipit quintò ex modo vnde ſ̄m Pan. in d. c. cum illorum, exceſſus notorius dr̄ enormis: & ſi ſit in perſonam eccleſiaſticam eps abſoluere non poteſt. Et de his omnib. ſup. Abſolutio 4. in principio.

4 TERTIO † quæritur, quis arbitrabitur, an iniuria ſit enormis? Et dico, ꝙ is, qui habet abſoluere, & ligare, vt ſciat, an ſit qs ſuæ iuriſdictionis; & poſſit illum abſoluere necne. argu. c. ſuper literis. de reſc. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iu. ſed caueat, ne legem arbitrari velit, vbi ius atrocem determinat: quia non abſolueret ſed deciperet: ſecus autem vbi determinat.

DE EPISCOPO.

1 *Epiſcopus vnde dictus, qualiter interpretetur, quod nam ſit ipſius officium, ac munus. Et an differentia ſit inter epiſcopum, & presbyterum: & qualis.*

2 *Epiſcopatus ordo ne ſit, an dignitas. Et num eorū ſtatus religioſorum ſtatu perfectior ſit nu. ſeq.*

4 *Epiſcopatum expetere, aut oblatum recuſare, an liceat. Et ad hoc ſubnectuntur concluſiones aliquot.*

5 *Epiſcopus in ſui ordinatione, & inſtitutione interrogatus, an nouum, ſimulque vetus teſtamentum nouerit, reſpondens, quod ſic ſi illa ignoret, an mortaliter peccet.*

6 *Epiſcopalis dignitas, num a ſeruili, aut adſcriptitia conditione liberet. Et iura epiſcopalia, quænam poteſt epiſcopus a ſuis ſubditis ex Canonum diſpoſitione exigere. nu. ſeq.*

8 *Epales lex, ſecundum iura q̃nam, ac quotuplex ſit.*

9 *Eps quid ſecundum iura, aut poſſit, aut non poſſit.*

10 *Epiſcopus quid debeat, & quid non:*

11 *Epi-*

1 EPISCOPVS † Græcum nomen est, dictũ ab episcopi, quod est sup. & scopos, vel Epi, quod est intundere, quasi superintendẽs quia superintẽdit laicis, & clericis sibi cõmissis 8.qu.1.qui episcopatum.dist.10.cleros vbi etiam interpretatur Spec.eo.quod subditorũ mores & vitam speculatur, & inhoc negligẽs est in peccato mortali, & dicitur canis impudicus.2.q.1.c.qui nec cuius officium consistit in confectione chrismatis, chrismatione frõtis, collatione ordinis, cõsecratione ecclesiarum, & altarium: vt de sen.excom.c.quia periculosum.lib.6.in glos.& secundum S.Tho. in 4.dist.23.solus dispensat illa sacramenta, quæ ponuut suscipientem in aliquo grandi perfectionis super alios, & æqualis est papæ, ẽm eũdem ibi di.3.in collatione sacrorum, seu quo ad ea, quę sunt ordinis episcopalis; ideo quilibet põt alium consecrare solus ẽt, vt ibi dicit dist.20.proprie est prælatus, ecclesiæ, & quasi sponsus eius accipit annulum: cuius & cõuersatio debet esse, quã Greg.in Pasto.describit, dicens, Sit rector cogitatione, mundus, actione præcipuus discretus in silẽtio, vtilis in verbo, singulis per compassionẽ socius, præcunctis contemplatione suspensis: internorũ curã exteriorum occupatione nõ minuẽs: exteriorum prouidẽtia internorum solicitudinẽ non relinquens. Et quantum ad appellationẽ quandoq; inter ep̃m & presbyterum differẽtia non fuit: quia isti & illi presbyteri & ep̃i dicebantur: semper tñ fuit differentia realis, vnde & in primitiua ecclesia soli ep̃i confirmabant, Act. 8.i. per manuum impositionem Spiritum sanctum dabant, vt tenet S.Th.Ray. & Pet.de Pal.quæ impositio per confirmationem designatur; ideoq; soli episcopi sunt, qui apostolorũ vice confirmant vt extra de sac. vnct.c.vno.§.per frontis. Erãt & olim quidã prælati, qui coepiscopi dicebantur, de quibus pertranseundum est, quia amori sunt dist.88. §.hi vero.& c.seq.

2 PRIMO † verò quæritur, vtrum episcopatus sit ordo, vel dignitas. Et dico, ꝙ est dignitas, vt patet ex dictis su. Dignitas, est ẽt ordo sup. Sacerdotium, ẽm S. Th. in 4.dist.7.& dist. 24.nõ in ordine ad verum, sed ad mysticũ corpus Christi, suꝑ quod habet aliquẽ actum ad aliquam potestatem, quam non habet sacerdos sicut põt ordinare, & confirmare, & huiusmodi. Vnde ẽm Io. And. in principio sexti. papa se episcopum appellat, licet in ecclesia sint dignitates episcopatu maiores, quia episcopatus est ordo maximus.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum status ep̃orum perfectior sit statu religiosorum? Et dicit S. Tho.2.2.q.184.quòd sic; quia in omni genere restantius est patiente: in genere autem perfectionis ep̃i ẽm Dio. se habent vt perficientes, religiosi vero vt perfecti: quorum vnũ ad actionem, reliquum ad passionem pertinet. Si tñ status episcopalis agatur ꝑfunctoriè, nihil est miserius aut periculosus. dist.40.ante oĩa.

4 TERTIO † vtrum liceat appetere episcopatum, aut recusare oblatum? Et dico, quod ẽm Aug.19.de ciuitate Dei, & S.Tho.2.2.q. 185. & 8.q.1.qui ep̃atum, & si administretur, vt decet tamen indecenter appetitur, quam inquit Augu. otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atq; intuendæ veritati vacandum est si autem imponitur, suscipienda est ꝑꝑ charitatis necessitatem. Istam aũt quæstionem diffuse tractaui in Ro.aur. Dominica 17.post Trinita. & ibi habentur hæc conclusiones. ¶ Prima. In nullo casu licet prælationem procurare quacunq; populorum necessitate, vel quocunq; fine. ¶ Secunda. Licet nunquã liceat p̃laturam quærere, tñ necessitatis tꝑe, i. qñ non videt quis vnde competenter de bono pastore prouideatur: licitum est hanc appetere, nõ absolute, sed a Deo, non vt quis præsit, sed vt prosit: & licitum est hoc desiderium: vellem ꝙ me Deus dignum iudicaret, & faceret, vt alijs prodesse possem; quia velle prodesse est laudabile, & velle promoueri per Deum non est præsumptuosum, cum ipse non promoueat nisi dignos. ¶ Tertia. Tale desiderium extra casum necessitatis non est laudabile nec licitum, quia esset minus bonũ præferre meliori, cũ sit melius vacare Deo qui proximo, tibi non est necesse vacare proximo. ¶ Quarta. Is cui vitia placent in propria persona, vel cui non displicent, nec ea conatur euertere in aliena, nunquam licite appetit a Deo promoueri, quamdiu sic esse deliberat. Est aũt mortale, iudicio meo, appetere rõne deliberata episcopatum & omnem prælaturam siue beneficium cũ cura, in multis casibus, de quibus inf. Superbia.§.vlt.& specialiter propter ambitionem, vel cupiditatem principaliter, qa est ambitio ꝑiculosa, & repugnans bono cõi: tũ quia talis nescit se idoneũ ad illud administrandũ: cũ hoc sine Dei gratia, quã se hr̃e nescit, facere nõ possit: tũ quia bonũ commune

ordinatur ad particulare, vt populus sit pp prælatū, cū sit econuerso. Est ēt mortale hoc recusare, cū qs ꝓbabiliter credit se idoneū, vel saltē dubitat, & ad suscipiendum adstringitur præcepto superioris, quia in dubijs tenetur subditus obedire; vt inf. obedientia, & idem vr̃ si nō adstringatur præcepto sed cōsilio, & probabiliter credat, ꝙ per aliū æque bene prouideri nō potest; quia est contra fraternā charitatē; & facit ca in scripturis. 8. q. 1. sed vide su. Electio. 1. §. 20. inf. Simonia 7. §. 16.

5 † QVARTO quæritur, vtrum peccet mortaliter ep̃s ignorās in sua ordinatione interrogatus an sciat nouum & vetus testamētū, & respondens, ꝙ sic? Et dicit Rich. in quolib. 4. ꝙ sic, si ita est ignarus, ꝙ nesciat ī gn̄ali mādata Dei, articulos fidei, virtutes, & vitia, & sacr̃a; quia tunc perniciosum mētitur; nō aūt si sciat duo testamenta quantum ad ea, sine quibus officium suum conuenienter exercere non potest; licet in alijs sit indoctus; quia videtur, quòd consuetudo sic solum velit.

†QVINTO quæritur, vtrum ep̃alis dignitas liberet a condōne seruili, vel adscriptitia? Et dico, ꝙ ab vtraq; imò & sacerdotalis. dist. 54. si seruus sciente, & c. ex antiquis. iuncta gl. & ēt a curiali seu officiali, secundum glo. in d. c. si seruus & idem scd̄m Pis. & Sum. Ang. licet Supp. sentiat, quòd non, innitendo textui d. c. si seruus. Sed quantum ad hoc illud ca. non tenet secundum Pis. Veruntamen nec seruus, nec adscriptitius, nec ēt curialis ordinari debet, nisi secundum dist. quam habens inf. Seruus 2. per totum, i. nisi prius a tali conditione sint absoluti & ab alijs irregularitatibus.

7 † SEXTO quæritur, quæ sint ep̃alia iura, q̃ eps exigere potest a clericis & religiosis sibi subiectis secundū canones? Et dico, quòd declaratur in c. conquerente. de offi. ord. vbi dr̃. In ecclesijs seu capellis tuę dięcesis ad monasterium ipsum spectantib. habeas canonicam obedientiam, subiectionē & reuerentiā, institutionē, & destitutionem, correctionē, & reformationē, ac cēsurā ecclesiasticā, iurisdōnē quoq; ordinariā causarū oīum ad forum ecclesiasticū de iure spectātiū, pęnitētias, & sacr̃orū oīum, quæ ab ep̃o recipiēda sūt, &c. de quibus vide plene Arch. 3. par. tit. 9. c. 5.

8 †SEPTIMO quæritur, quotuplex, & quę sit lex ep̃alis scd̄m iura? Et dico, quod duplex. s. iurisdictionis, cui subijciuntur monasteria: & dioecesana, cui monasteria nō subijciunt: in quibus consistit totum ius & potestas episcoporum; & de quibus in c. dilectus. de offi. or. vbi gl. dicit istam esse inter vtranq. dr̃iam. Nā ad legem iurisdictionis pertinet datio curæ, delictorum coerctio, ordinatio ecclesiarum, consecratio earum, altariū, & virginum, & chrismatis, & gn̄raliter oīum sacr̃orū, & ordinum collatio, quæ in dādo consistūt, & alia plura, q̃ enumerant in §. præcedenti ca. conquerente. vsq. ad verbū synodaticū. Ad legē vero dioecesanam spectat cōuocare ad synodum, ad sepulturas mortuorū, cathedraticū, id est, quod soluitur in signū subiectionis, tertia, vel quarta mortuariorū, decimationum, hospitiorum, & similia quę consistunt in recipiendo. Igitur omnia monasteria ipso iure exempta sunt à lege dioecesana. 11. qō. 1. c. 1. & q. 3. inter cætera. & 18. q. 2. quam sit. & 16. q. 1. placuit. nec cogi possunt ad prædicta ptinentia ad illam d. ca. quam sit. a lege vero iurisdictionis non sunt exempta, nisi munita sint speciali priuilegio, de quibus omnibus vide diffuse Arch. vbi sup.

9 †OCTAVO quæritur, quid ep̃s possit secūdum iura, vel non possit? Et dico multa. ¶Primū. Secundum Pan. in c. accedentib. de exce. præl. pōt cōcedere nō ep̃is authoritatē, quā hēt, quantū ad ea, quæ spectant ad dignitatē ep̃alē, sicut cognoscere đ causa matrimoniali, iniungere publicā poenitentiam, cōcedere indulgentiam, iudicare de clericis, & hmōi: vt 16. q. 2. visis præter insignia, vt est vsus mitræ ac pontificalium, quæ solus papa concedit, ar. c. vt apostolicæ. de priuil. lib. 6. Et ēt q̃ sunt iurisdictionis potest concedere quamuis nondum sit consecratus, nec sacerdos. Et idem Io. And. & Cal. Quantū ad ea vero, quę spectant ad ordinē concedere nō pōt ep̃is vt ordinare, chrismare, consecrare: & similia, q̃ no. in c. quamuis. 68. dist. & in c. aqua. de consec. ecc. vel alt. Vnde credo, ꝙ dare nō possit authoritatē benedicendi vestes, seu paramēta: Eo āt mortuo expirat officiū vicarij, scd̄m eundē Pan. in c. 1. ne se. va. vt no. gl. in cle. si. de proc. Et idē vr̃ de officio prioris cōstituti ab abbate eo mortuo: ar. ex not. in d. cle. Secus si constitutus esset ab abbate cum capitulo: argum. c. 2. de sta. reg. ¶Secundum. Pro persecutione sui corporis licite posset fugere, secundum S. Tho. 2. 2. q. 185. vbi per aliū in eius absentia sufficienter posset saluti gregis prouideri. Vbi vero salus subditorum eius præsentiā exigit, fugere nō potest pp tpale aut corporale damnum: sed tenetur sicut bonus pastor animam suam ponere pro ouibus suis, & idem 1. q. 1. sciscitaris. ¶ Tertiū, potest ēt per

se,

ſe, vel per aliũ in quolibet loco nõ exempto pro tribunali ſedere, cum in tota ſua diœceſi iuriſdictionẽ habeat ordinariã. de off. ord. cũ eps. li. 6. Vtrũ aũt poſſit immediate iudicare de ſubditis ſubditorũ ſibi prælatorum nõ appellantium ad eum gradatim ſcđm Hoſt. & Goſ. licet ſint opiniones, ſeruanda tñ cuiuslibet eccleſiæ conſuetudo eſt, quæ iuriſdõnem tribuit. ¶ Quartũ. Poteſt ẽt cogere religioſos mendicantes, vt vadant ad proceſſiones. c. nimis praua. de excep. præl. Ex quo text. dicunt Doct. ꝙ quia prohibetur eis, ne ex leui cauſa eos cõpellãt ire: ſequitur ꝙ ex magna & graui poſſunt, puta ex nouo introitu epi, vel legati, aut imminente peſte, aut alio flagello, vel in generalibus litanijs, quæ ſunt tres dies Rogationũ hæc Pan. in c. cum dilectus. de off. or. quæ limita, niſi ſint ſpiritualiter priuilegiati. ¶ Quintũ. Poteſt ẽt q̃rere de titulo beneficij ſubſtituti ſui, ſi non conſenſit in eũ, & voluit Fed. cõſ. 98. & idẽ dic de quocũq. alio, cuius intereſt. ¶ Sextum. Poteſt ẽt vbicunque celebrare, & celebrari facere cum altari portatili. vt in c. fi. de priuil. lib. 6. & ſimiliter tpe interdicti celebrare põt, & celebrari facere, & audire diuina vbicunq. vt in d. c. fi. quod limita, vt in ca. quod nonnullis. de priuil. ſ. excluſis interdictis, ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, & campanis nõ pulſatis, & ſi ipſe ſpecialiter non ſit interdictus, vel non fuerit cauſa interdicti. Qũo aut in aliquib. poſſit diſpenſare, hr̃ ſup. Diſpen. §. 4. & 9. & 11. & in beneficiorũ pluralitate ſpecialiter ſup. bñficium 4. §. 8. Quã aũt habeat iuriſdictionem, vide extra, de off. ord. per tot. ¶ Septimum. Poteſt ẽt in ſua diœceſi multa ẽt ſine metropolitani conſilio, ſecun. Rayn. vt conſecrare eccleſias ac virgines, ordinare, erigere altaria in eccleſia conſecrata: nã in non conſecrata hoc põt ẽt ſacerdos chriſma conficere, cõfirmare, reconciliare ſolẽniter pęnitẽtes, literas cõmendatitias clericis dare, inter ſubditos iudicare, anathematizare, cum ſolemnitate. de qua. 11. q. 3. debent. vnã eccleſiã in duas diuidere, & duas in vnã vnire, vnã alteri ſubijcere, & nouas erigere ex cauſa, & non aliter, & requiſito cõſenſu eorum quorũ intereſt, & qui forſan ex hoc lædi poſſent, qñq; ẽt eorũ conſenſu nõ obtento. de exceſ. præl. ſicut. & ibi Pan. extra, de eccl. ædi. ad audientiã. ſynodum celebrare, canonem latæ ſñiæ condere in ſua diœceſi. Vide Arch. 3. parte, ti. 21. c. 2. ¶ Octauum. Non põt autem ſine capituli conſenſu a principio de nouo cõſtituere monaſteriũ, nec eccleſiam conſtructã ſæcularem monaſticis regulis informare, ſec. Pan. in c. apoſtolicæ. de donatio. & ita intelligitur c. ſi epiſcopus. 12. q. 2. Sed poſtquam hæc ſunt acta cum aſſenſu capituli, poteſt ſolus donationem facere: de qua ſup. Eccleſia. 3. §. vlt. ẽt de poſſeſſionibus ipſis ſcđm cõiter Doct. & non ſolũ reditib. Sed ĩtellige de donatione ĩter viuos, non de teſtõ, ſec. Doct. cõiter, quia teſtamẽtũ porrigitur ad tps, quo non eſt futurus prȩlatus, cum morte cõfirmetur, & non ſit de rebus alienis. Si tñ quinquageſima aut centeſima eſſet in graue damnũ eccleſiæ, dari non deberet. d. ca. apoſtolicæ. ¶ Nonum. Non põt ẽt teſtari de bonis eccleſię, niſi vt alij clerici; tñ ſcđm S. Tho. 2. 2. q. 185. Poteſt habere proprium, & illud hæredibus teſtari. non poteſt autem cauſam ſpiritualem cõmittere laico, aut laico, & clerico ſimul; vt ſu. Arbiter, §. 19.

10 † Nono quæritur, quid facere debeat, vel non debeat? Et dico multa. ¶ Primũ. Epiſcopus in ſynodo conſtituere debet idoneos viros p totã diœceſim, eos iurõ adſtringẽs, ad denunciandũ ſibi, vel miſſo per eũ quicquid perpẽderint fieri contra voluntatem Dei, & Chriſtianitatẽ, quod ptineat ad eccleſiaſticã iuriſdõnẽ. 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. & tales appellantur teſtes ſynodales. ¶ Secundũ. In eccleſijs ẽt baptiſmalib. dẽt ordinare magiſtros, qui doceant pueros in ſtudijs literarum, artiumq; liberalium aſſidue, vbi neceſſitas occurrerit. 37. diſt. de quibuſdam. ¶ Tertium. Singulis etiam annis debet ſynodum tenere admonendo clericos, & conſtitutiones legẽdo, & laicis prædicando, 10. q. 1. placuit, & ſimiliter ſingulis annis, ſi põt viſitare oẽs eccleſias, monaſteria, & hoſpitalia ſibi ſubiecta. ¶ Quartũ. Debet ẽt in publico lineis vti, niſi ſit religioſus, ſuper indumentis. de vit. & hon. cler. clerici officia. ¶ Quintum. Debet ẽt, vbi temporalem iuriſdictionẽ habet, conſtituere iudicem laicum, qui in cauſa præcipue criminali, iuſtitiam faciat; cui & delegare poteſt in ſpeciali ſuper aliquo maleficio, vt iuſtitiam faciat ſine irregularitate: dummodo p ſuã reſponſionẽ nec directe nec indirecte indicet iudici: ꝙ pœnam ſanguinis debet irrogare: ſed ſolũ in genere, ꝙ iuſtitiã faciat; & ſi dubitat, conſulat peritos, aliter eſſet irregularis, de exceſ. præl. ex literis ſanguinis tamẽ vindictæ præſens eſſe nõ debet. vt in d. ca. ex literis. ¶ Sextũ. Dẽt etiam ordinandos, ne cito nimis manus imponat, inq̃rere primo de ętate ad illũ ordinẽ debita; de quo inf. Aetas.

Et

Et secundò, de bonitate vitæ: & quo ad hoc quemlibet potest admittere, nisi sit peccator notorius iure, vel facto, vel excommunicat⁹ maiori, vel suspēsus, vel ĩterdictus, q͂a nemo salutis suæ immemor iudicandus est. 1. q. 7. sãcimus si ẽt esset quis illegitimus, sine dispēsatione promoueri non posset, vel epi quo ad minores, vel Papæ quo ad reliquos ordines, nisi sit religiosus qui dispensatione non indiget rõne religionis, sec. Arch. Et tertio de literatura quia ordinans diaconum, vel subdiaconum, qui nescit officiũ peccat mortaliter: & similiter promouens ad curam non habentem sciam necessariam, de qua sup. Cõfessor 3. in princ. & de hoc inf. Ordinandus: & qualiter tã ipse q̃ suus notarius cauere dẽt a simonia. ¶ Septimum. In conferendo ẽt bñficia dẽt attendere, vt conferat dignis: aliter mortaliter, secundum S. Th. & Alber. in 4. & facit quid no. 61. dist. in sacerdotib. ¶ Octauũ. Non debet aũt ecclesiastica officia cõmittere ꝓpinquis, nec rerum ecclesiasticarum administrationem 89. dist. iudicatum est, & c. sequenti, quod intellige, quando alij haberi possunt æquè idonei, vt cesset scandalum: alias potest ẽt suis committere, si sunt alijs meliores: cũ hoc casu esset ratio prohibitionis. Sed & œconomus debet esse clericus honestæ vitæ: vt probatur eadem dist. per totum.

11 † Decimo quæritur, ad quæ Eps iure tenetur? Et dico duo. ¶ Primũ. Executione deuoluta ad epm ꝑ negligentiam executoris, tenetur seruare formã, quã & executores seruare tenebantur, scd̃m Bart. in l. si puellã. C. si man. ita fu. ali. & facit tex. ĩ cle. 1. de sup. negli. præl. & qđ no. Io. Andr. in c. publicato. de elec. ¶ Secundũ, Eps tenetur deputare in ecclesijs cathedralibus, & alijs conuentualib. viros idoneos ad prædicandum, & confessiones audiendum, & visitandũ, quibus & prouidere debet de officio ordinarij. c. inter cætera, vbi dicit Io. Andr. ꝙ q͂a dr̃, præcipimus: & subsequitur, si quis aũt qui in hoc sunt negligentes, s. notabiliter, sunt in mortali. Host. ãt orat vt Deus misericordiæ agat cũ transgressoribus huius præcepti, hodie, tñ inquit, prouidit paracletus per ordines Prædicatorum & Minorũ: licet non oẽs capiant verbũ istud de priu. c. nimis. Et intellige de conuentualibus sæcularib. i. collegiatis: quia monachis ñ competunt ista officia. s. ex mõnachatu. scd̃m Pet. & Abb. ¶ Tertiũ. Secundum S. Th. ẽt tenetur ingredi religionem, q̃ vouit 2. 2. q. 189. & exponere oĩa sua pro honore Dei, & salute gregis sui cum opus fuerit ibi quæst. 184. & alere clericos indigentes, quos promouit ad ordines, non autem alios clericos, secundum eum 4. dist. 24.

12 † Vndecimo quæritur, quas pœnas eps de iure incurrat, vel non incurrat? Et dico duo. ¶ Primũ. Ex nulla constitutione epi cadunt in penam suspẽsionis, vel interdicti, nisi de ipsis in illa fiat mentio specialis: similiter nec eorũ superiores de sent. excom. quia periculosum, lib. 6. Et idem dic de suspensione a beneficio iure posita: vt in c. si compromissarius, §. huiusmodi. de elect. lib. 6. Secus de excõicatione, vt not. in d. ca. quia periculosum. ¶ Secundum eps canones nõ seruans, aut seruari non faciens, est periurus; vt no. Pan. in c. ego. de iureiur. alleg. gl. in c. sacerdotes. el 1. 2. q. 7. quæ dicit, ꝙ a prælato non seruante canones recedi potest: sicut ab excõicato & ꝑciso receditur, quod dictum Pan. intelligit verum quando ex contemptu hoc procedit. Qũo ãt non possit restituere degradatũ sup. Degradatus. §. vlt. Qũo autem teneatur obseruantias irregulares, si est religiosus, vide inf. Monachus, qũo etiam aliqui casus ei reseruentur, vide sup. Casus. §. 2. 3. 4. & 5. Qũo ẽt possit aliquid accipere a clericis, & quando vide Arch. & diffusissime 3. par. tit. 21.

DE EREMITIS.

Eremita quis sit, & quotuplex. 1
Eremita an gaudere debeat clericorum priuilegijs. 2
Eremita an possit ad monachorũ prælaturã assumi. 3
Religiosi quando ad vitã eremiticã transire possint. 4

1 EREMITA, † qui & Eremicola, est is, qui eremum colit inhabitãdo. Et est duplex, quidam, s. colens quidẽ seu habitans eremũ, sed non ex desiderio vitæ solitariæ, sed alia causa, puta ad aggrediẽdum, vel fugiendũ: & hic proprie non dr̃ eremita: quia, vt dr̃ in c. q. vere. 16 q. 1. eremita dr̃ qui vere & pure solitariã vitam elegit, quidam vero colens ex desiderio colendi. Et iste est duplex; quia quidã est colens ex desiderio colendi, & tamen est adstrictus obedientiæ alicuius approbatæ religionis, qui etsi sit eremita proprie, non tamen præcisè; sed est religiosus ducens vitam eremiticã alius vero non est obedientiæ adstrictus: & iste proprie dr̃ eremita, s. is qui vitã eremiticã eligit sub spiritu libertatis. Vnde dicit S. Tho. in 4. distinct. 28. quod eremitæ habent solemne votum continentiæ, sed non obedientiæ: licet teneantur episcopus obedire, sicut & alij, vt dicitur 2. 2. quæstion. 186. arti. 5. ad 3. immo etiam possunt habere pro-

proprium secundum gl.in d.c.qui uere. & est tex.19.q.3.§.econtra.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum eremitæ gaudeant priuilegio clericali? Et dicit Sum. Ang.ac Rof.cum Io. de Lig. in cle.per literas. de præb.ꝙ sicut laici nati sunt;ita laici perseuerant sub Imperatoris iurisdõne, cum eis nihil adueniat eos eripiens, aut eximens inde. qđ est duplex.s.receptio, ordinis uel conuersio ad aliquã religionem approbatã. de rel. do.c.fi.17.q.4.si quis suadente.de sen.exc.non dubiũ. & sequitur Pan. in c.nullus de fo.com pe.Sed cõtrariũ tenuit gl.in d.c. qui vere. qđ Arch. limitat verum in eremitis, non profugis, sed qui adstricti sunt alicui regulæ, vel superiori.s. religioso:sed saltem hoc priuilegio gaudenti, vt su.Ecclesia 1.§.5.di.6. & hoc tenet; tũ quia si laicũ viuentẽ in turba dicta ad strictio facit gaudere priuilegio clericali:quare non vacantem Deo penitus in solitudine? tum quia & ipsa Sũ.Ang. dicit, ꝙ sunt de fo. ecclesiastico. per ca. nulla ratione, dist.93. & per c.si autem 11.priuilegium autem fori tardius acquiritur, & citius, ac facilius perditur, quam personale, secundum Doct.vnde si gaudent reali priuilegio siue fori, gaudent & personali sup.Excommunicatio 6.§ 6.

3 SECVNDO † quæritur, vtrũ eremitæ vocari possint ad prælaturam monachorum? Et dico, quòd sic per postulationẽ.ext de ele.cum ad mocasteriũ:& rõ, quia transeunt ad vitam strictiorem in hoc, ꝙ monachus abrenuntiat proprijs, nõ ãt eremita: vñ potest condere testamentũ.19.q.3.§. sed illud est: qđ intellige vbi eremita non est religiosus. Vita tñ solitaria debitè assumpta præeminet sociali, ſm S. Th.2.2.q.186.sicut iã perfectũ ei, qđ ad perfectionem exercetur:sed sine ꝓcedẽti exercitio est periculosissima.nisi diuinitus suppleatur.

4 TERTIO † quæritur, vtrũ religiosi possint vitam eremiticam eligere? Et dico, quod sic de licẽtia suorũ prælatorũ, ẽt mẽdicantes, & cellas siue habitacula in eremo, siue vbi hominum habitatio de propinquo non sit, capere, & mutare.de exces.prǣl.cum ex eo.lib.6. prælati tamen nemini debent dare licentiam nisi iam in societate perfectis, cũ imperfecto. sit periculosissimũ habitare solitariè: cui & dicitur, væ soli, quia cũ ceciderit, non habet subleuantẽ.Vnde S.Th.vbi su. dicit, quòd vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis, quia mutuo se instruũt, verbo, exemplo, & correctione, q̃ ad perfectionẽ ducunt: solitudo autem competit iam perfectis.

DE ERRORE.

1 *Error quid sit, & an consensum tollat.*
2 *Error quando intolerabilis dicatur.*

1 ERROR † consensum tollit:& errantes nõ uidentur consentire.ff.de reg.iu.l. nihil, & si sit error iuris, excusat a dolo: & consequenter a pœna, quæ debetur propter dolum, si etiam sit error communis, aliquando facit ius.ar.95.dist.ecce ego quasi in fin. & in l.Barbarius ff.de offi.præto.

2 DICITVR † autem intolerabilis, qñ continet aliquid, quod in suo genere est peccatũ, vt in c.venerabilib.§. potest.de sent.exc.li.6. vel aliquod impossibile, vt in gl.in c. ꝑ tuam. de sent excom.vel si sit contra ius, aut legem vel si excommunicet aliquem, quia bonum fecit; puta eleemosynam. vide dictam glosã.

DE EVANGELIO.

EVANGELIVM non sedendo, vel genuflesso audiendum est:sed stando, & venerabiliter adorando, scilicet capite discooperto de consec.di.1.apostolica.

DE sacrosancta eucharistia primo in se, quantum ad materiam & formam.

1 *Eucharistia Græce, quid Latinis significet.*
2 *Eucharistiæ sacramenti, quæ sit materia.*
3 *Materia sacramenti Eucharistiæ quæ sit.*
4 *Eucharistiæ materia quæ sit, dum admodum potus sumitur.*
5 *Sacramenti Eucharistiæ speciebus an possit liquor aliquis licite misceri.*
6 *Vino deficiente quo confici possit liquore.*
7 *Eucharistiæ sacramenti, quæ sit forma.*

1 EVCHARISTIA † Græce, Latine dicitur bona gratia:ab eo, quod est bonũ, & charis gratia: sic dicta, quod Christum plenissimum gratiæ in se contineat: vt signum vero rememoratiuum passionis, quia spũalis agnus Christus oblatus est, dr̃ sacrificiũ, uel hostia:sed vt signum demonstratiuũ vnitatis ecclesiæ, cui vnitati homines per ipsam aggregãtur, dr̃ cõio, vel synaxis, prout vero est signum præfiguratiuũ diuinæ fruitionis in patria, continet illud quod nobis ianua cęli a ꝑtæ est.i.sanguine Christi, & dr̃ viaticum. Est aũt eucharistia sacramentũ vnum vt probat S. Th.in 4.dist. 8. in quo tria sunt, s.species visibilis panis, & vini corpus Christi verum, & corpus Christi mysticũ.i.ecclesia, vel vnitas ecclesiæ:& ſm S.Th.Vgo. & alios sanctos, primum est signum secundi, & tertij, & dr̃ sacramentum tantum.Secundũ vero est res sacramenti, & scr̃um, seu signum, ac cã respectu tertij. Tertium vero est res secundi, & veri-

tas

tas primi: vnde res tantū, de qua, de celebrat. miſ. in c. cum Marthę. §. diſtinguendum eſt.

2 PRIMO † vero quæritur, quæ ſit materia huius ſacramenti, inquantum ſumitur per modum cibi, ſeu in quantū continet ex ui ſacri corpus Chriſti tātū? Et dico ſm S. Th. & cōiter oēs ſanctos quod eſt panis triticeus aqua naturali cōfectus. tū quia Chriſtus grano frumētiſe cōparauit. Io. 12. tū quia in tali creditur ipſe confeciſſe: tū quia hoc habet vſus eccleſiæ ab apoſtolis traditus, non tamen diſtinguendo, vtrum ſit azymus, aut fermentatus: quia vterq; eſt materia huius ſacri, & in vtroque confici pōt de facto, vt eſt text. de celeb. miſ. literas, & de conſec. di. 2. in ſacramento, ſed non de iure: quia ſm S. Th. & alios Theologos conficiendus eſt cū Chriſto in azymis: & hoc eſt rationabilius: vñ peccaret grauiter Latinus conficiens in fermento: ſicut & Græcus in azymo, quaſi agens contra eccleſiæ ſuæ conſuetudinem. Ex quibus patet, ſecūdū omnes, quod confici poteſt ex pane, in quo cum tritico ſunt alterius generis grana: niſi tāta ſit additio, quod ſoluatur ſpecies tritici: puta, quia trahitur ī illud aliud genus, vel in ſpeciem mediam ex vtriſq; compoſitam. Similiter & ex ſiligine, ſecundū S. Tho. licet contrariū teneāt aliqui, quos ſeqtur Sum. Ang. & Roſ. ſed de hoc in §. ſeq. Et ſimiliter etiam ex pane nondum corrupto, ſed in via corruptionis exiſtēte ſecundū S. Th. & alios licet peccaret conficiens ,ppter irreuerentiā ſacri. Si tamen tanta eſſet corruptio, qđ ſpecies ſoluta eſſet: qđ inde cognoſcitur ſi cōtinuitas ſoluitur, & deſinit ſapor, & color, & alia accidētia panis: inde confici non pt. Non autē confici poteſt ſecundū S. Th. & cōiter doc. ex pane ordei, fratris ſpeltæ, & alterius grani, neq; ex paſta tritici: quia iſta ſpecie differunt a pane triticeo: & eadem ratione, neque ex pane tritici confecto ex aqua roſacea, aut endiuię, vel hmōi: ſed tantum ex aqua naturali: quia vt dicit S. Tho. aqua eſt de compoſitione, & ſubſtantia panis: vnde diuerſificatio aquæ ſecundum ſpeciem facit diuerſitatē ſpeciei in materia ſacri. Nec tamen eſt ſimile de materia ſanguinis. i. vino, cui apponi poſſet aqua artificialia, licet eſſe peccatū; q̄a aqua nō eſt de ſubſtantia vini. Non dēt etiam conficiex amido ſecundū S. Thom. qđ ex farina tritici fit, q̄a videtur amiſiſſe ſpeciē farinæ, vel ad corruptionē oīno diſpoſitū: quidā tñ, inquit, dicunt, quod ſi coquatur, inde cōfici pt, cū ſit farina triticea. Intellige autem in prædictis cū dicitur non poſſe confici, de poſſe facti, ita. ſ. quod ſi quis conficiat, nō eſt ibi corpus Chriſti non autem de poſſe iuris, quo dicitur non poſſe fieri, quod fieri non licet.

3 SECVNDO † quæritur, quomodo aliqui differunt in prædictis, quę ſunt, ſecundum cōem opi. Theologorum? Et dico multa. ¶ Primum. Si aqua fuit roſacea, vel hmōi, tenet Aſten. in de poſſe confici, quia aqua in pane non manet, ſicut quæ opponitur vino cōuertitur in vinum, & idem Duran. ord. minorum. ſed iſtā rōnem S. Th. ſoluit antequā fieret, dicēs non eſſe ſimile: quia aqua apponitur vino, quod iā erat vinum, & non eſt de ſubſtātia eius, ſed aqua apponitur pani tanq̄ pars eius ſubſtantialis, & materia tranſiens ſicut & farina: vnde licet non maneat, eſt tamen de ſubſtantia eius, ſicut & farina, variato autem aliquo eorum, quæ ſunt de ſubſtantia, variatur ſubſtantia, ſiue ſpecies: cū totum non poſſit eē idē, & partes aliæ. ¶ Secundum. Quantū ad ſiliginē: dicit Rich. quod inde confici non pōt: & hoc vt dictum eſt, ſequitur Sum. Ang. & Roſ. contra S. Th. Pe. de Pal. & Alb. Sed ratio. S. Tho. cōcludit, dicentis. 3. q. 74. art. 3. ad ſm, quod generans generat ſibi ſimile in ſpecie, licet fiat diſſimilitudo aliqua generantis ad genitum, quantum ad accidentia, vel propter materiā, vel propter vebilitatem virtutis generatiuæ; vñ ſi qua frumēta ex ſemine tritici generari poſſunt, ſicut ex grano ſeminato in malis terris naſcitur ſigillo: ex tali frumento panis cōfectus poteſt eſſe materia huius ſacramenti, hæc ille. Qđ āt contra hoc aliqui obijciunt de aceto, quod generatur ex vino, & non eſt eiuſdē ſpeciei cum eo, nec inde confici pōt, eſt inſtantia valde rudis, quia vinū non generat, ſeu producit acetum, ſicut triticum generat ſiliginē, ſed generatur ex vino, nulla exiſtente virtute gñatiua in vino. ¶ Tertiū. Quātū ad ſpeltā. Alb. dicit, ꝙ abſq; dubio frumentum eſt genus, & non ſpecies grani, habens ſub ſe triticum, & ſpeltā: vnde & de ſpelta cōfici poteſt ſicut de tritico, qđ nulli dubiū eſt cōſiderāti granum cū grano, & panē cum pane, vnde parum diſtant in ſapore, colore, & forma. Pet. autem de Pal. dicit cum Alb. poſſe confici ex ſpelta, addēs, quod ēt ex farre, nō quia triticum ſit genus ad iſta, ſed quia ſunt eiuſdē ſpecie cum eo, quia cōpertū eſt in eadem terra triticum aliqñ far, aliqñ ſpeltam, aliquando triticum generaſſe. Sed S. Tho. in 3. parte, vbi ſupra, implicite, in 4. autem. diſt. 11. quæſtio. 2. artic. 2. qu. 1. ad tertium expli-

cite

citè negat ex tritico aliqñ nasci speltam, vel ordeum, aut far, quod inter omnia grana est similius tritico, & similitudo coloris, figuræ, accidentium in huiusmodi est signum propinquitatis, & non identitatis specificæ.

4 † Tertio quæritur, quæ sit materia huius sacri, inquantũ sumitur per modum potus, siue inquantũ ex vi sacri continet sanguinẽ Christi? Et dico, ꝙ ẜm S.Th. & Pet. est vinum vitis: quia in eo Christus confecit: & proprie dr̃ vinum, & cõius sumitur in potum: & aqua naturalis miscenda instante oblatione in tã parua quantitate, vt in vinum conuerti possit: & hoc non propter necessitatem sacri, qa ẽt sine aqua conficeretur verum sacramentũ, licet peccaret sacerdos: sed hoc fit ad significandã vnionẽ populi ad Christũ: aquæ enim multæ populi multi sunt. Apocal. 17. & quia Christus creditur aquã vino miscuisse. ¶ Ex his quantũ ad vinum patet, quod confici pôt ex musto, scd̃m S.Th. & Pe. quia hẽt cõpletam speciem vini, vt dulcedo testat̃: ꝙ tñ non est faciendum, si sit multum recens pp impuritatem, quod limita secundum S.Th. nisi necessitas vrgeat, quæ. s. irreuerentiã excusat. Limita ẽt ẜm eundem, si mustũ sit expressum de vna: quia, s. aliter nõ est sub specie potabili. ar. de conse. di. 2. c. didicimus, & c. seq. Non pôt vero confici, scd̃m oẽs Theologos ex aceto: licet oppositum teneat Inno. de off. missæ, & male: quia iam non est vinum, ut ẽt per Philosophum patet 8. Methaphy. Si ãt vinum sit quasi in via ascendendi, secũdũ S.Th. idem est iudicium, sicut de pane, qui est i via correctionis. qũo Rich. in 4. exponit dictum Inn. & idem est secundum Alb. si vinum sit in via putrescendi. Nec similiter ex vappa, seu aquarello, secundum Alb. quia non est vinũ, sed aqua fusa super acinos vuarũ, habens aliquãtulum vini acumẽ. Nec similiter ex agresta, secundum S.Th. & alios, quia adhuc nõ habet speciem vini, sed est via generationis: si tñ, vt dicit Albe. cum sapore vinoso est sapor aromaticus, vel stipticus, aut ponticus, vel sapor acer ex minus perfecta digestione, secus est, quia stat species vini. Nec ex aqua expressa de panno intincto vino rubeo: quia ibi nõ est vinũ, sed aqua rubea aut vinata: vnde hoc damnatur, de consec. distinct. 2. cum omne. ¶ Quantum verò ad aquã patet primò quod apponi nõ debet aqua rosacea, vel alia artificialis, scd̃m oẽs, sed sola naturalis, de celebr. missæ. c. in quadam. nec de aqua naturali tantum dẽt apponi, quod conuertat in se vinũ, vt qñ est maioris virtutis, aut quod tam aqua quã vinũ transeat in tertium mistũ ex vtroq. vt qñ est ęqualis virtutis, & de hoc inf. §. seq. Et secundo qđ non sufficit aquam appositam fuisse in dolio, scd̃m S.Th. quia non significaret aliquid: sed apponi dẽt imminente celebratione, seu qñ sacra mysteria inchoantur: & debet apponi vino calici, de celebr. missæ. literas. & de consec. dis. 2. c. 1. & c. cum omne crimen, & quare, vide ibi. Et tertiò, ꝙ si aqua omittatur, nihilominus verè cõficitur. de cõsec. dist. 2. scriptura. sed peccat mortaliter, q hoc scienter facit. arg. c. literas de cele. mis. & similiter, secundum Alex. qui ex negligẽtia: quia nulla est adhibita diligentia: venialiter autem quid ex negligentia semiplenæ diligẽtiæ ẜm mentem S.Bonau. in 4. dist. 11. Et quarto, quòd si apponatur aqua artificialis tã modica, quod vertatur in vinum, licet sit peccatum mortale eo modo quo dictum est, tamẽ conficitur verum sacramentum: quia stat substantia vini, quæ sola est de necessitate.

5 † Qvarto quæritur, vtrum possit aliquis liquor misceri speciebus vini in Eucharistia? Et dicit S.Tho. in 4. par. q. 77. ar. 8. sic: Species in hoc sacro permanentes, sicut adipiscuntur virtute consecrationis modum essendi substantiæ: ita ẽt adipiscuntur modum agendi & patiendi, vt. s. agere & pati possint, quicquid ageret, vel pateretur substantia. Sed si substãtia ibi esset, posset alius liquor permisceri. Ergo & istis speciebus. Huiusmodi tñ permistionis duplex esset effectus. s. ẜm formam liquoris, & ẜm quantitatem. Si. n. permisceret aliquis liquor in tanta quantitate, quod posset diffundi per totum vinũ, totum fieret per mistum: quod aũt est permistum est duobus neutrum mistibilium est, sed vterq. transit in quoddã tertium ex his compositum. vnde sequeretur, qđ vinum prius existens nõ remaneret, si liquor ꝑmistus esset alterius speciei. Si autem esset eiusdem speciei liquor adiunctus, puta si vinũ ꝑmisceretur vino, remaneret quidem specie, sed non remaneret idem numero vinũ qđ declarat diuersitas accidentium, puta si vnum vinum esset albũ, & aliud rubeum. Si vero liquor adiũctus esset tã paruæ quantitatis, quod non posset diffundi per totum, non fieret totum vinum permistum, sed aliqua pars eius, quæ quidem nõ remaneret eadem numero propter mistionẽ extraneæ materiæ remaneret tñ eadem specie, nõ solum si paruus liquor permistus esset eiusdem speciei, sed etiã si esset alterius speciei:

quia gutta aquæ multo vino pmista trāsit in speciē vini, vt dr primo de Generation. Manifestum est aūt, qđ corpus & sanguis Christi remanent hoc sacro, quandiu in illæ species manent eedem. consecratur.n.hic panis, & hoc vinum. Vnde si fiat tāta permistio liquoris cuiuscunque, quod pertingat ad totum vinum cōsecratum, & fiat permistio, erit aliud numero, & non remanebit ibi sanguis Christi. Si verò fiat tā parua alicuius liquoris additio, quod non possit diffundi per totum, sed vsque ad aliquam partem specierum, desinet esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, & remanebit tamen sub alia. Hæc i.le. Et simile dicit in 4.dist.12.q.1.ar.2.q.6.

6 † QVINTO quæritur, quid faciendū in partibus, in quib. vinum non hr? & Alber. dubitatiuè dicit, q vr Papa consulendus, cum pp intolerabile damnū aiarum, quod incurritur ex sacri defectu, dispensandum videretur, vt corpus Christi absque vino conficeretur, qa corpus non est sine sanguine, quod dictū sequens Sum. Ang. suo more in determinando audax, dicit Papam in hoc posse dispensare. Sed hoc est falsum, quia ea q sunt de substantia seu integritate sacrorum Papa mutare ñ potest, scđm S.Th.3.q.64. & alios Theologos cōiter: hmōi autem est consecratio sanguinis, sine qua, vt idem dicit sacramentum non est integrum, sed immane sacrilegium. Vnde concilium Toletan.7.q.1.in cap.nihil. contra tales excōicationis sniam tulit, quod non fecisset, si non esset de se mortale. Nec obstat, quod corpus sine sanguine a fidelib. sumitur: quia hoc sacramentum non consistit in vsu fidelium, sed ī consecratione materię. secūdū S.Th.3.q.73.in 3. & 4.dist.8. Vnde secundum ipsum dicendum est, quod non est aliqua terra, ad quam non possit tantum portari de vino, quantum sufficeret ad celebrandum.

7 † SEXTO quæritur, quantum ad formam Eucharistiæ, quid sentiendū sit? Et dico multa. ¶ Primū. Forma consecrationis potius & similiter formæ aliorū sacrorum, sec.S.Tho. non sunt ab euangelistis ex intentione traditæ, sed eas ecclesia habuit ex traditione Apostolorum: & successiue ad posteros trāsmisit, & quantum ad panem, fm oēs, est hæc.s.hoc est enim corpus meum: ita tñ, quod ly. enim, nō est de substātia formæ scđm S.Th. & Sco. & cōiter Doct. licet peccaret illud omittens ex negligentia vel contemptu: quia est de cōsuetudine ecclesiæ, Romanæ data a beato Petro Apostolo. ¶ Secundum. Secundum Albe. in li. de missa. formę panis ac vini mutari aut truncari non debent, aliter non cōficeretur, etiam si viderentur habere eundem sensum: si tñ aliquid addatur nec significationē mutans, nec inducens errorē, nihilominus fit cōsecratio, vt, hoc est corpus meū dilectū. licet valde esset increpandus iste sacerdos. Vide tamen sup. Baptismus. j. ¶ Tertium. Si sacerdos solū pdicta verba sup pane pferret, fm Sco. in 4.dist.8. quem Summ. Ang. sequitur contra Rosel. non consecraret. quia dicendo, hoc est corpus meum, non refertur ad corpus Christi, vnde licet non sint alia verba de substantia formæ q̄ prædicta, tñ necessario requirit vt aliqua proferantur, quib. forma illa determinetur ad corpus Christi. sed fm S.Tho. cōsecraret, si hoc intenderet, & ipsa intentio facit vt illa verba intelligant dicta ex persona Christi, & limitent ad eius corpus. Et hoc est verius, qa si illa determinatio fieret p verba præcedentia, vt illi dnt, & non p intentionē, sacerdos non intendens consecrare, cōsecraret, quod est absurdum, idem de vino. ¶ Quartum. Circa formā consecrationis vini Scotus in dis.8. quarti, dicit virtualiter, qđ nō est certa forma pręcisa: qđ cōtra, quia pari rōne vel a fortiori non essent certæ formæ aliorū sacramentorū: itē si contra, quia in missali Romano & Ambrosiano vbiq. literis maiusculis vel aureis ponitur forma pręcisa, vt docet experientia, & de Ambrosi. olim testatus est Petr. de Pal. Sanctus aūt Bo. in ea. dist. dicit, q consistit solum in istis verbis, hic est.n.calix sanguinis mei: cætera aūt, quæ sequunt, non sunt de substātia, sed pertinēt ad ostendendū effectū, vt ibi, noui & æterni &c. vel vsum, vt ibi, accipite: vel ornatum, quod contra est cōmunis vsus ecclę, scđm quē forma est hęc, s. Hæc est.n.calix sanguinis mei, noui & æterni te. my. fidei, q pro vobis & pro multis effun. in re. peccatorum, vt patet ex dictis missalib. Quod etiam confirmatur fm S.Th. & communem scholam, quia cętera, quæ sequuntur ly. mei, cum sint determinatio prædicati, pertinent ad illam vnam orationem, & consequenter ad illam vnam formam. Quantum autem ad prolationem harum formarū, vide sup. Baptismus. 1. Quantum vero ad cōuersionem prædictæ materiæ in corpus & sanguinem Christi, & quomodo in hoc sacramēto sit veraciter corpus & sanguis Christi multa subtiliter dicuntur à doctoribus, quæ Theologicæ potius, quam præsentis sunt speculationis.

RVRSVS. De Eucharistia secundò, quam cum ad ministrum, & defectus, qui accidere possunt in missa.

1 *Minister sacramenti eucharistiæ quotuplex.*
2 *Sacerdos solus an possit corpus Domini consecrare.*
3 *Sacerdos quilibet num possit Eucharistiam cõficere.*
4 *Sacerdotes plures num possint simul eandem hostiã consecrare. Et an sacerdos quantãcunque materiã consecrare queat. Et ad corpus Christi conficiendũ, quid in ministro requiratur, nu. seq.*
6 *Intentio in sacramentis quotuplex esse debeat.*
7 *Sacerdos, an vnam hostiæ partem sine alia stante cõtinuitate consecrare possit. Et quid si sacerdos vndecim hostias ante se habeat, decem duntaxat consecrare intendens, an nihilo sapius ipsas prorsus vndecim vna confectione consecret. Et quid de vini guttis in calicis pede existentibus, nu. sequen.*
9 *Sacerdos incepta missa, si quod in se impedimentũ, quo salua religione conscientia, in sacramento peragere non possit, recognoscat, quid facere debeat. Et in hoc doctorũ sententia varia, & quid in hoc proposito necessitatis nomine contineatur.*
10 *Confessus semel in anno cum contritione, an celebrare possit. Et an sine confessione Paschatis tempore, quis cõicare queat. Et quid de excõicato, & irregulari, nũ diuina inchoare possint circa quod ad ducũtur multa, & simul Ang. Summa retexitur.*
11 *Simulatio in sacramento Eucharistiæ in omni casu summopere deuitanda: quoniam falsa remedia abijcienda sunt, quæ veris periculis grauiora sunt.*
12 *Sacerdoti in missa deficienti, quid faciendũ sit. Et quis tum supplendi modus. Et qualiter hoc ipsum fieri possit, vt astantium scandalum euitetur.*
13 *Sacerdoti si quid præter intentionem in missa, vel extra quippiam ab extrinseco circa materiam, aut species Eucharistiæ accidat, quid agendum sit, conclusionibus octo expedit.*
14 *Sacerdos si deprehendat inter celebrandum defectum esse in Eucharistiæ materia, quid efficere debeat, vsque ad finem capitis.*
15 *Sacerdotem, cum ad Canonem celebrando peruenerit, quid facere oporteat. Et ibidem varie Sum. Ang. errare coarguitur. Sed fortassis arguè nimium, nec citra inuidiam.*

1 EVCHARISTIA † secundò quãtum ad ministrum, vt innotescat, sciendum, quod est duplex, vnus s. ad conficiendum, & dispensandum simul, vt sacerdos, ad dispensandum solum, vt diaconus, sicut su. dictũ est, qui & proprie dispensator, & minister non dicitur.

2 PRIMO † vero quęritur, vtrum solus sacerdos, seu presbyter possit cõsecrare corpus: & sanguinem domini? Et dico, quòd sic 25. dist. perlectis. de sum. tri. & fide cat. firmiter. §. vna. & hoc sequũtur omnes Theologi, in 4. di. 13. Si quis ãt credat se sacerdotẽ esse, cum nõ sit. & celebret. ẜm gl. in c. apostolicã, de p̃sby. non bap. in veritate non cõficit, & ita ẽt sentit S. Th. licet credatur supplere sũmus sacerdos, quantũ ad effectus vltimos sacramẽtorũ. quia s. recipiẽs panẽ a tali sacerdote loco corporis Christi æque saginatur in spiritu, ac si verũ corpus Christi suscepisset. Oppositum tamen sentit Sũ Ange. vt sup. Baptism. 6. §. 3.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum quilibet sacerdos possit hoc sacr̃m conficere? Et dico, q̧ sic de facto, quantumcunq; nefarius sit, etiam hæreticus. schismaticus, excommunicatus, & degradatus, ẜm S. Th. 4. d. 13. quia character, super quẽ fundatur conficiendi ptãs, est indelebilis: de iure tamẽ ẜm Rich. ea. dist. conficere non potest irregularis, nec suspensus ab executione eorum, quæ sunt ordinis, nec simoniac⁹, schismaticus, excõicatus, aut degradatus, siue depositus, aut quilibet publicus, & notorius peccator. De corpore vitiatis, uide supra suo loco.

4 TERTIO † quæritur, vtrum plures sacerdotes possint simul eandem hostiam consecrare? Et dicit Sũ. Ang. cũ Suppl. quod non cõtra Ros. quia qui prius verba ꝓtulit, ille cõsecrauit, & alij nihil faciunt. Sed cõtra: primo, quia eadẽ ratione plures nõ possent simul vnum baptizare. qđ ipse negat. Secundo, quia possunt simul verba ꝓferre: & tunc, vt arguit Alber. quia rõne consecrat vnus, & alij, si intendunt; si ãt non simul proferãt, ẜm Inn. de offi. missæ, intentio omniũ ferri debet ad illud instans, in quo ep̃s profert, siue prius, siue posterius proferãt. Vnde Inn. & Pe. de Pal. & S. Th. tenet, quod possunt quia ecclesia Romana hanc hẽt consuetudinẽ, vt cardinales, papę, & ordinati ep̃o ordinanti celebrãti cõcelebrẽt, vt rep̃sentent apostolos Christo cęnanti cõcęnantes, ecclesia aũt Spiritusancto regitur. Quod autem ita ecclesia Romana consueuerit, credendum est Inn. qui fuit pontifex summus, & S. Th. qui fuit doctor Italicus, & Campanus, & Romæ conuersatus.

5 QVARTO † quæritur, vtrũ sacerdos consecrare possit quantamcunque materiam. Et dicit Ale. in 4. trac. de eucharistia, quem scilicet Sum. Angel. cum Suppl. contra Ros. sequitur, quod non, sed solũ quantitatem illam, quæ rationabiliter sumi potest a fidelib. quia intentio Christi, & ecclesiæ est, vt sumatur: vnde non conficeret, qui intenderet consecrare totũ panẽ, qui est in foro, nõ ex defectu virtutis

ver-

verborũ,quę vna vice cõficere poſſet tot ho-
ſtias, quot mundo toti ſufficerent,ſi eſſet ne-
ceſſitas eccleſiæ,ſed ꝑꝑ defectum intentionis
eius,qui hoc ſacr̃m inſtituit: qui non intẽdit,
ꝙ in ludibrio, vel ſtultitia fiat cõſecratio: &
ſic patet, qđ multo minus cõſecrat,qui confi
cit ad irriſionem beneficia, & hmõi.Et licet,
inquit Sum.Ang.S.Th.in 4.d.11.teneat, quod
conficit non cures. Et idem ſenſit Suppl. ma-
le limitans dicta S. Th. ad dictum ſenſum. Sed
iſta irrationabiliter, & periculoſe dicũtur:q̃a
ad conficiendum requiritur, quod miniſter
non ſolum intendat conſecrare: ſed etiam eo
fine quo Chriſtus inſtituit: ſequitur, quod nõ
conſecrabitis,cui in miſſa ſubrepit inanis glo
ria,vel cupiditas:& cõſequẽter, quantũ in ſe
eſt, idololatrare facit. Et iõ ad q̃ſtionem ex
S.Tho.3.q.84.ar.2.& 4.diſt,11.q.2.ar.1.q.3.ſic
reſpõdetur. Quidam dicunt virtutem nõ eſſe
datam miniſtro, & verbis ad conſecrandũ pa
nem,& vinum ſub quacunq; quantitate;puta
totum panem fori, aut vinum doli, ſed ſub
tanta,quanta ſufficere põt ad uſum fidelium:
q̃a ſic cõformabitur intentio conſecrantis in
tentioni eccleſiæ.Sed hoc verũ nõ vr̃. Opor-
tet enim hic quantitatẽ materię determinari
per cõparationẽ ad vſum fidelium, qui eſt fi-
nis huius ſacr̃i:cum in omnib.materialibus ra
tio determinationis materiæ ſumatur ex or-
dine ad finẽ. Nõ aũt p̃t determinari per cõpa
rationẽ ad vſum fidelium, qui nũc occurrit:
alioquin ſacerdos in deſerto, vel habens pau
cos parochianos conſecrare nõ poſſet tot ho
ſtias,quot is, qui parochianos habet multos,
ſed ad vſum, qui occurrere poteſt,ſeu ad v-
ſum fidelium abſolute, quorũ.ſ.numerus eſt
indeterminatus. Vnde dici non poteſt, quod
quãtitas materiæ huius ſacramẽti ſit determi
nata: præcipue cum vnus hoc ſumere poſſit
in magna,& in parua quantitate.

6 Cvm † autem ptãs miniſtrorum eccleſiæ
ordinetur ad effectũ propriũ, & ad finẽ affe-
ctus in ſacr̃is duplex eſt intentio, prima.ſ.or-
dinata ad perfectionẽ ſacr̃i: & ſecunda ordi-
nata ad finem ſacr̃i, quarũ prima eſt eſſentia-
lis ſacr̃o:vnde ea p̃termiſſa nõ eſt ſacramẽtũ:
ſecunda vero illud conſequitur:vñ ea poſita,
vel remota,nihilominus perficitur,ſicut ſi q̃s
intendat baptizare ad lucrum, eſt verũ ſacra
mentũ:quia conformatur intentioni eccleſię
q̃tum ad primam intentionem, licet nõ q̃tũ
ad ſecundam:& ſimiliter hic, ſi quis intendat
conſecrare ad vſum in beneficijs, aut magnã
quantitatẽ panis, aut vini ad irriſionem. Nõ
tñ dico, ꝙ poſſet ſimul conſecrare totũ panẽ
ciuitatis,aut fori: quia ipſa forma ꝓ nomine
demonſtratiuo vtens,oſtendit,quod materia
conſecranda debet eſſe coram ſacerdote, vn
de exiſtens in domo conſecrare poſſet pa-
nem in altari,nec totum eum, qui eſt in foro
nec totũ vinum,quod eſt in cellario, ſed quã
tacunque ſit quantitas panis, qui coram illo
præponitur, credo quod conſecrari poſſit ab
ipſo hæc ex illo.Sed quod dixit de toto pane
fori,aut vino cellarij:intellige ſi ſit ibi diuiſio
in plura:ſecus ſi eſſet vnus aceruus,aut vnum
dolium tantum: quia vere diceretur, hoc eſt
vel hic eſt,&c.

7 Qvinto † quæritur, vtrum ſacerdos con
ſecrare poſſit vnam partem hoſtiæ ſine alia,
ſtãte cõtinuitate? Et dicit Io. de Neap.in quo
lib.& Rich.in 4.d.x. quod ſic,ſi intendat cõſe
crare vnã determinate:puta,medietatẽ, q̃ eſt
a dextris:quia uerba nõ operantur,niſi ſuper
materia intenta: ſecus ſi vnã indeterminate:
quia reales operationes non ſunt circa ſingu
laria vaga:vnde nulla eẽt pars cõſecrata.Non
requiritur autem ſecundum Pe. de Pal. quod
fiat determinatio tactu,viſu, aut ſenſu, vel i-
maginatione:ſed ſufficit ſi fiat intellectu: qui
ſcilicet apprehendit indiuiſibilem lineam par
tes diuidentem.

8 Sexto † quæritur, quid de ſacerdote ha-
bente coram ſe hoſtias vndecim: intendens
conſecrare ſolũ decẽ ex illis? Et dicit Duran.
ꝙ effectus conſecrationis ſequitur intentio-
nẽ conſecrantis,& nõ eius opinionem.Igitur
ſi numerus ſit quidem in eius opinione,ſed in
tentio ſit conſecrandi totũ, qđ eſt añ,ſed oẽs
ſunt conſecratæ.Si verò numerus ſit in inten
tione, ita ſ. qđ intendit cõſecrare decẽ p̃ciſe:
ſubdiſtingue,quia aut ſcit verum numerũ: &
ſic ſunt conſecratæ decẽ tantũ,quas determi
nat,aut nulla,ſi non determinat, quas decem
aut illũ ignorat:& eodem modo diſtinguen-
dum,an determinet, quas decem conſecrare
intendit,aut nõ. Et concord. Io. de Neap. &
Rich.Põt aũt determinare decem,& ignora-
re vndecimã:vel quia vna latet,& reliquę sũt
viſæ,& intẽtę:vel quia alius vnam appoſuit:
vel quia ibi erat,& neſciuit. Si aũt ipſe vnam
plus poſuit,quam crediderit, vel alius poſuit
vndecim, cũ ipſe iuſſerit poni decem,& non
intendit conſecrare,niſi decem tantũ,non eſt
determinata eius intentio:& ſic nulla eſt cõ-
ſecrata. Et quibus patet,ſicut ẽt dicit Albe.in
lib.de miſſa, quod ſi remanent ex obliuione
in altari; aut guttæ uini in pede calicis, &

ſacerdos cõficiat,nõ conſecrantur: q̲a de his non erat intentio. Patet ẽt ꝙ ſi ſacerdos aſſumat multas hoſtias conſecrandas, de quibus in actu conſecrationis non aduertit, ꝙ ſunt nihilominus cõſecratæ: quia ſufficit intentio virtutis,ſm S.Th.& alios Theologos cõiter.

9 SEPTIMO † q̃ritur, q̲d faciet ſacerdos qñ cępta miſſa aliquod impedimentum recognoſcit in ſe? Et dico, ꝙ ſi quis in miſſa recordatur ſe eſſe excõicatum,vel ſuſpenſum, vel nõ ieiunum, aut cõfeſſum mortale aliqđ, ſm Alb. & S.Th.3.q.83.art.5.& 4.di.13. in lite. & Pet. de Pal.ſi recordatur horũ poſt cõſecrationẽ inceptã ꝓſequi dẽt:quia vbi difficultas occurrit,ſemper accipiendum eſt qđ minus hẽt de periculo.arg.diſt.13.nerui. Eſt autẽ maxime periculoſũ,ꝙ eſt cõtra ꝑfectionẽ huius ſacri quia eſt immane ſacrilegiũ:minus aũt ꝙ pertinet ad qualitatẽ ſumentis, dẽt tñ dolere & proponere vt expedit:& per inuiſibilẽ põtificẽ abſoluitur quantũ ad actũ illum,ſm S.Th. & conſequenter ſi erat excõicatus,non efficitur irregularis:quod ẽt tenet Sum.Ang.contra Roſ.Et idem dico de irregularitate. Si verò alicuius horũ recordatur ante cõſecrationem,ſi quidem illud eſt ſolũ peccatũ nõ confeſſum ꝓſequi debet miſſam inchoatã, etiam ſi ſine ſcandalo poſſet dimittere, ſm Petr. de Pal.& concordat S.Th.& ſufficit cõtritio. Si tñ commode & ſine aſtantium nota ante ſecretas poſſet habere confeſſorẽ;vt cõiter accidit,qñ ipſa miſſa cãtatur credit Arch. ꝙ debet quærere,imò credo illũ teneri.cum idem ſit quo ad hoc ſi miſſam non inchoaſſet, ſi verò hoc ſit,quia eſt excõicatus, vel non ieiunus,S.Bon.quem ſequitur Sum.Ange.dicit,ꝙ põt inchoatam miſſam perficere cum contritione.Pet.verò de Pal.dicit, ꝙ oĩno dimittere dẽt,niſi ſcandalũ immineret, imò inſtante ſcãdalo magis vr̃ declinare ad hoc, vt dimittat,ſed opi.S.Th.media inter iſtas eſt verior, ꝙ tutius eſt miſſam inchoatam dimittere,niſi graue ſcandalum immineret,quia iſta impediunt ex iure poſitiuo,quod eſt in pectore papæ,quem non eſt veriſimile uelle incidere in ſcandalum eũ,qui inſcius cum talibus vinculis miſſam inchoauit.Si verò hoc ſit, quia eſt irregularis,ſm S.Bon.ꝓſequi põt cum contritione,ſed ego dico,vt de excõicato. Si verò hoc ſit, quia incœpta miſſa habet conſcientiam,quòd nõ ſit ſacerdos,dicit S. Bon. quòd ante cõſecrationẽ dẽt miſſamdimittere ſingẽdo infirmitatem, aut cõſcientiam deponere. ¶Si verò quis alicuius horũ recordatur ante inchoatam miſſam quantum ad peccatũ non confeſſum,ſecundum S.Thom. in 4.diſt.17. ſi quidem habet copiam confeſſoris, tenetur confiteri;ſi vero eam non habet, licet ei celebrare vrgente neceſſitate; & hæc neceſſitas ſecundum Pet.de Al.eſt,vt ſi tenetur ſcandalum populi, vel ſi iam incœpit ſacra myſteria, vel ſi infirmus amiſit loquelam, & eſt in propoſito confitendi.Ego autem puto,quod hic ſub nomine neceſſitatis, intelligatur omne excuſans ab irreuerentia ſacramenti; vt ſi eſt obligatus ad celebrandum, vel ſi non celebrando generaret ſibi infamiam vel admirationem, vel nuper deceſſit anima indigens ſacrificio probabiliter, aut ſi imminet ſolemnitas magna,in qua valde vtile ſit animæ celebrare,aut ſi tantus ſit feruor in eo qui peccauit,quod inde ex ſacrificio ſperet magnum iuuamen contra peccatum,& huiuſmodi, q̲a in talibus poteſt eſſe reuerentia maior in aliquo non confeſſo, quam alias plerunque in multis confeſſis: tota autem ratio obligationis ad confeſſionem hic eſt reuerentia ſacramenti,quæ naturali iure debetur, quod non aliquod præceptum canonis, licet multæ de hoc ſint glo.

5 Sciendum † est tertiò, ꝙ hoc priuilegio clerici gaudent, etiam sine violenta manuum iniectione in multis casibus iniuriosis, ita, ꝙ inferens iniuriam incidit in iustum canonem ¶ Primo, cum quis percutit clericum subijciētē se sponte verberibus pro emen. extra eo. contingit.el 1.de quib. sup. Eucharistia. quia vt dicit Ray. talis percussio, etsi non sit violenta, tn̄ est iniuriosa saltē ordini clericali, in cuius fauore promulgatus est canon. Et in hoc cōcordāt quasi oēs; ipse vero clericus se subiiciens, ſm Ray. est excōicandus, vt ibi, & consentit Pa.ibi. ¶ Scđò, cū quis clericū retinet vinculatū, aut carceratum carcere publico, vel priuato, aut custoditū, q̄a incidit, ſm Ray. vt inf.§.6.dubio 5. qui vero illum retinet modico tp̄e ēt inuitū, & renitentē, vt auertat à flagitio, ſm Veru. non peccat, circa tamen iniuriam percussionis. Vnde quilibet potest eum capere, & ligare, modo q̄ primum restituat suo prælato. Et satis concordat Inn. in c. si vero.el 1.eo.tit.& Host. Et idem est ſm Pā. in d.c. si verò, si familia potestatis inueniat ipsum de nocte: quia contra eum est præsumptio: ne velit facere aliquod malum de offic. dele.consuluit. quod intel igo, nisi probabiliter constet, vel dubitetur de opposito, vt q̄a incedit honeste cum lumine. Et similiter qn̄ capitur ratione delicti, vt ducatur suo prælato in dubio ne fugiat, secundum eum in cap. cum non ab homine.de iudi. Et idem est si creditor timet de fuga eius, ſm Inn. & Pan. in c. vt famæ.eo.tit. Et idem est, si pro delicto detineatur, per 20.horas ad testes conuocandū, ne sit locus inficiationi. facit.l.c.5. ff. de adul. & in auth. vt li.ma.& auiæ §.is quoque. Et idē est, ſm Inn. si hoc fiat, ne incidat in manus hostium: q̄a ei non irrogatur iniuria, sed salus procuratur. ar.di.45.cum beatus, vide ēt inf. §.vlt. Qui vero illum obsident, vel claudūt in domo mulieris, non vt custodiant, sed vt inferant verecundiam, ſm Inn. non dn̄r illum tenere in custodia, vel carcere, quia neque hoc intendunt, nec inferunt violentiam personæ, aut rebus adhærentibus hæc ille, qui vr̄ dicere, ꝙ non sint excōicati. Sed rationabilius Io. de Lig. dicit, ꝙ obsidens eū in castro pro violāda p̄sona, incidit: nō āt q̄ pro hēndo castro claudēs vero illum in domo ad verecundiam incidit: quia inquit, facit iniuriā personæ. Intelligo tn̄ dictū Inn. verū esse in duplici casu. Primo, qn̄ nō ita clauditur in domo, vt exire non possit: sed vt exire non possit sine erubescentia: vt q̄a exeūdo cogitur facere strepitū & sētiri. Scđò, qn̄ obsidētes, vt erubescāt intēdūt erubescentiā leuē, & iocosam. ¶ Tertiò, cum

cũ quis clericum mandat capi,vel cædi,& sequitur effectus:quia incidit mandator,& mãdatarius,ſcdm Ray.& in c.perpendimus, & in c.mulieres,ext.eod. Si tñ mandans reuocauit mandatũ diſtinguendum eſt:quia ſi mandatarius ante reuocationis notitiam iam percuſſerat,vterq; incidit,ſcdm Ber.& Hoſt.licet Inn. contrariũ ſentiat. Si vero reuocatio ante percuſſioné ad eum peruenit: mandator non eſt excommunicatus.argu.ext.de procu.ex inſinuatione,& in c.noſtra,& in d.ca.mulieres, & conſentit Ber.Hoſt. & Gof.Et eadẽ q̃ſtio, ac ſolutio fieri pt de conſulẽte,ſcdm Sũ.Conf. Dicit tñ gl.Ray.qđ cũ percuſſio notitiã reuocationis præcedit,non incidit mãdator,ſi eſt ſufficiẽter contritus,quia ius nullũ exiſtentẽ in charitate ligat,etſi homo,qui aliqñ iniuſtè ligat.Sed dictum Ray.vr̃ verius:quia mortale præceſſit, & eius occaſione damnum irrogatum eſt: idemq; debet pœnã ſentire, extra, de iniur.c.ſi.& de homi.c.ſi.li.6.Si autem mandator ante percuſſionem deceſſerit,ſcdm gl.in c.mulieres eo.ti.non incidit:quia morte mandatoris ſoluitur mandatum.ff.manda.l.inter cã,quod do.Ant.dicit verum ſolum,qñ mandatarius erat certificatus de morte,ſed ſecundum Dir.Inn.Bar.Hoſ.ſi hoc eſt notorium,& in fine non fuit abſolutus, vel nõ apparuerũt pnĩæ ſigna,hẽri dẽt pro excõicato, nec ſepeliri dẽt in cœmeterio:non ex vi,in q̃t,ſnĩæ eccleſiæ militantis, q̃a ea nullo modo ligat̃ ſub terra.24.q.1.quodcunq; ſed ratione pacti notorij, & intelligit,quod ſub terra non ligatur nouiter,ſecus ſi diſcedat ligatus,vt hæreticus decedens,licet ignotus eccleſiæ. Et ſimiliter Gof.dicit,quod incidit, niſi reuocauerit ante mortẽ: q̃a intelligit in eadem volũtate decedere.Pa.verò.dicit ibi,qđ ſi pnĩam recepit in extremis,nõ incidit:licet fuerit in culpa non reuocando mandatũ.Si verò non egit pœnitentiã,non incidit quidẽ de rigore q̃a mãdatum reuocatur in morte: ſed quoniã deceſſit in eo peccato,tenetur de alterius delicto, ſicut tenetur principalis in nonreuocando mãdatũ:vt in l.ſi mãdaſſem,ff.mandati, & operabit hoc caſu excõicatio: q̃a aut non ſepeliet in cœmeterio,aut ſepultus exhumabit,ar.c.in ſacris,de ſepul.hæc ille,cuius opi. Ange. excõicatio 5.§.33.ſaltẽ recitat.Ex oĩb. collige, ꝙ excõicatur; vel ſaltem hẽdus tanquã excõicatus, ſi non pœnituit, cuius ſignum fuit ſi non reuocauit:Secus ſi non pœnituit.Si verò iniecta eſt manus in clericũ nomine tuo, licet ſine mandato, & ratũ habuiſti,incidiſti, quia ratihabitio comparat̃ mandato, de reg. iur.ratihabitio,lib.6. Sed ſi nomine tuo factũ non fuit ratum habendo peccas, ſed non incidis in canonẽ, vel ſnĩam excõicationis,extra eo.cũm quis,lib.6.¶ Quartò, qñ quis non mandat quidem clericum percuti,ſed tñ dicit ſuis,ꝙ vellet de eo.vendicari, animo prouocandi illos:q̃a ſi illi ex hoc moti percutiunt, ille incidit,ſcdm Veru.Idẽ ẽt eſt, ſi non dixerit eo animo:ſed tñ verba talia fuerant, q̃ comparentur mandato,vel conſilio,conſideratis omnibus circunſtantijs; quia dicendo fuit in culpa,& cogitare debuit hoc potuiſſe euenire,arg.c.ſi.de homi.lib.6.& danti operam rei licitæ homicidium etiam caſuale imputatur. ¶ Quintò,qñ quis clericum à læſione non ꝓtegit,cum tñ id ſine ſuo ꝑiculo poſſet,ext.eo. quanto,quod verũ dñt Io.& Ber.in gl.ſuper, d.c.quanto,& Gul.quantum ad officiale,quorum officium pertinet eos defendere.24.q.4. fortè.Hoſt.autem in Sum. dicit hoc intelligẽdum eſſe vniuerſaliter de quocũque etiam ſi ex officio non teneretur,modo ſimplici verbo prohibere poſſet,ar.ext.eo.dilecto,lib.6. & conſentire vr̃ Io. de Lig.ſuper dictum ca. quanto,quod Io.An.in nouel.in d.ca.quanto. & Vin.& Abb.& Hoſt.& Dir.libr.3.limitant qñ quis doloſe dimittit.Et addit Io.An quòd in hũc, vel alium canonẽ nullus incidit ſine dolo.ff.de adul.l.pe.ff.de ſic.l.1.Idẽ Io.de Lig. Collige ergo,quòd ſcdm oẽs incidit dupliciter. Primò,qñ eſt officialis. Scdò,qñ doloſè non prohibet,non autem incidit, ſcdm melius ſentiẽtes qñ non eſt officialis, & non defendit ex negligentia,vel timore ẽt irrationabili.¶ Sextò,qñ non tangit clericum manu, vel inſtrumento manualiter tento,ſed lapillo, vel ſputo,aut aqua, aut quocũque tali iacto in eum iniurioſe:quia ſcdm Ray.& cõiter Docto.incidit, qđ intelligo niſi iniuria eſſet leuis, & iocoſa.¶ Septimò, cum quis clericum inſequitur adeo acriter,vt ille quaſi coactus in aquã vel periculũ aliud ſe proijcit,vt euadat: quia ſecundũ Veru.incidit.Si vero quis clericum inſequatur,vt cædat, & ille ſine percuſſione cadat,& læ datur.Sum.Ang.tenet, ꝙ incidat, & idem Supp.dicens non eſſe rationem diuerſitatis in primò,ſecundo caſu: cum in vtroque læſio ab inſequente cauſetur. Oppoſitum tenuit Sũ.Roſ.eiuſdẽ ordinis, & Sũ.Piſ. & Arch.& hoc eſt rationabilius:quia illa læſio non fuit intenta in ſe ab inſecutore, vt patet:nec in ſua cauſa,quæ eſt fuga, quia per accidens ſe habet ad illam. Et iſta eſt ratio

tio diuersitatis in casu. ¶ Octauò, cũ quis infert metum clerico iniuriosè, nõ iocose p tactum aliquẽ non violentiũ vt exeat de fundo hoc fine vt ipse ingrediatur, vel aliquid inde accipiat; quia iste incidit, ſm Io. de Lig. & Archid. secus si metus esset verbalis tm: aut si realis, tñ sine tactu, ẽt si adesset intentio percutiendi; vt vibrando hastam, vel ensem: qa secundum Innoc. non incidit quia nõ est iniectio manus in clericum, vel in adhærentia illi, & verba sunt cum effectu accipienda: in ca. relatum. de cler. non reli. nec obest conatus sine effectu. extra, de spon. iuuenis.

6 †SCIENDVM est quartò, ꝙ in multis casib. quis infert manus violentas clerico, & non incidit in sñiam istam. Primò, cùm percussus a clerico ludente statim ẽt sine deliberatione repercutit: vt extra. eo. c. 1. secundũ Mon. quia hæc est conditio ludi, & quidã naturalis impulsus, vt percussus grauiter ẽt grauiter repercutiat, ne videatur inferior, & generaliter dicit Rich. in 4. dist. 18. ꝙ percutiens non ex deliberatione, quis turbatus, non incidit. Et idẽ est si ludẽs percutit deliberate; tñ iocosa leuitate, & sine dolo. Iste. n. secundum Veru. non incidit; extra, eo. c. 1. ẽt si percutit grauiter intellige tñ intra limites ludi, quia si grauitas hos excederet interueniente excessu magno ex lata culpa, ſm aliquos saltem præsumptiuè ĩcideret: sicut ẽt si libidine vindictæ, & dolo percutit quantum ad veritatẽ rei. Sed oppositũ credo verum ex dictis sup. eo. tit. in prin. & sup. Culpa, §. 3. Dẽt tñ ſm Io. de Lig. ponderari qualitas ioci & nõ fallẽdi: quia in pœna canonis requirit persuasio diabolica, quam lusus excludit, ipsius qualitate ponderata. arg. notatorũ in c. 1. de præsump. Et idem intelligo de quocunq; repercutiente statim & sine deliberatione, ẽt, extra ludũ, vt cum tanta est subreptio, quod nec se vindicari, nec iniuriari intendit. Secundo, qñ quis ignorabat clericum esse, quem percussit: puta quia comam nutriebat, nec aliquid de clericatu apparebat, vt in c. si vero eo. tit. el 2. & consentit Inno. & Io. And. & non incidit, ẽt si occideret, quia dolus requiritur. Idẽ si habebat habitũ, & non videbatur, puta qa de nocte erat, ſm aliquos, qđ verũ puto qñ rei licitę, puta defensioni rerũ suarũ operã dabat. Si aũt vidit in eo tonsurã, & tñ clericum non putauit, percutiendo incidit: vt gl. no. in d. c. ꝙ verũ est ſm Arc. nisi ex more patriæ, ĩ qua laici plerumq. tonsurã ferunt tpe calorũ, pbabilis ignorantia excuset. Dicit tñ Tancr. ꝙ si volens percutere Andream laicũ, percutit Ioãnem clericũ, errans in persona, neutrũq; cognoscẽs, nõ incidit, per c. si vero, eo. ti. cui Io. de Lig. consentit, qa non præcessit suasio diabolica. Sed oppositũ sensit Ala. quia iniuriari voluit, ff. de furt. l. vlt. & hoc Hos. tutius dicit, est ẽt verius, quia dabat operam rei illicitæ, & hoc nõ sine diabolica suasione. Si vero erraret in qualitate, qa iste qui est clericus, putat laicũ, videns eũ in habitu laicali nõ gerẽtẽ se pro clerico, nõ incidit. extra. eo. si verò. Sed si intẽdens percutere clericũ, laicum pcutiat. gl. in d. c. si vero, sẽtit, ꝙ incidat. Sed oppositũ sentit Io. de Lig. quia non dẽt qs iudicari ſm ꝙ intẽdit, sed ſm ꝙ facit. Cõsentit Ber. & Inn. imò ſm Fed. cons. 13. non esset irregularis, si in tali dubio celebrasset, & sequitur Pan. in d. ca. si verò. Tertiò cùm percutit quis clericũ ĩ habitu laicali incedẽtẽ, nihilq. ostendentẽ de clericatu, tertiò monitu & nõ correctũ, vt eo titu. ca. contingit. el 2. vbi singulariter not. Pan. ꝙ ex solo delicto apostasiæ nõ perdit priuilegiũ clericale, clericus ẽt in minorib. existens ẽt deprehensus, sed dẽt moneri tertiò, vt in c. contingit. ibi. el 3. nec sufficit, vt dicit, monitio vna pro trib. qa ius trinam requirit, iuxta theoricam gl. in cle. 1. de vi. & ho. cle. Vnde Io. Andr. in c. ex tuæ. de cle. nõ resi. dicit, ꝙ vbi qs ius requirit, primã, secundam, & tertiam citationem per edictũ cõtra absentẽ, non sufficit vnica perẽptoria: quia in pœnalibus verba debent intelligi stricte & proprie, non aũt ficte & large. Nec pt fieri ista monitio p iudicẽ sæcularẽ, aut quẽcunq. aliũ, scđm Pan. per tex. ibi, a te moniti, sed per epm diœcesanũ ibi, in diœcesi tua, vel per quẽcunq. prælatũ habentẽ epalẽ iurisdictionẽ in clericũ, ext. eo. in audientia. Nõ tñ requiritur monitio specialis, sed sufficit gñalis, puta, ꝙ eps faciat edictũ, vt oẽs clerici reassumant habitũ intra mensem, quia tex. in d. c. in audientia. nõ requirit specialem, & vbi iura volunt fieri specialem, exprimũt illam, vt in cle. 1. de vi. & hon. cler. & in c. constitutionẽ. ext. eo. li. 6. Sed nota, ꝙ scđm Ge. in ca. 1. de cle. coniu. lib. 6. habitus clericalis quo ad hoc, ꝙ clericus gaudet priuilegio, cõsistit in vestibus & tõsura. Qñ aũt clericus pdat priuilegiũ clericale ex habitus dimissione, vide §. seq. Quartò, in clerico, qui habitu cõtẽpto fert arma, & tertiò monitus non se correxit. ext. eod. in audientia. vbi elicit Pan. quòd ex sola dimissione habitus & delatione armorũ militarium non perdit priuilegiũ clericale.

Et idem eſt ſi non ſit tertio monitus, ſed im-
miſcet ſe tyrannidi, extra eo. cũ nõ ab hoĩe.
vbi hoc no.gl.& Inn.ext.eo. nõ dubium. vbi
dicit idẽ de clerico ſeditionẽ & iniuſtã guer-
rã faciente, extra eo.perpẽdimus. ¶ Quintò
ĩ clerico gerẽte negotia ſæcularia, ſiue admi
niſtrationẽ rerũ ſæculariũ, & monito, vt ſup.
extra, ne cle.vel monac.ſacerdotib. & de vi.
& hon.cle.ca.fin.Sed Supp. & Summ.Roſ.il-
lud c. ĩtelligit vt perdatur priuilegiũ in reb.
tm̃.ſed Sum.Piſ.& Arc.& Veru.& In. & Hoſ.
tenet vt prius dicebat, & hoc innuit ibi tex.
dicens indiſtinctè ꝙ iſte ex facto ipſo priui-
legium abijcit clericale. Et neceſſe eſt ſic di-
cere: quia ibi tex.iſtum ſubijcitur ſtatutis &
conſuetudinib.patriæ, quo ad res ipſas q̃ ſta-
tuta & cõſuetudines volũt, ꝙ quis pro reb.
ĩterdũ cõueniat corã iudice laico, & arreſte-
tur, & capiat & carceri tradatur; vnde iſte ꝑ
dit priuilegiũ fori, & a fortiori canonis, ſi qs
ſuadẽte, ꝙ facilius perditur ſm dictã Sũ. Ro.
¶ Sextò in cler.cõiugato, ſi habitũ nõ defert,
i. veſtes & tonſurã de cle.coniu.c.vnico. li.6.
& vide ſup.Clericus 2.§.fi. Sed addit do. Ale.
conſ.8. ꝙ cũ clerici non habeant habitũ iure
determinatũ, vt eſt gl.in cle.1. de ele. qlibet
habitus honeſtus eſt cõueniens clericis, cum
dr̃, ꝙ ferant habitũ clericalẽ, & intelligo ho
neſtũ, i. cõuenientẽ viro ſeni & graui: ñ iuue
ni, vel hiſtrioni. ¶ Septimò, in clericis buffo-
nibus macellarijs, & tabernarijs, qui talia of
ficia publicè & ꝑſonaliter faciunt: vt ſu.cle.
3.§.5.7.& 8. ¶ Octauò in magiſtro percutiẽte
leuiter tñ & cã diſciplina, extra, eo.cũ volũ-
tate, & c.ex tenore. Nec diſtinguitur ſm Ver.
vtrũ clericus ſit in ſacris, vel in minorib. ſi-
cut nec prælatis, in dictis capitulis. Et addit
Ver. ꝙ non incidit magiſter percutiens cum
ira cã correctionis. Intellige tñ ſecus, vbi ita
principaliter eſſet in cã. Addit ẽt, ꝙ nõ inci-
dit ſub magiſter percutiens dicto modo con
tra ꝓhibitionẽ magiſtri principalis, vł alius
quilibet, cui pueros docẽdos cõmiſerit: quia
per hmõi prohibitionem auferre non p̃t be-
neficiũ iuris, qđ eſt poſſe corrigere quos do-
cet. Eſt aũt idem de patre, vt in d.c.cũ volun
tate, & facit l.filius.C.de pa.po.& l.vnica, C.
de emẽ.propi.di.45.c.diſciplina. Quod tñ li-
mitat Sum.Ang.ſi clericus ſit in minorib. ſm
Pan.in d.c.cũ volũtate, ſm Io.de Lig.Petr.de
Peru.& Pau.Tẽcr.Veru.Sum.Pi.& Ro.tenẽt,
ꝙ nõ incidit, ẽt ſi ſit in ſacris, & ſi primum ſit
tutius, tñ ſm eſt rõnabilius, ſcđm Arc. qđ etiã
patet: quia dicta Sum.Ang.concedit, ꝙ magi
ſter licitè verberat clericũ exiſtẽtẽ in ſacris.
vnde irrationabile eſt hanc poteſtatẽ ſubri-
pere patri. Sed contra, quia licet dignitas epi
ſcopalis liberet a patria poteſtate: vt in c.ve
nerabilẽ.qui fil. ſint legit.ſ.vniuerſaliter, nõ
aũt ſacer ordo: vt falſe putauit glo.in d.c. cũ
voluntate.& in c.Iudæorum.de æta. & qual.
quia contrarium tenet Inn. & Hoſt.ſ. ꝙ non
liberet, tamen quo ad percuſſionẽ. ſec.Pan.li
berat quilibet ſacer ordo a patria, & a ſerui-
li ſiue dominatiua, qđ arguit per c.vniuerſita
tis.eo.tit.ar.ẽt cap.per venerabilem. qui filij
ſint leg. Sed dico, ꝙ iſta non habent efficaciã
vnde tene primum, & aduerte tñ ꝙ Sum.Ro
ſel.male adducit Pan. Et quod de patre dictũ
eſt, intellige de propinquis, extra eo. cũ vo-
luntate. vbi dicit gl. ꝙ non ſolum pr̃, ſed ẽt ꝓ
pinqui domeſticos ſuos corrigere debẽt. C.
de emẽd.propin.vna. Et ſi tales perſonæ mo
dum excedant, non incidunt ſecundũ glo.in
d.ca.cũ voluntate. quia canon exigit dolum,
ſine quo non eſt violentia: iſte aũt manus sũt
charitatiuæ. Sed Io.de Lig.non conſentit: qa
leuis tm̃ caſtigatio eis permiſſa eſt. Sed con-
cordo: quia per exceſſum non incidunt, cum
ſemper non poſſint verbera ſuſpendere in
ſtatera: ſed per manũ arbitrio boni viri. ¶ No
nò in eo qui in cõtinenti vim vi repellit cũ
moderamine inculpatæ tutelæ, extr.eo.ſi ve
ro.el 1.& intellige incontinenti, i. dum actu
impugnatur, & ſimiliter intellige ẽt ſcienter
& deliberatè. Et ratio fallendi eſt: quia iure
naturali inditum eſt ſe defendere. Hoc autẽ
extenditur, ſecũdum aliquos, & ad defenſio-
nem perſonarum ſolum, per quas nobis ĩtel-
ligitur iniuria fieri, ſicut ſunt vxor filij, ſerui
& huiuſmodi, ſecundum aliquos verò, quib.
magis aſſentit Innoc. ſuper dicta decretali,
hoc extenditur etiam ad defenſionem extra
neorum, nec clericum percutiens gratia hu-
ius incidit: quia & ſocij iniuria propulſanda
eſt.23.q.3.non inferenda, & in ca.fortius.ar.
etiam ff.quod metus cau.l.iſti quidem.§.fi. Et
hoc tenet Sum.Piſ.& Dir.lib.3.& communi-
ter omnes Summiſtæ.& addit Innoc.quod ſi
defendendo alium quis clericum occiderit
ne alius occidatur ab eo, eſt quidem irregu-
laris, ſed nõ excommunicatus: ſed de irregu
laritate dicit verum in defenſione aliorum,
non autem ſui hodie, vt in cle. ſi furioſus, de
homici. Iſta tamen intellige ſtatim, i. dum im
minet, vel inſtat violentia aduerſarij, non au
tem poſtquam tranſijt. Vnde ſecun. Io.And.
in nouel.ſuper d.c.ſi verò. ſi clericus percuſ

sit laicū amplius, nō percussurus, & hoc lai-
co constat, repercutere non dēt: si verò cleri
cus esset iterū percussurus vere, vel scđm ꝓ-
babilē dubitationē laici, licet laico repercu-
tere ad repellendum violentiā imminētem.
Quidam ēt hoc extendunt ad defensionē ꝑ-
sonarum tantum, non aūt rerum. Sed tñ Ioā.
de Lig. in tract. de particulari bello dicit, ꝙ ñ
incidit laicus percutiens clericum pro rerū
suarum, & secundum Archi. vel aliarū apud
se depositarum defensione moderate, si ali-
ter vim repellere nō poterat, & allegat Inn.
hoc dicentem in c. 2. de rest. spo. quia non est
ibi manus violēta, sed violentiæ repulsoria.
& idem dicit de rebus proxi. ar. etiam in c. o-
lim. de rest. spol. el 1. & c. dilecto. de sen. excō.
li. 6. in l. furem, ff. de sic. Non tamen ꝑ ꝑ hæc li
cet occidere, vel mutilare, secundum Bar. in
d. l. furem. qñ ablatū est recuperabile per iu-
dicē, si aūt sit irrecuperabile, secus. Sed Inn.
tenet contrarium dicens, ꝙ occidens clericū
pro rerum suarum defensione, incidit, imò
probat Pan. in c. 2. & in c. suscepimus. de hoc
suarum quod laicis non licet occidere pro re
rum defensione, ēt si recuperari non pote-
rat, nisi in foro contentioso laicali. Et ita de
clerico tenet gl. 23. q. 3. in prin. vr̄ idē de mu-
tilatione, quia ratio omnium istorum est, ꝗa
vitam proximi præferre debemus reb. nr̄is:
& eadem rōne integritatē personæ: nisi no-
cumentū esset temporale, puta vulnus sana-
bile. Sed dici potest concordando, ꝙ licitum
est ēt clerico sua defēdere fuste & gladio cō-
minando & percutiendo citra mutilationē:
& si raptor, vt rapiat, insurgit in defensorē,
licitè occidetur, arg. c. si perfodiens. de ho. in
verbo, defenderit, quæ defensio licet sit defē
sio rerū, q̄ rapiunt, tñ respectu domini prohi
bētis rapinā, est vera inuasio & aggressio ꝓ-
hibita. Vnde quia licite teneo rē meā: eū, qui
me vult occidere ne teneā licet occider̄ mul
to magis q̄ eū qui me vult occidere, quia de-
traxi, aut alias iniuriam feci. Si aūt non me
inuadit, & tñ rē meā tenere nequeo, nisi occi
dam, puta quia fugit in equo meo, quem ali-
ter habēre nequeo, nisi illū sagitta occulta,
fortè nō licet mihi in cōscia occidere, nisi vt
dicam limitando dicta Panor. quamuis ēt di-
ci possit hoc casu non esse contra legem Dei
aut naturæ occidere: quia quotidie de licen-
tia principis mouētur arma pro temporalib.
qđ fieri non posset, si esset cōtra legem Dei,
vel naturæ. Ad motiuum in cōtrariū dici pos
set ꝙ reb. nostris vita proximi est præferen
da q̄tum in nobis est, vnde talia pro vita ꝓx
mi deberemus exponere in necessitate: si tū
ipsi sint in cā suæ vitæ perdēdæ iniuste inua-
dendo, imputer̄ eis. Vñ dico, ꝙ eo casu pro re
bus licet occidere, & mutilare: & ꝙ occidēs,
aut mutilans clericū hac rōne, nō incidit in
excōicationē, etsi in irregularitatē: vt su. Bel
lū 2. §. 7. in fi. quia vbi nō est mortale pecca-
tū, non est excōicatio iuris. Esto aūt, ꝙ verū
diceret Pa. & sic velis indistincte tenere, limi
ta tñ p̄dicta dupliciter. Primò, qñ sublatio re
rū vergeret in periculū nr̄æ personę: vt si eū
ti per latrones auferātur arma, aut tp̄e gelu
auferant̄ vestes: quia eo casu defendere res,
est defendere personā. Scđò, qñ ꝗs adhibita
debita diligentia a casu mutilat, vel occidit,
quia nō incidit, cum daret operā rei licitæ, i.
suarum rerum vel socij defensioni. Tertio ēt
forte quando sublatio rerum inferret dānū
grauius morte viro nobili, vt quia eū opor-
teret inhoneste viuere aut mendicare. Istam
tñ rerum defensionem non intelligas ex in-
teruallo, sed statim, quia licet non incidat ꝑ-
cutiens dū res surripitur, aut ēt dū subrepta
asportatur ante quā venerit clericus ad locū
destinatū, ſm Veru. tñ percutiens postq̄ per
uenerit ad locū destinatū, & adeptus est pos
sessionem perfectam illarū rerum incidit, se-
cundū Pet. de cen. ecclesiastica & de hoc vi-
de sup. Bellum 2. §. 1. in fi. intellige ēt ꝙ si de-
fensor excedat modū, i. nō seruat moderamē
inculpatæ tutelę ex proposito, incidit, scđm
doc. & iura. Secus si non ex proposito, scđm
Pan. in d. c. olim. quia vt dictū est, requirit̄ do
lus. & facit gl. in c. significasti. de hom. el 2. &
l. si ex plagis. ff. ad l. Aquil. §. tabernarius. Qui
dam ēt rationabiliter extendunt istā licitam
percussionem ad defensionem honoris: vn-
de si spoliandus a clerico euadere posset per
fugam, intellige turpē, & verecundā, & non
vult, sed stat & percutit clericum inuasorē,
non incidit, secundū Bar. in l. 1. C. vnde vi. &
sequitur Pa. in c. olim. el 1. de resc. spo. ꝗa fu-
ga est quædā iniuria ff. de iniur. l. itē apud La-
beonē. & scđm C. ī d. §. tabernarius. fuga red
dit hoīem viliorem; iniuria āt corporalis ma
ior est quam rerum iactura, ff. de pœ. l. in ser-
uorum. Vnde si licet percutere pro iactura
rerum: a fortiori pro iniuria, vel iactura ho-
noris, cuiusmodi est fuga. Et hoc casu etiam
secundum aliquos licet occidere, licet incur
ratur irregularitas. Quidam ēt, vt Inn. exten
dūt eam ad expulsionem de domo, de qua si
clericus exire non vult, non incidit ꝑcutiens
eum

eum de resti.spo.olim causam: & de hom.significasti.Et idē in prædictis ītelligo de auxiliantibus amico. ¶ Decimo in eo, qui reperit clericū in adulterio, vel stupro cū vxore, matre, sorore, vel filias quia nō incidit, vt in c.si verò.el 1.eo.tit. & hoc dici potest ēt si mutilet, vel occidat, secundum Veru.quem sequitur Sum.Pis.& Ros. quia canon inter atrocē & non atrocem iniuriam non distinguit, sed tñ occidens aut mutilans, licet non incidat, tñ grauiter peccat, vt dicit idem, & notatur ī d.ca.si verò.& extra, de pœ.c.2. Sed tñ idem Veru ec.tenet tutius esse quòd incidat, quia ille nō excusat, nisi simpliciter manus inijciētes violētas, & in ostiario distinguit inter vulnerātes, & sine vulnere lædentes.Sed ista sua ratio est ad oppositum: quia cum vnus & idē canon distinguat, & referuet in vno casu & non in alio: vr̃ vniuersaliter loqui. Vnde ponderatio textus, qui dicit, si manus iniecerit in clericum inuentum, & gl.dicente, non ex interuallo distinguo sic, qđ si occidat, vel mutilet non ex interuallo temporis, aut deliberationis seriose factæ, non incidit: quia tunc habet locum quod dicit glos.ſ.ꝙ tam iustum dolorem cōpescere nō potuit: vt C.de adu.l. Gracchus. Secus qñ non ex subita passione, sed matura deliberatione, ēt sine tp̄is interuallo id facit, quia cessat ratio, quia canō istū excusauit.Et ẜm eundem Veru.& Mod.hoc ad solum coitum non est restringendum, sed extenditur ad amplexus & oscula in loco suspecto, ad præparationem in opus nefarium explendum, & ad signa aperta, vel etiam probabilia propinqua negotio ibi statim peracto, quia non incidit percutiens ex interuallo ante diuersionem: ad alia? Et similiter extenditur ad clericum suspectum & monitum ēt per maritū inuentū domi cū vxore sedentē & cōfabulantē, etsi nō turpiter conuersantē: quia ẜm leges hūc licet perimere, & multo fortius hunc & oēs prædictos capere & detinere, donec uocet testes: imo & per 20. horas continuas; & iudici tradere, ff.de adul.1.l.c.ext.eo. si vero alicuius.§.vltimo, & consentit Berna. Veru.& Dir.li.3.Quia tamen hæc materia est odiosa clericis, & exorbitās a iuris dispositione, extendi nō debet, sed in terminis proprijs intelligi.Vnde nomine vxoris secundum glo. ibi, & secundum omnes, venit etiam sponsa de præsenti: quia & lex permittit illā accusare iure mariti.ff.de adul.l.si vxor.§.1.nomine autem matris, non veniūt ascendentes secundū glo.& Io.de Lig.& do.Ant.& Pan.& Hostien. qui hoc dicit tutius, licet ipse Inn.senserit cōtrarium, nec noīe filiæ veniunt descendentes. secundū eosdē, licet Inn.contrariū teneat: sed tantum filia legitima & naturalis, non autem adoptiua, ẜm Ho. nec nomine sororis veniūt collaterales ẜm aliquem doctorem, sed tantū legitima & naturalis.¶ Vndecimo, si fiat a prælato, vel de mandato eius causa correctionis extra eo.cum uoluntate, & c.cum ex tenore. Et intellige primo causa correctionis; aliter incidit & verberans & mandans.extra eo. ca. vniuersitatis. quod de verberante intelligo si probabiliter hoc credet non autem si ignorat, vel dubitat, quia debet obedire. Dicit tñ Monal.quod non oportet prælatum de correctione cogitare, sed sufficit subesse causam. Vnde percutere ex correctione, est percutere ꝑ culpa digna correctione, ꝙ snia & si sit benigna, tamen tutius est, secundum eundē, vt saltem habitu cogitet de correctione.i. eā intendat habitu.quia, inquit, ēt si moueatur ex ira, non incidet: sed longe melius est vt differat, donec ira quiescat, 11.q.3.illa præpositorum, & c.ira, & c.cum apud.Et secundo intellige scd'm Arch. si modus non excedatur, intellige notabiliter: alias locus foret appellationi, & puniretur excedens: quia leuis tantū correctio permissa est. Et tertio ītellige, si fiat a prælato percussio, & ad eū ꝑtineat correctio, quia si sit prælatus, sed nō illius; vel si habet authoritatē tātā in ciuilibus, vt rector vniuersitatis, incidit: quia ẜm Pan.in c.vt famæ, eo.tit.vterq; horum requiritur. Et quartò, ꝙ percussio per laicū non fiat, si percutiēdus est clericus, alioquin ambo, incidunt: vt in d.c.vniuersitatis, nisi esset adeo incorrigibilis, ꝙ aliter capi aut corrigi non posset, eo. ti.vt famæ. Potest tñ si cā subest, per laicum capi & carcerari.ext.eod.si clericos.li.6. s.de mādato ꝑlati, nō aūt propria auth.ēt si sit incorrigibilis, nisi sit tradit⁹ curiæ sæculari, qđ intellige, nisi præcesserit depositio, vt in c.cū nō ab hoīe.extra de iud. vel nisi capiatur incorrigibilis, vt restituatur prælato suo. hæc Pan.in c.vt famæ.eo.tit.sed de hoc inf.§.vlt. dub.7.Et quinto intellige, ꝙ ēt per laicū non fiat tortura, nisi rōne dictę incorrigibilitatis, q.a ẜm Pan.in d.c.vt famæ, post do.Ant.ibi, & Pet.de Anch.& gl.5.q.6.in c.presb. hoc fieri nō ꝑt: licet ẜm d.Ant. male cōis obseruantia habeat cōtrariū. Hoc tñ Sum.Ros. glossat, ꝙ per laicum fieri non potest propria authoritate: secus ex iudicis mandato.Sed ista gl.directe impugnat dictum glossarum, vt patet;

&

& eam Pan. in c. vniuersitatis, ex intentione destruit Sum. vero Ang. etiam quo ad verberat glossa, vt per laicum intelligatur sæcularis, nõ autem conuersus religiosus. Sed cõtra: qa rõ huius prohibitionis est reuerentia ordinis clericalis, quem isti conuersi ex hoc tanto magis vilipenderent, q̃ sęculares, quanto sunt familiariores. tum quia ista dicta sunt a doctoribus in fauorem clericorũ: vnde & in eorum fauorem in dubio interpretari debẽt. & cõsequenter nomine laici venit omnis nõ clericus, tũ quia hoc de tortura dicitur pro quanto habet locũ verberum: qa, vt dicit Pá. in c. verbera, & cruciatus inferuntur: quę verbera mandantur fieri per clericũ, vel monachum in d. c. vniuersitatis, vbi conuersus non uenit nomine monachi, sed contra monachũ ibi distinguitur. Vñ & Arch. dicit. dist. 45. cap. 1. qđ nec tutũ, nec honestum est monachum verberari per conuersum laicũ: imo text. in d. cap. vniuersitatis. mandat sub pęna excõicationis hoc fieri nõ debere ẽt per sacerdotem, sed solum per prælatum: nisi necessitas vrgeat. Vnde dicendũ est iuxta notata per Pan. in d. c. vniuersitatis. & c. vt famæ, eod. ti. quod clerici torqueri nõ deberent: vt laici de iure: quia tñ hodie torquentur, ut laici, & male, ideo tortura fit per laicos, quia clerici non sunt in illa arte forte periti: licet hoc de iure fieri non possit. hæc ex Pan. præter dicta Arc. Vñ dico, qđ sicut verbera per laicum inferuntur, qñ aliter corrigi nõ p̃t: ita & tortura, qñ per clericum fieri idonee non potest. Et hoc indubitanter tene: quia c. vniuersitatis. nominat quatuor personas distinctas, abbatem, clericum, monachum, & conuersum, & deinde ad dubiũ, vtrũ per laicũ possit verberari clericus, monachus, aut cõuersus, sic respondet. Nobis vr̃, ꝙ nisi cã regularis disciplinæ hoc faciat abbas in propria persona, vel si necessitas vrget, per clericum, vel monachum fieri iubeat; tã qui tales verberari p̃cipit, q̃ illi, qui verberant, ẽt si cã subesset, excommunicationis sñiam nõ euadũt. hæc ibi. Vñ ẽt cõuersus nõ p̃t verberari per laicũ. Et sexto intellige si prælatus mandans sit ep̃s: quia ei ꝓprijs manib. percutere nullum licet, cui sãctitas ignoscendi gloriã derelinquit. C. de epi. & cle. l. si quis in hoc 86. d. non liceat. nisi forte alium nõ inueniat: quia tunc licite per seipsum percutit, ut probat Pan. si ãt est inferior ep̃o, saltem adsit cã vrgens quare ipse propria manu nõ verberet alioquin mandans, & exequens incidunt, vt in d. c. vniuersitatis, quod nota, quia quotidie contrarium fit. Qñ autem vrgeat cã, credo standũ arbitrio prælati. ¶ Duodecimo ĩ turbãte diuina officia, quẽ p̃sbyter. vel alius, ad quẽ spectat, eijcere p̃t de ecclesia, ext. eo. veniens: & c. cũ volũtate. §. si quis vero. Similiter cum quis ratione officij, quod in ecclesia obtinet, clericum percutit, aut cũ hoc facit senior cã deuotionis, aut magister, aut dñs: vt in eo. c. cum voluntate; vbi dicit gl. quod dñs domus hoc p̃t, aut parens, vel ꝓpinquus, qui familiam corrigit, vt in eo. c. patet, iuncta gl. Sed de oĩb. prædictis intellige quo ad clericos minorum ordinum, ut in eod. cap. cum voluntate. Excepto parẽte, & magistro, qui corrigere possunt ẽt existentẽ in sacris. vt dictum est. Intellige ẽt de omnib. prædictis quo ad percussionẽ leuẽ tantum, ut ibi. Si tñ modũ excederent, mõ non a proposito, & animo irato, non essent excõicati, ut no. Ber. & Ho. in d. c. cũ voluntate, & consentit Veru. quia dolus requiritur. Sed tamen not. ꝙ lata culpa æquiparatur dolo, ut su. Culpa. §. 2. Vñ si volens leuiter percutere, & ex lata culpa grauiter percusserit, incidit ẜm aliquos, sicut si stantem in gradu leui impulsu p̃cipitat grauiter: quia stultum est hoc nõ pręuidisse. Sed quia c. si quis suadente: vr̃ expresse dolũ reqrere in verbo, suadente diabolo: quo casu lata culpa non æquiparatur dolo: ideo nõ incidit. ¶ Decimotertio, si clericus sit depositus, vel degradatus, ext. de iud. cum non ab homine, & ext. de pœ. degradatio. in fi. li. 6. Sed de hoc, & de clerico non baptizato, aut vi ordinato, & huiusmodi, vide sup. eo. tit. in prin. ¶ Decimoquarto, qñ clericus transfert se ad actum prorsus cõtrarium: puta, erat in minoribus, & factus est miles, aut bigamus, vel huiusmodi, 94. dist. quisquis. De milite tamen Panor. in c. vt consultationi de cle. coniu. limitat de promoto ad militiam, & faciente actum oĩno contrarium clericatui: quia. s. exercet sæua, aut iuit ad bellum, qa immediate priuilegiũ perdit, cũ ista sint cõtraria. Vnde ex quo elegit cõtrariã vitã, fuit ipso facto exclusus. 32. q. 1. cum renunciatur. Secus de promoto tñ, qui actũ aliũ prorsus cõtrariũ nõ elegit, sed viuit honeste vt, clericus: qa gaudet, vt sẽtit ẽt Inn. in d. c. ut cõsultationi. Vnde cõstituto in sacris requiritur monitio trina; sed si cõstitutus in minorib. habens clericatũ pro derelicto, cõuertit se ad militiam, & huiusmodi, sine monitione priuilegium perdit. De bigamo etiam nota, ꝙ cum sit exutus omni priuilegio clericali, & extra, de big. capitul. 1. libr. 6. glos.

6.glo.Io.An. ibi hoc limitat de eo,qui ſic con traxit,i.cũ duobus,vel vna corrupta exiſtens in minorib.Secus ſi in ſacris:ꝗa nõ ꝑdit priuilegiũ,& conſentit Arch. Veru.Gar.Io. Mo.

6 SCIENDVM † eſt quinto,vt ſciatur, quãdo clericus exiſtens in ſacris habitu dimiſſo perdat clericale priuilegium canonis, ſi quis,vel fori,quod circa hoc ſunt multæ cõcluſiones. ¶Prima.Clerici,ꝗ relicto habitu clericali,efficiuntur ſtipendiarij ſeu armigeri, quantumcunque cognoſcantur ab alij eſſe clerici, perdunt priuilegium canonis.extra,eo.cum non ab homine.ubi approbat Pan. & idem ſm eũ in c perpẽdimus.eo.ti.dici poteſt de eo qui dimiſſo habitu & tonſura,enormitatibus,& ſæuis ſe immiſcet, quod eſt,vt dicit, quando facit ſeditionem in populo,& guerram . Et idẽ intelligo in paribus delictis iniurioſis,quia ratio huius diſpoſitionis pœnalis eſt certe etiã præſumpta.ſ. de clericis ordinis, & proximi iniuria:ut ſi quis ſit latro armatus & publicus & iſta intellige etiam ſine monitione.De priuilegio fori inf.particula 3.¶Secundo, Quandiu clericus habitum deferi,& tõſuram, licet immiſceat in enormitatibus,non perdit priuilegium fori,aut canonis,ſecundum Io.Andr. & Pan.in d.c.perpẽdimus.Tertia. Clericus ſe enormitatibus immiſcens habitu dimiſſo, ſm Ho.vt ei imponit Pan.in d.ca perpendimus, perdit priuilegium canonis,ſi quis ſuadente, & priuilegium fori ſed ſm Io.And.licet perdat priuilegium canonis,vt dictum eſt,nõ tamen priuilegium fori ſed ſtatim eccleſiaſtico iudici reſtituẽdus eſt , niſi fuiſſet inueteratus in huiuſmodi enormibus ſeu aggreſſuris, vel incorrigibilis;immo nec eo caſu illud perdit, ſecundum Pan.in d.ca.perpendimus quia per argumentum a ſpeciali,ca. vnico,de vi.& ho. cle.libr. 6. certi ſunt caſus, in quibus clericus ipſo facto clericale priuilegiũ perdit:nec iſte eſt vnus,& conſequenter debemus ſtare regulæ generali,vt clericus corã ſuo iudice conuenietur quantumcunque deliquerit.& facit c. ſi iudex extra,eo.lib.6.ibi,clericus dimiſſo habitu , & tonſura captus in maleficio , quod,ſ. verbum eſt generale,aptum omne crimen cõprehendere eccleſtaſtico iudici remittitur, ſi ſe clericum probat.Opin.Ioan.Andr.& Hoſt. nullum ius probat, & ſumus in pœnalibus, ubi fieri debet interpretatio benigna : maxime in fauorem ordinis clericalis, hæc Pan. Et hanc opi.ſ.Pan. tenuit do.Car. & do. Alex.de Imo.conſil. 8. dicens, quod huiuſmodi non perdunt priuilegium fori, niſi prius fuerint a diœceſano , vel ſuo prælato moniti trina monitione,vt in c.in audientia : & c.perpendimus.& c.contingit.el 2.& de ſent.exc. & in c.ſi iudex.eo.ti.lib.6.niſi fuerint publici ioculatores,hiſtriones , ſeu buffones , exercendo illam artẽ ignominioſam per annũ : per cap. vnicum.de vi.& hone.cler. lib.6. Et facit pro hoc,quod habetur in c.degradatio.de pœ. li. 6. quia anteꝗ iudex ſæcularis ſe poſſit intromittere, requiritur degradatio , ꝗ tñ non fit, niſi pro enormibus criminib.vt in c.cum non ab homine, & in ca. at ſi clerici.de iud. hoc d. Alex. Do. tñ Pe.& do. Ant.tenuerunt opinio Io.An. diſputando.ut refert Pa.cui prior op. magis placet & ſequit̃ Sum. Ang. Sed ego dico,quod prima.i. Io.An.eſt verior:ꝗa in caſu c. perpendimus ſacerdos fuit occiſus per iudicem . Nec obſtat,quod ibi pœnitentia imponitur,licet non inciderit in canonem,quia ut ibi dicit gl.eſt ad cautelam. Vnde hæc opinio eſt practicanda , ubi iudices eccleſiaſtici ſunt in puniendo negligentes, vel periculum in mora non patitur eos adire, vel enormitas facinorum pęnam maiorem expetit arbitrio bonorũ , quam eccleſia poſſit inferre, vt quia ſunt publica,& ſcandaloſa,& Reipublicæ ualde nociua.Et licet degradatio in enorbus prius regulariter requirat̃ : ſecus in caſu expreſſo a iure.Adde primo , ꝙ quia rõ quare competit priuilegiũ fori,eſt profeſſio, vel ordo ſacer,ſecundum Pan.in c. 2.de for. cõp. quantum ad hoc idem videtur iudicium de clerico exiſtente in ſacris, & de apoſtata a religione, cum æqualiter vtrique prohibeatur regreſſus ad ſæculum;quæ eſt ratio utriuſque inſtitutionis. Adde ſecundo quod in neutro habet locum trina monitio,vbi de incorrigibilitate conſtat euidenter:ut quia fuerunt capti, & fregerunt carceres , & ſciunt prælatos ſe inſequi,& huiuſmodi.Quarto, non gaudet priuilegio canonis clericus incedens ſine habitu , & tertio monitus , vt dictnm eſt ; ſed non monitus gaudet , & percutiens extra actum belli,& aggreſſuræ incidit,etiam ſi habitu depoſito alijs ſe immiſcuerat , ſecus in actu belli , vel aggreſſuræ : quia non incidit,ſecundum Innocen.quod tamen Arch.limitat,quando clericus iuſtã dederat cãm : ꝗa indubitate non incidit is,contra quem venerat:ex capite defenſæ ꝑmiſſæ, vt in c.ſi vero. neq; fauentes aggreſſo: & ſimiliter ſi tertius inſurgat contra tertium, & clericus dimiſſo habitu temere ſe immiſceat habitu depoſito , non incidit percutiens in lumi-

nibus

nibus aggressuræ. Et sic intelligo opinionem Inn. hæc oia Arch. Vnde Sũ. Ros. Excõicatio. 2. §. 1. in quarta conclusione, dicẽs. Si qs ꝑcusserit clericum in habitu & tonsura in bello iusto, ex parte ꝑcutientis non incidit, ſm Arch. Flo. tripliciter deficit. Primo, quia hoc est falsum, nisi se defendendo moderate, vt patuit. Secundo, quia sibi contradicit in conclusione secunda, quę hic posita est. Tertio, quia male allegat Arch. Flor. qui non loquitur de eo qui habitum, & tonsuram portabat.

8 Sed † circa prædicta, dubia multa consurgunt. ¶ Primũ est, vtrum clericus subijciẽs se spõte verberibus in satisfactionẽ sit excõicatus? Et dico, ꝙ secundum Pet. de Peru. non incidit in maiorẽ, si subiicit se vni tm̃ ictui: sed secus si pluribus; quia statim post primũ participat excõicato in crimine damnato. Sed iste falsè determinat, vt patebit, & insufficienter probat: quia rõ incidendi clerico non est solũ participiũ, sed ẽt fauor, & cõsensus: quia facientem & cõsentiẽtẽ par dẽt pęna restringere: vt in c. mulieres, eo. tit. Itẽ non obuiare, cum possit. Ray. vero dicit, ꝙ est excommunicandus, non est excõicatus. Et consentit Ioã. And. & Pan. in c. contingit. el 1. eod. tit. & ista est veritas: qa ibi tex. dicit eũ excõicandum. Nec ob. ratio non obuiationis: quia hoc non facit dolo, sed in satisfactionẽ, & vt fortè malũ grauius euitet. Nec rõ fauoris, aut consensus eadem rõne. Nec rõ ẽt participii: quia, vt Pan. dicit in illo c. Io. An. multipliciter soluit. Primo qa hoc non faciebat ille, vt participaret in crimine. Secundò, qa non participat excõicato, cũ non sit excommunicatus ante ꝑcussionẽ, s. per completam: & si obiicitur: qđ statim est excõicatus post ictum primum: dr̃ quod non, nisi habitu respectu ad omnes percussiones inflictas impetu vno. Vnde Io. And. in reg. delictum. de reg. iur. lib. 6. in merc. concludit ibi nõ esse tot excõicationes, quot verbera: quia omnes habentur pro vno facto, ex quo inferunt impetu vno. Et idem tenet Bar. in l. nunquam. ff. de priua. deli. dicens, qđ vulnerans nolens plus facere, si superueniat ei impetus, & occidat: tenetur de vulnerato & occiso; vulnerans autem & persequẽs multis horis, & tandem occidens tenetur de occiso tantum: quia eodem impetu fecit, licet ex interuallo: vt l. quod ait, §. fi. ff. de adul. Potest ẽt solui aliter, quia subiicere se misericordiæ alicuius, non est participare in crimine, secũdũ aliquos: quia cogitari poterat, qđ ille remitteret. Sed hæc solutio non procedit, postquã ictus geminatur. Hanc etiam sententiã incurrit clericus, vel similis persona irato animo seipsum percutiens, secundum Dir. quia iniuriam facit ordini clericali, cui hoc priuilegiũ concessum est, vt in d. c. olim.

9 Secundum † est, vtrum mulier percutiens clericum se de turpitudine impetentem, incidat. Et dico secundum Verue. quod sic si verbis solis impetebat: non aũt si tangit in vitam & illa se defendit moderate. Et idem Mon. Addit autem Sum. Ange. quod ẽt non incidit, si impetentem verbis tm̃ percutit, qñ eum aliter repellere non potest. Sed hoc non est tutum: quia declinare potest, vnde incidit. Si autem ipsa ad suasionem mariti ad turpitudinẽ clericum vocat, & sic a marito percutitur: vterque incidit, secundum Ver. & Mod.

10 Tertium † est, vtrum capiens clericum ꝑ capillos dicens, nisi esses clericus cederem te, incidat? Et dico, qđ sic ſm Verue. si iratus aĩo iniuriãdi hoc facit: aliter non. Et ratio esse pr, quia licet non inferat iniuriam tantam quantam tenet in animo: infert tamen aliqualem.

11 Quartum † est, vtrum tangens res adhęrẽtes clerico incidat. Et dico ſm Ray. cõiter docto. qđ si equitantis quis frænum arripiat, aut frangat cingulũ sellæ, incidit. Nec differt inferre manum personæ, aut rei sibi taliter adhærenti. Et similiter qui rapit iumentũ de dorso, vel rem de manu eius, aut eam frangit ſm Card. in cle. 1. de pę. ẽt si auferat possessor tꝑe quo non debet: vt quia commodauerat vsque ad certum tps, ſm Arch. Fallit hoc, qñ rem quis poterat capere propria auctoritate, puta, quia est rapientis, & clericus non est pro tunc plenus possessor de iure, nec de facto; vt si mihi clericus subripiat calamum & ego repente, non est interuallo iterum subripio illi. Si autem furto rapiatur dormiẽti, vel alias non sentienti zona, quia præcinctus, aut vestis, qua indutus est, aut aliquid tale, non incidit, ſm Inn. & Host. & Car. in cle. 1. quia modica, vel nulla fit iniuria personæ non sentienti. Et istã opi. sequitur Sum. Pis. & Sum. Conf. & Sum. Ang. Sed contrarium sensit Sum. Ros. eiusdem ordinis, & Arch. & Io. de Lig. & Arch. qui no. in c. si quis 17. q. 4. de mente canonis esse, quod incidat quicunque qualitercũque tangens personam clerici iniuriose. Etiã hoc tenendum est, quia tutius: ite quia verius quia si potest quis incidere in canonem inferendo iniuriam personæ ẽt cum eius voluntate: vt cũ qs subiicit se verberibus: multo magis præter eam, vt cũ quis non aduertit: quia

iniuria

iniuria tanto est maior, quanto in passo est minus volũtaria. Nec malum ex hoc est, paruum, quod nõ sentitur, vt mors in instanti separationis animæ; sed ex hoc, ꝙ parum nocet, & parum existimatur actu, vel habitu. Similiter incidit, qui iniuriã equo infert, cui isi det: aut lacerat vestes nõ separatas ab eo, ſm aliquos allegãtes c. cõtingit. e. tit. & ſm Car. in cle. 1. de pœn. Nec obstat, qđ alij obijciũt in contrarium, hanc constitutionẽ esse pœnalem, & consequenter restringendam; quia ſm Io. de Lig. est fauorabilis, attento ordine clericali, cui indulgetur, ideoq; ampliãda. de reg. iu. odia. Nam & ſm Pan. in c. non dubiũ. eod. tit. quando in constitutione concurrunt odium & fauor, magis attenditur fauor.

12 † QVINTVM est, vtrũ incidat, qui clericũ cogit aliquid facere per metũ? Et dicit quod sic, si illud sit aliquid impediens eius libertatem, & non aliter: vnde incidit ſcđm Rayn. qui ponit ei custodiam ad capiẽdum, si exeat domum, aut arrestat eum, aut facit secũ ire, quasi vinctum, & captum ad iudicẽ: non aũt incidit, ſm Innõ. & Dir. lib. 3. qui metu cogit, vt aliquid teneat, vel de fundo exeat: qa ista non sistunt eo, vel impediunt, quin possit ire quo vult. Sed secundũ Io. de Lig. intellige de metu verbali præcisè: quia si sit realis, statim ad tactum personæ, vel adhærentiũ quis incidit. Prædicta tamen forte fallunt, vbi clericus est probabiliter de proditione suspectus apud verum dominum: quia eo casu ista pertinent ad defensionem sui status, & licẽt cum moderamine inculpatæ tutelæ.

13 † SEXTVM est, vtrũ incidat is, qui de equo clericum præcipitat, vt ascensu eius fugiat inimicum? Et dico, ꝙ Io. de Lig. tenet qđ sic, quia hic est iniectio cum violentia: & non iure fit. Nec obstat, ꝙ licitum sit ei se defendere: quia hoc verum est, sine læsione tertij. Et consentit Bar. Bri. & Tanch. Sed Pe. de cẽsu. ecclesiast. tenet contrarium per rationẽ notabilem, ẽt in alijs casibus: quia, inquit, nullus sapiẽs diceret talem peccare mortaliter: excommunicatio autẽm non infligitur nisi ꝓ mortali, quod intellige, a iure. Et ista est vera opi. in casu, in quo aliter esset iste occidendus probabiliter: quia cum sit in casu extremæ necessitatis, ille tenebatur ei seruire de equo, iuxta dicta in tit. Eleemosyna. sup. §. 1. Vnde ille eo casu subripit suum.

14 † SEPTIMVM est, vtrum quilibet iudex, ẽt laicus, vel socius clerici, non iudex, possit capere clericum criminosum ne fugiat, sed vt eũ suo iudici præsentet? Et dico, quòd Pa. in c. vt famæ. eod. tit. allegat Inn. referentem, quod sic ſm aliquos. Sicut defensor ciuitatis capit criminosum, quẽ corrigere nõ põt, vt iudici præsentet; in auth. de defen. ciui. in §. nos igitur. Host. verò tenet contrarium dicens, quòd vbi ius nõ est expressum, nõ licet inijcere manuum in clericum. Ipse vero Pa. refert se ad c. cum non ab homine. de iu. vbi tenet, quod vbi captura ista fit ad bonum finem, vitatur excõicatio, quia si capio criminosum ne fugiat, non facio suadente diabolo, sed Deo & bono publico. Et idem in familia. Potestatis inueniente illum de nocte: quia est contra eum præsumptio, & eũ videtur capere, vt impediat delictũ cõmittendũ, quia omittẽs obuiare facinori, peccat, vt in c. dilecto. eo. ti. lib. 6. Et idem in capiente clericum debitorẽ ne fugiat, quia cessat dolus, & suasio diabolica. Ad hoc l. ait pretor. in §. si debitorem. ff. de his q̃ in frau. cre. Vnde Bar. in l. si quis in seruitute. ff. de fur. vbi tamẽ loquitur de clerico capiente clericum. Sed idẽ putarem in laico, rationibus prædictis. Et vide per Bald. in l. si qua per calumniam, C. de episc. & cle. Hæc Panor. & consentit Pet. de Peru. in c. vt famæ dicens, quod non solũ iudici sæculari licet capere delinquentem clericum ne fugiat, sed vt præsentetur episcopo, sed ẽt cuicunq; læso, immo secundũ Inn. hoc potest dominus clerici, solũ propter suspicionẽ furti, sed intellige probabile valde. Vide ẽt sup. Absolutio. 3. §. 4. dub. 6. Adde aũt, quod licite capiens clericum in casu cõcesso, si modum excedat, incidit, secundum Io. And. in c. si clericos, eo. tit. lib. 6. puta, si capi, & duci quiete patitur, & capiens impingit calce, vel pugno. Sed hoc intelligo a proposito, & scienter, non aliter, quia dat operã licitæ rei. Similiter incidit, si clericus fideiussorẽ de parendo daret, quia tunc detineri non põt, nisi enormitas excessus, vel alia cãrõnabilis hoc suaderet, vt in d. c. si clericos.

RVRSVS de excommunicatione septimò, s. de excommunicatione Papæ reseruata.

1 *Excommunicatio, quatenus Papa reseruatur, multiplex est ad cuius explicationem tabella paucis cõtinuata est, cuius item tabella elucidatio ad finem vsque capitis protenditur.*

2 *Absolutio ab excõmunicatione Cano. Papa reseruata, sede vacantẽ, abs quibus impendi possit.*

3 *Absolutio hæretici occulti, ad quem pertineat. Et in hoc in multis ref. llitur Gofred.*

Legem

4 Legem de his homo facere pōt, de quib. & iudicare. Et ibidem occultum, aut omnino occultum dici, aut non omnino. Et an habens percussionem clerici in anima ratum in Canon incidat.

5 Epi de haresi cum clericorum consilio, non expecta to capituli assensu, an cognoscere, & punire queant. Et an in c. Acatius incidant, qui id, quod particularis ecclesia hareticum decerni credunt.

6 Episcopi sententiam incurrit is, qui contra eius, pro hibitionem facit in his, qua fidei sunt, si talis sit episcopi subditus, quamlibet exemptus, & in loco oxem pro sit Et quid de extraneo.

7 Excommunicatio in heretico, ex iuris corpore inflicta, an Papa reseruetur. Et an episcopus ab ea absoluat.

8 Literas Papales falsantes quo iure excōicati sint. Et qua eorum pœna. Et in hoc multa consideranda sunt, nempe an utentes, an habentes, & non resignātes, corrigētes, aut recipientes qualiter, & ubi.

9 Breue subreptitium impetrans, eoque utens, an in falsarij pœnam incidat. Et quomodo puniatur. Et quid de eo, qui literas a Papa veritatem tacitas fal sitate autem suggesta impetrauit.

10 Literas, in literis Papa reformans, qua iam expirarent, vel punctum faciens, aut aliquid quocunq. modo mutans, non utendi animo, sed ioco, an ipso iure incidat. Et quid de eo, qui huiusmodi literis ignoranter utitur.

11 Excommunicatio in fautores ac receptatores hareticorum unde prodita est, & ad quem pertineat. Et qui eam incurrant. Et quinam eorum fautor defensor, ac receptator dicatur, remissiue.

12 Excommunicatio, qua ob participationem cum excommunicatos a Papa infligitur, ut incurratur, quot requirantur.

13 Excommunicationis ob incendium illatum, absolutio ad quem pertineat. Et an omnes incendiarij sint facto ipso, an vero, ipso iure excommunicati, & abs quo absoluendi. Et denunciatio in incendiarios qualiter fieri debeat nu. seq. & 15.

16 Excōicatio in ecclesiarum effractores & earum spoliatores, quo Canone inducta sit. Et quis ab ea siue ante denunciationem siue post, absoluere queat. Et item quis effractor dicatur. Et vt quis in eam incidat, quot requirantur. Et quid ecclesiarum nomine hic contineatur. nu. seq. & 18.

19 Enormia in ecclesia violenter facientes, an ipso iure incidant. Et quid de his qui domum sitam in eccle sia ambitu priuilegiato incendunt, uel effringunt.

20 Excommunicationem capi fundamenta de electio ne, li. 6. quinam incurrant, & qui minime.

21 Excommunicationi a c. clericis de immu. eccl. li. 6. quinam se illigent. Et an hodie locum habeat.

22 Excommunicationi c felicis de pœ. l. 6 quinam supponi dicantur. Et a quibus absolui possint. Et qua hic de hoc dicuntur, qualiter intelligenda sint num. seq Et an ex solo mandato incidant mandantes & bonorum confiscationem ipso facto n. seq. si captionis aut percussionis affectus secutus non sit n. 24. Et an huiusmodi infamiam incurrant.

26 Principes ac reliqui ad quos pertinet, si intra mensem a notitia sententiam aduersus pradicti c. felicis violatores non protulerint modo processum cœperint an in hanc sententiam incurrant.

27 Sententiam c. quacunq. de sen. excom. li. 6 qui nam incurrere dicatur. Et huiusmodi capi uiolatores abs quo absolui possint. Et qua de his hic dicuntur quinam dicantur. Et ibidem grauaminis appellatione quid contineatur.

12 Vndecimo †pone, quod Papa priuilegium concesserit monasterio monialiū, vt non teneantur ad procurationem legatorum, etiā si in literis eorum dicatur, vt tā non exempti q̄ exēpti teneantur, nisi de indulto concesso monasterio fiat mentio de verbo ad verbū: deinde Papa concedit legato vt possit exigere procurationem a quibuscūq; personis et exēptis, quanquam talia sint priuilegia, ꝙ de eis sit facienda mētio de verbo ad verbum, q̄ voluit in istis literis hr̄i pro expressis. Quæritur an per has literas illud priuilegium reuocetur. Et vr̄ q.satis dubia, vt refert Pau. ī c.cū instantia.de cēsi. Et dicit Fed.tenuisse, ꝙ non: quia de priuilegio debet fieri mentio ad hoc vt ei derogetur de rescr. veniens. & notatur 25.q.2.in Sum.& in ca.1.de rescr. nec sufficit mentio generalis, sed requiritur specifica: vt in c.2.de do.& cōt. Et præterea si diceremus non oppositum, primum priuilegium esset inutile, cū Papa semꝑ cōcedat plenissimas literas legatis. Sed postmodū idē Fed.cons.46. mutauit sn̄iam tenendo contrarium, q̄a per verba generalia plenissima reuocant omnia priuilegia, statuta, & cōsuetudines, vt est bonus tex.in cle.dudū.de sepul. Itē si diceremus contrariū, indirectē minueret potestas Papæ: quia cū priuilegia in facto consistāt, & Papa non habeat oīum memoriā, possibile foret, ꝙ de oīb. hmōi priuilegijs faceret mentionē de verbo ad verbum. Vn̄ satis est, ꝙ appareat de sua intentione volēte reuocare talia priuilegia. Conclude ergo, ꝙ tā in hac materia, q̄ in

in alia debemus semper cõsiderare primi, & secundi tenorẽ, & ẜm eorũ vim iudicare vel pro priuilegio, vel ꝓ reuocatione. Et faciũt prædicta ad materiã testamentorũ, hæc Pan. Cui concor. Card. in cle. 1. de sep. vbi dicit, ꝙ si in secũdo est aliqua spãlis expressio, per q̃ aperte colligitur mens disponentis, hoc sufficit ad reuocandũ priorẽ dispõnẽ, ẽt si in primo diceretur, ꝙ oporteat exprimi nomen talis sancti, & hmõi. Et refert Bar. in l. si quis in principio. ff. de leg. 3. tenere, ꝙ testator dicit non obstante quocunque alio testamento, ẽt si in eo sint verba derogatoria, talis exp̃ssio dicitur specialis. & sufficit ad reuocandum. hæc Card. Et ad hoc bonus text. in clem. dudum. præalleg. alius in c. alma. de sen. excom. li. 6. infra. Testamentum. 1. §. 12. par. 4. in fi.

13 DVODECIMO † querıtur, quid possint vel nõ possint exempti? Et dico multa. ¶ Primum exempti non possunt construere oratoris, vel capellas in locis non exemptis sine licentia diœcesanorum nec etiam in constructis celebrare, vel celebrari facere tp̃e interdicti ĩ casibus non expressis: alias per ordinarios compescantur: & si pp̃ hoc conseruatores ferent sñias contra ordinarios, nõ valerent. de priu. authoritate. li. 6. Quod intellige de oratorijs publicis: quia in priuatis possunt, ẜm glo. ibi. Intellige etiam qñ ep̃i prohibuerunt ibi celebrari: alias quando communiter in eis celebratur, si fiat de cõsensu eius qui curam illorum habet, sufficit sine licentia ep̃i. ¶ Scd'um. Non possunt etiam prædicta facere in locis exemptis sine licentia, vel priuilegio sedis Apostolicæ speciali: vt in d. c. authoritate. §. inhibemus. ¶ Tertium. Non possunt etiã assumere lites suorum hominum, & cẽsualium: vt in d. c. authoritate in fin. gl. ¶ Quartum. In eos religiosos qui priuilegium habent ne a quoquam possint excõicari, suspendi, vel interdici pro vlla causa, vel in vllo loco ordinarij quantũ ad istã iurisdictionẽ suam exercere nõ possunt, vbicũq; fuerint: nisi illi monachi mitterentur ad prioratus subiectos ordinarijs: q̃a tunc licet vtrobiq; sint monachi ordinarij quo ad prædicta etiã illos iudicant quamdiu ibi manent, de priui. volentes. li. 6. Vtrum autem delinquens in loco exẽpto, ligetur, statuto ep̃i, infra Statutum. §. 2. Et supra Excommunicatio 2. no. 3. dubio 1. Quod etiã exercere possit episcopus, vel archiepiscopus in loco exẽpto. supra Episcopus. §. 8.

EXHÆREDATIO, vide infra. Hæreditas 2. per totum.

DE EXORCISTA.

EXORCISTA Græcè, Latinè dicitur adiurans, vel increpans. 21. dist. cleros, & consequenter exorcizare, est adiurare, vel increpare. Quod in ordine ad dęmones dupliciter contingit. Primo. s. ex officio. & sic est proprium sacerdotis, vel exorcistæ, vt sup. Catechismus. & secundo, ex communi potestate a Christo tradita Christianis, & sic conuenit omnibus, vt supra Adiuratio. §. 4. & 5.

DE EXPENSIS.

1 *Expensa ab impensis quid differant. Et quid horum vnumquodque. Et quid de damno, & interesse, & an renuncians, vni, alij renuntiare videtur.*

2 *Expensa quotuplices sunt. Et quomodo expensa moderanda sint, tam in cibarijs, quam in alijs, nu. seq. Et an in examinandis facultatibus habenda sit expensarum ratio, num. seq.*

5 *Expensa in re aliena facta an sint attendenda.*

6 *Vulnerans alium, non ad expensas teneatur.*

1 EXPENSAE, † quantum ad vocabulum ipsum, sunt voluntarij, & non necessarij sũptus dictę quasi extra pensum, & debitum factæ: sed impensæ sunt vtiles, & necessarij suptus, ab impendo dictæ. vnum tñ pro alio frequenter ponitur, vt in l. Iulianus. ff. de mino. in fi. vbi expensæ pro impensis ponuntur, & econtrario. vt ff. de ver. sig. l. impensæ. Quandoq; ẽt sumũtur expẽsæ generaliter pro expensis, & impensis: & sic loquendo non differunt ab impensis, sed a dãno interesse quod nõie expensarum non venit, quia expẽsa est, quã quis facit eundo, & redeundo, vel maiorem familia tenendo aut soluendo aduocatis, & hmõi: damnum vero, vel interesse sunt in re, vel circa rem. Vnde remittẽs vnũ, aliud non videtur remittere, vt c. in nostra. de iniu. in text. & in gl. & iuramentum factum super vno, non extenditur ad aliud, vt ibi.

2 PRIMO † vero quæritur quotuplices sũt expensæ ẜm iura? Et dico, ꝙ triplices, s. necessariæ, vt illæ quæ si factæ non fuissent, perijsset, aut fuisset facta deterior res, circa quẽ factæ sunt, & vtiles, & q̃ rẽ meliorẽ faciunt, & deteriorationẽ fieri nõ permittũt, & volũtariæ, vt quæ rem tantum ornãt, sed fructũ nõ augent. l. impensas, ff. de verborum signif.

3 SECVNDO † quæritur, qũo expensæ sint moderandæ, tam in cibarijs, q̃ in alijs? Et dico, ꝙ ẜm dignitatem eius, cui præstantur, & facultatẽ illius, q̃ præstare dẽt vt colligitur in l. habitatio. ff. de vend. in pos. mit. & in l. sed & si quidẽ. §. 1. in verbo. vestiri. ff. de vsufr. Et propterea dicit Bal. in d. §. 1. ꝙ Abbas dẽt melius

ſius veſtiri quã monachus; magiſter in Theologia q̃ alij fratres doctor, quã ſcholaris. Et idem dic de cibarijs per Bart. C. de epiſ. aud.

4 TERTIO † quæritur, vtrum in examinandis facultatibus habenda ſit rõ expẽſarũ? Et dico, ꝙ ſic, vt no. glo in c. qm̃. de vi. & ho. cle. vnde illi fructus æſtimandi ſunt, qui ſuper ſunt deductis expenſis, C. de fru. & li. ex. l. 1.

5 QVARTO † quæritur, vtrũ expenſæ factæ in re aliena, ſint attendẽdæ? Et diſtinguo: q a ſi erat poſſeſſor malæ fidei, de rigore iuris habebit ſolum neceſſarias, puta illas quas fecit gratia fructuũ q̃rendorũ, congregandorum, aut conſeruandorũ, & hmõi neceſſaria, quæ ẽt a poſſeſſore malæ fidei deducuntur, vt in l. ſi a patre. §. fructus. ff. de pet. hæred. & l. planè in fi. ibidẽ, aliàs aũt ſi quas fecit, admittit, vt l. ex argento. ff. de condi. furti. & Inſtit. de re. di. §. ex diuerſo. Vtiles vero, & volũtarias ſecũ poterit auferre, qñ ſine læſione prioris ſtatus rei id fieri põt. l. domũ. C. de rei vend. In foro tñ aĩæ ſec. Mon. in tit. Vſura v. poterit ẽt repetere neceſſarias, & vtiles, & placet per rõnem dictarum legum. Si aũt erat poſſeſſor bonæ fidei, ſic tollere poteſt oẽs expenſas, quas fecit, ſi ſine rei læſione poteſt. l. Iulianus. l. 3. ff. de rei ven. l. vel ſi tolli non poſſent, dominus rei ſoluet eas, l. in fundo. eo. titu. aut vendet ei rem, in quam factæ ſunt, quia dicitur, ff. de pet. hæred. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut ante, quòd quis culpari non debet de adminiſtratione rei quam tenet, vt ſuam bona fide. Et idem dic qñ fecit credens rationabiliter ſe vtiliter gerere negocium proximi. ff. de neg. geſt. per totum inf. Reſtit. 3. §. 8.

6 QVINTO † quæritur, vtrum ad expenſas teneat̃ qui aliũ vulnerauit? Et dico, ꝙ ſic ad oẽs, quas ꝓcuratione fecit, vt ff. ſi quid Pau. fe. dica. l. ex hac, ff. de his q deie. vel effu. l. vlti. vide ẽt glo. in c. ſi quis membrorum 24. qu. vlt. & in c. de iniur. Non autẽ teneẽ ad vota q̃ languidus fecit, quia ſic ad libitum poſſet depauperare percuſſorẽ. Si ẽt fieret bona fide, & non in fraudem, adhuc non teneẽ, niſi fortè certum eſſet, quòd per naturam ſanari nõ poterat, quia non debet expenſis grauare ꝑcuſſorem, niſi quantum eſt neceſſe. Qũo autem debeantur expenſæ quando bona fide factæ ſciẽter in re aliena, puta in re locata, inf. Locatio. §. 16. & ſup. Commodatũ. §. 3. & ſup. Dos. §. 29. & inf. Peculium. 12. & 13.

DE EXPOSITIS.

1 *Expoſitus qs ſit. Et quæ ſit exponentis pęna, nu. ſeq.*
3 *Exponentes ex neceſſitate, an excuſentur.*
4 *Collector expoſiti, num poſſit expenſas, & quot caſibus repetere.*

1 EXPOSITVS, † dicitur infans, ſeruus, libertus, & lãguidus, ſi dimittatur ſine cura, vel ei negẽtur alimenta a parentibus, a dominio, vel patronis, vt in ca. vnico. de infan. expo. quod quidem, ſ. exponere, id eſt, ante eccleſias ponere ſolent aliqui relegato pietatis officio, vt expoſitos alij manifeſta ratione colligant. diſt. 82. ſic expoſitus.

2 PRIMO † verò quæritur quæ ſit exponentis pœna? Et dico, ꝙ filius expoſitus a patre vel ab alio eo conſentiente vel ratum habente, liberatur a patria poteſtate, & ſeruus ac libertus a poteſtate dominica, & idem in languidis cuiuſcunque ſint ætatis, vt in d. c. vnico. Si verò eo ignorante vel inuito, poterit eum repetere, ſed reſtituet expenſas intra x. dies poſt epiſtolam conteſtationis factam, vt ibidem notatur, vt in ca. fi. di. 87. Recolligens tamen talem expoſitum nihil iuris acquirit in illum, vt in dictis iuribus.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum excuſenẽ exponentes ex neceſſitate, puta quia eos alere non poterant? Et dicit gl. in d. c. fi. quòd no, quia debuerunt eum mittere in Xenonem, i. hoſpitale, vt C. de cad. toll. l. vnica. §. ſed ſcimus, quia ſi talis locus nõ erat, tunc vr̃ gl. dicere, quòd excuſaẽ de filio, ſed ſeruo non per dictam l. vnicã & in auth. de nup. §. & multo potius, ſed debuit eum vendere, vel donare, q̃tũ tñ ad filium, etſi verũ dicat illa glo. quantum ad pęnã prædictã, non tñ excuſatur quo ad Deũ, quia eo caſu texeretur mendicare, ſi filius ſibi prouidere non põt, & quãtũ in ipſo eſt filium occidit, niſi fortè expoſitio tali modo fieret, ꝙ nullũ periculum immineret.

4 TERTIO † quæritur vtrum collector poſſit expenſas repetere? Et dicit glo. in d. c. fi. ꝙ non ſi ſunt alimenta, vel cauſa alimentorum, factæ, niſi in duobus caſibus. Primo ſi proteſtatus eſt, ꝙ repetere volebat, vt ff. de ne. ge. l. Neſennius, quod limita verũ, niſi eſſet perſona quę ad hoc teneretur, ſicut eccleſia, quę teneretur alere pauperes, quia quantuncũq; proteſtetur, non repetet, vt in c. ſacrorũ. 12. q. 2. & l. alimenta. C. de neg. ge. Limita etiã, ꝙ illa proteſtatio eſt neceſſaria in foro contentioſo, coram Deo autem quantum ad perſonam, quæ non tenebatur, ſufficit a principio habuiſſe animum repetendi. Secundo, quando expoſitus & collectus ducere nõ vult in vxorẽ filiã collectoris, C. de nup. l. patrem. Si verò expenſæ ſunt aliæ ab alimentis, puta in eru-

erudiendo puerocirca aliquam artē, & hmōi repetere poterit. C. de infan. expō. l. j. De hac etiam materia, inf. Restitutio.

DE EXTRAORDINARIO.

1 *Extraordinarium cur ita dictum. Et quid sit iudicium extraordinarium.*

2 *Extraordinarium remedium quodnam dicatur, & ibidem quod remedio ordinario suppetente, non sit ad extraordinarium recurrendum.*

1 EXTRAORDINARIVM † dicitur quasi extra vel præter ordinem situm aut factum. Et sic dicitur extraordinarium iudicium coram delegato: vel quando non proceditur in figura iudicij, sed ex officio iudicis in modum inquisitionis, vel denunciationis de quo tex. cū gl. in c. quoniam contra. de proba.

2 ET † similiter extraordinarium remediū est quod ab aliquam cām extra uel ultra cursū solitū alicui datur: vt restitutio minori læso, vel absenti cā iusta necessaria, uel probabili. Ad quæ remedia nunquam recurrēdum est, quandiu locus est remedio ordinario.

EXTREMA Vnctio. inf. Vnctio, extrema.

DE FABVLIS.

FABVLAE otiosæ, vel secularium negotiorum in conuiuijs clericorum recitari nō debent, aut religiosorum, vt in ca. conuiuia, & in c. pro reuerentia, 44. dist. nec fabularum oblectamenta excitantium mentem adincētiua libidinum, c. ideo 37. dist.

DE FACERE.

1 *Facere quod potest quis, quomodo intelligatur.*

2 *Deo, totum quod quis penitus potest, an sit possibile iuxta præsentis vitæ statutum, vt præstetur. Et quatenus ab hoīe legislator totum exigere dicatur.*

1 FACERE † quod pōt quis, quomodo intelligatur, habes in le. sunt qui cum 9. legibus seq. ff. de re iudi. Nam patronus, patrona liberi, & parentes eorum, miles armatæ militiæ, doctor, vel presbyter, & c. si condēnētur ad id quod facere possunt, non totū quod hābent extorquendum est: sed ne egeant ratio habenda est, vt l. in condemnatione. ff. de re. iur. Nam intelligitur quis facere debere, qđ commode, & honeste potest: nec videtur posse quod honestam fieri non potest. ff. de ver. sign. l. nepos Proculo.

2 DE † hoc sic dicit S. Tho. in 4. dist. 15. quamuis homo totū suū posse Deo debeat, non tñ ab eo exigitur de necessitate, ut totū quod possit faciat, quia hoc est ei impossibile, ƒm statum præsentis vitæ, vt totū posse suum ad aliquid vnū expēdat cum oporteat eum circa multa solicitum esse. Sed est quædā mensura homini adhibita, quę ab eo requiritur, s. impletio mandatorū Dei, & super ea pōt aliquid erogare vt satisfaciat hæc ille. Et idem vbi sup. Legislator suo præcepto non exigit ab hoīe totum ꝙ pōt, cum non intēdat ordinare statum hoīs quantum ad vnum diē vel ad paruum tp̄s, sed ad totam vitam, a quo deficeret si semel homo totum quod posset faceret. hæc ibi, uide etiam inf. Impossibile.

FALLACIA est filia auaritiæ, de qua in verbo, Falsarius, per totum.

FALCIDIA, vide inf. Legitima.

DE Falsarijs, & Falsitate.

1 *Falsarij definitio, & quotupliciter dicatur. Et vt quis falsarius sit, quod requirantur.*

2 *Literas alterius aperiens, & legens, an falsarium cēsendus sit, èi qua pœna plecti debeat. Item an peccet mortaliter.*

3 *Falsarius non sit tabellio, qui absentium nomina in instrumento ponit, aut furtiue sigillum subripit. Et quid de lacerante, comburente aut celante publicas, aut priuatas ad alium pertinentes scripturas, ita vt nusquam amplius apparere queant, num. seq. vbi quid de falsantibus mercatorum libros, aut comburentibus, aut occultantibus.*

5 *Instrumenta per notarium falsum confecta, nullane sint, & ibi de hoc doctè & fuse.*

6 *Instrumentum a notario non damnato, diuersa capita habens, confectum: si in vno falsum sit an prorsus, & in totum falsum esse censendum sit.*

7 *Monetam falsificans, num falsarius, & mortaliter peccet. Et de monetam cudente, & an pudere liceat. & ad quid & quibus tales teneantur.*

8 *Monetam falsam ignorantes accipiens, & eā scienter expendens, qua pœna teneatur, & num mortaliter peccet. Et ibidem quid de diminutiui valoris pecunias emente, & eas demum alibi pretio currente expendente.*

9 *Moneta quot modis falsificari dicatur, & cui pœnæ falsificans obnoxius sit. Et ibidem an princeps pecuniæ pondus in suum commodum minuere, & idem pretium, quod prius, statuere possit.*

10 *Monetarum falsarij qui sint. Et an princeps quoq; falsarius esse possit. Et ibidem Sum. Ang. refellitur.*

11 *Mensuras & pondera falsans, an mortaliter peccet, ad quid teneatur, & quæ sit ipsius pęna. Et quid de falsis vtente.*

1 FALSARIVS † est, qui crimine falsi tenetur, vel crimen falsariorum admittit. de crimine fal. ad falsariorum. Vnde dicitur multipliciter. falsarius, vt not. in capitu. in memoriā. 19. dist. & in c. quisquis. 11. q. 3. de crimi. fal. per totum. Sed de falsario literarum Apostolicarum dictum est sup. Excōicatio 8.

ex

excõicatione. 4. Falsitas aũt in proposito est mutatio veritatis cũ dolo & iactura. Vnde ad esse eius tria requirunt p̃dicta: & si vnũ defecerit, nõ ẽ punibilis, ſm. Hos. & Azo. & Tanc. in suis sum. p tex. in l. q d sit falsum. ff. de falc. iuncta. l. nec ext. & l. damus. C. eo. Vnde non cõmittitur in scriptura quæ fidẽ nõ facit sec. Bar. vide Pan. in c. quanto de iureiu. & Tanc. de Cor. in rub. 8. q. 10. in versi. præterea.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum is qui alterius literas aperit & legit sit falsarius? Et dicit gl. in c. cum olim el. 2. de off. deleg. ꝙ puniri dẽt tanq̃ falsarius. alle. c. olim. de rescr. c. ad audientiam de cri. fal. Inn. ẽt tenet, ꝙ sit falsarius, licet minus peccet, q̃ si falsificasset sigillũ p p ꝙ ſm Pe. de Anch. dẽt puniri solũ pęna extraordinaria. de offi. dele. de causis, ꝙ concor. cõiter doc. c. autẽ alie. per gl. loquuntur de falsario, qui facit rasurã vitando literã, vt in d. c. cũ olim, vel apponẽdo sigillũ adulterinũ, vt in d. c. ad audiẽtia Bar. aũt in le. q testamentũ. ff. de fal. & Pa. in c. cũ olim. el. 2. de offi. dele. tenent, ꝙ si eas aperit, ostendẽs aduersario mittentis, puniri põt vt falsarius, arg. in l. 1. §. is q. ff. ad l. Cor. de fal. vbi is, qui deposita instr̃a oñdit aduersario, incidit in crimẽ falsi. Qđ no. cõtra aduocatos & notarios oñdẽtes iura partis aduersariæ. Si verò aperit, sed aduersario, non oñdit, non punitur crimine falsi & vr̃ tex. in d. c. cum olim. & ff. de cri. stellio. p totũ, & ad l. q testamentũ. ff. de fal. dicit ꝙ est spãle in eo qui aperuit testm̃ clausum, vt puniatur pœna falsi, vt ib. Vñ aliud est in ꝓposito: & dẽt iste puniri pęna stellionatus, idest extraordinaria. Et quibus rationabiliter colligitur, ꝙ iste peccet mortaliter, nisi sit superior, aut inaduertẽter faciat spẽ hñs in ratihabitione, aut habeantur litteræ: ꝓ derelictis aut ſm Arc. nisi esset manifestus aduersarius eius, dubitãs ne aliqd ibi tractetur cõtra eũ. Debuit. n. scribẽs sibi ꝓuidere ne venirẽt ad manus aduersarij. Et idẽ credo, vbi qs aperiret ad obuiãdũ iiusto malo corpali vł spũali.

3 SECVNDO † verò q̃ritur, an sit falsarius tabello absentium nomina in instr̃o ponens, vel q furtiuè subripuit sigillũ? Et dico, ꝙ sic: vt no. in c. quanto. & ca. ea. de his, quæ fi. a p̃la. imò sec. Bar. in auth. p̃sbyter. C. de sacros. eccle. falsitas non solum committitur in dicendo falsum, sed etiam in tacendo verum.

4 TERTIO † quæritur, vtrum lacerans, vel cõburens aut celans scripturas publicas, vel priuatas ad aliũ spectãtes, ita ꝙ amplius non appareãt, sit falsarius? Et dico, ꝙ sic: vt est casus, & ibi. Bart. in l. Paulus. ff. de fal. & glos. Ex quo patet qd dicendũ sit de falsantib. li. mercatorũ, cõburentib. vel occultantib. vel alias scripturas: q vltra pęnam falsarij tenetur ad restõnẽ totius interesse. tex. est in l. q tabula. ff. de furt. de quo. inf. Restõ. 2. §. 16. & Tabellio. §. 8. quod intellige si hoc fit cum iactura.

5 QVARTO † q̃ritur, vtrũ instr̃a facta p notarium falsum, sint nulla? Et dico vt colligit Pan. in c. fraternitatis. de hær. per Inn. ibi distinguendũ esse. Nam aut loquimur de instr̃is cõfectis ante falsitatẽ, vel ẽt post, eo tñ nondũ dãnato, sed tolerato in officio, & si valent p̃textu officij, licet postea damnetur, facit. l. Barbarius. ff. de offi. p̃t. Aut loquimur de confectis post dãnationẽ notarij: & sic nõ valent vt in l. si aliqd. C. de suscep. præp. & Arc. Facit tex. in l. si quis ex argentarijs. § fi. ff. de eden. Bar. tñ in l. 1. ff. ad l. Iu. rep. limitat verũ, quãdo notarius fuit dãnat⁹ pp falsitatẽ cõmissã in officio tabellionatus & sic loqtur d. l. si aliquid. Secus si aliàs fuisset damnatus de falso cõmisso extra illud officium, vel si sit infamis ex alia cã? sicut in quodã cõsilio ipse Bar. consuluit ꝓ quodã notario dãnato, qa extraxerat duas cartas de libro cõitatis: qa valebant eius instr̃a licet esset effectus infamis. Et hoc verũ mõ, illud officium nõ hẽat in se dignitatẽ, vt qa est notarius principis. l. 1. C. de man. prin. vel salarium de publico, vt quia est notarius in bãcho: qa tũc nõ valerent: alias sic. Et ꝓ maiori notitia dictorum Bart. vide Pau. de Cast. in cons. 223. inci. sup eo, vbi dr̃ ꝙ qñ qs hẽt dignitatẽ, vel officiũ ex publico, qđ exercetur inter nõ consentiẽtes, vt esse notarium ad banchũ iudicis, sola infamia contracta ex cõdemnatione alicuius famosi criminis, ẽt si nõ sit notoria, priuat ipsum executione talis dignitatis, vel publici officij, posito, ꝙ nõ esset per sñiam adhuc priuatus tali officio, vt idẽ Bar. exp̃sse determinat in l. eadẽ leg. ff. ad l. Iu. rep. p. l. 2. C. de gener. abo. Si vero est officiũ publicũ sine dignitate, & qđ exercetur inter cõsentiẽtes, vt est esse simplicẽ notariũ & q cõficit instr̃m inter partes ipsũ rogãtes, valida sunt instr̃a, q̃ facit ante cõdẽnationem hominis ac legis post crimen ex quo secuta cõdẽnatione venit infamãdus, & priuãdus officio ẽt si delinquit in officio, vt qa facit instr̃m falsũ sec. Spe. de ĩstr. & §. restat ver. qd si tabellio. & sunt valida, ẽt si crimẽ illud erat notoriũ. facit l. si quis ex argẽtarijs. §. 1. ff. de eden. Si autẽ lata erat sñia officij priuatiua, tũc aut à iure scripto, & habet locũ glo. quæ

est in authentico, de tabel. §. pe. quæ videtur distinguere, an erat occulta, vel notoria, aut ab homine legis ministro: & tunc talis distinctio non est adhibenda: imo indistinctè non valent instrumenta postea confecta: sec. Bal. in l. 2. C. de sent. & interlo. omn. iud. Si autem sententia fuit lata super crimen, & nō priuatiua officij, ex qua incurrit infamiam, tūc locum habet, quod dicit Bar. in d. l. eadem lege, & Bald. in l. & militib. C. de test. mili. qui simpliciter dicunt ipsum non prohiberi alia instrumenta conficere propter hoc.

6 QVINTO † quæritur, vtrum instrumentum factum a notario non damnato quod habet capitula diuersa, sit falsum totū si falsitatem habet in c. vno? & Barto. in l. si ex falsis. C. de transac. distinguit. Nam aut falsitas prouenit ex vitio notarij, & tūc corruit totum instrumentū. Et hoc ēt tenet Inn. & Pan. placet vbi supra sicut ēt in totū reprobatur dictum testis, si quam falsitatem adijciat in testimonio suo: quia reperitur periurus. Et hoc verū est si falsitas sit circa substātialia instrī: puta, q̄a in indictione, aut die: vel circa substantiale negocij, aut eius circunstantias: vt quia debeat scribere x. & scripsit xx. Si aūt sit circa alia accidētalia, vel extrinseca, vt q̄a scripsit contrahentes esse consanguineos, vel aliqd aliud q̄ non facit ad negotium, licet hoc sit falsum: non tñ reprobat instrm ꝓp hoc, quia non pertinet ad officiū notarij, & idem in teste. Aut falsitas non prouenit ex vitio notarij & tūc si cōcernit substātialia instrī: vt q̄a omissa est indictio & dies, totum corruit, vt in c. inter. de fide instr. Si vero concernit substantialia negocij, distinguendum est. Nam si capitula sint connexa, non corruit totū, ſm Pan. vt ei imponit Sum. Rosc. Si vero nō sunt connexa, totum corruit: vt d. l. si ex falsis. Secundum vero Sum. Ang. Pan. dicit totum oppositum: quia primo casu totum corruit non secundo. Sed te vera Summ. Rosc. bene allegat verba Pan. in exemplari corrupto. Sum. vero Ange. bene allegat verba & sensum, qđ patet: primo quia Pan. refert se ad distinctionem iam in eodem capite recitatam quæ ita habet. Secundo, quia allegat l. si ex falsis, quę idem innuit. Tertio, quia ratio id astruit: quia aliquo ruente non est consequens, quod aliqua ruant, nisi se contingant.

7 SEXTO † quæritur, vtrum monetam falsificans, sit falsarius, & mortaliter peccet? Et dico, quod monetam cudere non licet sine cōsensu principis, seu Imperatoris, vt in l. 2. & 3. ff. de falsa mon. sec. Bar. & Cy. ibi. quod limita nisi ciuitas, vel princeps inferior hoc ꝑscripsisset tanto tempore, de cuius initio memoria non existat: vt in capite, super quibusdam. de ver. sig. vel nisi esset talis qui præferi ꝑsisset iura Imperij, vt Hispaniæ reges, qui, vt dicit glo. dist. 63. ca. Valentinianus no. subiacent. Imperio, quia de hostium faucib. regnū eruerunt. Igitur falsans monetas mortaliter peccat, secundum Host. Ioan. Mo. Pet. & Ioā. de Imo. in capit. quanto. de iure. iud. & patet per tex. ibi, vbi dicitur, quod seruans falsam monetam, agit inique, & consequenter a fortiori falsans patet etiam per extrauagantem Ioann. 22. qui excommunicat omnes tales in regno Francorum. Tenetur autem ad omne damnum datum communitati, vel personæ, vt notant prædicti, vbi supra. Et si specialis nescitur persona, tenetur pauperibus. argum. eorum quæ not. in c. cum tu. de vsur. & in reg. peccatum. de re iud. lib. 6. pro quo etiā vide Host. in Sum. tit. de cens. §. ex quib. ver. quid si moneta.

8 IDEM † dic secū. Gir. Obdo. de eo qui falsam ignoranter recipit, & scienter pro bona exponit, quod semper intellige si sit alicuius notabilis valoris: secus autem in obolo. Vnde scienter expendens falsam monetam, sec. Panor. in d. c. quanto videtur teneri pœna leg. Corn. de fal. quæ regulariter est deportatio, & omnium bonorum publicatio: seruus vero vltimo supplicio punitur, quod Bar. dicit verum quando quis expendit numos stamneos, vel plumbeos: quia de illis tantum mentionem facit illa lex: alias punitur pœna extraordinaria, secundum eundem Pan. secun. Arch. tamen qui pecunias diminuti ponderis vbi minus valent, emit iusto pretio, & defert ad locum vbi indifferenter sicut integræ expenduntur, non videtur peccare: quia nulli damnum infert, & sibi industria & labore lucrum quærit, sicut de alijs mercimonijs, per regulam, scienti. lib. 6.

9 SEPTIMO † quæritur, quomodo falsificantur moneta? Et dico, q̄ tribus modis, secūdū communiter doct. in d. c. quāto. Primo in forma, qñ scilicet imponitur signum illius qui eam cudi non facit: vt in l. falsi nominis. & in l. quæ nomine. ff. de fal. & in d. c. quanto. Vnde nouiter cudens monetam principis, comburitur. l. 2. ff. de fal. mon. cudens vero monetam ciuitatis, vel inferioris a principe, capite punitur. C. eo. l. 1. Hoc tamen casu, si moneta esset in bona materia & pondere, puto, q̄ nulli

nulli teneretur de damno, nisi pecunia banniretur: sed tm̄ teneretur de iniuria ei cuius signum violauit. Secundo ex materia metallica, quando. s. sit de ære, vel stanno, vel liga non debita, vt in l. Paulus. ff. de solu. sec. Bart. vel cum realis materia immiscetur vbi non dèbet: vt in le. qui numos, & in l. Cornelia. ff. de fal. la. 1. & generaliter vbi materia est minus pretiosa q̄ debet. Tertio ex pōdere quia ista tria requiruntur de substantia monetæ: vt in l. 1. §. 1. de contrahen. empt. Quod autē pondus debeat habere moneta. gl. in d. l. 1. & Bar. in le. 2. §. 1. ff. si cert. pet. dicunt, ꝙ tantus debet esse valor, & tm̄ pondus quantū prius erat in materia non deductis expensis, & labore pudendi, quæ de iure debent fieri de publico: sed secundum Inn. quem cōiter sequuntur doct. & ex consuetudine sic seruatur, tm̄ debet esse in pondere, quantum erat in materia deductis expensis & labore, quia nemo suis expensis eā facere tenetur. ff. qui ex cau. ma. l. 1. & c. qui sentit. de re. iur. li. 6. Imò plus credit Inn. ꝙ si princeps indiget, potest inde sentire aliquid lucri: & sic a dicto pondere minuere aliquid modicum, non autem multum sine consensu populi quod Pau. in d. ca. quanto, limitat verum, nisi spargatur extra regnum: quia cum damno sibi non subditorum nō potest, & hoc tene. Credit etiam In. quo princeps cum populi consensu minuere possit pondus monetæ, vt tamen sic expendatur intra regnum ac si esset ponderis iusti, quia quilibet potest renunciare iuri suo. 7. q. 1. quam periculosum, & dicit sufficere consensum maioris partis magnatum regni, quia negocium regni reputatur negotiū vniuersitatis ar. in l. 2. §. sanctissimus C. de iureiu. propter casum. Sed de hoc Pan. vbi sup. dubitat, cū tractetur de præiudicio singulorū. arg. eorum quæ not. in c. omnes de constit. & C. quę sit longa consue. in rub. & Sum. Ange. tenet requiri consensum singulorum. Sed ego teneo dictū Inn. quia impossibile, aut per difficile est omnes assentire.

10 OCTAVO † quæritur, qui sunt falsarij monetarum, secundum prædicta? Et dico, quod multi. Primo, falsificantes signum. Secundo, falsificantes materiam. Tertio, diminuentes pondus sine principis, & populi consensu. Quartò, princeps quando valentem seu bonam reprobat, & minus valentem acceptat, vt bono foro nanciscatur bonam, & illam faciat conflari, & cudi, vt tenet Host. & recitat Panor. ibi supra, & facit tex. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. Et ratio est, quia peccat contra materiam, vel pondus directè circa malā, & indirecte circa bonam. Quintò attendentes pecuniam, vel per fortem aquā subtiliantes, sec. glo. in d. c. quanto, & tenētur ad restitutionē damnificatis, vel si illos ignorant, pauperibus necessario. de iniu. c. fi. Sexto, cudentes monetam, qui aliquos nummos minus iusto pondere cudunt, quia aliquos plus cuderunt, vt colligitur ex Host. Io. And. Pet. de Anc. & Inn. vbi sup. Et ratio, quia qđ abundat in vno numo, non supplet ei, quod in alio deest apud illud qui solum minus valentes recepit. Qui tamen omnes numus faciunt iusti ponderis, sed exuberantes alios attonsant, non sunt falsarij, secundum Summ. Ang. indistincte contra Ros. & verum est siue attonsent, siue conflent, si hoc faciunt, publica autoritate, similiter etiam si priuata, modo iustum pondus seruetur: quia cum dicitur, quod attonsores monetarum sunt falsarij, intelligitur de iustis monetis, quæ inde remanent leuiores: tenentur tamen principi, vel communitati de materia quam inde auferunt: quia illa per errorem fuit numis apposita. Creditur tamen Sum. Angel. quod si abstinere non velint, non sint extra statum salutis quod tamen falsum est: quia fures sunt, & irrogant iniuriam principi, vel communitati, quorum monetæ eos ex bonitate laudant.

11 NONO † quæritur quid de falsante mensuras & pondera? Et dico quod vltra mortale tenetur ad omne damnum. de empt. & vend. c. 2. vbi & tenetur 30. diebus in pane, & aqua ieiunare, quod sec. Arc. forte verum est in foro contentioso ecclesiastico, sed in foro aīæ hodie hæc pęnitentia est arbitraria. Et idem de vtente falsitatis scienter. Imo iure ciuili falsans mensuras, tenetur pœna l. Cor. de fal. ff. de extraord. cri. l. annonā, quæ pęna est publicationis oīum bonorum cum deportatione, si liber est, si seruus est, vltimū suppliciū, l. 1. ff. de fal. Vtens vero falsis, puniri pt̄ in duplum, & relegari in insulam. ff. eo. l. pen. Tenetur autē falsam, sec. Arch. ad remediandū, inquantum potest sine periculo suæ personę vel maioris scandali, vt scilicet auferantur de medio dictæ mensuræ, vel pondera, aut æquentur. De falsarijs literarum apostolicarum quomodo sint excommunicati, supra, excōmunicatio. 7. §. 8. Quomodo autem bulla vel instrumentum, aut alia scriptura dicatur falsa, vide infra. Tabellio. §. 10.

DE FAMA ET RVMORE.

1 *Fama a fando dicta an idem ſit quod cōis opinio,& quotuplex ſit. Et quid in genere ſumpta.*

2 *Fama, ut vere dicatur & ſit, quot requirantur. Itē ad eam probandam quot teſtes ſufficiant, & an admittatur in contrarium probatio.*

3 *Fama de homine bona quid ſit. Et quid de fama factis vel negocij alicuius.*

4 *Rumor quid ſit,& quid de fama differat. Itē quid iudicium. Et an iudicia credulitatem inducere poſſint. Et an in criminalibus aliquo caſu ad ferēdam ſententiam ſufficere poſſint.*

5 *Famam pro poſſe an aliquando mortaliter peccet, q non defendit. Et quid de his, qui in perfectionis ſtatu ſunt, maxime reſpectu iniuriarum perſonaliū. Et quid ſi tales ſtatum ſuum impugnari videant an reſiſtere debeant.*

1 FAMA,† rumor ſecretum, occultum, manifeſtum, notoriū: & publicū inuicē, conueniunt, ſed de alijs a duobus primis vide loco ſuo. ¶ Primo igitur ſciendum eſt, quod ſecundum Bar. fama dicitur a fando. Vnde niſi ſit locutio, nō eſt fama, quantū ad totam ſuam rōnem: ſed ſolum quantū ad primum, quod eſt de rōne eius, id eſt quantum ad opinionē, ſeu credulitatem: quomodo intelligendū eſt quod dicit gl. in l. cognitionem. §. æſtimatio. ff. de var. & extraor. & Th. de Piparata, quod fama cōis opinio cōis æſtimatio. ſunt idem. ſ. quantum ad primum, quod eſt de ratione famæ: ſunt etiam ſynonima ſec. d. gl. ſed intellige quando illa extra vocem manifeſtantur. ¶ Secundo. ſciendum eſt, quod ſec. Pan. in ca. veſtra. de coha. cle. & mul. fama eſt duplex, ſ. bona mala, quia ita ſe habere poteſt ad bonum: ſicut ad malum, cum dicatur famoſus latro l. capitalium. §. famoſos. C. de pœna. Et intellige de ea, quæ eſt de aliquo homine in genere virtutis aut vitij: vt quod eſt bonus vel malus. Quædam verò eſt de aliquo facto particulari, vt ꝙ tale quid ſit, vel non ſit, ſec. Bar. ¶ Tertio ſciendum, ꝙ ſec. Pan. in d.c. veſtra. Fama in genere, id eſt, cōiter ad bonam & malam eſt cōmunis locutio ex veriſimilibus coniecturis conſurgens, vnde fama eſt ꝓpriè, quando tota ciuitas, aut vicina, vel maior pars aliquid clamat ex coniecturis veriſimilibus, alias autem non eſt fama, quo ad iuris effectum, ſed ſunt vanæ populi voces: vt de accu. per glo. & doct. in cap. inquiſitionis, quæ non ſunt audiendæ per glo. in cap. 2. de elect. & Bart. in li. de minore §. tormēta ff. de q. & tex. in l. 3. de teſt. Sed intellige, quod eſt cōis locutio præſupponens opinionē, ſiue credulitatem, vt patet ex diffinitione Bar. dicentis, ꝙ fama eſt cōis opinio voce manifeſta ex ſuſpicione, & intellige ꝓbabili veniēs, qđ iō dr̄ qn̄ aliquid eſt certū, aut viſum, a populo, nō eſt fama, ſed manifeſtū aut notoriū:

2 IGITVR †ad famam quatuor requirūtur, primo, quòd ſit opinio cōis. Secundo, ꝙ ſit ex ſuſpicione probabili. Tertiò, qđ voce manifeſtetur. Quarto, qđ manifeſtetur ab omnibus, vel maiori parte, in quo differt a rumore, vt patebit. Vnde dicta paucorū non infamant ſec. Pan. in cap. cum in tua, de ſpon. Vbi etiam no. ꝙ vbi dicitur pars, nulla additione facta, intelligitur medietas. de deci. ca. libr. 6. & in l. nomen. §. portionis. ff. de verb. ſignifi. Quando vero additur ly aliqua, vt dicendo, pars aliqua, verificatur in qualibet minima particula. ¶ Quarto ſciēdū, ꝙ licet ad formā faciendā requiratur maior pars, tn̄ ad formā probandam ſufficiunt duo teſtes, vt nota. in d.c. tormenta, & in l. 3. ff. de teſt. contra hmōi tamen probationē admittitur probatio contraria, quæ ſecunda probatio, ſi clarior ſit, obfuſcatur effectus primæ, & eo caſu, quo fama ſufficeret ad torturam, & ſi per parte rei bona fama probatur, tollitur præſumptio prima arg. de ſponſ. cum in tua, & quod not. in l. fin. C. de q. An autem fama faciat plenam probationem. inf. Inquiſitio 1. §. 11.

3 QVINTO,† ſciendum, quod fama bona de homine aliquo eſt ſec. Spec. illæſæ dignitatis ſtatus, legibus, & moribus comprobatus in nullo diminutus quod etiam patet. ff. de var. & extraor. l. cognitione. §. æſtimatio. & in gl. & in d.c. veſtra. & C. ex q. c. infa. irr. l. 1. Fama aūt mala eſt cōtraria ad bonam, vt patet per gl. vbi ſup. Dicit autē Azo. qđ in dicta deſcriptione nomē dignitatis non ponitur pro honore publico, ſed pro potentia natura cūctis attributa. ¶ Vel breuiter fama hominis eſt cōis opinio ex ſuſpicionis ꝓbabili cum locutione de illo hominē: & ſi ſit de malo, eſt mala: ſi de bono bona fama vero de aliquo negocio, vel facto eſt cōis opinio: ex ſuſpicione probabili cum locutione de illo negocio, & ſic cōis diffinitio deſcendit in membra, nec oportet adde ex incerto auctore prꝫueniens quia quandoq; ex certo, qn̄que ex incerto auctore prouenit, ſec. glo. & Pan. in d. ca. veſtra.

4 SEXTO,† ſciendum, quòd rumor, ſec. Spe. eſt particularis aſſertio vel inſinuatio ex ſola ſuſpicione, & incerto auctore prouenieus de eo qui cog. con. ſuper eo, & idem ſentit Panor. vt ſup. excepto qđ non adderet incer

ad auctore:& bene. Vnde rumor in hoc differt, à fama, quia rumor est qñ pars aliqua viciniæ clamat, fama verò quando pars maior ſm mentem Pan. in cap. bonæ memoriæ el 1. de elect. & glo. in d.c. ſuper eo. Vnde ſm Pan. rumor ſe habet imminus, qđ intellige quantum ad partem requiſitã, non ad prædicationem, ſed eſt econuerſo, quia omnis fama eſt rumor, non econtra. ¶ Septimò, ſciẽdum eſt, ꝙ iudicium, quod .ſ. idem videtur coniectura probabilis, eſt medium intellectuale veritatis eliciendæ, ex aliqua ſingulari circũſtantia inſurgens. C. & ff. de rei vend. l. indicia. vel ſecundum Pan. in d.c. veſtra, propriè eſt notabile ſignum dictæ rei, ſeu dictæ rei, ꝙ ſubijcitur neceſſitati probãdæ, & largo modo argumentũ dici poteſt indicium. Vide in ca. forus de verb. ſign. Et tot, inquit, poſſent eſſe iudicia, & tàm vrgentia, ꝙ inducerent iudicem ad credulitatem, & ſufficerent ad ſententiam ferendam, etiam in criminalibus, vt C. de rei vend. l. indicia. C. de proba. l. ſciant cuncti: & de præſumpt. afferte. & refert ſe ad dicta in cap. 3. de probat. vide infra iudicium.

5 Octavo † ſciendum eſt, quod ſm gl. in c. ſentit. 11. qu. 3. c. ſumus inter tales, qui parati ſunt imitari, mortaliter peccat, qui ſuam famam pro poſſe non defendit, & ſic intellige c. non ſunt audiendi. ea. q. 12. qu. 1. nolo. & de conſec. diſt. 1. iubemus. Si autem ſumus inter tales, qui ſolum parati ſunt repræhendere, non imitari, ſic ſufficit nobis conſcientia noſtra, nec defendere tenemur, & ſic intellige c. quid obeſt, cum quinque ſequentibus. 11. q. 3. S. Tho. autem in 5. quolib. ar. 26. dicit ꝙ viros perfectos, intellige exiſtentes in ſtatu ꝑfectionis, decet in perſonalibus iniurijs eſſe maximè parientes, vt ſint etiam parati plura ſufferre, ſm illud Mat. 5. Si quis percuſſerit, &c. Statum vero ſuum impugnari pati non debent, quantum reſiſtere poſſunt, quia hoc vrgeret iniuriam Dei. Sed in quolib. 10. ar. 12. etiam quantum ad iniurias perſonales videtur diſtinguere, & dicere, ac ꝓbare, quòd illi, quibus imminet ex officio, vel ſtatu perfectionis aliorum ſaluti prouidere, peccant, niſi infamiam propriam, iuxta poſſe repellant. Alij verò, quibus magis cuſtodia ſuę proprię ſalutis imminet, poſſent ſuæ humilitati prouidentes famam vel infamiam contemnere. Vtrũ fama ꝓbet, inf. Inquiſitio. 1. §. 11. Quomodo fama lædatur, ac reſtituatur, ſupra, Detractio. Quomodo ab aliquibus propter eam ſit abſtinendum, vide infra, Scandalum.

DE FAMILIA ET FAMVLIS.

1 *Familia (quæ a femore dicta eſt) appellatione, quis contineantur. Et ſeruus vnus huius nomine an contineri dicatur. Item num duo familiã conſtituant.*
2 *Familiam triplicem eſſe & quid vnaquaq. ſpecies.*
3 *Paterfamilias aliquid teneatur.*
4 *Dominis tempore infirmitatis, nũ famulo, qui opas ſuas locaret, de neceſſarius, & ſalario teneatur. Et quid in poteſtate ſamulos, ac iudices, quibus ſalarium præſtari debet, habente.*
5 *Obligatus familiam aliquam procurare, vtpote, furnarius excoctionem alicui, & eius familia de obligatione debens, an excreſcente familia, toti quoque familia teneatur.*
6 *Famulus, qui de ſalario cum dño non conuenit, an ipsũ petere poſſit. Et quid ſi per annũ ruri ſeruire promiſit, exactis autem menſib. hyemalib. abire vult.*
7 *Famulus, cui dominus debitam mercedem dare nõ vult an ſibi clam per ſe ſatisfacere poſſit.*
8 *Familia, aut aliquis ex ea, non requiſitus per ſuperioris obedientiam, delictum domini ſui reuelare teneatur. Et an iuramentum ſeruare debeat famulis qui iurauit ſe domino nunciaturum ſit reſciuerit quenquam ipſius bona ſubripuiſſe, & quid de teſtibus ſynodalibus.*

1 Familia † dicta eſt a femore, quę eſt pars hominis genitiua. C. de verb. ſigni. Et ſec. Azo. in Sum. ſuo nomine comprehendit oẽs, qui ſunt in ſeruitio alicuius, etiam liberos homines ſeruientes illi bona fide, vel etiam alienos, & ſeruos, qui ſunt in eius poteſtate: ſimiliter omnes propinquos, liberos, & patronos & ſic generaliter ſumitur C. de verb. ſign. d. l. fi. Vnicus vero ſeruus familiæ nomine non continetur, nec duo faciunt familiam, ibidẽ.

2 Sed † Arch. in c. licet. de priu. li. 6. dicit, ꝙ triplex eſt familia; Quædã ꝑpetua, & religioſa, vt religioſi, clerici, & ſimiles, & hi gaudẽt priuilegio cõuentus, vel collegij de ſtat. monacho. recolentes. C. loc. l. milites, aliter duplici iure tenentur, contra c. cognouimus. 12. q. 2. Et de hac loquitur cap. cum olim de arbi. Eſt & alia, quæ .ſ. non eccleſiaſticos tm̃ comprehendit, ſed etiam laicos, ſicut ſunt vxor, filij nepotes, ſerui, famuli, qui in eius domo, eius ſumptibus viuunt cõtinuè, de qua intelligit. ff. de pub. l. 1. §. familię. C. ad legem Cor. de ſica. l. ſi forte quæ ponitur, de pœn. diſtin. 1. de hæret. c. filij. libr. 6. in fi. de teſt. in literis. vbi de hoc. & 3. q. 5. c. 1. Et de hac intelligitur quod dicitur in d. ca. licet, de quo vide infrà. Interdictũ 6. & 7. Eſt & alia, quæ nec ꝑpetua eſt, nec mercenaria, ſicut clerici & religioſi & alij eccleſiaſtici dicũtur de familia eccleſię

de quibus 16.q.8.lapis. Est & alia, de qua in l. fi. C. de ver. sig. vbi nomen familiæ comprehendit parentes, liberos, omnesque propinquos, & substãtiã, & liberos, et & patronos, nec non & seruos; & hæc significatio habet locum in fideicommissis, vt ibi patet.

3 Primo † verò quæritur, ad quid teneatur paterfamilias? Et dico, ꝙ ad duo de præcepto principaliter, s. ad necessariorum vitæ administrationem, & ad disciplinam tàm verbo, quàm morum exemplo, vt colligitur prima ad Timotheum 5. & ad Ephe. 3. & no. in §. necesse. 47. dist. aliter de sui natura est mortale in re notabili: nisi excuset aliqua circunstantia, puta necessitas, & huiusmodi, vel nisi omissio correctionis sit circa ea, quæ non sunt ad salutem necessaria, & sic intellige 23. q. 4. duo ista, & q. 5. c. non putes. An aũt correctionis gratia possit clericos verberare. sup. Excõicatio. 6. §. 4. casu 8. Si ãt aliquos de familia nec verbis, nec verberib. põt emẽdare negare tenetur eos expellere, vel eis necessaria si credit probabiliter eos ꝑ hoc posse emendari: sicut patet in vxore fornicaria, ar. eorum quæ no. in c. non omnis. 5. q. 5. Si verò probabiliter credit per hoc eos licentius peccare, ꝑ suam autem curam, & timorem videt eos a multis, & si non ab omnibus malis se temperare si faciat quantum potest, excusatur, nec ei imputatur peruersitas filiorum, vt patet in c. quantumlibet, & c. seq. dist. 47.

4 Secvndo † quæritur, an dñs tempore infirmitatis teneatur famulo, qui locauerat operas suas, de necessarij & salario? Et dicit Bar. in l. si cum dotem. §. sui aũt, ff. sol. matr. & in l. in rebus. ff. commo. quòd, ad expensas magna, non tenetur, quod intellige ratione famulatus: sed alia ratione, vt quia proximus, & ille nõ habet vnde sibi subueniat, tenetur & ille potest officium iudicis implorare contra eũ, vt sibi subueniat, si est soluẽdo: & idẽ facere põt pauper cum quocunq; diuite: de quo vide tex. cum gl. notabili in cap. sicut 47. dist. Quantum vero ad salarium, Io. And. Do. Ant. Io. de Imo. & Panor. in c. 1. de cle. ægro. & cõiter doc. teneant ꝙ non: quia casus contingens in persona eius, qui locauit operas, liberat conductorem a præstatione mercedis. l. si vno. §. item cum quidam, & quod ibi no. in l. in rebus ff. commo. & glo. in leg. fin. §. idem iuris el 2. ff. ad legem Rho. de ia. quod Pan. vbi sup. limitat: quando salariũ debetur solum ratione personę, secus si daretur ratione aliorum, etiam. Vnde potestas, qui habet famulos, & iudices, quibus habet soluere, licet infirmetur, aut moriatur, petere ꝑt, & debitores ei tenentur. tex. est in l. pecuniam. ff. de condit. ob cau. & facit quod no. in l. diem functo, ff. de offi. asse. Inn. aũt tenere vr̃, ꝙ salarium debeatur in ca. ꝑꝑ sterilitatem de lo. & facit c. 1. de clerici. non resid. li. 6. & ibi Ge. per illum textum dicit, ꝙ doctori, vel famulo subtrahi non dẽt salariũ ꝑꝑ infirmitatem, allegans quod hr̃ in Spec. de cle. non resi. §. postquam. versi. quid si mercenarius. Et istud tenet Sal. in l. licet. C. loca. & pulchre Aug. in disputatione. exorta guerra. & facit l. quæ sitũ. ff. de re iudi. Et hoc procedit vbi consuetudo, sic est, ꝙ s. debeatur, quia illud vr̃ actum quod est consuetum l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edic. Vbi autem non est cõsuetudo, non debetur, nisi vt dictum est, & in casu speciali, vt C. de aduoc. di. iud. l. post duos. vbi aduocato debetur salarium ex publico constitutũ, licet moriatur intra annum: secus aũt, de salario promissio a parte, quia nõ dẽt nisi pro rata temporis, ſm Barto. in d. l. diem functo. Similiter in l. cum hæres. §. Stichus. ff. de sta. lib. vbi qñ per seruum nõ stat, quin seruiat nihilominus libertatem ꝑꝑ hoc legatam consequitur, fauore libertatis de quo inf. Locatio. §. 12. vbi agetur de ista materia diffuse.

5 Tertio † quæritur, vtrum obligatus procurare aliquã familiã, vt qui accepit furnum cum obligatione coquendi alicui & eius familiæ, teneatur excrescente familia? Et dico ſm Panor. quod non, si familia habet numerum certum & determinatum, si autem indeterminatum, vt sunt fratres alicuius conuentus, sic tenetur, & facit c. quanto de censi. vbi etiam dicit Panormitanus, ꝙ ex quo iste potest se habere ad lucra, s. familia diminuta aut aucta tenetur, vt cõtrariorum eadem sit disciplina, nisi speciem mutasset, puta, si effectus est episcopus vel capitaneus. & sic tenet familiam multam. Si tamen nimis grauaretur, per iudicis officium sibi prouidebitur.

6 Qvarto † quæritur, an petere possit salarium famulus, qui cum domino de salario non conuenit? Et dicit Fed. consi. 18. quod si famulus consueuit locare operas, & dñs conducere, tenetur dñs soluere saltem vsque ad illam summam, qua alios fuisset conducturus. arg. l. si non sortem. §. libertus. de condi. inde. no. per Arch. 1. q. 1. sunt non nulli. Si verò fuit conductus sub mercede taxãda ad arbitrium dñi, sic iudicio boni viri taxabitur vt patet. sup. Arbiter. §. 12. & 16. ¶ Quinto, qđ si pro

ſi promiſit ſeruire per annum in rure,& exa ctis ſex mẽſibus hyemis vult diſcedere?Dico ꝙ non habebit medium ſalarium,ſec. Bart. l. diuortio.§.quod in anno.ff.ſol.ma.ſed compu tabitur craſſum cum macro Et ſi aliquo tem pore dicti anni fuerit infirmus,non tenebitur ſupplere illud tempus.gl.in c.ſi pro tua.de re ſti.lib.6.vt l.cum hæres.§.Stichus.ff.de ſta. li. ex quo tamen non ſequitur, quod debeat ha bere ſtipendium totum.

7 SEXTO † quæritur an famulus, cui dominus dare non vult debitã mercedẽ poſſit,occulte ſatisfacere ſibi?Et dicit Ric.in 4.diſt.15. quod licet tales peccent in modo accipiendi, tamen ad reſtitutionem non tenentur.Sed de hoc dic, vt inf.Furtum.§.13.& 15.

8 SEPTIMO,† vtrum familia, vel aliquis de familia teneatur reuelare delictum domini ſui,requiſitis per obedientiam ſuperioris?Et dico, ꝙ non; ſi criminaliter vult procedere. 4.qu. 3.l.Iulia.l.2.Secus ſi ciuiliter procedat, ex hoc nullum ſibi manum immineret, quia vt ſup.Correctio.§. 9. & 10. qđ intellige vbi nullus tenetur ſuo malo procurare bonum proximi tẽporale. ¶Octauo,quæritur, vtrũ teneatur ſeruare iuramentũ famulus, qui iurauit domino ſe denuntiaturum,ſi quem ſciuerit eius bona ſurripuiſſe?Et dicit Duran.ꝙ non,ſi dominus eſt truculentus: quia illicitũ fuit iurm̃,ſed ſi eſt manſuetus, & probabiliter creditur rationabiliter ꝓceſſurus, diſtinguendum eſt:quia ſi res ſublata erat ſub eius cuſtodia,ſicut poſſet proſequi aſportantẽ,ſic & dño reuelare.Si vero non erat deputata ad eius cuſtodiã, tenetur nihilominus dicere, ſi põt probare. ſi vero ꝓbare non p̃t, reuelare nõ dẽt,niſi tali,cui poſſit ꝓdeſſe,& non obeſſe.& ſi alio modo iurauit,nõ fuit licitũ iuramentũ nec obligatorium.idem dicit Hug.de teſtibus ſynodalibus,ſ. ꝙ non tenentur denũtiare epõ,licet iurauerit, niſi crimina quæ ꝓbare poſſent.23.q.6.quiſquis. alias eſſet proditor criminis 2.q.1.ſi peccauerit. niſi hoc faciat ſecrete epiſcopo vel alij,qui habet corrigere paternaliter.ar.22.q.4.hoc videtur.& de hoc ſup.Denunciatio.§.5. Quis autem teneatur pro delicto familiæ,inf.Nauta.§.5.

DE FAMILIARI.

1 *Familiares quinam dicantur,& qui domeſtici.*

2 *Domeſtici dicuntur, quibus ob patriam aut dominicam poteſtatem licitè imperatur.*

1 FAMILIARIS† quis dicatur.gloſſ.3.q.5.in ſum.dicit,ꝙ largè familiares dicũtur omnes,qui cohabitãt cũ aliquo,vt in c.inſinuãte de of.dele.& ĩ c.ĩ lr̃is:de teſ.vbi dicit gl.ꝙ familiares appellãtur cõſanguinei, colonus adſcriptitius,mercenarius, filius ĩ poteſtate, libertus,ſeruis,& oẽs habitantes in domo.

2 DOMESTICI† vero ſunt,quibus ratione patriæ poteſtatis, vel dominicæ imperari põt. Pro quo vide gloſ.in l.præſenti.§.ſane.C.de his q ad eccle. confu. & familiares domeſtici intelliguntur omnes, q in expenſis alicuius commenſales continuè exiſtunt,etiam ſi aliquãdo abeſſe pro eius negocij gerendis contingat.vt no.in c.fi.de verb.ſig.lib.6.

¶FAVORABILE.vide inf.Odioſum.

¶FAVTOR quis dicat̃.inf.Hæreticus.§ 7.& 10.

DE FOEMINA.

1 *Fœmina appellato. quam late pateat. Et ibidem quod ſexus muliebris debilior ſit,ob idque citius perficiatur.*

2 *Fœmina virili habitu vtens, an mortaliter peccet. Et quid de fœmina ſe attendente cum ſeq*

4 *Fœmina prohibita quæ dicantur, & a quibus actibus exercendis arceatur.*

1 FOEMINA† nomẽ eſt generale communiter oẽm fęmellã in oĩ animãtiam genere complectẽs: vſitatius aũt in genere humano in quo citus hoĩe pubeſcit, vel qa mala herba cito creſcit,ſicut ludẽs,vt credo, dicit gl. in l.2.C.de his q ve. æta. impe. vel ſm̃ cõiter doc in c.literas.de deſpõſ.impub. ſexus muliebris eſt debilior,cituſq; deficiens,& conſequẽter citius perficit̃, ſicut in alijs videmus.

2 PRIMO† vero quæritur, vtrum fęmina peccet mortaliter vtendo habitu virili,vel contra?Et dicunt aliqui quo ſic,quia 30.di.in ca. ſi qua mulier.dr̃,ſi qua mulier ſuo propoſito vtile iudicans vt virili veſte vtatur,& ꝓpter hoc virilem habitum imitetur,anathema ſit. Sed hoc dico de ſe non eſſe peccatum, quia aliquando licitè fit,ſicut beatus Ambroſ.in 2. de virg. narrat de quadam ſancta virgine Antiochena,ꝙ ab idolatris proſtituta in lupanari ad preces viri ſub ſpecie turpitudinis intrãtis,mutauit habitum & exiuit,non vt vitaret martyrium,ſed contagium.Vnde non poteſt eſſe peccatũ, niſi ex circunſtantia vel intẽtione,& conſequenter ſi iſta fiant ex animi leuitate ſine intẽtione corrupta vel ſcãdalo graui,non eſt mortale. Sed cõtra,qa dr̃ in d.c.ſi quia mulier.30.di.ꝙ ſi qua mulier ſuo propoſito vtile iudicãs,vt virili veſte vtatur,& ꝓp hoc virilem habitum imitetur,anathema ſit. Ad hoc dico, quod loquit̃ qñ mulier hoc facit malo ꝓpoſito:i.intentione facilius meretricãdi,vt patet ꝑ gl. & Ar.ibi. Cõtra ẽt,quia

non vtatur mulier veste virili. Deut.22. Sed dico hoc prohiberi. Primo ex superstitione idolatriæ: ne Iudæi in sacris imitarentur gentiles idolatras. Secundo, vt restringeretur libido, ne.s. mulieres licentius ingrederentur ad viros. Tertio dico, hoc prohiberi eo modo quo & quædam de se licita ad ministeriũ, sicut prohibetur arari in boue & asino in lege Moysi, vel eo modo, quo venialia, puta mendacia, vel otiosa verba.

3 SECVNDO† quæritur, vtrum peccet fęmina se attondens? Et dico, quod fęmina tonsurari non debet, etiã causa religionis, de conuersi. coniu. vxoratus. Et intellige non solũ de tonsura quæ dr̃ clerica, sed etiã de rasura, quę fit per abscissionem capillorum vsq; ad aures. & facit d.30. quæcunq; mulier. & 20.q.2.c.1. & cle. attendentes. de statu regu. Sed tamen hoc intelligitur ſm glo. in d. cle. de fęmina, q̃ vult in sæculo remanere, quã ẽt excusat consuetudo contraria. Adde ẽt necessitas, puta infirmitatis, vel huiusmodi. Si autem id sine necessitate faciat, Sum. Ang. dicit eam peccare mortaliter, cum sit excommunicanda, vt d. c. quæcunque mulier. Sed Sum. Ro. tenet contrarium, dicẽs non esse mortale, si hoc faciat ex leuitate aut fatuitate. & hoc tene per dicta in priore. §. dictum aũt c. quæcunq;. loquitur qñ hoc facit ex sup̃stitione. & ad facilius meretricãdũ: & in contẽptum significationis comæ, i. subiectionis ad virum, quod Arc. ibi no. vbi dicitur, resoluens ius subiectionis.

4 TERTIO† quæritur, quæ sint illa quæ prohibentur mulieri? Et dico quod sunt multa. Nõ .n. potest prædicare, nec publice docere quãuis sancta & docta. 33. dis. mulier. s. in ecclesia & publicè: secus in capitulo suo & claustro, ſm gl. Ray. Nec confessiones audire, nec alijs benedicere, aut actum alicuius ordinis exercere, de pœ. & re. noua. de exces. præla. c. tanta. Sed intellige de benedictione publica, nõ de priuata eo modo quo mater filium benedicit. Nec tangere sacra vasa aut sacratas pallas, i. corporalia, ſm glo. nec in censum circa altare deferre. 34. d. c. sacratas. Et idem est de vestibus, quibus Deo ministratur, s. actu de conse. dist. 1. vestita. de quo tñ sup. in verbo, Corporalia §. 1. Nec esse arbitrix, nisi esset in dignitate habẽte iurisdictionem: licet possit esse arbitratrix, de quo sup. Arbiter. §. 2. & 16. Nec iudicis aut magistratus officium gerere, nisi in casibus, de quib. in glo. 15. q. 3. §. 1. intellige in spiritualibus, quia in temporalibus iudicare potest, vbi est consuetudo, de arb. dilecti, Nec postulare aut procurare, nisi in causa propria, & suorum, vt no. in l. fœmina. ff. de reg. iur. & 3. q. 7. & §. tria. d. §. 1. Nec testis esse, de quo dic, vt inf. Testis. §. 1. Nec p̃sonaliter ad iudiciũ trahi causa ferendi testimoniũ, aut qualibet alia causa, q̃ non exprimatur in iure cõtra eius voluntatẽ, & si esset religiosa, trahi non posset, ẽt si vellet. quauis de ca: de iudi. mulieres. li. 6. Nec accusare, nisi in certis casib. de q̃bus 15. q. 3. §. 1. in tex. & in gl. Nec se seu propriã substãtiã obligare pro debito viri nisi creditũ sit conuersum in suã vtilitatem, vt in authẽtico vt nul. iudi. §. & illud no. co. 9. Nec debet incarcerari vel detrudi pro aliquo debito, vt ibi. vide sup. Abb.

DE FOENORE.

FOENVS licet cõmuniter pro vsura ponatur, vt in l. improba. C. ex quib. cau. infa. irrog. tñ proprie secundum grammaticos in hoc ab ea differt: quia vsura est lucrum de capitali, fœnus vero est lucrum de vsura. Item quia fęnus exhibet mutuum vsque ad præfixum tempus: vsura sine præfixione.

FERIE. vide supra. Dies festus.

DE FEVDO.

1 *Feudi diffinitio. Et ibidem, an contractus feudalis dicatur, cum ita feudum datur, vt inde seruitium aliquod præstetur. Et quid vbi quid emitur, num huiusmodi contractui feudi natura inesse possit.*

2 *Feudi natura quanam sit. Et ibidem quod sexdecim requirantur. de quibus hic sigillatim.*

3 *Feudum multiplex esse, & ibidẽ de singulis mẽbris.*

4 *Feudo dari quænam res nequeant. Et quid si ecclesiam feudum de manibus potentum recuperare non possit.*

5 *Feudo res dare, aut recipere quisnam possit. Itẽ feudum quomodo acquiratur, nu. seq. Et quis ad feud. successionem admittatur. Et quot modis filia in feudo succedere queat, num. 7.*

8 *Feudo Titio pro se & defendentibus filijs masculis & filiabus concesso, an filia cum masculo superstite in eo succedere possit. Et cum filia ad id non admittatur, an saltem defuncto masculo eisdem in feudo succedet.*

9 *Clericus feudo succedere num potis sit. Et quid si feudatarius religiosus efficiatur, quis ei succedet, num. seq.*

11 *Feudum si pater pro se, suis hæredibus & successoribus quibuscunque obtinuit, an ad extraneum, legatarium, vel clericum, permeare possit.*

12 *Feudatario de nouo beneficio inuestito, sine liberis decedenti, an frater, filiusque in feudo succedat. Et qualiter intelligendum sit, quod deficientibus liberis ad feudum vocentur agnati.*

13 Feu-

13 *Feudatarius an iuramentum præstare habeat, & quando ac quale. Et ibidem ipsius iuramenti forma, & quod ad sex regulariter.*

14 *Feudatarius quanquam pro alijs aduersus dominū consistere non debeat: pro se tamen & hominib. suis potest, quinimo & ius suum patere ac defendere. Et ibidem, qui vicissim dominus fideli reddere debeat.*

15 *Feudi domino defuncto pluribus hæredibus relictis. an vasallus omnibus iuramentum præstare debeat. Et quid cōtra si pluribus relictis, vasallus decedat. Vasallus num per alium inseruire domino possit.*

16 *Et vasalli mei vasallus, meus quoque vasallus sit.*

17 *Feudum ex causis decem amittitur. Et cū propter fidem non custodiam amittitur, an ipso iure perdi dicatur. Et quando ipso iure amittatur, nu. seq. Et quid si citra domini consensum alienatur, siue in totum, siue in partem, nu. 19.*

20 *Vasallus pro anima num feudum alienare queat. Et quid de commoditatib. suis, num illas ad longissimum tempus alienare possit. Et an feudum pignori dare. Et num in dotem. Item num ex filijs vni totum ius feudi prælegare possit, vsque ad nu. 25.*

26 *Feudum si eo priuetur vasallus, ad quem reuertatur, & vtrum filio patris delictum noceat. Et quid si vasallus læsæ maiestatis contra principem crimē admiserit, cuius occasione bona publicationi omnia sint obnoxia, num ad principem feudalia perueniant, num. seq.*

27 *Feudatario vno deficiente, num alteri feudum accrescet. Et sub hac num filius paterna reiecta hæreditate feudum retinere possit. Et ibidem agnati quinam dicantur.*

28 *Vasallus inuito domino, an feudū refutare queat.*

29 *Feudum ecclesia, num in pignus recipere, & fructus suos sine vsura facere possit. Et quid in fructibus emphyteusis, nu. seq.*

30 *Lex feudalis vbicunque contra iuris naturalis, aut vilis rationem non est, locum in emphyteusi habet; alioqui secus. Et sub hac, quibus concurrentibus fructus pignoris in feudo, ac emphyteusi licite non computentur. Et quid si vsufructuarius vsumfructum proprietari obliget, an fructus in sortem computentur, num. seq.*

1 FEVDVM, † secundum Gof. est concessio rei immobilis facta pro homagio, extra, de simo. c. ex diligenti & concor. diffinitio Hos. & Azo. dicentium, quod est beneficium alicuius rei inuestitura interueniente, sic concessæ seu datæ alij, vt dominium penes concedētem remaneat, cuius occasione recipiens, & successor eius, concedente dño ad id seruitium, de quo & vsque quo conuenit, aut feudi natura requirit, tenetur directo dño, vtile aūt ad feudatariū transit. ar. eorū quæ not. de emphy. ff. si ager. ve. pe. l. vnica. §. qui me. Tamen ex §. sequ. melius patebit natura feudi. Ex his aūt patet, ꝙ qñ feudum datur, vt inde præstetur seruitium reale, non est ꝓprie feudum, sed contractus innominatus, sec. Cy. in auth. ingressi. C. de sac. sanct. eccle. sicut dicit Bal. in li. de conse. feu. quod in quibusdā partibus Lombardiæ pro feudis ecclesiæ soluit par caponū, vel spatula porci, & huiusmodi, ſm eū æquiparatur emphyteusi. Similiter si esset quid emptū nō habet naturā feudi, ſm Bal. vbi sup. de feu. da. c. 1. & in l. qui se. C. vñ: lib. Sed qñ īponit onus ꝑsonale, vt ire ad parlamētū regis, vel hmōi, & abest vēditio, tunc propriè est feudū, & regulatur lege feudorū.

2 PRIMO † vero quæritur quæ sit natura feudi, & quæ differentia eius ad emphyteusim? Et dico patere responsionem ex verbis Petri Heliæ in tractatu suo de feudis dicentis. ¶ De natura huius contractus est 1. ꝙ dñs retineat sibi directum dñium ac proprietatē, vt in li. feu. ti. in qui. cau. feu. amit. c. vni. ¶ Secundo, ꝙ vtile dñium transeat in vasallum, ꝙ patet, quia vasallus p̄t quasi vendicare, vt in li. feu. ti. de inue. de re alie. fa. c. vni. & consequenter est quasi dñs, alias non vendicaret. ff. de au. & ar. le. l. Quintus. ¶ Tertio, ꝙ dñs hēat ciuilem possessionem, & vasallus, naturalem, qa vasallus appellatur vsufructuarius qui naturaliter possidet, vt ff. de acq. pos. l. naturaliter. Dico tñ, ꝙ ius vasalli cum possidet ciuiliter & naturaliter, quia præscribit, quod non faceret, nisi ciuiliter possideret. ¶ Quarto, ꝙ consistat in reb. immobilib. ¶ Quinto, ꝙ si vasallus dño constitutum seruitium non p̄stiterit, a feudo repellit̄. ¶ Sexto, qa sine dñi volūtate feudū alienari non pōt. ¶ Septimo, quia feudatario fit regulariter in ꝑpetuū. ¶ Octauo, ꝙ dñs hēat mittere vasallum in possessionē. ¶ Nono, ꝙ si fit controuersia inter vasallos dñs cognoscit, secus ī emphyteuta, qa hic dñs hēt vasallū obligatū ꝑsonaliter mediāte iur̄o, & consequēter hēt iurisdictionē in ꝑsonam, & multo fortius in rem: in emphyteusi vero dñs habet emphyteutam obligatū rōne rei, nec hēt ius quādiu pensio soluitur, vnde recognoscere non potest. ¶ Decimo, ꝙ vasallus non potest sine dñi voluntate feudum impignorare, emphyteuta vero potest, qa hic pateretur dñs, non ibi, eo quod hic tenetur vasallus dño seruire de fructibus, quos creditor interim percipiet, ibi aūt tenetur soluere pensionem in pecunia cōsistentem. ¶ Vndecimo, ꝙ vasallus feudū sine dñi voluntate dare

non

nõ poteſt:quod emphyteuta põt:quia magis obligatur vaſallus, cũ perſonam eius dñs ele gerit. Vnde alium inuito dño ſubrogare non pt, ꝙ emphyteutæ permittit ꝑꝑ liberalitatẽ. Duodecimo, ꝙ in feudo fœmina ſuccedere ñ pt, niſi fuerit conuentum:ſecus iure emphyteutico:quia feudũ datur ꝑꝑ ſeruitium:mulieri ãt ſeruire non poteſt æque bene vt vir: emphyteuſis aũt fit ꝑꝑ meliorationem, q̃ æque bene facere pt mulier vt vir.Aſten. tñ di cit,ꝙ hoc fallit in duob.caſibus. Primo, ſi ſit feudũ fœmineum, vel fœminæ conſenſum: q̃a tunc deficientib.maſculis ad fœminas pertine bit:vt in tit.de benefi.feud.Secundo, ſi ſit tali pacto acquiſitum, vt deficientibus maſculis ad fœminas deuoluatur: quia ꝙ fuit factũ eſt ſeruandum:vt in ti.de ſuc.feu.§.filia.¶De cimotertio, ꝙ vaſallus non poteſt aliũ vaſal lum facere, ſine dñi voluntate, ꝙ emphyteuta poteſt:q̃a emphyteuſis ꝑꝑ meliorationẽ, feudũ ꝑꝑ ſeruitium fit:æque bene aũt poteſt meliorare ſecundus vt primus:& tñ non põt æque bene ſeruire: ideo hic requiritur domini conſenſus, non ibi.¶Decimoquarto, ꝙ pẽſio non præſtetur vt in emphyteuſi, ſed ſeruitiũ certum vel incertum, prout fuerit conuẽtum:item ꝙ nihil præſtetur pro introitu.¶De cimoquinto, ꝙ vaſallus non teneatur ſeruitium præſtare dño, niſi requiſitus, ſecus in emphyteuta, quia vaſallus non tenet, niſi ſciat dñm indigere: emphyteuta vero tenetur ad certam penſionem certa die, dies ãt pro dño interpellat.¶Decimoſexto, ꝙ vaſallus poſſit feudum dimittere ſine dñi voluntate: nõ autem emphyteuta: quia feudum datur amore vaſalli, & vt aliquam vtilitatem cõſequatur vnde ſine dñi voluntate poteſt renuntiare, ſed emphyteutica res traditur ad vtilitatem domini, id eſt, vt melioretur; vnde ſecus.

3 SECVNDO † quæritur, quotuplex ſit feudũ? Et dico ſm Bal.in prolo.d.libri. quod multiplex. Aliud.n.eſt hñs propriè naturam feudi, aliud iproprie: aliud regale aliud nõ regale, aliud ſimplex, aliud cõditionatũ nꝙ. q̃d ẽ ſub conditione datum, ſed ſub qualificatione, vel conditionatum, i. datum ad certum ſeruitiũ ſeu conditionem, quam ſi vaſallus negauerit, feudum amittit. Aliud antiquum ſeu paternum.ſ.quod fuit illius, qui fuit communis parens agnationis, ſiue quod a patre, vel quo cunque de ſuperioribus acquiſitũ eſt. Aliud maternum, ſ.acquiſitum per fœminam, cuius natura aſpicit primò maſculos, deinde fœminas. Aliud reale, quod tranſit ad hæredem: aliud perſonale, quod ſolum ad vitam vnius conceditur. Aliud ligium, vbi mutatur fidelitas contra oẽm hominem:aliud non ligium, in quo prior dñs excipiuntur. Aliud francum, ſ.a ſeruitijs, & operib.exhibendis: aliud non francum. Aliud annale.& eſt feudũ guardiæ, & caſtaldi, & pro mercede alicuius rei: aliud non annale. Sunt.n.quædã incorporalia, quæ q̃nque dantur loco feudi:vt guardia, & caſtal dia.& iſta non habent propriè naturã feudi, ſec.Hoſt. Aliud nobile, quod nobilitat poſſeſſorem, aut burgenſe, ſ. quod non nobilitat. Aliud eſt etiam eccleſiaſticum, & hoc eſt triplex. Primũ, quod datur eccleſiæ. Secundum, quod recipitur ab eadem. Tertium, quod datur, vel recipitur a clerico. Et quando quis inueſtitur deducatu dicitur dux, de comitatu comes, de marchionatu marchio.

4 TERTIO † quæritur, quæ non poſſit dari in feudum? Et dico, ꝙ res immobiles eccleſiæ de nouo in feudũ dari non pñt: quia & ꝑlati hoc iurant, ſed res q̃ prius erãt feudales, pñt iterũ infeudari, puta, ſi vaſallus ꝑꝑ aliquam cauſam feudũ perdidit, vel mortuus eſt, poterit prælatus concedere filio eius, vel alteri.de feu.ex parte. Et hoc põt prælatus etiã ſine ſolemnitate, non obſtante licentia, vel iuro de non alienãdo, cum modificatione tñ, de qua ſup. Emphyteuſis.§.10. nõ aũt nouum feudũ de feu.ca.ſi Adde prædictis, q̃d no.Pa.de feu. c. vl.ꝙ eccleſia non valens recuperare feudũ de manib.potentũ, poteſt illud potentiori cõcedere, vt illud reciperet, & ipſe hẽat illud: ſed tñ res eccleſiæ nõ feudales ſic inuaſæ, ꝑlatus in feudum concedere non põt, maxime ſi iurauit non alienare. Et idem Io.An. & rõ eorum, quia faciliter prælatus permitteret res inuadi a conſanguineis, vt eis infeudaret.

5 QVARTO † quæritur, quis poſſit dare in feudum vel recipere? Et dico ſec.Bal.de his qui feu.da.poſ.§. abbatiſſa. ꝙ dare pt quilibet tã maſculus, q̃ fœmina, tam nobilis, q̃ ruſticus, modo habeat legitimam ſuorum bonorum adminiſtrationẽ vt in c.1.infr.noui. per quos fi.inue. Imo ſec.Hoſt.ẽt minor 25.ann.ſi feudum ſit vetus. Si vero ſit nouum, fieri non poteſt a minore, niſi ſit pubes, & iurauit nõ contrauenire. Recipere ãt feudũ ſe inueſtiri, ſec. Hoſt. poteſt quilibet tã per ſe, quam per procuratorẽ, ẽt ſeruus, modo ſciente dño faciat.

6 QVINTO † quæritur, qũo acquiritur feudũ? Et dicit Hoſt.ꝙ quatuor modis. Primo per inueſtituram, puta cum dominus tradit alicui poſſeſſionẽ rei immobilis corporaliter, vt cũ haſta

hasta vel baculo, aut aliquo tali dicendo se ꝑ hoc illum inuenire. ¶ Secundò, per id quod hr̃ loco inuestituræ. vt cum dñs alicui dicit. Vade in possessionem illius feudi, & teneas pro feudo. ¶ Tertiò, præscriptione, vt si 30. ann. tenuit feudum, & dño seruiuit, licet non fuerit inuestitus. ¶ Quartò, successione non ex testamento, sed ab intestato: quia non valet ordinatio defuncti facta in feudo.

7 SEXTO † quęritur, quis succedet in feudũ? Et dicit Bald. de his, qui feu. da. pos. §. & quia hic reperiri tale capitulum. Fideli absq; liberis ex se descendẽtib. & in feudum succedentib. si quidẽ feudũ fuit cõis parentis, fratres defuncti cum filijs p̃mortuorũ fratrũ, in stirpẽ succedant. his vero nõ extantib. ad agnatos ꝓximiores id volumus ꝑtinere: & si quidẽ in pari gradu sunt pariter admittuntur. Si vero ex vno est vnus, & ex alio plures, nõ in stirpẽ, sed in capita succedere debere ordinamus. hæc ibi Host. tñ dicit hãc esse successionis huius naturã, vt in feudo non succedant ascẽdẽtes: puta, pr̃ filio: descẽdẽtes vero succedunt: & primo quidẽ filius pr̃i, & non filia: itẽ nepos filio, & nõ neptis: & sic vsq; in infimum gradum. Postea vero succedunt collaterales, qui tñ de imperij consuetudine non succedunt, sed filius solus: quo deficiente, reuertitur feudum ad Imperatorẽ: & ille dat cui uoluerit. Filia autẽ nõ succedit, sec. Hos. & Bald. in d. §. quia. nisi in tribus casibus. Primò, qñ noĩata est in inuestitura, feudo pacto, vel conditione feudi. Secundò, qñ feudum redemit à dño. Tertiò, qñ dñs ei dedit ꝑꝑ seruitium patris, in quib. casib. ab aliquo ex parentibus non est inquietanda: vt in ca. si quis sine filio masculo. quemad. feu. ad fil. peruen. Quartò adde si feudum sit datũ ad nullum seruitium: quia masculis non extantibus fœmina succedit, sec. Bal. ibi. Quinto qñ feudum erat quæsitũ iure emptionis, sec. Odo. & in Sum. & hoc potius ex natura cõtractus, quam feudis. Sexto, si feudum sit fœmineum: vt dictum est.

8 SEPTIMO † quæritur, vtrum feudo Titio cõcesso pro se, & descendentibus. filjs masculis, & fœminis filiabus, filia simul cũ masculo superstite admittatur? Et dicit Bal. in rubr. Ep̃m vel Abb. feu. da. non poss. quod non, sed masculus solus, quia natura feudi est, vt masculus præferatur. Et si postea filius decedit sine filio: nõ admittetur fœmina soror præmortui fratris: quia semel exclusa fuit per masculũ, ideoq; reuertitur ad dñm. quod verum est in feudo simplici, et recto: secus in cõcesso ad certũ seruitium, quod fœmina possit explicare per se, vel per alium. quia tunc admitteretur cum masculo simul. ff. de vsuf. accre. l. si quis Titio. & l. si mulier. sec. Iac. de Bel. qui dicit, quod fuit in facto in regno Apuliæ. Ex quo infert Bal. quod si statutum excludit fœminam extãte masculo semel exclusam non amplius succedere, nisi vt fratri habet succedere, non vt patri mortuo sine masculo.

9 OCTAVO † quæritur, vtrum clericus succedat in feudo? Et opiniones cõcordando dico, ꝙ aut feudum erat sibi apertũ: & tunc si ad sacros ordines promoueatur, renuntiare vr̃ transeundo ad statum incõpassibilẽ seruitio infeudali: arg. de præb. de multa. & cle. gratia. de rescr. nec poterit isto casu seruire per substitutũ, nisi esset feudũ ex quo pręstaretur solũ reale seruitiũ, qđ nõ est ꝓprie feudũ: vel ex quo præstaretur seruitiũ personale non repugnãs ordini eius, quo casu succedit, quia ꝑ clericatũ nõ perduntur iura successionis. 12. q. 3. c. 1. cum simili. Si verò promoueatur solum ad ordines minores, succedet: quia põt seruire ꝑ substitutũ, vt vult gl. in c. 1. de bñf. fœm. Aut feudũ non erãt sibi apertum: puta quia erat tres fratres, & primogenitus possidebat feudũ, & ipse existens vltimus effectus est Cardinalis, & postea mortui sunt alij fratres sine hęrede, & tunc succedit, quia dici nõ põt habuisse aĩum renũtiandi, nec ẽt facultatẽ, & de æquitate iuris admittetur. quod seruire possit ꝑ substitutũ: licet secus de iuris rigore, nisi tale esset seruitium, qđ de sui natura posset per quemlibet explicari: quia tunc etiam iuris rigore succedit. arg. l. continuus §. si ab eo. ff. de verb. obl. Et hæc est determinatio Bal. in l. quisquis, C. de episc. & cler.

10 NONO † quæritur, si quis efficitur religiosus, quis succedit? Et dicit Oldr. in auth. ingressi, C. de sacros. ecc. quod feudum trãsit in monasteriũ eo mõ, quo erat penes ingressũ. l. si quis p̃sbyter. C. de epis. & cler. ꝙ Inno. in c. in p̃ñtia. de ꝓba. limitat verũ, si seruitium, ad ꝙ tenet̃, p̃stari põt ab ecclesia, alias ad dñm reuertet̃. C. de cad. tol. l. vnica, §. ne aũt. Alb. autẽ in d. auth. tenet, quod ẜm ius consuetudines feudorũ reuertitur ad dñm indistincte: vt est casus, si de feud. controu. fue. c. qui clericus. de vac. mi qui bel. arma. depo. c. 1.

11 DECIMO † quæritur, quid si pater obtinuit pro se, & suis hæredibus, & successorib. quibuscumq; transibit ne ad extraneum, vel legatarium, aut clericum? Et respondet Bal. in l. 1. ff. de re. di. & sequitur Lud. de Ro. in l. id tẽpus.

§.1.ff.de vsu.ꝙ sic.sed ipse Bal.in c.1.§. donare.ti.qualiter olim feu.po.alle.corrigit se, & dicit quod dictio quibuscunq., intelligitur de succedentibus ab intestato. arg. l. si qñ.C.de inof. test. vnde nõ veniet extraneus:quia res nõ dẽt regulari ẽm naturam contractus, sed contractus ẽm naturam rei deductæ in eo: vt l.stipulatio ista §.quæsitum. ff.de ver.obl.vbi licet stipulatio sit transmissibilis in hæredem de sui natura,vt in l.veteris,C.de contrah. sti pu.tñ non transmittitur,qñ res in ea deducta non est transmissibilis,vt est videre in feudo, nec legatarius etiam venies, nec clericus. & sic dictio, quibuscunq;, restringitur,per no. in l.1.C.de sac.san.eccl.& per Iac.de Are.in l. 1.§.item nunciatio.ff.de no.ope.nun. Sed tamen limita de clerico,vt sup.§.8.

12 VNDECIMO † quæritur, vtrum succedat frater, vel filius fratri, qñ quis fuit de nouo beneficio inuestitus,si decedit sine liberis? Et dico ꝙ non, sed ad dñm reuertitur, vt in titu. de na.suc.feu.Et quod dictum est sup.quod deficientibus filijs veniunt agnati, intelligitur de feudo acquisito ab antiquo,i. ab eo, qui fuit communis parens totius cognationis.

13 DVODECIMO † quæritur an feudatarius habeat præstare iurm,& quale?Et dico secund. Host.quod in omni feudo statim facta inuestitura requiritur iuramentum fidelitatis nisi ex pacto remissum sit, & debet fieri his verbis vel similib. Ego talis iuro ad sacra Dei Euãgelia, quod ab hinc in antea ero fidelis tali,sicut debet esse vasallus dño,ne id,quod mi hi sub nomine fidelitatis commiserit, pãdam alij ad eius detrimentum me sciente.Obligatur aũt inde vasallus domino, ẽm quod conuentum est: & ẽm quod de feudi natura, & regionis ipsius,vel vicinorum eius consuetudo requirit:quibus deficientib.poterit vti iure scripto.Communiter aũt obligatur ad sex. ¶ Primo, ne sit illi in damnũ de corpore suo: sed vitabit illud, & impediet. Secundò, ne id quod dñs facere intendit, & facile potest fieri, reddat ei difficile, vel impossibile,s.latenter contra procurando. ¶ Tertio, ne releuet secretum suũ alicui,maxime qui possit obesse similiter nec illa,per quæ fieret minus tutus. ¶ Quarto ne sit cõtra eius iustitiã, vel honestatẽ.s.ipediẽdo,de honestãdo filiã vel vxorẽ maculãdo eius famã dicto,facto,vel cõsẽsu. ¶ Quinto, ne dãnũ aliqđ ĩ tpalib. illi faciat, vel vtilitatẽ ĩpediat. ¶ Sexto, vt fideliter illi præbeat cõsiliũ quo ad verba: & auxiliũ, s.de reb.suis & persona.Probãtur hęc in li.de feu. de for.fi.c.1.& 22.q.5.de forma.de iur. ego.

14 NOTA † tamen, quòd licet vasallus nõ debeat esse pro alijs contra dominum suum,de postul. c. fin. pro se tamen & suis hominibus precius suũ petere,& defendere ar.de iureiu. petitio Not. etiam ꝙ idem Host. ponit aliam iurandi formam talem:Ego Titius iuro super sancta dei Euãgelia, ꝙ ab hac hora in antea vsq;ad ultimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Caio dño meo contra oẽm hoĩem, excepto Imperatore vel Rege. Vasallus.n. debet adiuuare dñm cõtra oẽm hominem & contra fratrem & filium in causa iusta, nisi contra alium dñm antiquiorem: vnde in sacramento illum debet excipere. Nota etiam, ꝙ in prædictis oĩbus dominis fideli suo debet vicem reddere.22.q.5.de forma.95. dist.esto subiectus.alias censebitur malæ fidus: vt in lib. feu.de forma fideli, c.1.& debet priuari feudo per superiorem, si perfide se habet contra vasallum suum.ut inf.§.16.

15 DECIMOTERZO† quęritur,si dominus moriens relinquat plures, vtrum vasallus iurabit omnibus?Et dicit Host.quod non,quia vasallus non cogitur pro vno feudo multos habere dños, quod dictum puto limitandum, vbi nõ succedunt inæqualiter, vnde subdit, maxime in comitatibus,ducatib. marchionatibus qui hodie diuidi non possunt,vbi vero æqualiter succedunt, non est ratio, ꝙ magis vni q̃ alteri iuretur, nisi iuretur vni pro omnibus. Si autem vasallus moriens plures filios relinquat omnes iurabunt,si feudum habent indiuisum si autem ex diuisione totum feudum peruenerit ad vnum,ille solus iurabit.

16 DECIMOQVARTO†quæritur,vtrum vasallus possit seruire per alium? Et dicit Bal. in c. mutus. epm vel abbatem feudum dare non posse, ꝙ non, si seruitium debet fieri principi:vel non põt fieri per substitutũ,nisi de voluntate Principis. C.de muril eg. l. si quis ex corpore. Et ideo si talis incurritur infirmitas ꝙ seruitiũ exhibere non põt,per feudum,nisi esset a casu fortuito sine culpa præcedẽte, vt puta quia est cęcatus a latronibus, quia tunc non perdet, ne afflicto detur afflictio, argum. C.de fur.auth.nauigia.& C. de epis. audien.l. tã dementis.¶ Decimoquinto q̃ritur, vtrum vasallus uasalli mei sit meus vasallus? Et dico quod non, sicut nec libertus liberti mei, est meus libertus.ff.pro socio leg.nam socij.

17 DECIMOSEXTO†quęritur, quibus ex causis feudum amittitur? Et dico secundum Hostiẽ.quod multis. ¶ Primò,si vasallus fiat clericu

ricus, vel religiosus, quia nec tales succedunt in feudo. 23. q. 8. ca. 1. de quo dic. ut sup. §. 8. ¶ Secundò, si hæres uasalli steterit per annum & diem, ꝙ non petiuerit a dño inuestituram feudi, similiter si ipse uasallus post mortem dñi non petiuerit ab hæredib. eius: ut in lib. feu. in quib. cau. feu. amit. c. 1. ꝙ uerũ est, nisi ipse uasallus fuerit minor anno. 14. quia talis fidelitatẽ facere non cogitur. Item nisi sit miles, qa hẽt ꝑ termino annũ, & mensem. Item nisi iusta cã ĩpedierit, ut in eo. lib. de prohib. feu. alie. per Loth. qm̃ inter domũ. Sed ꝑdicta intellige, qñ iurauit personæ solum, ut iuro tibi. Secus si iurasset sibi, & successoribus uel sub noie dignitatis: quia non tenetur amplius iurare successorib. nisi magna longinquitate pariter memoria, ut not. Pan. in ca. veritatis. de iureiu. ¶ Tertiò, si vasallus trib. vicib. corã paribus & hmõi requisitus fidelitatem iurare noluerit q̃uis dominus paratus sit facere, inuestiturã ¶ Quartò, si vasallus infeudauerit feudum alia lege, q̃ ea quã ipse hẽt: vel in talẽ vasallũ, qui feudũ seruare non põt. ¶ Quintò, si vasallus interfecit suum proprium germanum, vel germani filium, vel aliquid commiserit, ꝙ parricidij noĩe contineatur, ad hoc vt habeat totam hæreditatem. ¶ Sexto, si in prælio dñm dimittit non mortuum, nec vulneratum ad mortem: & similiter ꝑꝑ multas alias ingratitudines, q̃ numerãtur in lib. feu. quib. mo. feu. amit. c. 1. & 2. ¶ Septimò, si scienter negauerit feudum vel partem, aut conditionem eius: secus si ignoranter: quod si vasallus non vult ostendere de parte feudi, præsumetur, quod totum teneat ĩ feudũ. ¶ Octauo, si alienauerit feudũ, quod quidem si alienauerit pro parte, illam amittit, & ad dominum libere reuertitur, nulla præscriptione obstãte, nec ei, i. vasallo proderit, si post factam alienationem recuperauerit ipsum feudum, nisi ignoranter alienasset. † Nonò, si dominum accusauerit, aut testimonium contra illum in cã non tm̃ criminali, sed ẽt ciuili tulerit: licet quidam dixerint, quod in ciuili potest. ¶ Decimo, si vocatus a domino, quod secũ vadat in expeditione publica: puta vocatus ab Imperatore, vt secum veniat Romam pro suscipienda corona, & huiusmodi, nõ venerit, nec alium pro se domino suo acceptum miserit, vel ei stipendia militiæ non dederit. Et quidem quando propter fidelitatem non seruatam amittitur feudum, non intelligitur ipso iure, sed per sententiam: si vero alienatũ fuerit perditur ipso iure, vt dicit Inno.

18 DECIMOSEPTIMO † quæritur, qũo dñs amittat ius, quod habeat in feudo? Et dicit Hosti. quod sicut vasallus amittit feudum ꝑꝑ culpam: ita dominus proprietatem feudi, vt in lib feud. si de feu. contr. fue. c. domino cõmitente, quia dominus vasallo dẽt vicem rependere, vt in eo li. de for. fid. c. 1. & si non rependerit, merito censebitur male fidus, vt est ille, qui contra vasallum deprehensus fuerit perfidus. 22 q. 5. de forma. 95. dist. esto subiectis. de iureiur. c. peruenit, & talis priuatur iure, quod habet in vasallum, & feudum transit ad superiorem. Quod non intelligas ipso iure, sed per sententiam, secu. Arch. & innuitur de excess. præl. c. grauem. cum glo.

19 DECIMOOCTAVO † quæritur, vtrum alienãs feudũ sine consensu dñi cadat ipso facto? Et dicit Pan. in c. vlt. de feu. ꝙ sic, & sine alia snĩa expelli pt: ẽt si alienando dixit: saluo iure dñi, sec. Bal. q̃ sit cau. bene. amit. c. 1. quia factũ sequẽs est cõtrarium, arg. c. causa te. de iureiu. & quod ibi not. Secus si dixisset, & aliter, vel alio modo nõ intendo: qa hæc verba operantur vt dño cõtradicente non videatur facta alienatio: quod verum est, nisi captio aliqua posset interuenire domino: puta si daret castellum tali, quem dominus postea expellere non posset. Et si alienauit partem tantum, solum illa perditur, sec. Io. Andr. quem sequitur. Pa. vbi supr. etiam si esset maior pars. de proh. feu. alie. c. Imperialem. §. 1.

20 DECIMONONO † quæritur, vtrum vasallus possit feudũ alienare pro aĩa? Et dico, ꝙ nec legare, nec disponere potest pro aĩa, vt in c. 1. qualiter feu. alie. licet, nec etiam de iure canonico, sec. Host. in Sum. de imm. eccl. quod intellige in feudo tꝑali: quia si est perpetuũ, põt alienari, & ecclesiæ donari, ẜm eundẽ Host. & sequitur Panor. vbi sup. Potest ẽt grauare heredem, vt de vino educto de vinea feudali det singulo anno pro anima sua, sec. Bald. in tit. de suc. feud. c. 1. quia testatur de fructibus non de feudo, qui a fructus sunt res propriæ heredis. vnde non dicitur alienatio feudi, quãdo alienantur fructus separatim. ff. de donat. l. in ædibus. §. ex rebus.

21 VIGESIMO † quæritur, quid si alienat suas cõmoditates ad tẽpus longissimum? Et dicit Bal. in ti. de pa. iur. fir. 8. char. ꝙ non cadit. modo actum sit, quod vtile dominium non transeat Allegat gl. sing. in l. codicillus. §. institutio. ff. de le. 2. & idem dicit in emphyteuta. Et idem tenet Bart. in d. §. institutio: vbi dicit, ꝙ vendẽs fructus domus ad centũ annos, nõ vr̃ alie-

alienare, sed tamen hoc aliquib. non placet, Vnde tutum esset in talib. reseruare nō solū ius domini.sed etiam eius voluntatem: vt dicendo, vendo fructus, si domino placuerit, vel si ipse non reuocauerit.

22 VIGESIMOPRIMO † quæritur vtrum possit pignori dare? Et dicit Pan. vbi supra quod nō, quia quæ prohibētur alienari generaliter a lege vel per testatorem, aut a iudice, vel per pactum cōtrahentium, prohibentur pignori dari l.fi.C.de re ali.non ali.& per Bart. in l.in quorū.ff.de pig. Et ratio est quia per constitutionem pignoris de facili venitur ad distractionem rei.ff.de dist.pign.l.2. & 3. C. de iur. do.impe.l.2. ideo prohibita alienatione prohibetur pignus; sicut prohibito matrimonio, prohibentur spōsalia, per quę venitur ad illud.l.oratio.ff. de sponsal. cum concord.ibi positis in gl. secus in eo qui prohibetur emere: quia potest in pignus accipere nisi fuerit in fraudem pro tanta quantitate, quod nō est verisimile dominum luiturum, arg.l. qui habeat.in prin.ff.de leg.3.secundum Bart.in d l. in quorum.

23 VIGESIMOSECVNDO † queritur, vtrum dare possit in dotem? Et dic in gloss.in ca.fin.de feu. quod sic ad tempus vitæ feudatarij, non plus, & ibi Pau.referens se ad not.in c. quæ in eccclesiarum, de const.

24 VIGESIMOTERTIO, † vtrum possit vasallus vni ex filijs prælegare totum ius feudi? Et dicit Bal.in tit.de prohi.feu.alie. quod non vllo modo, nisi de voluntate, & consensu filiorum, quia lex feudorum dicta, quod ad omnes æqualiter perueniat, vt in tit.qui feu.da. pos. §.sed cum hoc, quod limita nisi sit ducatus, vel marchionatus & huiusmodi, quæ debētur primogenito soli. Iam tamē Loth.tenet, quod istud c.1.de succ. feu. vbi dicit, ꝙ vltima voluntas vasalli nihil valet in feudis, limitatur ad eam dispositionem, quæ est vltima voluntas Secus in stipulatione, quia in cohærentibus personæ pater potest stipulari vni cohæredum, vt ff.de pact.l. auus. Et sic posset assignare in totum, arg.l.filio.§.fin.ff.de ri.nupt. cum multis alijs.

25 VIGESIMOQVARTO † quæritur ad quem reuertitur feudum vasallo priuato, & vtrum noceat filio delictum patris? Et dicit Bald.qui mod.feud.ami.§.aut si libellario, quod si priuatur ex dolo commisso in personam domini reuertitur ad dominum, vt quæ sit prima cau.bene. amit.c.1.§.deniq; quando vero delinq̄tur extra ꝑsonā.veniūt agnati, non dñs. Quando vero ex causa alienationis, tūc sunt opiniones.sed Bal.ibi dicit: ꝙ sic fecit: ī fraudē agnatorum, veniunt agnati non dominus. Si vero nō in fraudem fecit, reuertitur ad dominum: filij tamen vel agnati, imo etiam filia masculis nō extantibus debet redimere a domino, qui cogitur eos inuestire, ut de his qui feu.da.pos.§.cum vero, quod intellige si feudum non erat nouum.sec.Iac. de Bal. Ber. tamē, vt recitat Pau.vbi sup. in l. eum. ff.de inter.& releg.& in l.vt iurisiur.§.si liberi. ff. de oper.lib.dicit, ꝙ si pater commisit delictum, ꝑꝑ quod directe venit priuādus feudo: puta, quia alienauit, & huiusmodi, vel cōmisit aliquid contra tenorem iurī: & tunc nocet filio etiam si processit a genere vlteriori.ar. in l.1. ff.si quis ali te.prohi.& in l.cum ratio.naturalis.ff.de bon.proscr.vbi patet, quod delictum vnius nocet omnibus proximioribus, q̄ sunt inferioris gradus. Vnde si quis prohibuerit aliquem testari, vel interficit consanguineum, cui succedere debebat ab intestato, fiscus occupat hæreditatem, nec veniunt alij consanguinei, qui sunt inferiores gradu, vt in d. l.cū ratio. & ꝙ ibi no. Si vero non est tale delictū propter quod priuetur directe feudo: sed per quandam consequentiam puta, quia est damnatus ob aliquod maleficiū, ita quod bona veniunt publicanda: tūc procedit distinctio Dy. in reg.non debet.de regul.iu.li.6. quia si feudum est paternum, filio nocet. Sicut si est a genere vlteriori. Cū qua distinctione transit Io. An.& d.Ant.in c.fin.de feu. Sed distinctio Bal. videtur æquior quo ad seculares: in prælato autem ecclesiastico placet opi. Ang.de Aret. Inst.quib.mo.finit.tute. §. itē finitur. ꝙ licet veniat priuandus feudo, non tamen nocet successori: sed eo mortuo reuertitur ad successorem, quod etiam tenet glo.in c.1. §. fin. in tit.de capitulis.Corrad.

26 VIGESIMOQVINTO † quæritur, vtrum si vasallus committat crimen læsæ maiestatis contra principem, propter quod omnia eius bona publicantur, ad principem deuenient bona feudalia. Et dicit Gul. Dur. quod ad principem deueniet ius, quod in re competebat vasallo, id est, vtile domininm: directe vero apud immediatum dominum remanebit. Quia vero non decet principē pro feudo seruire per se vel substitutum, princeps recipiet pretium pro æstimatione utilis dominij: dominus vero immediatus recipiet partē aliā pretij pro dominio directo. ff. de le.2. l. qui solidum. §. 1. Fiscus enim potest vendere

dere rem, quam cum alio habere communē restituendo alteri pro rata pretij. C. de communi re.alie.l.2.

27 VIGESIMOSEXTO † quæritur, vtrum vno feudatario deficiente accrescat feudum alteri? Et dicit Pan.vbi sup quod non, nisi fuisset expressum. Vide Bar.in l.si mihi.ff.de verbo. obl. ¶Vigesimoseptimo quæritur, vtrū filius repudiata hæreditate possit feudum tenere? Et dicit Host.quod non. sed aut totum debet retinere, aut totum repudiare: nisi dominus eum tanquam de nudo beneficio inuestiat consentientibus agnatis, quo casu feudum retinet sine quocunque onere hæreditario. Dicuntur autem agnati, qui per virilem sexū descendunt: cognati vero qui per fœmineū. Possunt autem agnati retinere feudum hæreditate repudiata, vt in constitutione Federici, an agnatus vel filius defun.rep. hære. pos. feu.re.capite, si contingeret.

28 VIGESIMOOCTAVO † quæritur, vtrum vasallus inuito domino possit refutare feudū? Et dicit Io.de Imo.in c.1.de feu. quod non allegans gl.sing.in c.fi.de cap.qui cu.ven.& Panor.in d.c.1.& idem tenet gl.in c. quæ in ecclesiarum de const.Bar.vero in l.is cum quo. ff.de aqua plu.arc.& d.consil.44.& Iacob de Bel.in d.c.fin.concludunt, quod si est datum ad certum seruitium, non potest: si autem ad incertum, tunc potest antequam illud seruitium sit indictum: quia nondum est purificata obligatio, & facit in simili gl.in l.incola.ff. ad municip. nisi iurasset specificè non posse refutare.quod sec.Bald.in prælud.feu. Fallit si dominus esset in prælio, & tunc vellet refutare, quia dominus tunc sibi æquali vasallo prouidere non posset.argu.l. filiæ meæ. ff. sol.matr.quia cedere feudo, est quoddam diuortium, nec valet nisi consuli possit indemnitati domini.& hoc sequitur Summ.Angel. Hostiē.vero tenet indistinctè, quod refutare potest, & non tenebitur domino de seruitio. & hoc Arch.Summæ Pis.& Suppl.videtur verius, si loco & tempore repudiet, scilicet vt dominus suæ indemnitati consulat. alias nō, & hoc tene: quia feudum est principaliter in beneficium vasalli, vnde secundum eos, appellatur beneficium, & in pœnam eo vasallus priuatur, vel eius hæres: licet Panor.dicat hoc esse gratia vtriusque.

29 VIGESIMONONO † quæritur, vtrum ecclesia possit sine vsura feudū recipere in pignus & facere fructus suos? Et dicitur in cap.1. de feu.quod sic, dummodo interim nō recipiat seruitium a vasallo, quod quidem capitulum diuersi diuersimode intellexerunt. Nam gl. sentit hoc esse speciale in ecclesia, vt res illa citius ad ecclesiam veniret: nec habere locū in laico. Sed contra quia secūdum hoc illud, quod est contra ius naturale, s.vsura, ecclesia permittere: tum etiam quia textus dicit, declaramus vnde inducit ius nouum. Alij intelligunt in rusticis colentibus terras ecclesiæ impenso seruitio fructibus pęnè æquali. Sed contra, quia text. facit mentionem de seruitio, nec distinguit. Alij intelligunt quādo sic est conuentum, sed contra, quia non valet cōuentio, vt vsura soluatur. de iureiur.debitores. Alij vt Inn.& Gof.intelligunt, quādo feudum illicitè detinetur, nec recuperari pōt. Sed contra quia posset recipi seruitium vsq; ad restaurationem totius interesse præteriti: quod textus non admittit. Alij, vt Hostiēs.& Panor. intelligunt hoc procedere ex natura feudi: quæ est. vt dominium directum remaneat apud dominum, & vtile apud vasallum cum aliqua obligatione. aut seruitij, aut saltem fidelitatis: vnde dimissa obligatione de consensu ipsius vasalli consolidatur vtile dominium cum directo, & consequenter non percipit fructus ex aliena re, sed ex propria, quod tamen limita.vt §.sequ. Si autē interim dominus recipiat seruitium a vasallo tanquā ex debito, tenetur restituere fructus, nisi ꝓtestetur, arg.in l.2.C.de iu.do.impe. & in ca. cum M, de constit. Secus si ex liberalitate vasalli scientis se non teneri.

30 TRIGESIMO † quæritur, vtrum idem sit in emphyteusi? Et dicunt aliqui quod sic. Vnde Spec.in tit.de feud.dicit, quod feudum, & cōtractus emphyteuticus, & liuellarius sūt eiusdem naturæ, & ego dico, quod vbicunq; lex feudalis non est contra iuris naturalis aut ciuilis rationem, habet locum in emphyteusi: alias non, vt tenet Barto.in l. si mihi & Titio. ff.de verb.obl.& Bal.in c.1.de inuestitura, de re.alien.fac. Modo autē quando in re emphyteutica extant melioramenta: dico esse contra ius naturale si fructus eorum non cōputentur in sortem., vbi autem melioramenta nulla essent, nullus fructus esset cōputandus ex natura huius contractus, sicut de feudo dictum est. Licitum est ergo non cōputare fructus pignoris in feudo & emphyteusi, cōcurrentibus duobus. Primo, quod melioramenta non sint facta. Secūdo, ꝙ ista fuerint a causa libera: quasi domino esset exhibita quantitas pecuniæ, vel aliquid aliud pro his habendis

bendis non liceret, quando fructus disproportionarentur a seruitio, siue ab effectu. Et ita determinat, & tenet sum. Ange. in hoc casu, & in priore. Sed dicit Car. in d. ca. 1. & do. An. & communiter alij, quod dictum ca. non intelligitur in feudo franco & libero, sed in non libero, quæ opinio est vera, & sequēda, sicut & sequitur ibi Io. de Imo. & Bart. Nam si feudatarius aliquid soluit domino, vel exhibet, scilicet mensurabile pecunia, feudum est concessum titulo oneroso, ideoque si pignoraretur, dominus faciet fructus suos, nec poterit conqueri feudatarius tunc domino nihil reddens. secus si esset concessum sine onere, quia nihil penes vasallum corresponderet fructibus. Quia ergo vera est ista opinio, quam tamen dicta Summa reprobat: ideo limita tertio, quod feudum vel emphyteusis a causa libera sit onere, alias non facit dominus fructus suos.

31 Trigesimoprimo † quæritur, vtrū idem sit in vsufructuario, qui obligatur proprietario? Et dicit Hostiens. in Summa, quod sic, si habet a proprietario a causa libera, alias non, vbi fructus disproportionantur a seruitio.

DE FICTIONE.

Fictio iuris a præsumptione differt, quia fictio iuris semper est contra veritatem, vt in iure postliminij, &c. præsumptio vero cum veritate stare potest, sicut & sæpe stat. Ius enim fingit aliud quam sit, vt mulierem stipulatam, quę non est, l. vnica, C. de rei vxo. actio. &c.

DE FIDEICOMMISSIS.

1 *Fideicommissi definitio. Et quando fideicommissum esse aut legatum dicatur.*

2 *Fideicommissum duplex.*

1 Fideicommissvm † & donatio mortis causa legatorum appellatione continentur, ff. de leg. 3. l. & si fideicommissum illud legatum vel relictum, quod fide hæredis commissum est alicui ab eo dandum, cum testator dicit. Hæres fidei tuæ committo, vt des legata, & commissa. secundum Azo. in Sum. Vnde secundum Pan. in cap. Rayn. de test. legatum dicitur, quando dispositiones, vel testamenta conferuntur in legatarium: fidei vero commissum, cum quis capit de manu alterius: puta, relinquo tibi fundum, & volo, quod illud restituas Sempronio nam respectu tui est legatum: respectu vero Sempronij est fideicommissum: sic appellatum, quia fidei tuæ committitur.

2 Est † aūt duplex, s. generale, quo tota hæreditas venit restituēda, & particulare est quo restituenda veniunt certa particularia bona. Et olim quidē inuicem habuerūt differentias, commissa & legata: sed hodie non: sed oē legatum fideicommissum dici pōt, & econtra. Pro quo est tex. Insti. de leg. §. sed non vsq; & ipsorum eadem est natura, ff. de leg. 1. vbi dr̄, ꝙ per oīa æquata sunt legata fideicommissis: & in l. 1. ac 2. C. commun. de leg. Si qua tn̄ est differentia, vide gl. dictæ l. & si fideicommissam, & quod ibi no. Vnde proprie hodie fidei cōmissum dicitur legatum, vel hæreditas ita alicui commissa, vt alienari non possit, aut relinqui aliter, quam testator ordinauerit.

DE FIDEIVSSORE.

1 *Fideiussoris, qui a fide dictus est, appellatio generalis, vt quæ varias complectatur species, de quibus hic. Et idem fideiussionis concipiendæ formula. Et quod fideiussio non teneat, cum ei accedit, quod minimè subsistit.*

2 *Fideiubere quisnam possit. Et num mulier ex his sit, qui fideiubeant. Et quibus casibus id contingere queat. Et quid de clerico, num. seq. Item quid de religioso, num. 4.*

5 *Fideiussoris hæres, num vt fideiussor obligetur. Et an prælati successor, eius hæres censeatur.*

6 *Fideiussor si quem repræsentare promiserit an liberationem consequatur, si pro quo fideiussit fideiussione interposita capitale crimen commiserit cuius occasionis ad mortem damnatus sit, aut bannitus, & aufugerit.*

7 *Fideiussor rei decapitandi cui reus ipse assignatus fuerat si inde reus aufugiat, an sit decapitandus. Et ad hæc num quis fideiussor in causa criminali interponere possit, nu. seq.*

9 *Fideiussoris cum plures sunt in solidum, an debitum inter eos possit ac debeat diuidi. Et an præsente debitori principali, & indiscusso possit fideiussor ipse conueniri.*

10 *Creditor, num fideiussori soluenti, actiones suas credere teneatur. Et contra, an debitor fideiussori de omni damno satisfacere teneatur.*

11 *Fideiussor, num a debitore vsuras, quas creditori soluerit, repetere possit.*

12 *Fideiussor termino a creditore prorogato, num obligatus permaneat. Et ante solutionem num possit fideiussor contra debitorem agere, vt ipsum ab obligatione liberet, & id quot casibus.*

13 *Fideiussor pro rei dotalis, vel donationis propter nuptias alienatione, an matrimonio subsistente de euictione teneatur.*

14 *Fideiussor, num aliquid a debitore, sine vsura recēpere possit.*

FIDE-

1 FIDEIVSSOR † dictus eſt a fide & iubeo, quaſi iubēs,ſiue dicens ſuæ fidei ſtandum: vel quaſi iuſſus ſuam fidem interponere in aliquo negotio.& eſt qui alienam obligationem in ſuam recipit fidem,principali nihilominus manentē obligato.Inſti.eo.in princ. & ff.eo.l.1.& 2.Eſt autē fideiuſſor nomen generale,ſub ſe videlicet cōprehendens mandatorem,cōſtitutorē, & promiſſorem,propriè tñ hi differunt ad inuicem:quia mandator nunq̃ ſequitur,ſed ſemper præcedit obligationē. ff.manda.l.ſi verò non remunerandi.§.ſi poſt creditā,niſi in caſu,qui hr̃ in eo.§. cōſtitutor autem nō obligatur,niſi p̄cedat obligatio, q̃ in iuribus data ſit.ff.de conſtitu.pe.l.1.& 3.C. eo.l. 2. Promiſſor verò ex toto in ſe alienam obligationem transfert. Fideiuſſor aūt obligationē p̄cedit,& ſequit̃.Inſti.eod.§. fideiuſſor, & in auth. præſente,C.eo.& non trāsfert in ſe obligationem ex toto:ſed principali nō ſatisfaciente.Fideiuſſor autem in rem ſua dr̃, qui fideiubet pro re in cauſa, qua r̃es futura eſt eius.v.g.dedi procuratore ad defendendū in cauſſa mea: & fideiuſſi pro eo iudicatum ſolui,hoc caſu fideiuſſor in rem meam dicor: vt l.ſi defunctus,ff.de procur.Fideiuſſio vero 4 ita fit,vt ſi interrogetur fideiuſſor ſic,fide tua iubes,quod iſte debet: & ille rñdeat, fideiubeo.Inſt.eo.§.in ſtipulationibus hodie tamē ſecundum Hoſt.in Sum.eod. vulgares vtūtur hoc modo,es fideiuſſor pro tali, & promittis mihi pro eo:& ille reſpondit,ſic,vel promitto.Et non tenet fideiuſſio,quando eſt acceſſo 5 ria ei,quod non tenet gl.in c.grauis, de cenſibus,cum concordan.ibi poſitis.

2 PRIMO † vero quæritur quis poſſit fideiubere? Et dico, ꝙ quilibet habens adminiſtrationem ſuorum bonorum.¶ Scđò quæritur, 6 vtrum mulier poſſit fideiubere?Et dico quod non pro viro:& ſi fecit,non tenet ipſo iuri.n. ad ſenatuſc.Velle.l.2.in gl.nec pro altero,ſm qđ no.in l.quamuis.ff. ad Velleia. ſm tñ quod ibi diſtinguitur,ſunt ſex caſus, in quibus poteſt fideiubere.Primò qñ fideiubet de precio dādo,vt quis ſeruum manumitta.Scđo quando pro dote alicuius mulieris. Tertio,qñ renūciauit beneficio Velleiani certiorata de ipſo.Quartò qñ accepit preciū pro fideiubēdo vel aliquid loco precij.Quintò,qñ in fraudē 7 fideiuſſit,vt deciperet.Sextò,quando pignus vel fideiuſſorē pro alio dedit,& poſt bienniū a dicta cautione numerādum iterū ad idem ſe obligauit, vel pignus vel fideiuſſorem dedit, ſecus ſi intra bienniū cōſenſit:quia nō valet,

3 TERTIO † quæritur,vtrum clericus poſſit eſſe fideiuſſor?Et dico,ꝙ non pro laico, & ſi facit eſt abijciendus, ſ. ab eccleſia vel clero poſt debitam monitionem,vel a fideiuſſione, vt in c.1.de fideiu.quod quidē aliqui limitant in frequentia fideiuſſionis ꝑꝑ verbum inſeruiens,in d.c.poſitū,quod frequentiam notat, i.valde ſeruiēs,ſicut indifficile dr̃,i.valde difficile l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſth.Sed mihi videtur,ꝙ pro laico nullo modo debeat indifferenter fideiubere.11.qō.1.te quidem in tex,& in gl.ſed ſolum in caſu neceſſitatis, in quo ſicut obligatur ſubuenire indigenti.12. qu.1. videntes,ita & fideiubere,& hoc tenet glo.in c.te quidem,& in c.pen.eo.tit. Pro eccleſia aūt vel clerico fideiubere poteſt, vt in c.2.eo.tit.& in d.gl.in d.c.te quidem. Si tñ fideiuſſerit,tenet ſec.gl.extra eo.c.1. quæ allegat c.peruenit.& c.conſtitutus eo.ti. & idem Pan.in d.ca.1. ſed ſec.Hoſt. tenetur ſolum de patrimonio ſuo,vel de redditibus beneficij, quos ſuos facit, non autem in præiudicium eccleſiæ.Arch.autem in c. ſtatutum.de reſcr. lib.6.tenet,ꝙ nec etiam de fructibus beneficij,ſed communiter tenetur cum Hoſt.

QVARTO † quæritur, vtrū religioſus poſſit fideiubere?Et dico,ꝙ non:vt in c.pen. eo. tit.ét ſi eſſet abbas:niſi hoc fiat de licentia abbatis & aſſenſu maioris partis capituli,vt ibidem, ꝙ intelligo de aſſenſu explicito vel implicito,vt in re modica, de quo abbas diſponere poſſet ex tacito conſenſu capituli.

QVINTO † quæritur vtrum hæres fideiuſſoris obligetur vt fideiuſſor?Et dico,quod ſic l.poteſt accipi.ff.eo.ſed tñ intellige,quod ſucceſſor prælati nō eſt eius hæres,vnde nec ꝑ eo tenetur,arg.eorū,quæ dixit Ho.vt ſu.§. 3.

SEXTO † quæritur,vtrum fideiuſſor,qui ꝑmiſerat aliquem præſentare, liberetur ſi talis,pro quo fideiuſſit,poſt fideiuſſionem, cōmiſit capitale crimen, ꝑꝑ quod fuit condemnatus ad mortem,vel bānitus,& fugit?Et dico,ꝙ ſic,vt eſt caſus in l.ſed & ſi quis rel.ff.ſi quis caut.in prin.& no.in l.ſi deceſſerit, ff. q ſatiſdare cogan.& hoc verum eſt,niſi fideiuſſor eſſet in dolo vel lata culpa reſpectu maleficij poſtea perpetrari,quia in conſcientia teneretur ad reſtitutionem damni:aliàs non.

SEPTIMO † quæritur,vtrum fideiuſſor rei decapitandi,cui dictus reus fuerat aſſignatus & fugit,ſit ipſe decapitādus?Et dicit Cy.in l. ad commētarienſem.C.de cu.reo.& Bart. & tex.in l.ſi quis reū,ff.de cu.reo.ꝙ nō:ſed pecunialiter puniretur:quia nemo p̄t ſe obligare

ex cõtractu ad pænã capitalẽ: cum nemo ſit
dñs membrorũ ſuorũ.33.qu.5.ſi non licet, &
in l.liber homo.ff.ad l.Aqui.Si tñ fuerit in do
lo puniretur pœna arbitraria:vt no.in dictis
locis.& 25.q.5.cũ homo.in gl. Nec obſtat di-
cta l.ad commentarienſem : quia loquitur de
eo,qui hẽt cuſtodiã ex officio: qui punitur ea
pæna,qua puniendus erat incarceratus,ſi eſt
in dolo fugæ,vel negligẽtia nimia: vt ibi no.

8 OCTAVO † quæritur,vtrũ poſſit q̃s inter-
ponere fideiuſſorem in cã criminali? Et dicit
non oportet. Si vero aliquod horum defue-
rit, iniuſte exigitur.

10 PRO † quorum omnium notitia ſciendum
eſt, ꝙ Arch. ſic diſtinguit: huiuſcemodi one-
ra, aut accipiũtur a perſonis eccleſiaſticis: &
hoc licet quantum ad ea, quę deferunt cã ne-
gotiationis, vt no. Arch. per arg. a contrarijs,
de cenſi. q̃q̃. libr. 6. De quo tñ vide ſingularia
ſup. Excommunicatio. 8. excõicatione 21. &
quantum ad mercimonia aliena, quæ deferũt
nomine ſuo, dicentes eſſe ſua. Pro alijs autem
reb. ſiue ſuis, ſiue eccleſiarum ſuarum, nõ põt
hæc ab eis exigere princeps ſecularis, ſcd̃m
Hoſt. Recipiẽdo aũt per ſe, vel per alium, eſt
raptor obnoxius reſtitutioni, & excõicatus,
de cenſi. quãquã. lib. 6. Et ſi eſt collegiũ, eſt in
terdictũ, vt ibi: ipſæ verò pſonæ eccleſiaſticæ
hæc occultando per ſe, vel alios nõ peccant,
modo a mendacijs, & a ſcandalo caueãt. Aut
exiguntur a laicis, & tũc ſubdiſtinguendum
eſt, ſ. an pro mercimonijs, aut pro alijs rebus
ad vſum deputatis. Et quidem ſi pro merci-
monijs, aut eſt nouem, & non licet exigere,
niſi certum ſit, inſtitutũ eſſe a Principe: adde
vel habente iura principis, pp imminentem
neceſſitatem: alias exactor eſt raptor, & reſti
tutioni neceſſarię obnoxius, & excõicatus, ſe
cundũ Rayn. Si vero ſit nouum inſtitutum a
principe iuſta cã, vel antiquũ inſtitutum ab
his, qui potuerunt inſtituere, vel creditũ in-
ſtitutum eſſe a talib. quod rõnabiliter credi
poteſt, qñ non extat memoria in cõtrarium:
tũc ſi eſt, vel creditur iuſta de cã impoſitum,
& recipiens facit illud pp quod eſt impoſitũ
ſiue conſciæ ſcrupulo recipitur, ſm Rayn. e-
tiã ſi tunc non faceret expenſas, paratus face
re ſi oporteret ad tenendã patriam ſecutam,
Probatur hæc omnia, 24. q. 3. ſi quis Romipe
tas, & 12. q. 2. c. vobis autem, extra, de cenſib.
peruenit. de treug. & pa. innouamus, ff. de pu
bli. & vectig. l. vectigalia, ff. locati. l. ex condu
cto. Si vero non ſit inſtitutum a principe, vel
non faciat, id propter quod inſtitutum eſt, fa
ciendo quod in ſe eſt, ſecundum Rayn. licite
non recipitur, & tenetur reſtituere ſpoliatis,
vel pauperibus ſi alios ignorat, ſm Hoſt. ta-
men non tenetur reſtituere pedagium, niſi cõ
ſtaret, quod hac de cauſa inſtitutum eſſet: ta-
men ſi recipiens non defendit ſoluentem in
rebus & perſona, vt poteſt: tenetur ad ſatisfa
ctionem plenariam. 24. q. 2. dominus, & qu. 5.
adminiſtratores. hæc ex Archid. Adde autem
quod ſi exigit quis a clericis pro rebus ad vſũ
eorum deputatis illicite exigit, vt inf. §. ſequ.
Adde etiam, quod eo caſu, quo non ſit id, pp
quod guidagium inſtitutum eſt, ſecundum
Raynu. licite negatur: ſecundum alios debet
quis iudicem adire, quod Sum. Piſa. dicit tu-
tius, ſed primum eſt ante ſpoliationem, vel in
eius fieri: ſecundum vero poſt illam, quia non
debet quis ſibi reddere ius.

11 QVARTO † quæritur, a quib. p̃dicta exigen-
da ſunt? Et dico duo. ¶ Primum, ꝙ a Chriſtia
nis principib. exigi poſſunt ab omnibus exce
ptis clericis, eccleſijs, & eccleſiaſticis pſonis:
a quibus, qui exigit, eſt excõicatus, vt §. prio-
ri, in prin. de quo inf. Immunitas, §. 6. quod in
tellige niſi deferant aliqua negotiationis cau
ſa. ¶ Secundum. Principibus Saracenis ſolue-
re tenentur huiuſmodi onera Chriſtiani tran
ſeuntes per terras eorum tpe treuguæ, ſecun
dum Rayn. ſm pactum & ſtatutum, ſi ab eis
defenduntur a latronibus, & hmõi: & ſubtra-
hendo tenentur reſtituere: quia & fides hoſti
ſer-

ſeruanda eſt.22.q.4.innocens.23.q.1.noli. qđ
quidem dictum Verue. quantum ad pactum
indiſtinctè approbatũ,quantũ vero ad ſtatu-
tũ limitat verum de Saracenis, qui terrã ſuã
non tenent vt violenti poſſeſſores:quantum
aũt ad eos,qui vi occupauerunt terram, quæ
aliqñ fuit Chriſtianorum, cum ſint malæ fi-
dei poſſeſſores,nõ ligantur ad hæc Chriſtia-
ni niſi ſponte conſenſerint aliquando, aut ſe
ſubiecerint huiuſmodi ſtatutis. Tempore aũt
guerræ,ſm eundem Ray. aut quocunq; tem-
pore cum mercibus prohibitis non tenentur
ad pedagia. Hoſt. autem videtur indiſtinctè
tenere,ꝙ ad huiuſmodi non teneantur Chri
ſtiani,& hoc ſequitur Sum.Ang. & Roſ. quia
Chriſtiani non tenentur ad eorum ſtatuta.

12 Qvod † bene diceretur,ſi iſta onera debe
rentur ſolum ex ſtatuto, debentur autem le-
ge naturali: quia principes non debent ſuis
ſtipendijs limitare: ſtatuta autẽ determinant
quantitatem & modum ſoluendi. Vnde me-
lius dicit Suppl. dictũ Hoſt. intelligendũ ſm
diſt.Veruec.Subdit autem Sum. Ang. ꝙ Chri
ſtiani tenentur ſolum ad hoc, ꝙ ſubſtinentur
in tranſitu per eos,quod eſt falſum: quia na-
turali iure via publica omnibus eſt cõmunis.

13 Vnde † iuſtè Moyſes intulit bellum Og re
gi Baſan, quia tranſitum per viam publicam
negauit,vt patet Nume.21.

14 Qvinto † quæritur, de quibus iſta exigẽ
da ſunt? Et dico,quod pedagium ſec. Petr. de
Anch.in c.quanquam.de cenſi.lib.6. ſoluitur
quandoque ſolũ pro tranſitu perſonæ,vt Fer
rariæ, qñq; pro rebus, quas quis defert,non
vſus ſui cauſa.Sed intellige, quod primo ca-
ſu eſt propriè pedagium quod ſoluitur non
pro tranſitu, ſed in certis locis vbi fiunt ex-
penſæ pro tranſitu, in caſu vero ſecundo eſt
propriè guidagium,vel gabella. Sed confuſe
vtendo vocabulis dico, ꝙ hmõi onera ſolui
debent ſolum ꝓ perſona in loco iuſte conſti
tuto à principe,vel ſolũ ꝓ rebus,quæ nego-
tiationis, vel mercimonij cauſa deferuntur.
C.de Vect. l. oĩum. Vnde exigi non poſſunt
pro delatis ad vſum ſui,vel familiæ,nec con-
ſuetudo in contrarium valet:quia eſt irratio-
nabilis,ſec.Hoſt.& Ber.in d.ca. ſuper quibuſ-
dam. Quod verũ puta,vbi princeps hr̃e põt
ex mercibus ſtipendia honeſta: alias non vi-
deo quin poſſit conſuetudo eſſe rationabilis,
quod etiam Arch.ſentit, vt patebit ſtatim,
imo vult l.vniuerſi.C.eo.tit.ꝙ decapitentur,
qui de rebus ad proprium vſum, vel gratia
iuris colendi,vel ad ſe deſcẽdendum emptis,
aut delatis pedagium exigunt, vnde in his
fraudantes non peccant.

15 Sed † aduerte, qđ aliquando collecta, vel
tallia dicitur gabella. vel datium, & tunc de
prædictis exigi poteſt datium a ſubditis, ſed
non a forenſibus, & de hoc Archid. ſic dicit
ſummariè.2.par.tit.1.c.13.ſi pedagium, & ga-
bella ſumantur pro eodem. Contrarium ſer-
uatur de facto in ciuitatibus Tuſciæ, ideſt,
Florentiæ,& in alijs multis:quia de omnibus
prædictis exigitur gabella.

16 Civitas † autem habens poteſtatem le-
ges condendi,& imponendi collectas, & pe-
dagia,quod præſumendum eſt, ſi hoc faciat
ex antiquo more, cuius memoria non extat
in contrariũ, vr̃ poſſe imponere ſolutionem
dictarũ gabellarũ pro ſui adiutorio & defen
ſione:quia per ſtatutum ciuitatis imponun-
tur per modũ talliæ,vel collectæ pro expen-
ſis fiẽdis in cõitate. Licet .n. populus aliquis
generalẽ legẽ facere non poſſit, cum hoc ſit
Imperatoris,vt no.Inn.& Arch.diſt.2. c. lex.
põt tñ facere ſpecialem, & in hoc conſentit
princeps.ff.de iuſt. & iur. l. oẽs populi. & ſic
ſpecialem collectã põt imponere pro neceſ-
ſitatibus ſuis,etſi non generalem,vt exactio-
nem pedagiorum ſine licẽtia principis. Imò
per legem municipalem,quæ dicitur ſtatutũ,
vel apud quoſdam reformatio, derogatur le
gi cõi vt patet in materia dotium & ſucceſ-
ſionum & aliorum,ad quod facit regula,ge-
neri.de reg.iu.lib.6. etiam ſi gabella ſit idem
pedagio,vel collectæ,non obſtante prohibi-
tione legis cõis exigendi pedagia de victua-
libus,& hmõi,qñ lex municipalis:vel conſue
tudo præſcripta habeat cõtrariũ, quia cõſue
tudo rationabilis,& præſcripta,legem tollit.
de conſue.c.vlt.hæc autem non eſt irrationa
bilis,quia omnes ciues ſe,& ſua pro defenſio
ne patriæ debent exponere.

18 Vnde † hmõi gabellas tenentur homines
ſoluere,alias eſt furtum, & tenentur reſtitue
re cõitati,vel emẽtibus eas, niſi imponeren-
tur à dominis nõ legitimis, vel niſi fraudãtes
alijs impoſitionibus & alijs modis eſſent in-
debitè grauati nimis vltra proportionẽ, aut
iniuſte dãnificati a dnis, vel niſi eſſent gabel-
lę graues ſine neceſſitate,& vtilitate cõitatis
poſitæ,ſed ad nutriendã pompã aut auaritiã
aliquorũ principũ aut ciuiũ, hæc ex illo val-
de bene,ita tñ, ꝙ iſta nõ exigant a forenſib.

18 Tamen † qui contra conceſſionem Cæſa-
ream,ſcilicet quod de victualibus huiuſmodi
onera non ſoluantur, non poteſt ciuitas per

ſtatutū abrogare legē cõem in præiudicium tertij, etſi in præiudiciū ſuū quo ad particulares ciues, tñ quia forenſes non tenerentur ſe cõferre ad defenſionem ciuitatis, ſed ſolum ad expenſas viarū & ſecuritatis cõſeruandæ: ad quod vbi gabella mercium non ſufficeret, valeret conſuetudo, quod de vectigalibus ēt à forenſibus ſolueretur: quia ſic intendit legislator. Incolæ aūt, vt dictū eſt, bene tenentur de fructibus terrarum, quæ ſupponūtur ad ſuſtinēdum onera loci: & rō & interpres legum conſuetudo teſtatur, ſi qua aūt emerent, pari paſſu ambularēt cum forenſibus, niſi res emptæ obnoxiæ eſſent gabellæ nondum ſolutæ: quia tranſirent cum onere ſuo.

19 Sexto † quæritur, vtrum qui faciūt exigi pedagia, teneanē itinera conſeruare ſecura? Et dicit Bal. in li. de conſue. feu. ti. de his qui. feu. da. poſſunt in §. abbatiſſa, & in ti. de pa. iu. fir. §. conuenticulis, ꝙ ſic. Vnde addit, quod ſi ſunt aliquæ robariæ in eorum curia, territorio, vel diſtrictu ab eis poſſeſſo, vbi exigunt pedagia a tranſeuntibus, tenentur aut robariam reſtituere, aut malefactorē exhibere. l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. Et qđ teneantur ad reſtitutionē in integrū de ſpoliatione, intelligo verū, qñ ex defectu eorū venit, nō faciēdo qđ facere tenētur, ar. 23. q. 2. dñs, & q. 5. adminiſtratores, & C. de app. l. ſi appellationē, & cõſentit Hoſ. & Arc. in d. ca. ſi quis Romipetas, non tñ tenentur exactum in pedagio reſtituere, ſec. Hoſt. niſi vt dictum eſt.

20 Septimo † quæritur, vtrū exactores datiorum, vt qui ea emūt, teneantur ad reſtitutionem, dum exigunt in caſu illicito? Et dico quod ſic, ſi clare conſtet ea eſſe illicita, quia ad hoc p̄ſtant cām efficacē, & operantur efficaciter ad iniuſtā ſpoliationē. Si vero dubitatur an licita ſint, vel illicita: diſtinguendum eſt ſicut & de milite eunte ad bellum, quia ſi ad iſta exigēda à ſuperiorib. cõpelluntur, ꝑꝑ bonum obediētiæ excuſantur in iſto dubio: 23. q. 1. quid culpatur, quod Hoſt. verū putat, qñ quis quātum potuit inquiſiuit, & peritiores cõſuluit, & tñ ſemper dubius in ſe remanſit: alioquin tanquam ignorantiæ affectator, non excuſatur. Si vero non compellitur, ſed ſponte ſe ingerit emendo, vel aliter, non excuſatur, ſicut nec ſtipendiarij, ſm̄ Rodo. ſeu cognati, vel amici alicuius dñi iniuſte bellantis, cum non ſint ſubditi, nec excuſentur propter obedientiæ bonum: qui peccāt ſe diſcrimini exponētes in alterius p̄iudicium. Si autem expreſse ſint licita, nullus exigēs, peccat ſiue ſubditus, ſiue non ſubditus.

21 Octavo † quæritur vtrum fraudantes iuſta pedagia, vel gabellas, & hmõi, peccant & teneātur ad reſtitutionem? Et dico hic quęri de duobus. ſ. reſtitutione, & peccato. Quantum ad reſtitutionem dicunt cõiter Rayn. Piſa. Arch. Roſ. & omnes Summiſtæ in tit. Pedagium, & oēs doctores in d. ca. innouamus, & maxime Pano. ꝙ fraudantes iuſtas, gabellas tenentur ad reſtitutionem, etiam ſec. Hoſt. ſi princeps in inſtitutione earum cām non expreſſit, etiam ſecundum eū, ſi ille qui recipit, non facit illud, ꝓ quo præſumitur, ꝙ ſint cõceſſæ: dummodo non conſtet, quod propter illud fuerāt impoſitæ: ad pęnam aūt impoſitam non tenētur, niſi fuerint iudicialiter cõdemnati, & ſic communiter tranſeunt doctores. Quantum vero ad peccatum ſciendum eſt, quod ſecundum Hen. de Gan. quolibet. 3. q. 22. & quoſdam alios, in ſtatuto aliquando ſunt duo præcepta: vnum. ſ. obligans ad culpam, aliud ad pęnam, vt cum dicitur, ſtatuimus ne quis faciat tale quid: & qui fecerit, ſoluat talem pęnam aliquando vero eſt vnum: ſolum obligans ad pœnam: puta cum dicitur, ſtatuimus, vt qui fecerit tale quid, ſoluat talem pęnam. Igitur omnes doctores, ac Sūmiſtæ communiter tenent, quod eo modo quo dicti fraudantes tenentur ad reſtitutionem, etiam peccant. Summ. vero Angel. contra Roſ. & Suppl. primò innititur dicto fundamento Henrici tanquam vero. Secundo dicit non eſſe peccatum fraudare gabellas, vbi exactores non laborant pro communi vtilitate, ſcilicet viarum, pontium, rerum, pſonarum: pro loco & tempore iuxta ſuum poſſe, & intendit etiam ſi non conſtet gabellas ad hæc eſſe ordinatas. Tertio dicit non eſſe mortale eas fraudare, vbi prædicti laborant pro loco, & tempore: quia communiter ſic inſtituuntur, ſcilicet ſtatuimus, qđ quilibet ſoluat talem gabellam ſub pœna cadendi in commiſſum, ſi aliter inuentus fuerit: vnde illud ſtatutum non obligat ad mortale, non obſtante, ꝙ damnificentur emptores gabellarū, quia ita, & ſub iſta conditione emūt vt vigilent, aliàs ſibi imputetur. Sed contra illud fundamentum eſt: quia prior eſt intentio ſtatuentis, quam verba eius: quia autem mandat ſolui pœnam facienti aliquid, intendit, quòd illud non fiat, licet forte nō vtatur verbo prohibitiuo ne fiat.

22 Vnde † omne ſtatutum ſuperioris ligans ad pęnā, ligata ad culpā, inf. in obediētia. in fi. niſi.

nisi aliter cõstet de intentione statuentis: qđ non est in proposito: quia nulla lex dicit leges non ligare in foro consciæ, sed potius doctores dicunt oppositum, & istemet author, nisi in certis casib. de quib. inf. Lex. §. 9. Præterea & si verum esset fundm̄ Henrici, non iuuat in proposito: tum quia illud potest solum esse verum in his, quæ sunt de iure positiuo mere solutio aũt gabellarum ad sustentationem principum & boni cõis est de iure naturali: tum ẽt quia statuta ut frequentius mandat solutionem gabellarum, & pœnam non soluentibus statuunt. Contra sm̄: quia poneretur non liquidũ cõtra liquidũ, cum sit certum eo casu, quo iste subripit gabellã: & non sit certum, ꝙ sit instituta propter talem cãm. Contra tertium, quia oĩs subripiens aliquod notabile proximo cõtra eius volũtatẽ, qđ retinere non põt, mortaliter peccat: quia agit contra iustitiã per furtũ, vel rapinã; q̃ ãt gabellas fraudãt, ĩ isto casu restituere tenenẽ sm̄ omnes doctores, & etiam sm̄ iustum.

23 Nono † quæritur vtrum fraudantes iniusta pedagia, vel gabellas, peccent, & restituere teneãtur? Et dico quantũ ad restõnem, ꝙ non tenentur, sm̄ omnes doctores. quia stat æqualitas iustitiæ quæ tolleretur si restitueretur: quia datarius haberet plus debito, & alius minus. Dico ẽt sm̄ omnes, ꝙ non peccant, nisi ratione mendacij, aut periurij, vel scandali, & huiusmodi unde ratione scandali quilibet tenetur indistincte ad pedagia soluenda, vt patet de dicendis inf. Scandalum. §. 3. & 4. Et idem quantum ad restitutionem & peccatum dicendum est, quantum ad fraudãtes iustas gabellas. vbi non sit illud, propter quod certum est, & constat eas institutas fore, vel vbi nimis iniuste grauantur alijs impositionibus, vel ipsę gabellę sunt nimis graues, & cum hoc fine necessitate.

24 Et † similiter idem est, vbi quis est iniuste dãnificatus a principe. nec põt rehabere suũ: quia põt sibi satisfacere vsq; ad plenum, non obstante, ꝙ damna inferre vr̄ ementib. gabellas: tum quia eas emunt minori precio propter similes fraudes, quæ fiunt cõiter, tũ q̃a princeps non potest illis vendere meum: est autem meum ius retinendi mihi illud quod alias principi deberem, si ille mihi non dẽret.

25 † Decimo † quæritur, vtrum magnæ pœnæ, quæ aliqñ imponuntur fraudantibus gabellas licite exigantur? Et dicit Mon. ꝙ sic, quia huiusmodi statuta sunt facta pro cõi vtilitate. Vnde qui prædantur ea q̃ contra bannum & cõtra edictum Potestatis deferuntur restituere non tenenẽ: ita tñ, quod huiusmodi edictum Potestas fecerit cũ consilio regẽtiũ ciuitatẽ, & pro vtilitate cõi. Nã in talib. amittenti nõ cõpetit repetitio: & cõsequẽter accipiens reddere nõ tenetur: quia melior est cõditio possidẽtis, tñ quo ad Deũ melius facerent reddẽdo, ne ex auaritia fecisse uideanẽ.

26 Vndecimo † quæritur, utrũ oĩa sint applicanda fisco, cum deprehenduntur simul res licite, & illicite delatæ: puta si quis habita licentia conducendi decem equos, cõ ducat viginti, vel si exportabat de ciuitate uictualia ꝓhibita cũ alijs nõ prohibitis efferri? Et dicit Cy. in l. cũ ꝓponas. C. de nau. fœ. in addi. sec. Modernio. ꝙ nõ publicantur res licitæ ꝑ illicitas. Nec obstat d. l. cũ ꝓponas. quia ibi non venit publicatio merciũ licitarũ ex cõsequentia illicitarũ, sed ex cõsequentia delicti, cuius causa oĩa publicanẽ, & capite puniunẽ, ut C. q̃ res expor. non pos. per totum. Et idem tenet Bart. in l. cõitatem. §. dñs ff. de publi. Vbi etiam quærit quid iuris, posito ꝙ statuto caueatur, ut repertus aliquid portare cõtra decretũ ꝑdat illud, & animal portãs: & reperiẽ portare q̃dã licita, & q̃dã illicita. Et respondet recurrendum esse ad distinctionem d. §. dominus. s. an dominus animalis fuerit sciens uel ignorans. Dicit tamen in quibusdam ciuitatibus esse consuetudinem, ꝙ cuiuscunq; sit animal, perdatur, sed tamen dominus habebit regressum contra ducentem.

27 Duodecimo † quæritur, vtrum res illicitæ delatæ deprehensæ antequam veniatur ad locum, quem exire non licet, sint in casu confiscationis? Et dicit Cyn. in d. l. cum proponas quod non, quia redire poterat, & pœnitere, ut ff. de falsis. l. qui falsam.

28 Decimotertio † quæritur, vtrum emẽs, aut conducens uectigal, aut passagium, vel huiusmodi sub annua pẽsione, ꝑꝑ bella aut morbos superueniẽtes mereaẽ remissionẽ pẽsionis? Et dicit Franciscus de Aret. cons. 14. ꝙ in simplici cõductore nõ est dubiũ ꝙ sic. Sed latius hunc passum attingendo dicit, ꝙ aliqñ guerra impediẽs conductorẽ frui de re locata, contingit culpa locatoris, vel saltem fit ad iniuriã suam: & tunc non solũ tenetur remittere mercedẽ, sed est obligatus ad totale interesse conductoris. l. si merces. §. culpæ ꝙ ibi per Bar. ff. lo. & idẽ Bar. in l. cotẽ. §. qui maximos. ff. de pub. vbi tenet idẽ in venditore fructuum, q̃ casu est longe fortior nostro. Aliqñ vero locator vti non põt re locata ꝑꝑ guer-

rã,vel inimicitias ſurgentes culpa ſua, vel ad iniurias eius:& tunc non releuatur a ſolutione penſionis, vt probatur in d.§. culpæ. Aliquando vero nec primo, nec ſecũdo mõ eſt, ſed propter guerram factam ad iniuriã, vel offenſam tertij:& iſte eſt caſus noſter.in quo Cy.addit in l.ex conducto. §.1.ff.loc.notabiliter diſtinguit:quia aut tempore rei conductæ ſuberat guerra & timor iuſtus ĩ loco vbi res ſita eſt:tenetur conductor ſoluere pẽſionem,quia imputet ſibi,qui ſciens qualitatem rei,ac temporis conduxit,vt ait gl.in l.habitatores.in fi.locati. Aut non ſuberat: & tunc ſuperueniente guerra, & iuſto timore hoſtilitatis debet fieri remiſſio mercedis, vt dicit textus clarius in d.l.ex conducto.§.ſi uis ibi, incurſus hoſtium.& in l.ſi fundus.§.fi.ff.locati.& in l.item quæritur.§.exercitu.vbi eſt gl. ff.eo.Et hanc diſtinctionem ſequitur Bald. in l.ſi ea lege.C.de vſu.Et idem tenet Bar.in diſpenſatione,quæ incipit,publicanus quidem. Vbi concludit, ꝙ qñ quis emit, vel conducit vectgali pro annua penſione: quia iſta eſt locatio, quocũq; nomine baptizetur, propter guerreã debebit fieri remiſſio, ſi ex tali guerra impeditur conductor fruire locata, quod erat in caſu noſtro,ſi conductor probauit incurſiones hoſtium: & prædas factas in dictis locis:vel ꝙ loca ſint ita vicina hoſtibus,vt veriſimile ſit,ea hoſtes ĩuaſuros: Hic eſt enim iuſtus timor, de quo loquit̃ d.l. habitatores. Et hoc procedit ſine dubio in oĩ ſimplici locatione,quoniam propter ſterilitatẽ,& non propter emptionẽ fructuum ĩ locatione remiſſio fit mercedis,vt l.ſi vno.ff.locat. Sed in emphyteuſi, in qua non fit remiſſio propter ſterilitatem,ſed propter rei totius,aut maioris partis eius deperditionem, eſſet dubitandi rõne maior: & tamen in emphyteuſi communiter idem tenent doc. quod emphyteuta eſt impeditus bello,niſi quando ſoluit aliquid minimum ſolum in recognitionem dominij:vt ſup.Emphyteuſis.§.1.

29 Decimoqvarto †quæritur,qualiter circa huiuſmodi ſe debeant habere confeſſores? Et dico,ꝙ vbi certi ſunt de iuſtitia,non oportet dare doctrinam: in dubio vero ante factum ſuper prohibeant fraudationem gabellarum,ne fraudantes exponant diſcrimini:poſt factum autem non debent cogere ad reſtituendum: tum quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis: tum quia exponerent ſe periculo ſubripiendi ab iſto,qđ ſuum eſt: tuũ eſt tñ ad hoc hortari.

Rvrsvs de gabellis,& Exactionibus 3.quõ ad talias,& hniuſmodi.

1 *Gabella multa ſub ſe verbo differentia,re tamẽ eadem continet. Et inde tallia abſque imponi poſſit.*

2 *Tallia ab his, de quibus proxime, quanam imponẽ poſſint.*

3 *Dominus vltra conuentionis modum, quot caſibus ſubditis talliam indicere queat. Et quid de communitatibus, quæ huiuſmodi onera imponere poſſunt, quatenus ea imponere queant.*

Princeps ideo inſtitutio Deo ſunt, non ut ſibi proſint ſolum, ſeu potius vt populos ſubditos moderentur.

4 *Tallia, quando boni communis vtilitatem eſſe dicatur, vel quomodo dignoſcatur, an ſit ex iuſta cauſa inſtituta.*

5 *Tallia quando iuſtè exigantur. Et ſubinde quos modis imponi conſueuerunt.*

6 *Tallias exigentes, aut ſubditi eas non ſoluẽtes, quonam modo ad reſtitutionem teneri dicantur, ſeptẽ concluſionibus definit.*

7 *Domini, qui nihil præter tallias percipiunt an eas, & quas exigere poſſint. Et quid de dominis conſuetudinem allegantibus qui à ſubditis de mobilibus quicquid velint, accipiunt, ac expoliant, præſertim cum eos ad alium dominum tranſire velle ſuſpicantur.*

8 *Prælati, qui pro eo, quod aliquid legato, alijſve impendunt, a ſubdito amplius exigunt, quam impenderint, qualiter & ad quid teneantur.*

9 *Talliarum immunitas, num alicui concedi poſſit.*

10 *Dominus, an tallias, & cæteras huiuſmodi exactiones vendere poſſit.*

1 Gabella †rurſus quarto:& generaliter exactio ſub ſe cõtinet tallias, collectas, præſtantias,impoſitiones,& huiuſmodi:quæ nomine quidem diuerſa ſunt,re vero eadẽ. ¶ Primo ergo quærit̃, a quo poſſit tallia imponi? Et dico,vt ex Ric.2.diſ.44.q.3.ar.1. colligitur, qđ princeps ſolus põt talliã nouiter imponere, ꝓ boni cõis ꝓmotione,aut defenſione cõpẽſata ſubditorũ qualitate,& q̃titate,qñ eius facultates ad hoc nõ ſufficiunt: ff. de publ.& vecti.l.vectigalia. ſimiliter rex ſuperiorẽ nõ recognoſcens,& alij, ꝗ iura Imperij p̃ſcrip ſerunt:quia ſolus Princeps,aut ꝗ p̃ſcripſit iura Imperij,põt ſuꝑ tallijs. & exactionibus leges cõdere,vel cõcedere priuilegia.C.de vac.l.vni.& ff.de iur.ĩmu.l.ſemper, §.fil.alij aũt,licet hoc ſibi vſurpent, errãt: vt patet ꝑ id, quod legitur & notatur in ca. per venerabilem,qui filij ſint legiti.& ca.ſane.de priu.& no.Barto.in l.infamem.in fi.ff.de public.iud.& in l.hoſtes.ff.de capti.& in l.ſi publicanus.§. in omnibus vectigalibus. ff. de publi-

publici.Alij ergo hoc non pñt:nisi per legẽ ,
vel senatusconsultum,vel constitutionẽ prin
cipis eis concedatur.d.l.vnica. vel per cõces-
sionem à principe ex causa, & specialiter im
petratã.C.de superindi.l.vnica.lib. 10. & no.
Arch.in c.si quis Romipetas.24.qu.3.vel per
consuetudinẽ diutinã nõ violenter,sed spon
te ab oĩb. cõiter approbatam.C.de cano.lar-
gi.tit.l.præcepit.& C.de aur.cor.l.vna in fi.li.
10.quæ nihilominus consuetudo fit talis, de
cuius initio memoria non extet,vt in c.super
quibusdam.de verb.sig.Adde tu,vel per con-
cessionem Lateranen. concilij habeãt, quod
possint instituere pedagia:vt in d.ca.sup qui-
busdam,quia hoc fortius est,cũ omnes liget,
quam concedere talliam, quæ ligat solum in
colas regionis,vt dictum est in ti.priore.§.5.

2 SECVNDO † quæritur, q̃ talliæ à prædictis
possint imponi. Et dicit Ray. quod illam tal-
liam põt dominus imponere,vel exigere, de
qua secum,aut cũ suis antecessorib. conuene
runt subditi bona fide,& sponte,sicut fieri so
let cã mansi,aut villæ,qñ nouiter concedun-
tur,ꝙ aliquid datur, vel promittitur annuus
census,& hmõi, quia in rei suæ traditione qs
que,quam vult legem põt imponere de cõd.
app. verum.18.q.2 Eleuterius, nec scienti &
volenti infertur dolus.C.de transac. cum do
nationes,& pacta custodiri debent, de pact.
Antigonus. Si tamen in instrumento positũ
est indistinctè,quod soluet quæstam, vel tal-
liam,intelligitur, quod dñs debet eam mode
rari inspectis conditionibus,de censibus, cũ
apostolus.in fi.10.qu.3.ca.vlti.Imo secundum
Veruec.si dicatur, quod talliam dominus se-
cundum libitũ suum possit imponere,nihilo-
minus ad arbitrium boni moderanda est.

3 ADDE † autẽ S.Tho.ad decis. Braban.quod
potest dñs talliam imponere,etiam vltra cõ-
uentionẽ,in duobus casibus.Primo.s.quando
regulariter reditus eius non sufficiunt ad re-
gimen boni cõis, & decentem statum. Secun
do,qñ etiam non sufficiunt ex noua causa e-
mergente. Dicit enim, quod principes sunt
à Deo instituti,non vt quærũt propria lucra
sed communem vtilitatem populorum : vn-
de sunt eis reditus instituti, vt his viuens ces-
sent à spoliatione.Contingit aũt eos non ha
bere sufficientes reditus ad custodiẽdam ter-
ram,& expedienda illa,quæ illis rationabili-
ter imminent, quo casu iustum est subditos
exhibere,vnde possit cõis vtilitas procurari,
vnde alicubi ex antiqua consuetudine domi-
ni talliam subditis imponunt. quæ si non sit
immoderata,exigi potest absq; peccato:quia
nemo militat suis stipendijs, ſm Apostolum.
Vnde ipsi militantes cõicati,de cõibus bonis
viuere debent,vel per reditus deputatos, vel
si huiusmodi defuerunt,aut si fuerint insuffi-
cientes,qui sunt deputati per ea,quæ à singu
lis colliguntur. Et similis ratio videtur esse,
si quis casus nouiter emergat, in quo opor-
teat multa expendere pro vtilitate commu-
ni,vel honesto statu principis conseruando,
ad ꝙ proprij reditus non sufficiunt, vel exa-
ctiones consuetæ:puta,si hostes terram inua
dant,vel similis casus emergat,quia tunc pre
ter cõsuetam exactionem possent principes
aliquid exigere pro vtilitate cõi, hæc ex illo
de quibus sup.diffuse,Dominium. §. 5. Adde
ẽt,ꝙ cõmunitates, quæ hmõi onera possunt
imponere,licite imponunt talliam talẽ,qua-
lem exigit communis vtilitas,& subditi pos-
sunt exhibere:vt colligitur ex Ray.& Arch.
non autem vltra quàm requirat commune
bonum,vel subditi reddere possunt.

4 TERTIO † quærit,qñ tallia dicatur esse ad
vtilitatem boni cõmunis, vel cognoscatur,
ꝙ sit ex iusta causa instituta? Et quantum ad
primũ dico,ꝙ dupliciter,sec.Ric.vbi sup. est
ad bonum cõe:primo directè, quando impo
nitur pro defensione fidei,aut regni, vel pro
refectione pontium, viarum, & huiusmodi:
secundo verò indirectè:puta, quando frater
domini,aut filius est captiuus,aut aliqua ter-
ra capta, quia sic in subditorum bonum tal-
lia redundat, cum rex potentior reddatur,
vel cũ maritat filiam,vel hmõi, & de his sup.
Dominium. §. 5. Addit tamen idẽ primò vbi
suprà, quod expedito negotio si facultates
regis superabundat, & aliqua communitas
nimis grauatur,debet ei subuenire, sicut ca-
put membris. Addit secundo in 3. quolibet.
q.28.ꝙ licet nõ debeat subditos dominus tal
liare,qñ sufficiunt propriæ facultates,non tñ
dicendæ sunt sufficere, qñ nõ potest se defen
dere,aut procurare commune bonum,nisi se
ita depauperet, quod nihil sibi remaneat in
thesauro quo se iuuare posset, si iterum in-
tra breue tempus ab aduersarijs ĩuaderetur,
maximè si multos habet insidiatores, quia
tali neeessarius est thesaurus,eo quod aduer-
sarij hoc scientes magis illũ timent, & magis
pacifice viuit:licet melius esset hoĩum amo-
rem quẽ argentum,vel aurum thesaurizare.
Quantum verò ad secundum,secun. Veruec.
talia sciri potest ex iusta causa imposita per
instrã confecta,vel si ita seruatum est a tem-

pore, de quo non extat memoria: quia tunc præsumitur iusta causa.arg.12. di. illa. nisi sit violenta præsumptio in contrarium,sicut de præscriptione infra suo loco dicetur.§.4.

5 QVARTO † quærit,qñ iustè exigantur? Et dico, quòd Arch. de alijs loquens sic distinguit:Grauamina,quæ diuersis nominib. nuncupantur,aut imponuntur personis ecclesiasticis,vt clericis,religiosis,& hmõi: & sic sũt rapinæ,nisi interueniat authoritas sedis apostolicæ:& sunt excõicati exigentes,vel recipientes,& imponentes, nisi admoniti cessauerint,de im.ecc.c.aduersus:& decensi.c.quãquam.libr.6.Et hoc intellige etiam rõne domorũ,possessionũ, vel prædiorũ de im. eccl. quia nõnulli.libr.6. nisi prædia fuissent prius dictis exactionibus subiecta:quia tunc ad ecclesiã transeunt cum onere suo.s. si illud erat perpetuũ,immobile,& certũ de quo inf.Immunitas 1.§.pen.par. 3. Aut imponuntur laicis:& tunc imponuntur à non habentib. legitimũ dominium,& sunt rapinæ. Aut ab habẽtibus dñium legitimũ:& tũc aut pro iniustis causis:puta, pro faciendis, vel nutriendis bellis iniustis manifestè,vel ad ludũ,aut pompam vltra decentiã status,aut prodigè conuiuandũ, & hmõi: & tunc hmõi collectæ sunt rapinæ.Aut pro causis iustis: & tunc iterum pro maiori declaratione distinguẽdũ est. Nã aut populus,a quo exigitur, regitur p vnũ, & sic licitè talliã imponit eo modo, quo dictũ est eũ posse imponere.§.2.s. ex pacto, ex consuetudine,ex insufficientia redituum regulariter,vel ex noua causa.Aut regitur per plures: & tunc tribus modis tallia consueuit imponi,vt dictũ est sup.Gabella.1.§.2.Primo sic,vt deputati taxent ẽm vnumquemq. sciũt habere in bonis.Secundo vt taxant ẽm quod vnumquemque habere credũt.Tertio p schedulas,vt ibi patet.Quomodo aũt fit ibi industria,dicetur.§.seq.vbi de restitutione aget.

6 QVINTO † qritur circa tallias,qũo teneat quis ad restitutionem,tam ex parte agentiũ, quàm patientum? Et ex doctrina Arch. dico multa.¶ Primum. Quoties talliæ exiguntur illicitæ per coactionem ad restitutionem tenentur exigentes ad hoc, siue exigantur directè,siue indirectè:puta, nõ ministrando iustitiam,vel nõ defendendo subditos, vel insinuando se aliquid:velle exacti aũt non soluendo siue occultãdo bona non peccant,nec restituere tenent:mõ caueant à periurijs,mẽdaciis,& scãdalo,si inde ex non soluẽdo contingent.ar.11.q.4.inter cetera. Eo tamẽ casu quo illicitè quis exigit rõne finis:puta,ad luxuriã,vel põpã,non tenet restituere,si ea tñ exigere:quæ alias debita sunt statuto, vel antiqua rõnabili cõsuetndine:licet malè expendantur.Simi liter si subditi sponte hæc soluerent:quia scienti,& consentienti nõ fit iniuria neq; dolus de reg.iur.lib.6.Et ẽt casu quo quis illicitè exigit rõne iniusti dñij, tenetur ad restitutionũ deductis expẽsis factis in vtilitatẽ eorũ à quib. exegerunt.¶ Secundum. Quoties talliæ licitè exiguntur, toties subditi illicitè eas defraudant occultando bona sua vel aliter, & restituere tenentur his, q̃ dãna passi sunt, siue sint cõitas, siue ciues: aut pauperib. si isti ignorantur.Aliqua tamen circa hoc spãliter dicẽtur in seq. ¶ Tertium. Qñ talliæ exigunt per plures primo modo .s. vbi deputati exigunt quantum sciũt subditos habere proportionabiliter: qui ex certa scientia p̃p odiũ vel aliud imponit alicui vltra ratã eorũ,quæ inuẽtus est habere raptor: & tenetur de illo pluri,si effectus est sequutus nõ aũt si non sequitur, licèt peccet mortaliter. ar.22.qu.5.qui periurare.Et si oẽs vel maior pars in tali iniusta impositione conueniunt, quilibet grauans tenetur insolidũ de damno illato.de iniu.& dam.da.si culpa.Si autem minus debito imponunt scienter, vel ẽt ex dissimulatione vel negligentia notabili,non quęrunt diligenter de quantitate substantiæ eorũ, quibus imponitur,peccãt mortaliter:sed cõitati quidẽ non tenent, quia & si semel nõ exigit necessaria, iterum talliam imponent: sed nec ei,qui indebite alleuiatus est quinimo potius ipse tenetur illis in eo quod satisfacerent pro eo:vnde magis tenentur his, quibus iterũ vel pluries imponit. Verũ quia difficile est inuenire quib. & quantum teneantur, vr̃ dicendum,sec. Arch. q̃ ad arbitrium boni viri pauperib. erogent, præcipuè his, qui sunt de numero nimis aggrauatorum.Si autẽ debite tallient vel imponant:ciues bona mobilia vel immobilia occultantes aut fingentes ea minus valere,aut se hr̃e debita, vt eis minus imponantur,sunt fures: & tenent cõitati,nisi probabiliter scirent, quasi oẽs similiter bonorum suorum partem occultare,quo casu,ẽm eundem, vr̃ excusari, quia ex manifestatione nimis grauarentur. ¶ Quartũ. Qñ vero exiguntur talliæ per plures secũdò modo,s.vbi deputati exigunt quantum credunt subditos habere proportionabiliter, tunc si ex certa scientia alicui plus debito imponũt vt aggrauent illum,vel alium alleuient,peccant

cant mortaliter, & oẽs hoc facientes tenẽtur læsis. de dãno. ar. de iniu. & dam. de ca. si culpa. Si verò hoc faciunt ex errore probabili, vñr sec. Arc. excusari à peccato & obligatione satisfaciendi, modo non moueanť leuibus probationibus & tumoribus ac suspicionib. hoĩum præcipuè maleuolorum, sed probabilibus & vrgentib. rationibus facta debita diligentia, aliàs. s. grauando ex ignorantia crassa tenerentur d. ca. si culpa in qua etiam fama & conuersatio eius, cui imponitur, consideranda sunt, quæ ẽm cõem opinio. sunt laudabilia, tutius est illi credere, quã propria opinione moueri, quia humanum iudicium sæpe fallitur. de sen. exc. à nobis. ¶ Quintũ. Qñ verò exiguntur talliæ per plures tertiò modo. vt. s. deputati per schedulas imponant, si post sufficientem diligentiam bona fide imponunt, quantum credunt deberi, excusanť a peccato, si plus imponunt, arg. 23. q. 5. de occidendis, sed si intendunt notabiliter alios grauare, & se ac suos amicos alleuiare, mortaliter peccant in singulis impositionib. talib. singulorũ hoĩum. d. c. si culpa. Et si oẽs in hoc conueniunt contradicentes sibi, quilibet teneť læsis insolidum de cõi damno & interesse, nisi postea ex aggrauarentur, vt patet per dicta B. Th. & aliorum in 4. dist. 15. de cooperantibus ad rapinam, & damnum. Si verò quilibet seorsum sic imponit, difficile est scire quis ex sic imponentibus teneatur, cum bene scire non possit quæ sit maior vel minor schedula, quæ obijcitur, vel media quæ operatur obligari tñ vř sec. Arch. siue operetur eorũ scriptura, siue non, ꝓꝑ affectum intentionis cum opere subsecuto ar. de big. debitum, tum ẽt quia illi aliquo modo cooperantur & assentiunt damno. 2. q. 1. notum, tum ẽt quia in dubio. via tutior est eligenda. de spon. iuuenis, Qui verò imponit vt sibi vř, post diligentiam in nullo teneri vř, siue operetur sua scriptura, siue non. Qui aũt manus debito imponunt, tenentur inde nimis grauatis: nisi fortè ideo facerent, quia nimis aliàs fuerant grauati. Et si in aggrauatione aut alleuiatione iniusta valde incertum est quantum inde sequatur damnum, tenentur ad arbitrium inde viri, vel saltẽ ad petendam remissionẽ à lęsis, si spõte hri põt. Occultãtes verò bona merito de nimia aggrauatione dubitantes, vñr posse excusari, ẽm eũdẽ, ex quo cum multa iniustitia imponunť, semꝑ tñ vitando mendacia. 22. qu. 3. c. 1. ¶ Sextum. Quia verò publicatis tallijs multæ reperiunť enormes, & sequunť multæ quærelæ, rationabiliter eliguntur ex grauatores, de quib. idẽ multa dicit scd̃a parte. tit. 1. c. 14. §. 6. quæ omnia patent ex dictis.

7 Sexto † quæriť, quid de quibusdã dominis, qui nihil percipiũt nisi tallias? Et dico sec. Rayn. ꝙ si tallia est antiqua, & creditur probabiliter ex iusta causa imposita, exigi potest ita tñ quod ipse dominus impleat si quid ex illa causa implere tenetur. Si verò est noua, & iusta causa nescitur, non debet exigere, & si receperit, dẽt restituere. 14. q. 5. si res, & cõcordant Vltramontani. ¶ Septimò quæritur qd de dominis, qui allegantes consuetudinẽ, accipiunt à subditis de mobilib. suis ꝗcquid volunt & ꝑcipuè expoliant eos, qñ suspicantur ꝙ transire velint ad alium? Et dicit Monaldus, ꝙ si certum est tale onus à principio sine fraude & malitia fuisse impositum, tolerari possunt. Si verò non est certum, aut non verisimiliter hoc creditur, restituere teneñť: in dubio tamen ex quo ab ecclesia toleranť, non esset absolutio deneganda simpliciter, sed dubitatione præstanda. Et concordant Veru. & Vltramontani: qui etiam dicit, quod res eorum qui merè sunt serui, sunt dominorum, peccat tamen dominus si nimis seruum grauet, licet restituere non teneatur.

8 Octavo † quæritur, quid de prælatis, qui pro eo quòd impediunt aliquid legato, vel alijs maioribus, à subditis plus exigunt, quã impenderũt? Et dico, ꝙ tenẽtur extorta restituere, & de suo tantundem pauperib. erogare: & si superior, cui de hoc querela fit, negligẽs fuerit, canonicæ subiaceat vltioni. de immunitate ecclesiarum. c. quia plerique.

9 Nono † quæriť, vtrum alicui concedi possit immunitas talliarum? Et dicit Pan. in cap. peruenit de imm. eccl. ꝙ sic à principe, & ꝓprio motu, nõ aũt ad preces, nisi ponatur in priuilegio clausula, non obstante l. fina. C. si contra ius vel publicam vtilitatem, quia cum sit cõtra publicam vtilitatem, oportet de ea fieri mentionem, vt no. Bar. in l. vacuatis. C. de decurionib. & in d. l. fi. & facit c. ex parte, de capellis monachorum. Ab inferiorib. autem alijs concedi põt, sed cõitas grauari non dẽt, sed summa minuetur, puta si dabantur centum, & vnus eximitur qui dabat decem, non ꝑstabit cõitas nisi 90. aliàs in præiudicium cõtatis concedere non pñt. Similiter ꝑfati inferiores & cõmunitates concedere possent nõ subditis suis immunitatem hanc licet nõ habeant iura Imperij, vt veniant ad habitãdum in eorum terris, sicut quotidie fit medicis, do-

ctorib. & huiusmodi:sed non tam subditis,nisi in præiudicium concedentis solum.

10 DECIMO † quæritur,vtrum dñs vendere possit tallias & alias exactiones? Et scripsit S.Thom.ad ducissam Braban. quòd cum suis officialibus nihil committeret nisi temporalis officij potestatem,licebat ei huiusmodi officia vendere, dum tñ venderetur his, qui ad ea præsumeretur vtiles,& non tanto precio quin recuperare possent sine grauamine subditorum.Sed tamen,inquit,talis venditio nõ vr̃ expedire,q̃a habiliores & meliores emere illa nequeũt ꝑꝑ paupertatem,aut nolunt, quia nõ ambiunt:& consequenter vt in pluribus ea emunt,qui sunt peiores, & subditorũ oppressores. Vnde magis expedit, vt ad illa boni & idonei eligantur: & si necesse fuerit, cõpellantur:quia ꝑ illorũ bonitatẽ & industriã magis accrescit dominis & subditis, q̃ de prædicta vẽditione,hæc ex illo Supple. aũt dicit clarum esse, ꝙ prohibita sit officiorũ venditio. C.ad l.Iul.rep.l.fi. sed cum illa l. videatur cõtraria.l.1.ff.de pol.gl.soluit, quia pro his non põt dari pecunia secrete, publicè vero secus.& de hoc sup.Dignitas.

RVRSVS de gabellis & exactionibus 5. quo ad angarias & munera.

1 Gabella sub munere quo modo contineatur.
2 Munus prout est de genere doni,quotuplex est.
3 Muneribus a manu, & absequio, & lingua, num fidem aut religionem pertrahere liceat. Munera ex pacto dari non debent, vt fides recipiatur, sed dari possunt alicui vt velit baptizari.
4 Munus prout ad exactionem refertur,quotuplex sit.
5 Cæcus ad munera num teneatur.
Miserabiles personæ de quibus rebus aut terris censum aut tributum soluere teneantur.

1 GABELLA † rursus quinto & generaliter exactio sub se continet angarias & perãgarias:de quibus satis sup. Gabella primò,dictum est. §.6. Continetur verò sub munere tertio modo dicto,quòd.s.est illud quod necessario subimus lege vel imperio.ff.de verb. sig. munus. secundum vero, quod munus est in genere doni per se vel reductiuè, ad gen⁹ exactionis omnino non pertinet.

2 PRIMO † verò quæritur quotuplex est munus de genere doni? Et dico ẜm Grego.super illud Isa. 33. ab omni munere. quod est triplex.s.à manu, & hoc est pecunia, cuius nomine intelligitur omnis res temporalis, mobilis,& immobilis.1.q.3.per totum.Ab obsequio:quod est seruitus indebitè. i.non ex debito impẽsa. Et a lingua, & istud est fauor.1. q.1.sũt nõnulli.de q̃b.ẽt vide inf. Simo.§.16.

3 SECVNDO † verò quæritur,vtrum liceat per munera prædicta trahere ad fidem vel religionem? Et de religione quidẽ inf.Religio.2 §.2.De fide aũt dicit Ray.ꝙ sic.arg.23.q.4.debet homo.& q.7.c.quod autẽ,dis.46.qui syncera. & per promissiones & grauiores exactiones pensionum in prin.locationes,nõ autem post.23.q.iam verò.Sed Veru.vt reor,simoniam verius limitat prædicta,quod ñ sunt danda munera propter fidem recipiendã ex pacto, sed dari possunt vel promitti si vellẽt baptizari, nisi timerent paupertatem inter Christianos. Item propter beneuolentiam captandã, vt sic facilius conuertantur,ad qđ facit inf.Iudæus.§.6.Sed ego dico,ꝙ dari possunt indistincte ẽt ex pacto:sicut & sancti aliquando gratia fidei promiserunt sanitates: nec est de simonia periculũ, quia promittẽs hic nõ accipit fidẽ, sed infidelis vtrũ aũt iudici liceat accipere a ꝑtib. munera. ĩf.Iudex 8.

4 TERTIO † quæro, quot modis accipitur, vel quomodo diuiditur munus,quod est genus exactionis? Et dico quod est triplex.s.mere ꝑsonale, mere reale seu patrimoniale, & mixtum,vt dictũ est sup.Gabella.1.§.7. Personale autẽ est triplex.s.sordidum,quod consistit in vilibus officijs: vt in arena fodienda, calce coquenda,& huiusmodi.C.de exc.mune.l.maximarũ. Honestum cũ honore.s.annexo. & talia munera appellãtur honores in l.cui muneris.ff.de mune.& ho.& ista sunt officia vel dignitates publicæ. C. de mune.l.vnica. Ex simplex solum, qđ põt dici neutrũ, quia.s.nec honores nec vtilitatem habet annexam,vt est tutela,cura,& huiusmodi.ff.de excu.tuto. Et in eis agnoscendis talis regula dari potest.ẜm Bar.in d.l.vnica. quia sicut est honor quod reputatur honor in loco,vt no. Inn.in c.de multa.de præben.ita illud est vile quod reputatur vile, & habet officia vilia. Siue aũt dicta munera sint realia, siue personalia, dicuntur aliq̃ñ ordinaria, q̃ñ.s.habent certam & ordinariã præstationem per aliq̃ legem vel daturum seu longã cõsuetudinẽ. ff.de vaca.& excusat.mune.l.in honoribus.§. qui muneris publici.Aliquando extraordinaria,quando.s.non per legẽ aut statutũ vel lõgam consuetudinem imponuntur,sed ẜm dominorum voluntatem,vt notat Bar. & patet in l.C. de vaca.pub.mun. vnde ista per accidens imponuntur. Aliquando dicuntur indicta:vt q̃ñ princeps imponit aliqđ munus per legem vel statutũ, q̃ñ principio erat extraor

dinarium

dinarium, sed nunc efficitur ordinarius. Aliquando superindicta: vt quando super ordinarium aliquid imponit propter necessitatẽ occurrentem. facit l. vnica. C. de super in dic. Quando autem hæc munera indicantur vel imponantur. inf. Immunitas. §. 5. partic. 2.

5 QVARTO † quæritur, vtrum cæcus teneatur ad munera? Et dico, ꝙ ad ꝑsonales collectas cogi non debet. de censi. licet. quod Inn. intelligit de personalibus tantum, non de realib. Sed Host. intelligit generaliter de collectis, quæ fiunt in terra, vt fodrum, albergarium, & similia: quia putat quòd tales personæ miserabiles debeant esse immunes etiam a realibus extraordinarijs. arg. 89. dist. indicatum. non autem a realibus ordinarijs. Fatetur tamen, quòd si tenent terram cẽsualem vel tributariam, debent soluere tributum vel censum. 16. q. 1. si quis. Sed ego puto in realibus extraordinarijs standum esse arbitrio iudicis: quia ita possent esse diuites quòd facile soluere possent: vnde tenentur ad reales ordinarias semper, ad personales numquam ad extraordinarias reales aliquando. Et idem est de laborantes perpetuo modo. vide Pan. de censi. licet. De hac materia, & generaliter de actionibus habes inf. Priuilegium. §. 1. & 9. & inf. Immunitates. §. 4. & 5.

DE GENERALI.

1 *Generale cur quid dicatur. Et Generalem clausulã omnia contin[e]re. Et qualiter id limitetur.*

2 *Generali an per speciale derogetur. Et in generali mandato multa inesse, quę tamen non intelliguntur, nisi exprimantur.*

3 *Generali locutione loquentis personam non comprehendi. Et id qualiter limitetur.*

Persona loquens quo casu a generali locutione excipiatur.

1 GENERALE † dicitur aliquid a genere, qa fit multis cõmune. Vnde generalis clausula continet omnia, & hoc nisi contraria mens appareat testatoris. ff. de penu. legata. l. qui penum. & ff. de pec. l. qui peculij. ff. de inoff. testam. l. si quando. in glos. quia non videtur quis generaliter. i. in concessione generali concedere, quod specialiter non est concessurus. C. quæ res pig. obl. poss. l. 1. in gloss. nec etiam maiora expressis nisi specialiter committantur. ff. de procu. l. Pomponius. in prin. & l. mandato.

2 GENERALI † quoque per speciale proculdubio derogatur, de rescr. pastoralis. In generali etiam mandato, multa sunt, quæ nõ intelliguntur, nisi exprimantur. de of. le. c. 1. in gl.

3 IN † generali etiam locutione persona loquens, intelligitur excepta, de iureiu. petitio. in gl. cum conc. ibi positis. Vñ si promisi tibi aliquid contra omnem hominem: contra me dare non teneor. quod vtiq; est verum regulariter. Fallit autem vbi præcessit obligatio, vel pactum inducens æquitatem quandamque etiam personam loquentem includat. & de hoc 22. q. 5. de forma.

Vide etiam supra Clausula.

GLADIVS nõ reddẽdus furioso effecto, etiam si quis iurasset. 22. q. 2. ne quis arbitretur. & facit ad probandum, quod ex iuramento, aut voto non tenetur homo, quando venit ad eum casum, in quo nullo modo iurasset, vel iurare non potuisset.

¶GLORIA vana, infra. Vana gloria.

De gratia Dei, & hominum.

1 *Gratia siue ad Deum referatur siue ad hominem quot modis dicatur, ac quotuplex sit.*

2 *Gratia omnis in iure, quot modis assumatur.*

3 *Gratia per summum Pontificẽ facta, an eius morte etiam re integra expiret. Et quid de concessione alicui indulta de aliquo faciendo si ante mortem ipsius indulgentis, & dispensantis non id fecerit.*

4 *Gratia concessa si reuocetur, an ante de ipsa reuocatione certificationem expiret.*

5 *Prelatus predicatorum, si summi Pontificis authoritate cum fratre dispensauit, vt illegitimus prelatus fieri possit, & re integra, & Papa, & is, qui dispensauit, decesserunt, an dispensatio duret.*

6 *Potestas dispẽsandi generaliter concessa cum sacerdotum filijs, an si sit dispensatum cum vno, morte concedentis, quo ad alios huiusmodi ptãs expiret.*

7 *Gratia immunitatis alicui ob numerum liberorũ cõcessa, an si qui de numero perierit, desinat gratia.*

8 *Bannitus propter delictum cuius occasione bona confiscata sunt, an si a domino in gratiam recipiatur eo ipso ad bona sit restitutus, & culpa remissa.*

1 GRATIA † ſm S. Tho. 2. 2. qõ. 26. arti. 1. dr̃ dupliciter. Primo acceptatio amoris, seu ad amorem, sicut dicitur quis habere gratiam meam, quia est mihi dilectus, & secundo gratuitum donum, quod ex amore tribuitur, sicut dicimus, fac mihi gratiã istam, vel illam. Adde tertio ex 1. 2. q. 110. ar. 1. & dr̃ tertio recompensatio pro dono, ſm quod benefactori dicimur agere gratias, vel ei esse grati. Igitur gratia hominis tripliciter, scilicet amor, donum & recompensatio. Gratia vero Dei, qui scilicet nulli recompẽsare potest, cum à nullo recipiat donum, dicitur dupliciter tantũ: primo ipse amor æternus, seu æterna voluntas, qua homines diliget: & secundo ipsum

ipsum donum, qđ homini largitur, maxime quo ad animā. Et hæc secunda gratia est duplex, s. gratis data, ad quā reducitur omnis ef fectus gratiæ talis, vt prophetia, & similia dona, quæ stant cum peccato mortali: & gratum faciens, quæ est qualitas in essentia animæ dans esse diuinum; ad quam reducantur oēs eius effectus. Quid aūt sit hæc gratia, & quomodo a charitate differat: & quæ pertinent ad illam, non sunt hic pertractanda, sed vide Theologos in 2. dist. 27. & 28.

2 PRIMO † verò quæritur, quot modis gratia hominis, de qua loquimur, accipiatur in iure? Et dico, quod tribus, iuxta prædicta. Primò. s. ꝑ amore: sicut in literis papalibus frequēter mentio fit de his, qui gratiā hñt sedis apostolicę. Scđò, pro dono aliquo: puta concessione beneficij, seu alicuius indulgentiæ, vel authoritatis, sicut ī cle. gratiæ. de rescrip. & quod hř in regula, quod ob gratiam lib. 6. Tertio pro recōpēsatione, vt quoties de gratitudine, vel ingratitudine mētio fit. Sed intellige quando quis ad illud beneficiū faciendū non est obligatus: quia faciens id ad quod naturali ratione obligatus est, non facit gratiā vt no. Bar. in c. 1. hæc sacra. de pace iur. fir. & facit ille tex. ꝑ eo. & l. Titius, ff. de obseq. pat. Quarto sumitur improprie gratia pro causa finali, sicut dicitur medicina sumi gratia sanitatis: & sic sumitur in c. 1. de commo.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum gratia ꝑ summum Pontificem facta eius morte expiret ēt re integra? Et distinguo: quia si nōdum erat, facta, sed fienda, re integra morte expirat. đ præb. si cui. li. 6. iuncta gl. Secus si erat iam facta & perfectæ concessa. & de hoc est casus in c. si super. de offi. dele. li. 6. Vnde licet quidā distinguant dicentes expirare gratiā morte Pontificis, si habet iurisdictionem annexā, & sit solo verbo concessa: non aūt si non hēt iurisdictionem, ēt si sit solo verbo concessa: tñ Io. Andr. in prolog. super 6. in noue. tenet simpliciter, ꝙ nō expirant, ēt concessa solo verbo. Et idem tenet Arch. ibidem. & est verius per cle. dudum. de sepul. Idem dic qñ Papa cōcedit alicui, vt dispenset cum tali, licet non dispensauerit ante mortem concedentis secundum Fed. consi. 78. Pariformiter dic de eo, cum quo dispensatum est super aliquo faciendo: quia licet nō fecerit ante mortem dispēsantis, nihilominus poterit facere post mortem dispensantis puta, cōtrahere, vel ordinari. de præbēd. si cui, li. 6. Similiter secūdū Io. And. & sequitur Do. Ant. in cap. ex tua. de fi. presb. perpetuatur authoritas dispensandi concessa alicui generaliter a Papa per viam gratiæ per vnam dispensationem factam in vita concedentis: secus autem si fuisset facta per viam commissionis: quia nisi fecerit actū communem dispensationis: puta, edictum cōmune, vel simile, sic expirat quo ad filios, cū quibus non dispensauit.

4 PLVS † etiam dico, ꝙ quando gratia concessa reuocatur, non expirat ante certificationem de reuocatione, nisi qñ Papa expresse vellet statim non valere, ſm Gem. in ca. 1. de concess. præb. lib. 6. quo casu intelligo, quòd non valeret in foro causarum saltem.

5 EX † his patet primò, ꝙ si prælatus in ordine Prædicatorum auctoritate summi Pōtificis dispensauit cum fratre, vt illegitimus posse fieri prælatus: & in re integra, i. anteꝗ ille frater eligeretur in prælatum, mortuus est Papa, & is qui disponsauit, durat illa dispensatio: nec expirat mortuo Papa, & viuēte magistro, de quo esset casus ī d. c. si. cui, & c. si super, nec etiā re integra mortuo magistro ꝑꝑ prædicta, & quia dispensatio semel canonice facta, ex superuenienti facto nō retractatur. Casus est de fil. ꝑsb. ex tua. hæc Fed. ī d. cons.

6 PATET † scđò ad quæst. quam in d. c. ex tua. mouet D. Ant. an concessa generaliter potestate dispensandi cum filijs sacerdotū, si contingat dispensasse quo ad vnum, an quo ad alios expiret potestas morte cocedētis, aut sit perpetua, quia Spec. in ti. de leg. §. videndum. dicit se obtinuisse, ꝙ non est perpetua qđ, ſm Io. Andr. procedit per viam cōmissionis, non per viam gratiæ. & adhuc per viā commissionis distingui posset, an is, cui facta est commissio fecerit actum communem omni dispensationi, & durat potestas. an solum specialem, quo ad dispensationem iam factam: & procedit dictū Spec. Et hæc patent ex no. in cap. licet. de offi. dele. Patet tertio, ꝙ gratia cōcessa authoritate Papæ durat mortuo Papa, & concedente, vel a suo officio amoto.

7 TERTIO † quæritur, vtrum gratia immunitatis alicui data, propter numerum filiorum duret, licet aliqui de numero eorum perierint? Et dicit Ioann. And. in reg. decet. lib. 6. in mer. per multos, & solemnes Docto. in facto consultum, quod durat.

8 QVARTO † quæritur, vtrum bannitus propter delictum, cuius occasione bona sunt cōfiscata, si a dño recipiatur ad gratiā, eo ipso sit restitutus ad bona, & culpa remissa? Et tenēt quidā, ꝙ sic, per tex. in l. j. §. fi. ff. de quæst.

vbi dicit Bart. ꝙ qñcunq; recipitur ad gratiã principis, vr̃ restitutus. & idẽ vr̃ sensisse in l. fi. de cẽsi. pas. Sed Sal. in d. l. fi. damnat dictum Bar. & dicit cum Cy. ibidem, quod non restituitur. & magis placet, per tex. in tit. de pace Constã in prin. in verbo, ad plenitudinem nostræ gratiæ receptus. Vbi dicit Bal. ꝙ qñ quis recipitur ad plenitudinem gratiæ, remittuntur culpæ, & restituuntur fauores: & consequenter quando solũ simpliciter ad gratiam recipitur, nõ restituitur, & merito. Facit etiã quia rescripta fisco damnosa in dubio restringenda sunt ad minus p̃iudiciũ. arg. l. si qñ. C. de ope. publi. & restitutio principis non trahitur retro cõtra ius q̃sitũ alteri, vt tenet Ang. & Im. in l. Gallus. ff. de libe. & posth. Et Barto. intelligendus est quãdo faciens gratiã mãdat sñiam, vel bannũ cancellari in suum præiudicium solum: quia adducit. §. fin. præiudicium. qđ no. & vide sup. Damnatus §. 1. Vtrum aũt gratia cõcessa per inferiorem Papa morte expiret, vide inf. Indulgentia. §. 5. parri. 6.

¶ GRADVS consanguinitatis, & affinitatis, quomodo debeant computari, vide infra Matrimonium 8.

¶ GVERRA quomodo, & quando licita sit, vel illicita, vide sup. Bellum, per totum.

¶ GVIDAGIA su. Gabela.

DE GVLA.

1 *Gula quid sit, & an ad eã fames ac sitis pertineant. Et in gula delictum, quot modis incidemus.*
2 *Gula num mortale peccatum sit.*
3 *Gulæ filiæ quot sint.*

1 GVLA † vt patet ex S. Th. 22. q. 274. ar. 1. est appetitus sensitiuus edendi, & bibendi inordinatus. Vnde fames, & sitis ad gulam non pertinent: quia nõ pertinẽt ad appetitũ sensitiuũ, seu animalẽ, sed ad naturalẽ similiter nec excessus cibi ex ignorantia, sed solum ex concupiscentia cibi delectabilis. Est aũt ista inordinario, sec. Arch. dum quis appetit cibum vel potum nõ ad necessitatem, sed ad voluptatem: & vt colligitur ibi. 4. ex sufficientia specierum gulæ quinque fit modis, in quibus dictæ species consistunt, quæ hoc versu continentur.

Propere, laute, nimis, ardenter, & studiose.

Cui sensus est, Propere, s. appetẽdo comestionem ante tempus. Laute, quærendo cibos delicatiores. Nimis, s. sumendo in quantitate. Ardenter, non seruando modũ debitum in edendo. Et studiose, quærendo cibos nimis accurate præparatos.

2 PRIMO † vero quæritur, vtrum gula sit peccatum mortale? Et dico sec. S. Tho. vbi sup. & s̃m mentem eius in multis locis, quod non est mortale ex suo genere, licet sit vitium capitale, i. ex quo uitia multa nascuntur. ¶ Est tamẽ mortale primo, sec. S. Th. quando deordinata a fin. vl. ita. s. quod dilectationi gulæ inhæret homo tanq̃ fini, propter quem Deum contẽnit, paratus. s. agere cõtra præcepta Dei, vt delectationem huiusmodi consequatur, quod intelligo si actu de hac præceptione cogitet vel actu aliquod Dei præceptum contemnatur, frangendo votum vel ieiunium ecclesiæ, vel huiusmodi. ¶ Secundo quando quis scienter comedit, vel bibit in graue corporis nocumentum, sec. S. Tho. Pro quo tamen aduerte, ꝙ si hoc fiat inaduertenter, non est mortale, nisi si adeo frequenter fiat, quod tenetur aduertere: sicut supra de ebrietare dictum est Similiter nec si nocumentum sit modicum. aut verisimiliter credatur esse modicum: sicut infirmo nõ periculose. qui potius vult pati augmentum febris, quàm sitim, vel huiusmodi. Et idẽ est de porrigente infirmo scienter vel ex ignorãtia improbabili aliquid grauiter nociuum. Et concor. hic S. Th. Hostien. Inn. Et rõ, quia hoc est contra amorẽ charitatis ad seipsum. ¶ Tertio, qñ scienter ex voluptate comeditur vsq; ad vomitum: aut bibitur vsq; ad ebrietatẽ, secundum Arc. De ebrietate tamen dictum est sup. suo loco. Quarto, rõne finis, puta, ad luxuriandum, aut ad procurãdam pollutionem in somnijs, etiã gratia sanitatis: de quo inf. Pollutio. ¶ Quinto, dũ quis in alio scienter est causa prædictorum.

3 SECVNDO † quæritur, quot sunt filiæ gulę. i. uitia ex gula generata? Et dico, quod sunt sex sec. Greg. & S. Th. Prima est ebrietas. Secunda hebetudo mentis. Tertia inepta lætitia. Quarta multiloquium. Quinta scurrillitas. Sexta immunditia. de quib. suo loco. De ieiunio, & cibis, & hora comedẽdi, infra ieiuniũ.

DE habitu, maxime Sacro.

1 *Habitus, & si variè accipitur, hoc tamen loco pro persona ecclesiasticę ornamento sumitur, & tum qualis esse debeat.*
2 *Cardinalibus an liceat vti his, aut similibus ornamentis, quibus & Papa vtitur. Et quid de laitis, & de mulieribus.*
3 *Religiosus qñ, & qualiter habitu suo vti debeat.*
4 *Religiosus qui & curatus sit an in ecclesia seculari vt se se vulgo conformet secularium, habitu clericũ exterius, proprio sub clamide retento vti possit.*
5 *Clerico seu religioso, num ex rationabili causa habitum transformare, seu occultare liceat.*

6 *Secularis veste religiosa masculorum, aut fœminarum ludi causa utens, an mortaliter peccet.*

1 HABITVS † cum multipliciter dicatur, vsualiter tñ pro veste sumitur, maxime ecclesiasticarum personarum, de quo in c. pręcipimus 21. qu. 4. & de vita & ho. cleri. Deus qui se de habitu sæculari augetur principaliter. inf. Ornatus de sacro vero in titulo pñti. ¶ Primo vero quæritur, qualis esse debeat habitus ecclesiasticæ personę? Et dico, quod religiosi quidem habitus debet esse secundum regulæ suæ statuta, ita tñ, quod conueniat religioni, & pœnitentiæ 21. q. 1. vidua clerici vero secundum glo. summa. 21. qu. 4. possent vti pannis etiam preciosis, ſm consuetudinem regionis, vt conforment se maioribus eorum inter quos viuunt, vt ne vilescat dignitas clericalis. dist. 80. episcopi, de quo vide sup. Clericus. 2. §. 3. & inf. Ornatus. Et adde, quod secũdum Hos. in c. antiqua. de priuil. panni rubeis & fræna, atq; calcaria deaurata, & ornamenta similia, sunt insignia Papæ, & sui legati cũ proficiscitur vltra mare.

2 Ex † quo infertur, quod Cardinales iure cõmuni, vti non possunt similibus coloribus & ornamentis, excusantur tamen sequentes cõsuetudinem oppositam, ex quo Papa scit & tolerat, quia ista sunt de iuro positiuo Infertur etiam, quod ne laicis licitum est deferre huiusmodi decurata, nec pro persona, nec ꝓ equis suis, quia hmõi sunt principis ornamenta, quibus priuati vti non debent sub pœna capitis, ut l. 2. C. de vesti. holoba. li. 11. Et hanc rationem sequitur tex. in l. temperent. C. eod. tit. De mulieribus autem non est dubium, ꝙ possent vti prædictis sine pęna prædicta. qđ quidam verum putant solum in matronis, & nobilibus quidam etiam viri hoc hñt ex priuilegio, vt milites, & doctores, & similiter milites gaudẽtes, ex quo dantur sibi in signum, & potest de consuetudine introduci.

3 SECVNDO † quæritur, qñ, & qualiter religiosus vti debeat habitu suo? Et dico, quod semper & patenter. Semper quidem, id est, omni tempore, seu in lectulo quiescens, seu in quocunq; loco consistens. 20. quæs. 1. vidua. alius tamen in aliquibus religionibus videtur esse habitus diurnus a nocturno, vnde sufficit portare secundum religionis suæ instituta. Patenter vero cum prodit in publicum: alias illum dimittendo, sec. Arch. est mortale, nisi ex iusta causa, puta ꝓpter periculum captionis, vel insidiarum, aut cum esset in balneis aut stuphis, quod intelligo de dimissione sui habitus dolose cum sumptione alterius ad vsum, secus si proprius habitus dimitteretur ad horam nõ dolose, sed voluptuose nullo aliæ sumpto, vel sumpto alio non ad vsum. sed ad solatiũ ex iocosa familiaritate, & huiusmodi, vt si in honesta recreatione frater minor induat habitum prædicatorũ, velis e conuerso. vnde subiungit, idem si religiosus dimitteret vel occultaret habitum ne deprõhenderetur in scelere perpetrando, non euaderet mortale, nec excommunicationem, de qua sup. Excommunicatio. 9. excommunicatione 24. vide etiam. §. seq.

4 TERTIO † quæritur, vtrum religiosus præcipue curatus in ecclesia sæculari ad se conformandum vti possit habitu clericorum ab extra retento proprio sub chlamide? Et dicit gloss. in cle. qñ. de vita & ho. cle. quod est apostata: quod vr̃ hodie approbatum per d. clem. & sequitur Io. An. in nouel. super regula, certum est in 6. ꝑ multa. & rursus in nouel. super. c. ꝙ Dei timorem. de stat. mo. dicit, ꝙ monachus assumptus ad curã ecclesiæ sęcularis, non absoluitur ab habitu. s. monachali deferendo, quia illud non est cõtrarium ecclesiæ sæculari, quia non hẽt determinatũ habitum pro clericis suis, licet debeat esse talaris. 23. dis. non liceat. & certi colores vestium, vt vtrides, rubei & hmõi, sint prohibiti, de uita & ho. cleric. Et idem dicit Arch. dist. 23. sanctimonialis. Quod ergo dicit gloss. 16. qu. 7. in noua. tales posse habitum mutare exterius, licet ex toto nõ debeat, dicit Arch. esse verũ, quando alias scandalũ esset, vt dę vi. & ho. cl. Deus qui. Et idẽ Gem. dicens, ꝙ ob scandalũ vitandum licet monacho assumpto ad curã in aliquo se conformare habitui clericorũ sæcularium, quod fieri põt portãdo chlamy dẽ, sed clausam ante cum fenestris lateralibus, vt faciunt honesti sacerdotes, & caputium: & si non totum, saltem quo ad illam partem, qua caput operitur, appareat ab extra chlamidẽ retro: Si autem hmõi monachi vtantur habitu sæcularium clericorum, ut non appareãt monachi, de hoc erubescentes, vel vt nõ cognoscantur ꝑ vanitatem sec. Arch. non euadunt mortale & excõicationis cẽsuram.

5 QVARTO † quærit̃, vtrũ liceat clerico, & religioso ex cã rationabili habitum transformare seu occultare? Et dico, ꝙ sic, ſm oẽs, & similiter dimittere, de his sup. Excõicatio. 8. excõmunicatione 24. nota. 3. & fere per totum.

6 QVINTO † vtrum sęcularis utens veste religiosa masculorum aut fœminarum causa ludi

ludi peccet mortaliter? Et dico, ꝙ nō ex leuitate & sine irrisione & turpitudine: quia aliter esset nimis durum, nec aliquo iure probabile: si autem hoc fiat causa ludibrij, i. vitupe rij, dicit gl. in c. cū decorē. de ui. & ho. cle. ꝓhibitū esse uti habitu monachali, vel alio religioso: & ꝙ hoc faciēs grauiter punitur, vt in auth. de san. epis. §. vlt. col 9. & sic vr̄ mortale peccatū. Imò si non fiat hac de causa, sed tñ in rei veritate fiat cū ludibrio: vt cùm deferuntur lasciuæ vere vel apparenter, vt vulgo dicitur in mascara, videretur oīno mortale: quia est magna irrisio Dei in sanctis suis. similiter cum eo vtuntur mimi & histriones exercendo vituperosa. C. de epi. aud. l. minime. Vtrum autem vir vti possit veste muliebri, vel econtra, sup. Fœmina. §. 1.

DE HEBETVDINE.

HEbetvdo corporalis opponitur acutiei: spiritualis verò subtilitati intellectus sine dono intellectus, qđ facit subtiliter penetrare. Et est hebetudo sensus seu mētis, debilitas mentis in spiritualium consideratione. 22. q. 15. & oritur ex gula hñs rationē peccati, inquātū est volūtariè: vt patet ī eo, ꝗ ita circa corporalia est affectus, ꝙ de spūalib. subtiliter fastidit aut negli. cogitare.

DE HÆREDITATE PRIMO IN SE.

1 *Hæreditatis finitio. Et an in conscientia foro hæres ad debita vltra hæreditatis vires teneatur.*

2 *Consanguineorum gradus quot sunt. Et testator suos siue ascendentes siue descendentes, quo ordine instituere aut exhæredare teneatur.*

3 *Intestatum decedere, quot modis contingat.*

4 *Hæreditatis partes, quot sint. Et hæreditas in laicis ab intestato, ad quos deuenire debeat. n. seq. ad quod sex axiomata subdit.*

6 *Clerico ab intestato decedenti, quis succedere dēat.*

7 *Seruis manumissis ab intestato decedentibus, qui succedant.*

8 *Clerici an laicis eo, quo dictū est, ordine succedant.*

9 *Damnatis ad mortem qui succedere debeat.*

10 *Bona monasterium ingredientis, ac deinde decedentis, ad quem perueniant. Et in hoc subdit dicta sex, cum limitationibus.*

11 *Statuto cauente, vt extantib. masculis &c. debeāt fœmina dote contenta esse: moritur pater, ac deinde filius ante filia dotationem superstitis, qua nā succedet, an filia ipsa, an vero amita.*

12 *Dominus qui de consuetudine totum accipit, quòd eius erat, qui sine liberis decesserit, an teneatur.*

1 HÆreditas. † secundum Bar. in rub. de acq. hær. est successio in vniuersum ius, quod habuit defunctus: vt l. nihil. de ver. sig. & sic sumendo, s. pro successione in totū, & non in partem iuris, est de iure ciuili Romanorum tm̄. dis. 1. §. ius. Quiritum. & nullius alterius generis, qđ patet: quia deportati, qui nō sunt capaces eorū, quæ sunt iuris ciuilis, non sunt capaces hæreditatis. C. de hær. inst. l. 1. Ex quod infertur, ꝙ in foro conscientiæ hæres non tenetur ad debita vltra vires hr̄ditatis: quia in foro conscientiæ nō sumitur hr̄ditas dicto modo: sed capitur prout est de iure gentium, sm̄ quod hæres non succedebat in vniuersum ius defuncti: sed capiebat bona tanq̄ bona vacantia: vñ non tenetur, nisi quatenus patiuntur facultates defuncti.

2 Sed † pro dicendorum notitia sciendum est, ꝙ tres sunt gradus vel lineæ cōsanguineorum, secundum Asten. l. 3. ti. 25. s. ascendentiū siue parētum, descendentium siue liberorū. & collateralium. Testator aūt quandiu aliquem habet de descendentib. tenetur illum vel instituere hæredē, vel exhæredare: & si illū instituat hæredē, nō tenetur de aliquo ascendentiū facere mentionē: quia descēdentes in infinitū cæteris præferunt. Inst. de hær. ꝗ ab inte. in prin. Deficientib. aūt descendentib. legitimis tenetur suos ascendentes legitimos, si quos habet, hæredes instituere vel exhæredare. C. ad S. C. Orfic. l. quoties. Collaterales aūt nunquam tenetur hæredes instituere vel exhæredare: sed deficientibus descendentibus, & ascendentibus legitimis potest quos vult instituere, etiam sibi non attinentes, nulla de collateralibus facta mentione.

3 Sciendvm † est etiam secundò, quod sm̄ Asten. lib. 3. ti. 35. sex modis quis dicitur decedere intestatus. Primò, si moriens nullum fecit testamentū, vel quia noluit, vel quia non potuit. s. de iure vel de facto. Secūdò: quia & si fecit, non tamen iure: quia. s. defuit aliqua solēnitas legitima. Tertiò. quia & si fecit, iure tamen postea ruptū est: vt inf. Testamētū 4 quia & si ex omni parte sit legitimè factū, nullus tñ ex eo hæres apparet: quia. s. vel institutus esse noluit etiam viuente testatore: aut etiam ante aditam hæreditatem decessit. vel defuit conditio. sub qua erat institutus. Et isti quatuor modi probātur. Inst. vbi sup. in princ. Quinto si filius nominatim, & cum cā legitima sit exhæredatus: & post mortem testatoris proposita quærela inofficiosi testamenti, & hærede causam ingratitudinis non probante testm̄ per sentētiam est rescissum. Sexto, si testamentum iure prætorio per cōtra tabulas rescindatur. Ex his duob. vltimis modis

modis dicitur quis ex post facto testamento decedere intestatus. C.de col.vt liberis.

4 Primo † verò quæritur, quæ sint partes hęreditatis ſm iura? Et dico, quia as assis signat pondus 12. vnciarum, licet aliqñ pro obolo ponatur, inde est, ꝙ transsumptiue ipsa hæreditas dicitur as, & in 12. partes diuiditur, quę vocantur 12. vnciæ, & habent nomina propria. ita, ꝙ vocantur sescunx, i. vncia vna: sextans, i. sexta pars hæreditatis. s. vnciæ duæ; quadrans, i. quarta pars, s. tres vnciæ: triens, i. tertia pars, s. quatuor vnciæ: quincunx. i. qnque vnciæ: semis, i. dimidium, siue sex vnciæ: septunx. i. septem vnciæ: bes, id est, octo vnciæ: dodrans id est, nouem vnciæ, dextans, id est, decē vnciæ, deunx, idest, vndecim vnciæ: duodecim vero vnciæ appellatione assis continentur: vt Inst.de hær.inst.§.hæreditas.

5 † Secvndo quæritur, ad quos debeat ex intestato hæreditas in laicis deuenire, aut defuncto nihil, aut inualidè disponente? Et dico multa. ¶ Primum. Iure communi in laicis primo ad hæreditatem veniunt legitimi descendentes, si sunt omnib. alijs exclusis, & si sunt primi gradus multi, æqualiter succedūt. Si vero sunt nepotes & vlteriores, solū succedunt non in capita, i. non æquis partibus, sed in stirpes, i. in ea parte, quam pater eorū si viueret, habuisset: nec distinguitur an sint masculi vel fœminæ, etiam adoptiui, nō emācipati: quia indistinctè omnes admittuntur: vt C.de suis & leg.hær.auth. in successione. ¶ Secundum. Si vero descendentes non sunt, tunc veniūnt ascendentes: puta, pater, auus, abauus, &c. cum fratribus sororibus ex vtroque parente coniunctis defuncto vel eorum filij. ¶ Tertium, ꝙ si fratres vel sorores seu filios non habet, succedunt accedentes, salua semper pręrogatiua gradus, s. quia pater pręfertur auo. & sic eum excludit: & sic de cæteris. Et sic de ascendentib. venit solum, qui est defuncto proximior cum fratrib. si sunt capita, sed cū filijs fratrum in stirpes, exclusis fratrib. ex vno parente tm̄. Et si dicti ascendentes sunt in æquali gradu, puta ex parte patris in primo vel scđo, & ex parte matris similiter in primo vel secundo, & hmōi: sic æqualiter paterni pro dimidia, & mr̄ni pro alia dimidia succedunt: q̃uis sint plures personę ex parte vna q̃ alia, puta auus & auia ex vna ꝑte: & ex alia auus solus vel sola auia: vt in authen.de hæ.ab intest.ven.§.1.& 2.col.9. & in auth.defuncto.posita.C.ad Ter.& ꝙ ibi not. in gl. Aliter qui est in proximiori gradu defuncto, siue p̄r̄nus, siue mr̄nus sit, admittitur, vt in d.auth.defuncto. Quartū, ꝙ si nec ascēdentes sint, veniunt collaterales: primo quidā fratres, ac filij fratris præmortui, qui. s. erant coniuncti ex vtroq; parente defuncto: sed diuersimode, quia fratres succedūt in capita, dicti vero filij in stirpes, & isti fratres & filij p̄ferunt̄ fratrib. qui sunt ex vno parente solū, vt C.de leg.hær.auth.cessante. Et hoc. s. ꝙ filij fratrum succedūt in stirpes: tenet Cy. Iac.de Are.Dyn.& Bar. dicit tñ Bar.in l.oēs, C.cōia de success. ꝙ qñ parentes veniunt ad successionem in bonis quæsitis ex linea mr̄na, præferuntur parentes ex linea materna, & ī bonis paternis, ex linea p̄r̄na. C.de bon. mater.l.3.& similiter qñ sunt duo filij ex diuerso matrimooio, præferūtur in lucro matrimonij illi, qui nati sunt ex illo mr̄imonio. Sed si ex dispōne testatoris, vel legis, aut statuti, diceretur, ꝙ succedunt agnati. ꝓut sunt in gradu proximiores eo casu veniūt filij fratrum præmortuorū cum patruis: iuxta auth. cessante. C.de leg.hær.no.gl cōiter approbata in l.cū ita.§.in fideicōmisso.ff.de leg.2. Dicit ēt Gul. ꝙ cū fratrib. præfatis non veniunt filij alterius fratris.ff.quod cū eo, qui in alie. po.l.sed si ex parte. Dicit ēt Azo & Host. ꝙ filij fratrū soli sine patruis, & amitis superstites admittuntur in capita, q̃uis sint filij diuersorū fratrum, sed nō nepotes, s. nati ex eis. Secundo non existentib. prædictis, vel aliquo eorū, veniunt fratres ex vno tm̄ latere coniuncti, & eorū filij, qui præferunt̄ patruis defuncti. Tertiò, p̄fatis nō existētib. p̄feruntur qui gradu sunt ꝓximiores defuncto. & si pares sūt, pariter admittunt̄. C.de leg.hęr.auth. post fratres. vbi Cy. infert, ꝙ vlteriores post fratres & filios eorū succedūt ex se: iōq; nō cōsideratur ꝑsona eius a quo descēdūt, sed tm̄ personæ succedētes: & sic ueniunt in capita. Secus in p̄cedētib. vt contractatur de successione p̄r̄norū auūculorū, amitarū, & mr̄terum: vbi consideratur ꝑsona eius a quo descendunt, iōq. veniunt in stirpes, vt in auth. cessante. C.de leg.hæ. Et hæc faciūt ad qōnē istā. Consuetudo est, ꝙ filia nō succedit in baronia: quidam aūt baro hēt fratres & nepotē ex filia p̄mortua, & decedit intestatus: q̄rit̄ an nepos admitteret̄ ad baroniā? Dic ꝙ non: quia nepos iste venit ex persona suæ filiæ: & ideo repellendus. Si autē non essent fratres, nec fratrū filij, aut vlteriores, qñ veniret nepotes: quia nō consideramus personā eius, à qua descendit, vt d.auth.post fratres, & auth. cessante.

cessante. Et extenditur computatio prędicta vsque ad decimum gradum. vt dr̃ 35.qu.5. ad sedem. ita tñ vt numerentur isti decem gradus ẜm leges q̃ ponunt duos gradus. vbi canones ponunt vnum, vt ibi patet: imo, ẜm aliquos, durat in infinitum quosq. hr̃ memoria de agnatione. licet Imperator expresserit solum decimum gradum: quia vix vlterius durat dicta memoria. Et in præfata successione tam ascendentiũ q̃ descendentium & lateralium, cessat oĩs dr̃ia tam sexus quam emancipationis: hoc tamẽ attento, vt cum agitur de successione patris, solos consanguineos admittas: de reb. vero matris vterinos ¶ Quintum. Filijs vero naturales tm̃ spurij, sec. Ang. in Auth. qũo. na. effic. sui. §. fin. col. 7. si sunt ex eodem patre, non ex eadẽ matre, non succedunt inuicem vnus alteri. Si vero sunt ex eadem matre, tunc vnus alteri ab intestato succedit: quia inuicem cognoscuntur, l. ff. vnde cog. Si vero vnus spurius decederet relicto fratre spurio & alio legitimo ex eadem matre: tunc venit legitimus, & illegitimus excluditur: quia qñ de successione tractatur, ille frater præfertur, qui plurib. nexibus est coniunctus. De successione vero fratrum ad inuicem, seruandum est ꝙ dictũ est, excepto ꝙ frater legitimus non succedit fratri suo illegitimo ex parte patris, nec è contrario: quia non est ille illi agnatus nec ille ipsi: & durat in infinitum, quousq; memoria possit haberi de cognatione. Inst. de gradibus cogn. per totum. ¶ Sextum Præfatis autem omnib. ascendentibus, descendentib. & collateralibus deficientibus, veniet uir ad successionem vxoris, & vxor viri: vt C. vnde vir. & vx. l. vnica. & vxor esset sine dote & pauper, & maritus nec ascendentes habere nec descendẽtes, sed solum agnatos, vel eognatos: tunc succedet viro ab intestato in quarta parte hæreditatis: vt in authent. de exhib. & introd. reis. §. quoniam vero. & idem dic de viro paupere circa bona vxoris. aliæ vero tres partes hæreditatis erunt agnatorum, vel cognatorum. Vltimo succedit fiscus: vt C. de bon. vacan. l. 1. Si vero esset pactum vel statutum, vel consuetudo contra omnia, vel in aliquod prædictorum, illud serua, si tale quid est, quod iuri communi possit derogare.

6 TERTIO † quæritur, quis succedat clerico ab intestato morienti? Et distinguo: quia in bonis proprijs, de quibus poterat libere disponere: vt sup. Clericus. 4. §. 17. succedũt cognati, ẜm quod dictũ est sup. quos si non habet, succedet ecclesia, cui seruiebat tp̃e mortis: vel altare, si solum seruiebat altari, quod habebat bona distincta ab ecclesia ipsi altari deputata: vt no. 12. q. vlt. cap. vlt. in auth. de ecc. tit. §. si quis ep̃s. Fallit tñ hoc in presbyteris ad sacerdotiũ ex seruitute cũ dñorũ cõsensu promotis: quia de bonis eorũ quatuor fiunt partes, quarũ vna ep̃o, altera ecclesiæ, tertia pauperimus, & vltima parẽtib. assignatur: qui si non sunt idonei, vt puta hæretici. 24. q. 2. sane vel hmõi, ep̃s in vsum ecclesiæ distribuet. de succ. ab intest. cap. 21. nec est hoc abrogatum, vt ibi, cõiter tenent Doc. contra glo. in bonis vero ecclesiæ de quibus disponere clerici non pñt, succedit ecclesia. vt in c. 1. de succ. ab intest. & cap. 1. & c. relatum. el 2. & c. requisisti. de testa. Et prædicta intellige vbi bona clerici decedentis sunt manifeste distincta a bonis ecclesiæ. 12. qu. 1. manifesta. quia vbi fuerint confusa, si dubitetur an habuerit aliquod proprium, præsumitur pro ecclesia, & totum sibi vendicat. argu. 12. qu. 3. quicunque. Si vero sit quidem certum. qđ clericus aliquid habuerit, sed nescitur, quid vel quantũ, sec. Arch. debet fieri inter ecclesiam & consanguineos æqua distributio. 12. qu. 4. c. 1. & intelllige æqua proportionaliter consideratis omnibus, quæ faciunt ad rem: innuit ibi glo. Præsumit̃ tñ in tali dubio pro eo qui est in possessione, siue sit ecclesia, siue consanguineus, & alteri probatio incumbit. ar. 12. q. 4. ca. 1. & 2. Sciendum tamen, quod Su. Ros. vult clerico in proprijs, succedere agnatos, i. est virili semine descendentes, & non cognatos, i. descendentes ex fœmineo: & idem vr̃ sentire Sum. Angel. cuius contrarium tenet Pis. & Suppl. & Arch. dicens. quod succedant cognati. per quod generaliter intelligit etiã agnatos a fortiori. & hoc patet. 12. q. vlt. cap. vlt. in verbo, sine cognatione patet etiam ratione: quia non est ratio disiunctionis quo ad hoc inter clericum & laicum.

7 QVARTO † quæritur quid de seruis manumissis descendentibus ab intestato? Et dico ꝙ succedent descendentes, vel ascendentes aut collaterales, ẜm quod dictum est excepto, quod patronus vendicat partem, non tamen totum. Inst. de succ. lib. §. sed nostra cõstitutione. ubi vide de successione eorum. & inf. Manumissio. §. 6. Dicit tñ Bart. in l. defuncto. si quid in frau. pat. ꝙ si vnus patronus viuit, præfetur filio alterius patroni: & filius patroni præferetur nepoti patroni alterius potest enim quis esse multorum seruus.

QVIN-

8 QVINTO† quæritur, vtrum clericali laicis succedat secundum quod dictum est, & eo ordine? Et dico, ꝙ sic indubitanter: quia iura allegata non excipiunt eos: imo etiam religiosi, intellige volentes hr̃e propriũ in cõi, etiam si dum laici erant, commiserunt vitium ingratitudinis. vt 19. q. vlt. c. fi. quod tamen fallit in feudis, de quo sup. Feudum. §. 8. Prædicatores quoque sec. Arch. hoc habent ex priuilegijs, quamuis sint mendicantes.

9 SEXTO† quæritur, qui succedent damnatis ad mortem ex aliquo delicto? Et dico, quod descendentes, vel ascendentes, secundum ꝙ dictum est sup. sed non collaterales, nisi vsq; ad tertium gradum. Vxores vero taliũ solum habebũt dotẽ, & donationem ante nuptias: & si dotem non habuerint, accipient partem legibus diffinitam, id est, quantum ex more lucrarentur, siue habeant filios, siue non. Et si neminem prædictorum habeant, fisco applicantur. C. de bon. dam. aut bona.

10 SEPTIMO† quęritur, vtrum bona ingrediẽtis religionem ab intestato proueniant monasterio? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Pan. in c. præsentia. de proba. dicta bona non proueniunt monasterio quo ad fratres minores: proueniunt autem quo ad fratres prædicatores & alios mendicantes: non tñ ut immobilia aut iura perpetua sibi retineant, sed vt vendãt etiam imploratione officij iudicis. Et idem dicendum est in omnibus alijs relictis, præterquam per religionis ingressum, etiam in fratrib. minorib. s. quod petent implorationem officij iudicis, & vt vendant. Quo autem ad alios religiosos non mendicantes, indubitantes succedit monasterium. ¶ Secundum. secundum etiam eundẽ ibidẽ, cum mendicantes nullum habeant monasterium, licet transferantur ad placitũ prælatorum, nõ proueniunt dicta bona in prædictis particulari monasterio: sed erunt in potestate illius, qui præest, vt prouideat prout videbitur sibi. Sed cõtrarium de facto seruatur in ordine prædicatorum, & proueniũt monasterio in quo nascitur religioni per susceptionẽ habitus: quod ẽt quantum ad quædam particularia iura est eius, licet inde amoueatur: quia ẽt non mẽdicantes amouentur. ¶ Tertiũ. Et si ingrediens erat vsufructuarius solum, ₰m eũdẽ trãsibit ad monasterium vsusfructus: sed solum durabit in vita ingredientis, & non plus. ¶ Quartum. Collata tali ingredienti ea lege. vt non alienentur. sec. Io. And. erunt monasterij, per arg. l. 1. ff. de fun. instru. & l. pater. §. Iulianus Agrippa. ff. de leg. 3. & in eo quod no. de iure patr. ex literis Pan. autẽ vbi sup. & quidã alij tenent contrarium per arg. l. peto Luci. Tit. ff. de leg. 2. & facit ꝙ not. in l. si ita quis. §. eadem lege. ff. de verb. oblig Sed forte distingui põt: quia cum veritas huius q̃onis ex intentione prohibentis alienationem dependeat, si ideo prohibuit ut iste haberet, vel quocunque fine, qui non euacuatur per hoc, q̃d monasterium succedit transibit cũ eo ad monasterium. Si vero prohibuit aliquo fine, qui frustraretur, si transirent ad monasterium, ad illud nõ transibit. Quintum, Bona ingrediẽtis religionem non capacẽ, vt mendicantiũ non hñtium in proprio, vel cõi, ₰m communem opin. veniũt ad succedentes ab intestato, per auth. bona. C. de bo. proscrip. Sed hoc limita primo, nisi fuerint illi relicta sub conditione, si decesserit sine liberis restituendis, quia erogari debent in pias causas: est casus in auth. de sanc. episc. §. sed & hoc præsenti. in fin. & hoc sequitur Ang. in disput. quæ incipit, nobilis quidam gñe. Secundo, limita omnia prædicta, nisi imploratione officij iudicis vellent dicta bona vendere, & p̃cium in suas necessitates conuertere: quia succedent vt dictum est. Pro his tamen aduerte, ꝙ institutus hæres cũ conditione, si sine liberis decesserit ex se legitime descendentibus, & c. si monasterium ingrediatur euanescit substitutio, sec. Pan. in d. c. in præsentia. post Bart. & Cy. in l. si ita quis. ff. de leg. 2. & concor. Arch. & Io. 1. 9. q. vlt. ca. si qua. & hoc credo verius, licet multa dicant in contrarium, non tñ euanescit, si hæredem instituat monasterium sine ingressu, secund. Arch. vbi supr. & Gof. Sextũ. Qñ aũt accipiat quis quod sibi debetur ex hæreditate ingredientis, siue testm̃ fecerit; siue non. Pano. vbi sup. post Barto. dicit, quod qñ ista mors ciuilis operatur oẽm effectum quem & mors naturalis, sicut in ordine minorum, qui nihil in cõi uel particulari possunt hr̃e, statim habebit post ingressum cum effectu. i. post professionem expressam. ar. l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Sed qñ non operatur oẽm dictum effectum, puta quia hñt in saltem in cõi tũc dẽt expectare mortẽ naturalẽ ipsius ingrediẽtis: & interim dispõ, si fecit erit in suspẽso. Et cũ hac opi. transit Cyn. & d. Ant. Prædicta tñ limita, nisi ĩ testõ aliter de tp̃e determinasset: q̃a illud seruãdũ erit. Itẽ nisi quo ad filios legitimos, q̃ legitimã habebunt ex ęq̃tate statim post ingressũ monasterij, non aũt alimẽta ₰m p̃dictos doc. q̃d verũ credo, qñ eis legtimai

tiam sufficit, aliter non saltem in conscientia sed vel monasteriũ dabit eis statim quod habere debent ex bonis ingressi, vel statim alimenta præstabit, donec eis talia bona reddiderit. Et facit ad hoc d.l. Deo nobis §. nam & maritus, quod ibi no.gl. & cum scimus de regula. vbi 17.q.1. placuit.2.

11 OCTAVO † quæritur de hoc casu. Statuto cauetur, quod extantibus filijs masculis fęminæ nõ succedant, sed debeant dote contentari? moritur verò pater relinquens filium & filiam, qui filius ante dotationem sororis moritur, relicta vna filia, q̃ritur an amita siue filia patris sit hæres, vel debeat dote contentari? Et dicit Alb. in l. publico. C. ad l. Iul. de adul. quosdã tenere, ꝙ erit hæres, quia neptis non succedit vt masculus. Sed verius dicit Vgoli. de la Fontana, quòd succedit neptis non amita, quia ex morte patris ius fuit quæsitum filio, & illud transmittitur filiæ, vt C. de cad. tol. §. in nouissimo, quia in hoc præsentat ꝑsonam patris sui. ar. C. de hære. vel act. ven. l. empta. Sed si filius ꝑmortuus fuisset ante patrem relicta filia vera esset opinio prima.

12 NONO † q̃ritur, vtrum dñs, ꝗ de consuetudine accepit totũ qđ erat eius ꝗ sine liberis decessit, teneatur? Et dicit Ho. ꝙ si talis consuetudo ꝑscripta est excusat: q̃a põt allegare, ꝙ hoc pactũ fuerit ab initio, eo ꝙ terra sua esset. De successione in feudis, vide sup. Feudũ §.6. & silr de successione in emphyteusi sup. Emphytensis. §.16. & 20. Quomodo ẽt succedunt filij legitimi, vide sup. Filius. Qũo autem hæreditas diuidatur inter fratres habẽtes periculum castrense vel quasi aduentitium, inf. Peculium. 2. per totum. De successione autẽ filiorum naturalium, vide supra Filius. §. 3.

RVRSVS de hæreditate 2. quantum ad exhæredationem.

1 *Exhæredatio quid sit.*
2 *Filij & huiusmodi an aliquando ab hæreditate ipso iure excludantur. Et id quot casibus.*
3 *Filij num aliquo casu a patre exhæredari possint. Et exhæredationis causa quot sint.*
4 *Filius ac nepotes an possint parentes, auum & auiã exhæredare. Et id quot casibus.*
5 *Pater quibus casibus filium exhæredare, an ijsdem & alimenta eidem denegare possit.*
6 *Vir num vxorem exhæredare possit. Et an frater fratrem. Et fratrum differentia quotuplex est. Et quid si frater personam turpem aliquam, & aliquam minimo, instituat, num. seq.*
8 *Filia sine patris consensu nubẽs, nũ ingratitudinis vitium contrahat, adeo, vt ob id exhæredari possit.*

1 HAEREDITAS † secundo aliquando aufertur ab eo, qui succedebat ab intestato, & ea priuari non potest, nisi in casu, & tunc interuenit exhæredatio, quæ est alicuius a sua substantia vel hæreditate exclusio, & alterius seu alieni institutio. Inst. de exhær. li. per totum.

2 PRIMO † verò quæritur, vtrum aliquo casu filii vel alij de prædictis exhæredẽtur siue excludãtur ab hæreditate paterna ipso iure? Et dico, ꝙ ſm aliquos iure ipso excluduntur in tribus casibus. ¶ Primò, cũ pater vel auus est hæreticus, quia bona hæreticorũ sunt ipso iure cõfiscata de hære. cum ſm lib. 6. ¶ Secundò, si cõmisit crimen læsæ maiestatis 6. q. 1. si quis. C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis. Sed nota ꝙ pęna incapacitatis non extenditur ad filios, nisi q̃n crimẽ est commissum, in eum, qui non recognoscit superiorẽ, quia si recognoscit, licet crimen sit læsæ maiestatis, vt l. 1. ff. ad l. Iul. maie. nõ tamẽ quoad incapacitatem filiorum, sec. Salice. in d. l. quisquis. Nota etiã ꝙ hoc crimen cõmittitur a subdito tãtũ. cle. pastoralis de re iudica. Tertio, si erat patronus, vel habebat ius sed feudũ in ecclesia, qđ deberet trãsire ad filios, & ipse interfecit aut mutilauit illius ecclesiæ rectorũ vel clericũ: quia perdet omne ius & omnem dignitatem quã habebat in ea. & nihil prouenit ad filios, de pæ. in quibusdam, & talia deuoluuntur ad ecclesiã, cui iniuria facta est. Imo filij talium vsq; ad quartam generationem in clericorũ collegio nullatenus debẽt admitti, nec in aliqua religione possunt esse prælati, nisi fuerit cum eis dispensatum, vt in d.c. in quibusdam, episcopus tamẽ dispensare põt, sec. Io. ex quo conditor canonis sibi nõ reseruauit. ar. c. nuꝑ de sen. excõ. Et huuc casum Direct. extendit generaliter ad omnem tenentẽ feudũ a dño, si illũ occiderit aut mutilauerit. ¶ Quarto additur sec. Dir. si pater insecutus sit vel percusserit Cardinalem de pæ. felicis lib. 9. ¶ Quinto additur, ſm alios si filius, vel alius, qui potest succedere iniurioso, debitã curam nõ impenderit, sed succedet ille, qui in domo sua proprijs sumptibus vsque ad finem vitæ procurauit, euacuata ẽt institutione illius, ꝗ neglexerit, si modo talis inscriptis admonuerit eos, vt curã haberent, vt in aut. vt cũ de app. cogno. §. cãs. Vbi ẽt dicit glos. ꝙ licet nullus extraneus eum procurauerit, nec testm̃ fecerit, tñ hr̃ditas ab agnatis auferetur. ff. de his q̃b. vt in d. l. licet, vbi institutus iudicatus est indignus successione, ꝗ per negligentiã suam

& culpam id egit, vt mulier, à qua institutus, fuerat, moreretur. ¶ Sextò additur, ſm alios ſe in captiuitate eos, quibus ſuccedere debebat, mori per ſuam negligẽtiam permiſit: vt in d. §. cās & ſic ſuccedet eccleſia ciuitatis, eſt quia oritur, vt ibidẽ. Et in quatuor primis caſibus nocet filio malitia patris: ĩ duobus alijs malitia ꝓpria de quibus etiam §. ſeq. ¶ Septimò adde, ſi vltimam voluntatem executioni mãdare noluerit, vt inf. Teſtamentum. 2. §. 6.

3 SECVNDO † quæritur vtrum caſu aliquo filius exhæredari poſſit a patre? Et dico, quòd exhæredatio filiorum hodie fieri nõ põt, niſi pater habeat iuſtã cãm, quã dẽt in teſtamẽto deſcribere: ut C. de inof. teſt. auth. ſed hodie, & hæres probare tenetur, ſec. Doct. Quæ verò ſint iuſtæ cauſæ, declaratur in aut. vt cum de app. cog. §. cauſas, & no. de iureiur. Quinta uallis ĩ gl. vbi 14. annumerantũ. Prima eſt, ſi filius manus iniecerit in patrem. Secunda, ſi grauem illi fecerint iniuriam & contumeliã. Tertia, ſi patrẽ accuſauit in criminalibus cauſis, quæ nõ ſint aduerſus principẽ vel rempublicã ſub quo. ſ. intelligendum eſt etiã crimẽ hæreſis. Quarta, ſi filius cũ maleficijs conuerſatur. Quinta, ſi maleficus efficiatur. Sexta, ſi machinetur vel inſidietur in necem parentũ. Septima, ſi vxori vel concubinæ eius ſe immiſcuerit. Octaua, ſi ex delatione filij graue damnũ parentes ſuſtinuerint. Nona, ſi pro ꝑſona vel debito eius, inquantũ põt, fideiubere noluerit, qđ ſolũ de maſculis intelligitur, quia fœminæ impediuntur fideiubere. ff. ad Vell. l. 1. & 2. Decima ſi prohibuit eos facere teſtm̃. Vndecima, ſi cõtra voluntatẽ parentũ inter arenarios & mimos perſeuerauerit, cũ pater non fuerit illius profeſſionis. XII. ſi filia vitã luxurioſam elegerit, cũ parẽtes vellẽt eã pro poſſe dotare: ſi neglexerint eã maritare vſq; ad annos 25. quod de fœmina ſolũ intelligẽ. XIII. ſi parẽtibus furioſis debitã curam non impenderit: quod locum habet in quolibet ſuccidente ab inteſtato, & hærede inſtituto XIIII. ſi de carcere parentes deducere neglexerint. Et oẽs hæ cauſæ locum hẽt in patre, matre, auo, & auia, & in filijs ac nepotibus, tã maſculis, q̃ fœminis, ꝑter nonã, & 12. vt dictum eſt. Sed præter dictas ſunt quædam aliæ. Prima, ſi filius ſit hæreticus, cũ pater ſit catholicus: vt in d. §. cauſas. Secunda, ſi non exhæredetur malo animo, ſeu vt virtuti accuratius vacet, vel creditoribus ſatisfaciat l. multi. ff. de libe. & poſthum. vbi Bar. illam legem ſummando dicit, ꝙ exhæredatio ſit quãdoque propter bonum: & in l. cum ex filio de vul. & pupil. dicit, ꝙ d. l. multi. non eſt correcta. Tertia, ſi filius tꝑe teſtamẽti dixit patri ſe nolle quicquam de ſuo, & exhæredatur: quia ſecundum Bar. in l ſi quãdo. C. de inoff. teſta. legitima erit exhæredatio: & valebit teſtamentum, ſi illa cauſa exprimatur. Non obſt. d. §. cauſas: quia loquitur de exhæredatione quæ fit eo nolente. Et hoc niſi apparuerit, ꝙ licet illa verba dixerit, tamen noluit exhæredari: puta ſi ex dolore mortis patris dixerit, poſtquam in decedis nolo aliquid, vel alia ratione turbatus, arg. de reg. iuris, quicquid calore. Et ita de facto occurriſſe Bart. teſtatur. Quarta, ſi filius ſit furioſus, & nepos ex eo ſanus: quia legitime poterit exhæredari, modo inſtituatur nepos. l. pen. ff. de curator. furioſ. Exhæredare autem filium, vt eccleſia fiat hæres, non eſt cauſa legitima. 17. q. 4. c. quicunque. Eſt autem notandum ſingulare dictum Bar. in l. ſi quis ita. ff. de adi. leg. ꝙ ſi pater exhæredauit filium ex iuſta cauſa, ſi poſtea reconciliauit ſe cum illo, exhæredatio illa videtur adempta. Notãdum eſt ẽt quod dicit Ale. de Imo. in l. dotis cauſa. ff. ſo. ma. q ex ibi no. duo infert. Primò, ꝙ filius, qui ingratitudinẽ cõmiſit adeo ꝙ exhęredari poſſet, ſi viuo patre agat pęnitentiam, vel ante cõditum teſtamentum, non poterit exhæredari. Secũdo, ꝙ nec illi denegari poterunt alimenta.

4 TERTIO † quæritur, vtrum filius ac nepotes exhæredare poſſint parentes, auum, & auiam? Et dico, ꝙ ſic. Primò, ſi pater filium de crimine accuſauit, excepto crimine læſæ maieſtatis. Secundò, ſi pater vitæ filij fuerit inſidiatus. Tertiò ſi pater vxori, vel concubinę filij ſe immiſcuerit. Quartò, ſi pater prohibueri filiũ teſtari de his, de quibus teſtari poterat. Quintò, ſi pater non redemerit filiũ captum a Saracenis: quia ſi filius tunc decedat in captiuitate, bona, de quibus teſtari poterat, debẽt eſſe eccleſiæ, vel dari ꝓ redẽptione captiuorũ. Si vero redeat, rite patrẽ exhæredare põt. Sexto, ſi pater neglexerit curã filij furioſi. Septimo, ſi pater ſit hæreticus, & filius catholicus. Octauo, ſi pater vxori filij dederit venenum ad mortem, vel mẽtis alienationem: vel aliter inſidiatus fuerit vitæ eius: & eodem modo ſi mater marito filiæ. Hæc oĩa probantur in d. §. cauſas, & §. ſiue igitur eos. Et omnes iſtæ ingratitudinis cauſæ tã ex parte parentum, quam ex parte liberorum, tolluntur per ingreſſum religionis 19. q. vl. c. non liceat, vnde exhæredatio ſequi non poteſt.

5 QVARTO † quæritur, vtrum in casibus, in quibus pater exhæredare potest, possit ēt alimēta denegare. Et dicit Pan. post Io. An. in c. Quintauallis de iureiu. & sic. & idem tenet Bar. in l. diuus Adr. ff. de par. per l. si quis à liberis. ff. de liberis agno. & idem Pan. in ca. ex literarum. de eo qui dux. in matr. de patre ingrato contra filiū. Quod quidem vr̄ limitandum, nisi ipsos pęniteat, pro quo facit glo. in l. fi. C. de epi. & cle. & tex. in c. non liceat. 19. q. 3. vbi dr̄, quòd ꝑ religionis ingressum omnis ingratitudo purgatur, & quod not. Spec. in ti. qui filij sint leg. ver. quid si filia. & sequitur Pan. vbi sup. dicens, ꝙ si filia fornicatrix vult pęnitere de peccato, pater eam alere tenetur, ar. ca. ferrum. 50 dist. & per consequēs dicit Pan. vbi sup. ꝙ etiam tenetur eam dotare: quia causa dotis non minus est fauorabilis quàm alimentorum: vt no. Cyn. in l. non omni. C. de admi. tut. & Bar. & auth. ex complexu. C. de ince. & inuti. nup.

6 QVINTO † quæritur, vtrum vir exhæredare possit vxorem & contra? Et dico quòd sic: vt not. in d. §. causas. ¶ Sextò quæritur, vtrū frater fratrem exhęredet? Et dico, ꝙ sic, in tribus casibus. Primò, si voluit illi mortē inferre. Secundò, si illum criminaliter accusauit. Tertio, si in substantia eius molitus fuerit iacturam. Et hoc locum habet etiam, qn̄ frater moritur ab intestato, vt non succedat ei frater: vt in auth. de nup. §. ingratitudinē. Quod limita verum, si ignorauit: quia si sciuisset ingratitudinē, videretur remisisse nō determinando, ꝙ non succedat: vt in l. fi. C. de reuoc. dona. iuncta l. cōficiūtur. ff. de iure codi. Non est tamen necessarium, qn̄ frater exhæredat fratrem, vt inferatur causa exhæredationis: vt voluit Bart. in l. si fratres. C. de inoff. testa. Notandum est tamen primo, quod duplex est fratrum differentia, quia sunt quidam vterini, quasi ex eodem vtero, & non ex eodem patre nati: & isti non habent querelam inofficiosi testamenti contra fratrē, etiam si persona turpis esset instituta, quidam vero sunt consanguinei, qui ex eodem patre nati sunt, licet matre eadē vel non: vt Inst. de leg. agna. succes. & isti habent querelam contra testamentum fratris turpem personam instituentis: nisi seruū necessariū institueret. Nulli verò alijs ex transuersalibus cōpetit querela: vt l. fratres. C. de inof. test. & ibi Bar. ¶ Notandū est secūdo, ꝙ si frater spurium instituat, dicit Azo. ꝙ spurius siue natus de nō legitimo matrimonio dr̄ infamis, & consequenter turpis persona. Et idem dicendum est de vsurario. s. quod dicitur infamis, vt inf. Vsura. 9. §. 4.

7 NOTANDVM † est tertiò, quod si frater instituat persona aliquam turpē, & aliquā non turpē: ſm Gul. de Cu. vt recitat Bar. in d. l. fratres, contra illā turpem personā cōpetit querela: & pro sua parte rescinditur. Notandum est quarto ꝙ ſm gl. in d. § ingratitudinē: frater pōt fratrē exhæredare in testamēto, & instituere turpē personā, si in aliquo triū pręadictorum casuum illū inuenerit ingratū. Similiter dici pōt, ꝙ si frater exhęredatus, vel præteritus esset infamis, opponere nō posset cōtra personā ēt infamē institutā, vt patet per Bar. in l. arenā. C. de inof. test. vbi dicit per illam legē, ꝙ non pōt aliquis obijcere turpitudinē, in q̄ ipse incurrit obijciēs. Et hoc facit, quòd infamis non possit obijcere testi, ꝙ sit infamis: vt l. 2. § lege Iul. ff. de test. sed iudex fortè poterit eū ex officio suo repellere, ſm Gof. Et sic facit, & si mater fuerit meretrix, propter meretriciū filiam exhæredare nō poterit, quod est singulare, ſm Bar. ibi. Quod si & ipse pater luxurietur, dici potest non esse idem quod in mare: quia minor castitas requiritur in masculo. l. 1. C. de adulter.

8 SEPTIMO † quæritur, vtrum filia incurrat vitium ingratitudinis, vt possit exhæredari ex hoc, ꝙ nupsit sine paterna volūtate? Et dicit Gof. & sic, quod tn̄ Hostiē. non approbat, nisi elegerit turpē vitā & hoc vltimū dictum cōiter approbat arg. de secun. nup. cap. vlt. & pen. Ex quo. n. filia vtit̄ ꝑmissione canonica, icurrere nū dēt vitiū ingratitudinis. Vtrū ēt pr̄ teneat̄ eā dotare, & alere. vid̄ sup. Dos. § 4.

RVRSVS de hæreditate 3. quantum ad hæredem.

1 *Heres quis dicatur, & in quotuplici sit differentia. Et quid vnumquodque.*
2 *Heres qui institui possit.*
3 *Heres pro parte institutus alio non dato cohærede an possit anima foro totam hæreditatem adire.*
4 *Heres, num ex delicto, vel quasi delicto defuncti teneatur num. 6.*
5 *Accusari post mortem quando quis, & quibus casibus possit.*
7 *Heres num ex contractu, vel quasi defuncti, quo defunctis obligatus fuit, vltra hæreditatis, vires teneatur.*
8 *Heres hæreditate legatis exhausta, num de ipsis legatis quicquam detrahere possit. num. seq.*
10 *Heres, an legatū dotis causa factum, soluere teneatur, si cui legatum factū est, monasterium intrauit.*
11 *Credditoribus hæreditarijs, & legatarijs simul venienti-*

nientib. quo ordine ab hærede satisfaciendum sit.
12 *Votum defuncti num hæres impleri dẽat, & quale.*
13 *Hæredes vbi plures sunt, regulariter pro parte hæreditaria ad defuncti debita, aut legata tenere.*
14 *Hærede de pupillo existente, num prætextu pupillaris ætatis, debitorum solutio deferri possit.*

HÆREDITAS tertiò, consideratur in ordine ad hæreditatem, qui testamẽto instituitur, vel ex intestato succedit.

1 PRIMO † vero quæritur quis dicatur hæres? Et dico, ꝙ hæres est, qui succedit in vniuersum ius defuncti. l. cũ hæres. ff. de diue. & rem. p̃scr. vel est dominus hæreditatis, qui in volũtarijs fit aditione hæreditatis. §. fi. inst. d̃ hær. qual. & differ. sed in necessarijs defertur ipso iure. Hæres aũt testamẽtarius est, qui ex testamẽto succedit: & est duplex. s. vniuersalis: vt qui instituit̃ in solidũ, vel in certa quota: & particularis, qui instituitur in certa re, qui propriè est legatarius. Hæres aũt ab intestato est, q̃ succedit in ius defuncti sine oĩ testamẽto: vt Inst. de hær. q̃ ab intest. defer. Hæres fideicõmissarius est, cui ex fideicõmisso relicta est hr̃ditas dãda illi, cui testator dispo suit. dicẽdo, fidei tuæ cõmitto, vt hoc des illi, qui pro tãto dr̃ hæres, quia loco hæredis hr̃ Inst. de fideicom. hær. §. restituta. vt qui directe, & immediate ex testamento nihil capere põt, vt spurius, saltẽ capias ex fideicõmisso, sed vere non est hæres, cũ sit rogatus hr̃ditatem adire, & postea restituere. Hæres legatarius est, qui legatum accepit, vel cui legatũ factũ est. l. quoties. ff. de hær. inst. Hæres legitimus est, q̃ ex lege duodecim tabularũ, aut ex iuris constõne ẽt sine testamanto defuncto succedit vt agnati proximi. Instit. de legi. agn. suc. in princ. Hæres suus dr̃ filius, q̃ est in potestate patris t p̃e mortis paternæ. Nec nomine suorum hæredũ veniunt extranei hęredes, sec. Bar. in l. Gallus. ff. de lib. & post. quod limita verũ in his quæ nõ trãseũt ad hęredes extraneos. Hæredes sui, & legitimi appellantur, qui in potestate morientis fuerunt, vt filius, filia, nepos, neptis, ex nepote natus, ex filio pronatus, pronata, seu pronepos, proneptis. Legitimi & naturales, vel ẽt legitimi tãtũ, vt adoptiui. Hæres domesticus dr̃, q̃ est in p̃tãte moriẽtis, dum eũ alius non p̃cedit. Hæres necessarius est seruus institutus in testamento domini sui ab eo, qui facultates suas hẽt suspectas ne possit ex ipsis satisfacer̃ creditorib. adeò ꝙ non credit alienũ hr̃ditatem suã ad re, si hr̃dẽ illũ instituat: q̃ seruus hęres factus ideo necessarius dr̃ hæres, q̃a velit, nolit cogitur hęreditatẽ adire, vt satisfaciat creditorib. Inst. de hære. qua. & dif. §. 1. Et hoc verũ nisi illi seruo debeatur cõmissaria libertas. l. is q̃ soluẽdo. ff. de hær. inst. aut hoc eo n̄ faciente. i. non adeũte hr̃ditate eius noĩe potius, q̃ domini defuncti, res hr̃ditariæ vẽdantur, ne defunctus iniuria facta afficiat̃ dicendo ꝙ res eius vẽderent̃. Hęres substitutus dr̃, q̃ alij hr̃di instituto substituitur v. g. si dicat testator, ille sit hæres: & si ille nolit, vel non possit, iste sit ei substitutus: & hoc siue secundo; siue tertio, vel quarto loco substituatur. nã secundus dr̃ oĩs, q̃ post primũ sequit̃, ẽt si sit decimus. ff. de vulg. subst. in prin. ꝓut not. Hos. in Sum. de testam. Hæres aũt extraneus dr̃, q̃ nihil attinet, q̃uis ꝓpriè ĩ statutis hæres extraneus dicatur, qui t p̃e mortis non est in potestate morientis ẽt si filius emancipatus, sec. Ang. Are. Inst. de hære. quali. & dif. §. cęterum. Aliquãdo tñ hæres significauit primũ. i. ꝓximum, non vlteriorẽ, vt. ff. de verb. sign. l. sciendũ. & descendentes post primũ vocant̃ prohæredes: vt tenet gl. in c. fi. de pec. cleric. Sed regulariter nomen hæredis per multas successiones accipitur: vt d. l. sciendũ. & l. vlt. C. de hære. inst. vbi hæres hæredis, testatoris dr̃ hęres. & in gl. in c. transmissa de fil. presb. prohæres autem aliàs dr̃, qui se putat hæredem, cum non sit. ff. de pe. hæred. in l. prohærede. & inst. de interd. §. adipiscendæ.

2 SECVNDO † quæritur, quis institui possit hęres? Et dico, ꝙ oĩs qui non prohibetur a iure. arg. de spon. cũ apud. Qui aũt ꝓhibeatur. dico, ꝙ 13. genera personarũ. Primò hæretic⁹, aũt paganus. de hær. si quis epo. Secundo credentes, defensores, & receptatores hæreticorũ. eo. ti. excõicamus. el 1. §. credentes. Tertiò, apostatæ. Quarto, collegiũ illicitũ. Quinto, deportatus. C. de hęr. insti. l. 1. Sexto dãnatus ob crimẽ famosum. Septimo, insequutor Cardinalium. de pęn. felicis. lib. 6. Octauo, excõicatus, si q̃a si is, qui t p̃e institutionis, vel mortis, vel aditionis hęreditatis erat excõicatus, instituatur, nõ valet institutio: secus si excõicatus fuit post institutione, sed añ mortem absolutus: quia tenet institutio. ff. de hæred. inst. l. sed si in conditione. §. solemus. & l. si alienum. §. in extraneis. Nono, spurij nati ex coitu damnato. de quibus sup. Filius. §. 25. Decimo incestuosi cũ monacha. 26. q. 1. si q̃s sollicitauerit in glos. Vndecimo, crimen læsæ maiestatis committentes. de pœn di. 1. c. quis quis cum militibus. Duodecimo, simoniaci s̃m aliquos: quia parificantur lędentibus maiestatem.

testatem, Decimotertio, hi qui nec in ꝓprio, nec in cõmuni possunt habere, vt fratres minores.cl.exiui.§.cupientes.de verb. sign.

3 Tertio † quæritur, vtrũ hæres institutus in certa parte, qui propriè non dr̃ hæres, sed legatarius, vt in l.quoties.C.de hær.inst.possit in foro aïæ nõ dato alio herede adire totã hæreditatẽ ſm ꝙ vult.l.1.§.fi.ex fundo.ff. de hær.inst.Et dicit Pan. in c. quia ingredientib. de testa.ꝙ Fede.cons. 126. & multi alij Doct. in sacra pagina consuluerunt, ꝙ sic: quia ius humanum nõ contrarium diuino seruari debet in foro animæ: & consequenter iste licitè potest adire. Quod tamen limita, modo testator dolosè nõ sit inductus ad instituendũ eũ in certa parte: puta quia persuasit, quod non possit habere regressum ad alia bona. Limita etiam, modo non sic institutus cum ista additione, & volo, quod de bonis meis plus petere non possit: quo casu licet videatur, quod possit adire.ar.dicti §.si ex fundo.& d.l.quoties, tñ verum est contrariũ.s.quod nõ potest vt in l.quoties.§.sed si duo.ff.de hær.inst. vbi patet, ꝙ d.§.si ex fundo.& d.l.quoties, locum hẽt qñ voluntas testatoris est simplex, nõ restricta expresse, vt ĩ casu isto. Et ideo veniẽt succedentes ab intestato, quia testator nõ repetitur habere hæredem: & non potest quis pro parte decedere intestatus, & ꝓ parte testatus.l.ius nostrum.ff.de reg.iu. Et si dicatur quo modo potest prohibere, quod non plus petere? Dico, quod per leg.domus.§.fin.ff.de vsuf.vbi testator prohibet ius accrescendi, & casus est l.1.de iniur.rupto testa.

4 Qvarto † quæritur, vtrũ heres teneaẽ ex delicto, vel quasi delicto defuncti? Et dico colligendo ex Bar.ff.de priua.delic.l.1. ꝙ aut actio est penalis ex vtraq; parte, rei.s.& actoris: puta qñ petitur pena applicanda patri: & sic non tenetur aliquo iure. Si vero actio est pœnalis ex parte rei, & prosecutoria rei ex parte actoris: puta quia ego ago pro satisfactione damni mei, & sic de iure ciuili, si delictum fuit cõmissum circa contractũ tenẽtẽ, sic tenetur hæres: quia non fundatur intẽtio actoris immediate ex delicto, sed ex contractu: puta quia agitur actione commodati, vel depositi, & hmõi & non ex dolo vel delicto. Casus est in l.ex depositi.ff.de actio.& obl.& bonus tex.in l.si hoiem. §. datur actio, ff. depo. Si vere delictũ, cõmissum fuit circa cõtractũ, qui nõ tenuit: puta quia dolus dedit causam cõtractui, & consequẽter non tenuit, de emp.& ven.c.cũ dilecti. sic nõ teneẽ: quia cũ agere nõ possit ex cõtractu, qa nõ est: oporteret illũ agere ex delicto cõtra hr̃dẽ: & crimina morte extinguũtur.24. dis. quorundã.

5 Et † nullus post mortẽ accusari põt.24.q.2.c.1.ff.de bo.eo.qui an.sen.mort.si. consci. l.fi.33.qu. 1. admonere, nisi in casibus hæresis, 24.q.1.sanè. vel si hæreticos instituit hr̃des, de hær. si quis episc. vel si decessit in crimine notorio, vt no.in gl.d.c.quorundã & 23.q. 2. in summa, vel gñaliter quicũq. defunctus crimen cõmisit, propter quod ipso facto pœna lege inflicta sit: sicut in hæresi, & crimine læsæ maiest. quia tunc accusatur, & agitur contra hæredem, vt nõ puniatur ex illo delicto, sed vt bona auferanẽ ab eo, quæ in commissum ceciderunt, & facit l.cõmissa. ff. de pub. & tex.bonus in c.2.de præscr.lib.6. Alias non tenetur hæres pro quocũq; delicto commisso a defuncto, siue in contractu quocunque, siue extra oẽm contractum, nisi in duob. casibus. ¶ Primò, si lis fuit contestata cũ defuncto, vt l.vnica.C.ex delic.defun. Ratio, qa in iudicio, quasi contrahimus, vt in l. 3. §. idem scribit.ff.de pecu. ideoq; ꝑ cõtestationẽ litis vr̃ contractus initus cũ defuncto. Secundo, si aliquid peruenit ad hæredẽ ex delicto defuncti, q̃a intm̃ tenetur, & nõ plus, vt in d.l.vnica.fallit in cõdictione furtiua, quia in l.si pro fure ff.de cond.fur.dicit tex.ꝙ furti actio penam petit legitimam, cõdictio rem ipsam, & sequitur cõdictio rei furtiuæ, quia rei habet prosecutionem, hæredem quoque iuris obligat, nec tm̃ si viuat seruus furtiuus, sed & si decesserit, viuo scilicet fure, vel mortuo.

6 De † iure aũt canonico tenet Bar. indistinctè teneri, qñ quis agit pro damni satisfactione contra hæredẽ, intellige quantũ hæreditas se extendit: & placet in cõscientia, & hoc sequuntur cõiter Doc. Et sic intellig. sunt gl. ĩ c.ex ꝓsentiũ.de pugno.folle.c.1.de rap.lris, de vsur.tua nos.Pan.tamen in ca. fi.de sepul. solum admittit hoc verũ iure canonico, quãdo defunctũ penituit, vt no.gl. ĩ c. a nobis, el 2.de sen. exc. quia tunc agitur ex quasi contractu, non ex delicto. Si vero non pœnituit, non tenetur, ſm eundẽ, & gl.in d.ca.a nobis, nisi quatenus iure ciuili teneretur.

7 Qvinto † q̃rit, vtrũ hæres teneaẽ satisfacere ex contractu, vel quasi defuncti, in quo defũctus erat obligatus vltra vires hr̃ditatis? Et dico, ꝙ ſm canones & cõscientiã, hr̃s siue filius, siue extraneus teneẽ ad oïa debita, siue fuerint ex extractu, vel quasi, siue ex maleficio, vel quasi, siue res peruenerit ad hæredẽ,

siue nō & hoc tenēt Inn.Laur.Io.& Rayn. ꝙ limitā, si hæreditas sufficit: alioquin si quidē fecit inuentarium, nullo modo tenetur? si verò non fecit, ēt non tenetur in foro animæ, sec. Io. And. & dom. Ant. & Pan. in d.cap. quia plerique de immu. eccle. sic tamen, ꝙ debita soluat sine diminutione. De legatis verò dic, vt §. seq. in foro verò contentioso tenetur, vt in l. fi. C. de iure delib. sed tamen consi. 21. dicit, ꝙ etiam tenetur in conscientia vltra vires sed primum est æquus.

8 Sexto † quæritur, vtrum hæreditate exhausta per legata possit de ipsis legatis detrahere quicq̄? Et dico, ꝙ aliqñ detrahitur Falcidia, aliqñ Trebellianica, aliquando legitima: de quo dic, vt inf. Legitima. Similiter ante omnia deducere pōt funeris expēsas, & alias necessarias, quas fecit causa hæreditatis, vt in testamento, & inuentari, & hmōi, q̄a sic a grauamine, sicut & a lucro dēt esse immunis l. scimus. §. & si præfata, cum quinque inf. seq. C. de iur. delib. Vtrum autē soluendo legata scienter vel ignoranter, & non retinendo sibi Falcidiam, possit repetere inf. Solu. §. 3.

9 Septimo † quæritur, vtrum hæres legata soluere teneatur facta in testō minus solemni? Et dico, ꝙ nō in foro iudiciali, de quo dic vt in l. si veritas, & in l. fi. C. de fideicō. sed in foro animæ ista q̄ō pendet ex alia, s. vtrū ex voluntate defuncti oriatur obligatio naturalis? Et cōiter Vltramontani tenent, quòd nō: Cismontani vero ꝙ sic, de qua vide per Canonistas in c. fi. de sol. & per Bald. & Legistas in l. cum quis. C. de iu. & facti ignor. vbi dicit Albe. ꝙ opinio Cismontanorum est cōis, & sic tenenda. Ex qua opi. motus do. Anto. dicit se consuluisse in facto, in quo tm̄ vnus testis fuerat, ꝙ tenebatur hæres in foro aīæ. Pan. aūt in c. quia pleriq; de imm. eccl. distinguit, sed ẜm oēm suam distinctionē hæres tenetur in foro animæ, si constet ei de voluntate defuncti, quæcunq; solennitas omittatur: quia vt ipse dicit solennitates fuerunt inductæ ad tollendā falsitatem: vbi ergo cōstat, ꝙ nulla interuenit falsitas, dēt cessare ēt dispositio legis, seruari æquitas, & obligatio naturalis, quæ oritur ex dispositione defuncti. l. cū amplius. §. is natura dēt. ff. de reg. iur. & facit qđ no. Inn. de elect. in ca. qđ sicut. Adde vero, ꝙ vbi cōstaret de verbis eius, & non de volūtate: quia. s. esset præsumptio probabilis de voluntate contraria verbis, non tenetur in conscīetia, sicut si testator erat doctus, & potuit vti solēnitate sine incommoditate, & legatarius erat ei multū importunus, & parū dilectus, & hmōi, quia vr̄ voluisse potius illudere. Secus si fuit ignorans, vel solemnitatē obseruare non potuit. Et ita malè addit, & limitat Su. Ang. quia talis præsumptio non trahit extra terminos dubietatis, cum ex alia parte sint verba testatoris. Et ad istam præsumptionem dici possit non esse verum, si in angustijs mortis viri docti errent circa iuris solemnitates. In dubio autem standum est verbis legis, vnde isto modo posset legatarius furari sibi relicta sec. Bald. & Moder. in l. 1. C. de testa. maxime si sint ad pias cās relicta. ar. ca. cū tibi. de testa. Vbi tñ esset certitudo de voluntate testatoris, secus esset. Vide etiam inf. Testamentum. 1. §. 9. par. 8. in fi. & §. 13.

10 Octavo † quæritur, vtrum hæres teneat soluere legatum factum cā dotis, si legataria monasterium intrauerit? Et dicit Pan. in ca. in præsentia. de proba. ꝙ sic. Et idem si esset ei relictum causa donationis propter nuptias.

11 Nono † quæritur, quo ordine soluēdū sit creditorib. & legatarijs? Et dico sec. Ray. ꝙ si creditoris & legatarij simul veniāt, primo satisfaciendū est creditoribus: si aūt veniant separatim, liberatur hæres soluendo per illū ordinem, quo venerūt, mō nihil faciat in dolo: & creditores postmodū venientes, hæredem inquietare non debent, nisi de hæreditate illi remanserit: habent vero ius suum saluum contra legatarios. Si aūt hæres scit, vel credit, aut dubitat non extendi, siue fuerint ex contractu, siue ex maleficio vel quasi, nihil dētdare legatarijs, donec sic creditoribus satisfactum. Et idem modus tenendus est in satisfaciendo prius creditoribus prioribus, & in iure potioribus. Et si hæres hunc ordinem seruauit, primo. s. soluendo legatarijs, vel secundarijs creditoribus: non absoluitur in foro conscientiæ, nisi hoc faciat ignoranter, reputans. s. hæreditatem ad oīa soluenda sufficere, vel nesciens hūc esse potiorem, sec. Vl. & Host. & Gl. ēt Ray. dicit, si sicut priores creditores ab alijs præuenti hæredem inquietare non debent, ita nec eos, qui ab eo emerunt res, quarum pretia in legata vel fideicommissa, vel alios creditores ꝓcesserūt: vt in l. sancimus. C. de iure delibe. quia, vt ibi patet, creditoribus potioribus seruatur ius contra legatarios, & alios creditores inferiores, qui ab hærede prius acceperunt. Detrahere tamen potest hæres ab hæreditate eo modo, quo. sup. eodem. §. 7. De ordine autem creditorum, inf. Restitutio. 6. §. 5.

Decimo

12 DECIMO † quæritur, vtrum hæres teneatur ad vota testatoris? Et dicit Petr. de Pal. in 4. ꝙ sic, si est votum reale: puta, dandi, aut exponendi tm̄ non autem si est personale, vt ieiunare vel peregrinari, aut continere, nisi se spōte obligauerit, & hoc siue hæres sic, filius siue alius extra, eo. licet. Si vero est simul reale & ꝑsonale, & vtrūq; expressum, tenetur ad reale: vt si vouit ire ad sanctum Iacobum, & equū offerre, tenetur ad equum tm̄. Similiter si nouit fundare monasterium, & intrare, tenetur ad fundationē tm̄. Et si est expressum ꝑsonaliter principaliter, & reale tacitum, & accessorium: vt iure ad sanctum Iaco. hæres non tenetur ad reale. i. expensas, sicut nec ad personale, & si vouit religionem, nō tenetur hæres tradere bona: quia sublato principali tollitur accessorium. Similiter si defunctus susceperat crucem, non tenetur hæres expēsas mittere quas fecisset, nisi hoc ordinasset. Si vouit autē mittere certas personas vltra mare, quod reputatur reale: ad illud tenetur hæres, hæc ille. De hac etiam materia, inf. Votū. 2. §. 11, vtrū. s. hæres cōpelli possit ad ista.

13 VNDECIMO † quæritur, si hæredes sunt plures, vtrum omnes teneantur insolidum ad omnia debita vel legata? Et dico, quod regulariter quilibet tenetur solū pro arte hæreditaria. C. de act. hære. l. ꝑ hæreditarijs. Fallit hoc in multis casibus. ¶ Primo, qn̄ aliter disposuit defunctus. ff. de legat. 2. l. cum ab vno; vt si ab vno hæredū legauerit creditori hæreditario animo cōpēsandi, tūc ille hæres onus sustinebit vsq; ad quātitatem, legati. ¶ Secundo in expēsa funeris vxoris, q̄ non adstringit hæredes tantū hæreditarijs portionib. sed ēt vtrū pro portione q̄ ꝑuenit ad eum de dote vxoris vt si ad eū ꝑuenerūt cētū, & in hæreditate sunt ducēta, ipse vir tenet pro tertiā parte, & hæredes pro duabus: vt in l. veluti. ff. de rel. & sump. fu. ¶ Tertiò, si bona defuncti erant exꝓsè vel tacitè hypothecata creditoribus: qa vno existēte non soluendo, tn̄ alii tenētur. Quartò in alimētis legatis, qa pro volūtate defuncti vel iudicis ab vno insolidum vel plurib. pro designatis partibus expetuntur. ff. de adi. le. l. 3. ¶ Quintò, qn̄ res legata possidet ab vno insolidū. l. pro hæreditarijs, & ff. cōmo. l. sed mihi. §. hæres. ¶ Sexto, quādo obligatio cōsistit in implēdo pollicitationē factā a defuncto de aliquo faciēdo vel nō faciendo. ff. de polli. l. 1. §. si quis, & l. ex pollicitatione, & ff. de verb. obl. l. in executoribus, tūc .n. quilibet insolidū tenetur: vt si ꝓmisit aliqđ opus se facturū ad honorē Dei, vel reipublicæ: vel ꝓmisit ꝑ se & hærede non fieri quo minus ꝑ fundū suū ire liceat, ad qđ quilibet hæredū obligat insolidum. ¶ Septimo, qn̄ obligatio est indiuidua. d. l. in executionib. §. serua. & de hoc hēs in glo. d. l. ꝑ hæreditarijs.

14 DVODECIMO † quæritur, vtrum si hæres sit pupillus, differri possit solutio debitorum ꝑtextu pupillaris ætatis? Et dico, ꝙ nō. C. de acq. hær. l. sub prætextu. Et si hæres vel executores legata nolunt ad pias, cās, eps̄ ꝑmissa monitione ad hoc eos cogere dēt, extra de testa. tu. & c. Ioannes, ēt si a testatore id contigerit interdici, de quo inf. Testamentū. 2. §. 8. part. 3. Vtrum autem ista dilatio prolonget defuncto purgatorium, ibidem. §. 9.

RVRSVS de hæreditate 3. quantum ad substitutionem.

1 *Substitutio quid sit. Et quid si substitutionum gradus plures.*
2 *Substitutionum genera quot sunt. Et etiam in his quanam verba directa, aut indirecta, dicantur. Et quæ communia & nu. seq.*
4 *Hæreditatem restituere in substitutione indirecta rogans, num ex illa aliquid alienare possit.*
5 *Testatoris liberorum si quis pure hæreditatem restituere rogatus, vlla filiorum mentione facta, si deinde liberos aut nepotes habet, an substitutio expiret.*
6 *Substitutionis directa species quot sint.*
7 *Iura de substitutione vulgari, quid cauerint. Item quid de pupillari, exemplari, & breuiloqua. nu. 8. 9. 10. & seq.*
11 *Clausula, si sine libsris, hoc habet pro regula, vt quandocunque quis de liberis aliquem de hæreditate alteri restituenda post mortem suam rogat vt sub intelligatur, quanquam adiecta non sit quod in extraneo rogato non æquè.*
12 *Substitutio in defectum liberorum factam, num indistinctè per religionis ingressum euanescat.*
13 *Puella si in nuptiarum euentum cētum relicta sint & in casum religionis suscepta, quinquaginta, an si religionem ingressa sit, centum nihilominus habere debeat. Et ibi Alber. & Rich. super hac quæstione conciliatio.*

1 HAEREDITAS † quarto consideratur quātum ad hæredem substitutum vel substitutionem hæredis: quæ quidem substitutio est secundaria & conditionalis institutio: sicut cum quis, dicit talis esto mihi hæres: & sic non eris vel decesserit. Titium substituo: iste Titius dicitur substitutus. ff. de vulgar. & pupilla substi. l. 1. Et licet substitutiones de vno in aliū procedere possint in infinitum, omnis tn̄ institutio post primam dr̄ substitutio: sicut

secūdæ nuptiæ dñr oēs q̄ sequuntur primas.

2 PRIMO †verò quæritur quot sunt substitutionum genera? Et dico, ꝙ sunt duo, s. substō indirecta, & directa. Et indirecta quidē substitutio est, ꝑ quā quis capit hæreditatē mediāte alio: vt cū testator fideicōmittit A. hæredi, vt hæreditatē restituat. P. & dr̄ substitutio indirecta & obliqua eā rōne, quia. s. per aliū cap. & fideicōmissaria, quia olim cōmittebāt fidei hæredis in totū: non. n. cogebatur restituere: sed hodie sic, ꝑ l. pen. C. ad Tre. Itē dr̄ ꝑcaria, q̄a fit possibiliter verbis ꝑcarijs, i. rogarijs, vt puta, instituo te, & rogo te, &c. Directa verò substitutio est, qua quis capit hæreditatē defuncti ex dispositione testatoris, nullo alio mediāte vel cooperante, vt cū dicit testator, A, mihi hęredē instituito: sed si ipse nō erit hæres, C. sit hæres, & sic C. substitutus est directe. Verba aūt harū substitutionum, in quib. fiunt istæ substitutiones, indirecta quidē sunt, volo, mādo, rogo vt restituas hr̄ditatem: directa vero fit ꝑ verba merà directa & ciuilia: vt hęres esto, vel sit, vel hr̄dē instituo. aliqn̄ ēt fit ꝑ verba geminata, vt A. filiū meum impuber est hæredē instituo, & si in pupillari ætate decesserit. B. substitutio. Hæc ēt substitutio est directa, si moriat̄ i pupillari ætate, ꝑꝑ verba geminata. Sed si post pubertatē, ēt fideicōmissaria, vt cōiter dr̄, & etiam si diceret, hęres sit. Aliquando vero fit per verbo communia, & similiter indirecta.

3 PRO †quo sciendum est, quòd verbum qđdam est directam, illud. s. quod significat vt is cui relinquitur, sua manu recipiat: vt hoc verbum, instituo; vt patet ff. de hæred. instit. & hæres esto: vt ibidem. Itē, accrescat: vel ēt accipiat, vel capiat. Quoddam vero est indirectum siue obliquum, s. quod significat ut is cui relinquitur, accipiat de manu alterius, vt est restituo ad Trebel. l. instituta. & l. semper. Item volo. ff. de leg. 3. l. pater filium. §. fi. Item rogo, &c. Aliquod vero commune, quod. s. habet vtranque significationem. s. vt de manu sua, vel alterius accipiat: vt verbum, substituo: aut moriatur tali, i. ad vtilitatem talis: & succedit, & etiam accipiat.

4 SECVNDO †vero quæritur, quantum ad istā substitutionem indirectam, vtrum rogatus, hæreditatem restituere, possit aliquid aliena re de illa? Et dico, ꝙ nō C. cōia de leg. 1. a nisi in casibus positis in auth. res quæ ibidem posita: qui casus sunt isti. s. cā dotis, & donationis ꝑꝑ nuptias: & loquitur in liberis, non in extraneis. Et idem sec. Bar. in d. auth. proponendo filium in monasterio. Similiter pro c. alimentorum, qn̄ aliunde substentari nō potest: & idem pro redimēdo filio capto ab hostibus. Potest tamen sibi retinere quartā Trebellianicam. vt in c. Raynaldus. & in c. Raynutius. de test. sed si rogatus est restituere q. c quid superest de hæreditate: tunc ad minus quartam partem seruabit substituto. vt C. ad Treb. auth. contra rogatus: de quo vide in gl. in c. in præsentia. de prob.

5 ADVERTENDVM † est autem, s̄m eam ibi, quod licet quis ex liberis testatoris sit pure rogatus hæreditatem restituere, nulla facta mētione de filijs: si tn̄ postea habuerit filios, vel nepotes, substitutio enanescit. C. de fidei com. l. cū acutissimi. C. de insti. & subst. l. generaliter. de cond. & demonst. l. cum auus. vide inf. §. 3. ¶ Aduerte ēt, ꝙ si rogatus hæreditatē restituere, illā spōte adiuerit, retinebit quartam Trebellianicā, & reliquas tres partes restituet. Si vero adierit iudicis officio compulsus, restituet totam Institu. de fideic. hær. §. in primis. & ff. ad Treb. nā qđ. §. qui compulsus.

6 TERTIO †quæritur quot sunt species directæ substitutionis? Et dico, ꝙ sunt quinque.

¶ Quarum prima dicitur vulgaris, quia est à quolibet testōre de vulgo factibilis: & cuilibet siue pupillo siue minori, de qua agitur Instit. de vulg. subst. Et hæc est duplex. vna. s. expressa, q̄ fit ꝑ istā negationem, non, hoc. s. modo, instituo mihi hæredē A. & si ipse non voluerit, vel nō potuerit hęres esse, sit hęres P. vł substituo P. Alia tacita, qn̄. s. negatio nō exprimitur, sed includitur, hoc. s. modo, A. & P. mihi hæredes instituo, & eos inuicem substituo: per quæ verba tacitè subintelligitur, ꝙ si alter eorum hæres non fuerit, s. quia noluit, vel non potuit, qn̄ decessit ante aditā hæreditatem, alter sit hæres in solidum. ff. de hære. institu. l. cum in testamento. §. hæc verba.

¶ Secunda vero dicitur pupillaris: quia fit soli pupillo, vel pupillis: nec pōt tempus excedere pupillare: sed expirat ad introitum pubertatis: vt dicendo, filius meus mihi hæres esto, & si non erit, vel si erit, & intra tempus pubertatis decesserit, P. sit hęres. Insti. de pu. sub. in princ. imò factibilis est ī minus tēpus, vt si dicatur, si filius meus intra quartum, vel quintum annū decesserit, P. sit hæres. Et hæc est duplex. vna. s. tacita, q̄ non habet formā pupillaris substitutionis, sed sub eius verbis includitur: cū dicitur: A. filium pupillū meū hæredum mihi instituo: & si ipse hæres mihi non fuerit, P. sit hæres. & hæc ex expressis est

est vulgaris: ex tacitis verò pupillaris. Vnde siue A, sit hæres, siue non, si in pupillari ætate decesserit, hæreditas directo iure peruenit ad P, sed ex vulgari succedit tm̄ in bonis testatoris, ex pupillari vero in bonis testatoris & pupilli. Alia est expressa, q̄ sit per verbum affirmatiuum: & facit exp̄sse mētione de pupillari ætate: & sub ea includitur vulgaris tacita: vt Inst. de vul. & pup. substōne. §. 1. ff. de vul. & pup. snbst. l. cū hoc iure. & fit hoc modo, s. A. filiū meū hæredē mihi instituo: & si ipse mihi hæres nō fuerit, & in pupillari ætate decesserit. P. sit hæres, vel P. substituo. Vnde ista duo requirit, s. verborum affirmationē, & & expressionē t̄pis pupillaris. Tertia dr̄ exemplaris: quia ad exemplū fit pupillaris, & est q̄ fit a parentib. vtriusq; sexus filio furioso, vel mente capto, sic dicta, quod exemplum fiat substitutionis pupillaris, quia sicut pupillo qui testari non pōt, prouideť de hærede, ita & furioso, & fit hoc modo, s. A. filiū meū furiosum, vel mente captum hæredem mihi instituo, & si decesserit antequā ad sanā mentē deuenerit, substituo ei talem, vel talē ¶ Quarta dr̄ cōmpediosa, quia. s. fit sub cōpendio huius aduerbij, qn̄cunq;, & continet tacitā pupillarem, quæ alias fit prolixiorib. verbis, sic, A filium meum hæredē instituo: tn̄ qn̄cunq; decesserit, P. sit hæres, & sic licet qn̄cunque extendatur ad oē t̄ps: hic tn̄ restringitur ad pupillare solū in qd̄ solum dr̄ de substituto prouidere noluisse. l. precib. C. de impu. & alijs substi. ¶ Quinto dr̄ breuiloqua siue reciciproca, quia. s. in breui continet duas vulgares, & duas pupillares, vt cum duo vel plures impuberes instituti a p̄re habēte eos ī p̄tāte substituuntur hoc modo, A. & B. filios meos impuberes mihi hr̄des instituo, & eos inuicē substituo, vn̄ quia cōtinet, expressū pupillarē, si quis eorū decesserit in ætate impuberi, mater decedētis oīno repellitur, & alij ab intestato veniente, & succedit substitutus.

7 QVARTO † quæritur, quid iura velint de substitutione vulgari? Et dico duo. ¶ Primū. Effectus huius substitutionis est, vt bona testatoris tm̄, q̄ debebant venire ad institutum, veniant ad substitutū, non bona instituti. Insti. de pupil. subst. §. quo casu. ¶ Secundū Euanescit aūt substitutio, q̄ cito institutus adierit hæreditatem, siue postea decedat cū liberis. siue sine liberis. C. de impub. & alijs subst. l. post aditā, & hoc nō solū qn̄ expresse fit per negationem, sed etiam quando tacitè. vnde licet Titius & Sempronius fuerint instituti hæredes, & adinuicem substituti: si tamen hic vel ille adierit hæreditatem, expirat substitutio, vt in d. l. post aditam.

8 QVINTO † quæritur, quid iura velint de substitutione pupillari? Et dico quatuor. ¶ Primum. Ad istā substitutionem quatuor requiruntur. Primū, s. ꝙ ille, cui fit substitutio, sit de liberis testatoris: & accipio liberos non tantum pro filios, sed pro nepotibus. Secundum, ꝙ sit impubes. Tertium, ꝙ sit in potestate testatoris. Quartum ꝙ instituatur vel exhæredetur. Et fieri potest non solum filio impuberi iam nato, sed etiam posthumo, si tn̄ nascendo esset sub potestate testatoris, si viueret ipse testator, & etiam nepoti, si tamē sit recasurus in potestatē sui patris post mortem aui, ff. de vulgar. & pup. substitut. l. 2. §. posthumus. ¶ Secundum. Effectus est eius, vt non solum sit P. hæres iure directo, & capiat bona & hæreditatem vtriusque, si A. decesserit in ætate pupillari: sed etiam excludit matrem: ita ꝙ ēt legitimam petere non poterit: vt not. Bar. & doct. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. & omnem aliam personam. quæ ipsi pupillo ab intestato succedere potuisset. ff. de vul. & pu. sub. l. Lucius. Et hoc verum est in expressa: in tacita autem hēt locum, qn̄ alter filius testatoris frater pupilli substituitur. Si autem substitutus sit extraneus, mater admittitur, & repellitur substitutus. l. precibus. l. q̄dē. C. de impu. & alijs sub. nisi in quatuor casibus. Primo, qn̄ pater expresse prohibet ne aliquid habeat. Secundo, qn̄ reliquit aliquid vxor: & vult esse contēta. Tertio si fuit inimica patri. Quarto, qn̄ frater impuberis est substitutus. Nota ēt, ꝙ in hac tacita extraneus nō excludit fratrem ex vtroq; parente cōiunctū. ¶ Tertiū. Euanescit aūt ista substitutio primo, per aduentum pubertatis. Secundo, si hæreditas partis non sit adhuc adita: quia cū nullus appareat hæres, testm̄ paternū vr̄ destitutum: & sic euanescit ēt pupillaris. ff. de vulg. & pup. subst. l. si plures. §. sed si ex asse. Tertio, si nascitur posthumus, de quo mentio non est facto in testō, ff. eo. l. si p̄r filiū. Quarto, si patiatur pupillus capitis diminutionē maximā, mediā, vel etiā minimā. ff. de adop. l. nec ei. ¶ Quartū. Ratio quare inuēta sit, est: quia cū filius in pupillari ætate testari non possit, p̄mittiť patri ipsi filio facere testamentum, & de hærede prouidere durante illa ætate p̄cise. d. §. quo casu.

9 SEXTO † quæritur, quid iura velint de substitutione exemplari? Et dico hoc parere

ex dif-

ex dñia eius ad pupillarẽ, à qua differt mul-
tipliciter. ¶ Primò, quia illa fit tm̃ a patre q̃
illum habet in potestate. hæc aũt fit etiam à
matre filio furioso, vel mente capto non exi
stente in eius potestate. ¶ Secundo, quia illa
tm̃ fit pupillis & impuberib. ista vero solum
adultis, vel maioribus. ¶ Tertiò, quia in illa
põt substitui quilibet quẽ volueris: ĩ ista nõ,
sed certo ordine sic: vt si hẽt liberos, ei sub-
stituantur. si vero non habet, substituant̃ fra-
tres: ꝙ si nec filios, nec fratres hẽt, tũc substi-
tuet quẽ voluerit. C. de imp. & alijs sub. l. hu-
manitatis. ¶ Quarto, quia illa expirat adue-
niente pubertate: sed hæc solũ aduenĩete mẽ
te sana. ¶ Quinto, q̃a illa fit impuberi, siue fu
riosus siue sanus mente sit: hæc verò solùm
furiosis, & mente captis. Probantur hæc oĩa
Instit. de pub. sub. §. qua rõne. Et si adueniat
sana mens, & nullo facto testõ iterum verta
tur in furiam, non euanescit substõ. arg. l. qđ
fauore. C. de legi. & placet: licet alij dicant,
quod expirat. arg. l. quod quisque. ff. de re. iu.
Effectus autem eius est, vt bona vtriusq; tran
seant ad substitutum.

10 SEPTIMO † quærit, quid de breuiloqua? Et
dico quatuor. ¶ Primum. Hæc substõ fieri po-
test à milite: nec explico qũo, quia non est in
vsu. Item à quolibet, non milite, sed oportet,
quòd fiat filio pupillo in potestate existẽte.
¶ Secundum. Continet aũt pupillarẽ expres-
sam, quia habet eundem effectum: ideoque
solùm filio pupillo, & in potestate existenti
fieri põt vt dictum est. ¶ Tertium. Licèt hæc
substõ sit directa de sui natura simpliciter,
possent tñ apponi in ea verba, vel dictiones,
vel aliqua mutari, per quæ in fideicõmissum
verteretur, & ad naturã ac ius fideicommissi
reduceretur. ¶ Quartũ. Quatuor autem mo-
dis ad naturam, vel ius fideicommissi induci-
tur, sicut fieri põt sub his quatuor formis.
¶ Primo enim fit sic: A. mihi hæredem insti-
tuo: & si q̃ncunque decesserit A. substituo P.
Nam hoc verbũ, substituo, trahit hanc substi
tutionem ad fideicommissum, sec. gl. in l. pre
cibus, C. de imp. & alijs sub. & l. Centurio. ff.
de vulg. & pup. sub. & in c. Raynutius. de te-
stam. Et prædictum aduerbiũ, q̃ncunq;, ĩ hoc
casu seruat propriam significationem, & re-
spicit oẽ tp̃s, & rem omni tp̃e suadet valere,
l. quoties. ff. de reb. dub. Hinc est, quòd quo-
cũque tp̃e moriatur, siue in pupillari, siue in
maiori ætate, virtute huius verbi, substituo,
vr̃ rogatus esse a testatore per fideicommis-
sum post mortem suam restituere hæredita-
tem, & bona testatoris ipsi substituto. Vnde
ipso instituto moriente, mater & quicunque
successores siue ex testõ, vel ab intestato adi
bunt hæreditatem, & aditam substituto resti
tuent iure fideicommissi. Instit. de fidei. hær.
§. sed quia stipulationes. defalcabunt tñ & re
tinebũt legitimam ipsius, quæ est tertia pars
totius hæreditatis testatoris, s̃m communio
rem opin. si ipse A. erat de liberis ipsius testa
toris, ad quos legitima spectat: quia in hac
grauare eum testator non potuit. C. de inof.
test. l. q̃m. De reliquis verò defalcabunt ter-
tiam Trebellianicam, & sic habebunt medii
hæreditatem: reliquam vero medietatem re
stituent substituto iure fideicommissi. Retine
bunt etiam sibi omnia bona ipsius A. quia te
stator de suis tantum rogasse intelligitur, nõ
hæredis. Si verò A. non erat de liberis, defal-
cabunt tantum Trebellianicam: & habebit
etiam alia bona, quæ A. quæsiuit aliunde. Et
hæc substõ, quia ius fideicommissi habet, fie-
ri potest cuicunque hæredi, & a quocunq; te
statore. Inst. de fideic. hæred. ¶ In primis. & §.
seq. Et aduerte, quòd licet in præfata forma
non addatur, quandocunq; decesserit sine li-
beris; si tamen A. erat de liberis testatoris,
intelligitur hæc clausulo, si sine liberis.

11 QVIA † pro regula est, quòd q̃ncunq; quis
aliquem rogat de liberis suis, alteri hæredi-
tatem restituere post suam mortem, semper
intelligitur tacite conditio ista, s. si decesse-
rit sine liberis, quia non est credendũ, ꝙ quis
exclusa prole filij sui voluerit hæreditatem
peruenire ad alterum. In extraneo aũt hære-
de non inest talis tacita cõditio, nisi addatur
expresse. C. de instit. & subst. sub cond. fact. l.
gñaliter. §. vlt. ¶ Secundo sic fit: A. filiũ meum
impuberem hæredem mihi instituo: sed si di
ctus A. q̃ncũq. siue liberis decesserit P. sit hæ-
res: & tunc si moritur intra tp̃s pupillare va-
let iure directo: & sic substitutus capiet totã
hæreditatem siue deductione alicuius quar-
tæ. d. l. Centurio. & c. si pater. de testam. li. 6.
Si verò moritur in pubertate, sec. Io. An. erit
totaliter fideicommissaria: quia licet per istã
dictionem, sit hæres, videatur directa, tamen
per istam additionem, sine liberis trahitur
ad fideicommissum, vt probatur in l. Scæuo-
la. ff. ad Trebel. quia illa additio innuit, ꝙ in
quocunque tp̃e decesserit sine liberis in pau
pertate, ex præsumpta voluntate testatoris,
vr̃ rogatus per fideicommissum restituere
hæreditatem post mortem: vt probatur in
d. l. precibus. Et ideo quocunque tempore

in pu-

in pubertate moriat̃ sine liberis, mr̃, aut quicunq; successores, restituent hæreditatẽ substituto deductis dictis. ff. de vulga. & pu. subs. l. cohæredi. §. cum ille. Et sic tene, licet cõis opinio Legistarum sit, ꝙ nunq̃ obligatur, sed expirat per aduentum pubertatis. ¶ Tertio fit sic: A. mihi hæredem instituo: sed si dictus A. quandocunq; sine liberis decesserit, P. substituo. Et hęc oĩ tpe est fideicommissaria; & idem ius in eundem effectum hẽt per oĩa, sicut prima prædicta, tum rõne verbi, substituo, cum rõne sine liberis: ideoq; dicendum est vt de illa. ¶ Quarto fit sic: A. filium meum hæredem mihi instituo, si tamen decesserit in pupillari ætate, uel postea quandocunque sine liberis, P. sit hæres, vel P. substituo. Sub hac aũt forma comprehenduntur tres substitutiones vna pupillaris expressa, per hoc quod dr̃, si decesserit in pupillari ætate: & ex hac resultat tacita vulgaris, quæ sub pupillari expressa continetur, vt dictum est: & hãc facere non põt, nisi pr̃ pupillo ꝑꝑ pupillarem ętatem expressam qñ fit directe, nisi sit miles. d. l. Centurio. Tertio fideicommissaria est ꝑꝑ illud quod dr̃, vel postea qñcunq; sine liberis. Sed si testator vult, quod clarius istæ tres resurgant, dicat l. pupillariter, & vulgariter, & per fideicommissum substituo, & vnaquæq; istarum habet suum effectum: quia si A. sit hæres, & in pupillari ætate moriatur, substitutus vocatur iure directo exclusa matre, & alijs legitimis successoribus: & hoc propter effectum pupillaris expressæ, quæ matrẽ repellit, & substitutum admittit. l. Lucius. ff. de vul. & pup. sub. Si vero A. non sit hæres, quia non possit aut nolit tunc substitutus erit hæres iure directo ꝑꝑ tacitam vulgarem, quæ ẽt ex pupillari consurgit ut dictum est. Si vero sit hæres, deinde factus pubes, qñcunque sine liberis moriatur, habebit locum fideicommissario. Vnde eo sine liberis moriente, successores restituent hæreditatem cum defalcatione, vt dictum est. Innumerabilia dici possent de hac substitutionum materia, quæ causidicis relinquantur.

21 Octavo † quæritur, vtrum indistincte per religionis ingressum expiret subst̃õ facta in defectum liberorũ: Et dico multa ¶ Primum. Secundũ glos. in c. in p̃ñtia. de probat. isto casu per ingressum religionis subst̃õ euanescit: & excluditur substitutus, si erat priuatus: quia hoc casu ingrediens monasteriũ fingitur habere, vt ibi in auth. de sanc. epis. §. sed hæc prę senti. Sed intellige, ꝙ euanescit, si monachatus tenuit, sec. gl. ibi, & postq̃ tenuit, non ante, sec. Vinc. & non fecit in fraudem: nec exiuit intra tp̃s probationis. Si aũt substituitur ecclesia, aut locus religionis, vel iubetur expendere in pias causas, nõ expirat substitutio, vel fideicõmissum: vt in d. §. sed hæc. vbi distinctio ista probatur. Et diuersitatis rõ est, sec. Arch. quia ꝙ expiret substitutio per religionis ingressum, inductum est contra propriam significationem verborum in fauorẽ piæ causę: vnde vbi fideicommissum expendi debet in pias causas: cessat dicta ratio. cum non debemus impropriare verba in fauorem vnius pię causæ in alterius piæ causæ præiudicium: arg. c. cum causa de præb. ¶ Secundum Si autem institutus non ingreditur monasterium, sed efficitur clericus, dicit gl. ibidem, ꝙ non euanescit substitutio, nisi duo concurrant. Primo: vt perpetuo maneat in ecclesia. Secundo, vt reditus expendantur in pias causas, vt dr̃ in auth. nisi rogati. C. ad Treb. quod quidem Panor. ibidem restringit ad clericum conuersum alicuius monasterij: sed melius intelligitur simpliciter, vt glo. intelligit. ¶ Tertium. Si autem dedisset se & sua ecclesiæ seculari: gl. ibidem distinguit: quia aut fit clericus, & sic dr̃, vt sup. statim, aut non fit clericus: & sic substitutio non expirat, s̃m melius sentientes. ¶ Quartum. Si vero ingreditur religionem in fraudem substituti, s̃m Pan. in cap. in præsentia. Abbas tenet, quod substitutio non euacuatur: quia fraus, & dolus nemini patrocinantur. de rescrip. sedes. & hoc communiter tenetur, & probabitur fraus probando comminationes factas substituto per hæredem. 20. q. 3. c. fi. Et idem est sec. Gof. & Arch. in c. si qua. 19. q. vl. si non intrauit, sed monasterium hæredem instituit: quia subst̃õ non expirat. & de his sup. Hæreditas. 1. §. 7. ¶ Quintum. Si autem ad dictam clausulam generalem, si sine liberis addatur, ex se legitime descendentibus, vel ex suo corpore natis: licet sint opiniones, tñ veritas est, quod per religionis ingressum substitutio expirat: vt egregrie Bartol. probat in quæstione facti. cuius motiua vide per Arch. 3. par. tit. 10. c. 3. §. antepen. & idem tenet ipse, & Cyn. in l. si ita quis. ff. de lega. 2. concor. Arch. & Io. in d. c. si qua. & d. Anto. & Pan. in d. c. in præsentia. licet contrarium tenuerit Iac. de Belu. Hos. & Io. And. & quidam alij. ¶ Sextum. Si fiat substitutio sub conditione, quod monasterium non ingrediatur, non expirat substitutio per ingressum monasterij, sec. Pan. in d. c. in præsentia: quia communiter

niter tenetur, quod illa cõditio, quæ impedit matrimonium ſpũale, ſiue religionis ingreſſum hr̃ pro non adiecta, ſicut & illa, quæ impedit carnale. C. de ind. vid. & ff. de cond. & idẽ. l. cũ tale. & l. Titiæ ſi nupſerit. vbi dr̃. ꝙ ſi teſtator reliquit Titiæ ducentos ſi non nupſerit, & ſi nupſerit, centum: ſi Titia elegerit nuptias, dẽt habere ducentos, quia conditio illa retrahit a matrimonio carnali: vnde non tenetur mulier reſtituere relictum ſibi cum onere reſtituendi ſi nupſerit. ff. eo. l. quoties. & l. filiæ. & a fortiori idem eſt, ſi conditio impediat matrimonium ſpirituale.

13 VNDE † dicit Alber. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. ꝙ puella, cui relinquuntur centũ, ſi nupſerit, ſi vero religionem intrauerit, quinquaginta: nihilominus ſi intrauerit, habebit centum: quia in caſu prædicto oĩs conditio, dilatio, & grauamen remiſſa intelligũtur, cũ prædicta inſtitutio ſuccedat loco debiti bonorum ſubſidij, vt eſt expreſſum. C. de inoff. teſt. ſ. qm̃ in prioribus. Et hoc dicit verum in filia, cui tale ſubſidium debetur, non aũt in extranea, ſed ſolum ſi conditio extet. imo non haberet filia, qñ legitima eſſet ſibi legata, & illud relictũ eſſet vltra debitum bonorũ ſubſidium. Sed Rich. Malũ. tenet hoc eſſe verum indiſtincte. Ego vero dico verum dicere Alberi. ſi conſideretur ſolum rõ debiti ſubſidij. ſed ſi cõſideretur turpitudo conditionis, quæ pro nõ adiecta habenda eſt, verum dicit Rich. quæ quia in hoc caſu ſemper eſt turpis, ſemꝑ habebitur pro non adiecta, inf. Legatũ. 1. §. 9.

DE HAERESI, & hæreticis primo in ſe.

1 *Hæreſis quæ ab electione dicta eſt, quid ſit, & quid hæreticus.*
2 *Fidei multa ſunt, circa quæ oberrantes in hæreſim prolabuntur.*
3 *Temerarium, erroneum, & hæreticum, in his, quæ ad ſidem pertinent, quomodo differant.*
4 *Errans circa fidem, vt quis hæreticus dicendus ſit, quot requirantur. & ibidem quod quinque de quibus hic.*
5 *Pertinacia, quæ hæreticum conſtituit quibus, actibus ac modis iudicanda ſit.*
6 *Dubius in fide, an hæreticus cenſendus ſit, vel infidelis.*
7 *Vſuram qui peccatum aſſerit non eſſe, an hæreticus ſit.*
8 *Dæmones adorantes, & imagines baptiZantes, num protinus vt hæreticus iudicare, an punire debeat eccleſia. num. 9.*
10 *Participantes cum hæreticis, qui ſint, & qui dicantur.*
11 *Hæreticorum pęna quænam, & quotuplex ſit. Et ibidem quòd quatuordecim, vſque ad nu. 15.*
12 *Hæretico communicare, an ſine peccato quis poſſit.*
13 *Hæreticorum bona, cui applicanda ſint. Et an donatio, alienatio, aut filiorum ante damnationem emancipatio ab hæretico facta teneat. num. ſeq.*
15 *Hæreticorum relapſorum quæ pœna ſit. Et quot modis relapſus dicatur.*
16 *Hæreticis credentibus, fautoribus eorundem, ac defenſoribus, & receptatoribus, quæ pęna conſtituta ſit.*
17 *Hæreticus ſponte redeuntibus, ac pœnitentibus parcendumne ſit. Et quid ſi poſt condemnationem redire velint. num. ſeq.*
19 *Hæretici ad fidem redeuntes, qualiter recipiendi ſint. Et num occulti hæretici a ſacerdote abſolui queant. num. ſeq.*
21 *Hæretici redeuntes ad fidem, num circa ordines diſpenſabiles ſint.*

1 HÆRESIS † 1. Græce ab electione dr̃, eo quod aliquam ſibi opinionẽ ſectandam hęreticus eligat. 24. q. 3. hæreſis alias diuiſionem ſonat: & ſic hæreſis in propoſito vr̃ hæſio intellectus ad falſam ſñiam in ſpectantibus ad fidem, aut mores cum obſtinatione: ita quod de rõne eius ſunt duo, ſec. S. Tho. ſuper 1. ad Cor. lec. 4. ſ. electio priuatæ diſciplinæ, & pertinacia: & principaliter, vt idem dicit 2. 3. q. 11. eſt circa articulos fidei: ſecundario vero circa ea, quæ ſequuntur ex eis: & naſcitur ex ſuperbia, vel concupiſcentia cõmodi temporalis. Hæreticus vero ſec. Petr. ex S. Tho. & cõiter oẽs doct. difiniri poteſt, quod eſt is, qui circa ea quæ ſunt fidei, errat per intellectum: & pertinaciter hæret errat per voluntatem. Vñ errans in his, quæ non ſunt fidei. i. quę quis explicite credere non tenetur, puta. credendo Iacob patrem fuiſſe Abrahæ, & hmõi: qui tñ recte crederet, vbi ei conſtaret de veritate, non eſt hæreticus, ſec. S. Tho. in 4. ſimiliter nec qui errat circa ea, de quib. diſſentiũt Doctores, donec per eccleſiam ſit determinatum: vt idẽ dicit in 1. parte. Similiter errans circa ea, quæ ſunt fidei, non pertinaciter, ſed per ſimplicitatem, nullo modo põt dici hæreticus, ſec. Cardin. in cle. de ſum. Tri. & conſequenter nec excõicatus per verbum, pertinaciter, ibi poſitum, quia errans per ſimplicitatem, non pertinaciter credit. imo talis mereri poteſt: puta, dum credit ſuo epiſcopo prædicanti aliquid contra fidem, credens animo obediendi fidei: paratus tamẽ corrigi: quia ex intentione iudicatur. Item quia ſecun. Innoc. illud non eſt fides eius, ſed

fides

fides ecclesiæ: & vult dicere, ꝙ iõ sic credit, quia credit ecclesiam illud credere: & consequenter potius credit, quod ecclesia credit. Idem aũt puto de errante ex quadam pia deuotione: vt puta circa cõceptionẽ dñę nr̃æ. Sed hæc limita, nisi erret in his, in quib. ignorantia nõ excusat: quo casu non meretur, sed peccat, non ꝑ infidelitatẽ hæreticã, quæ pertinaciã requirit, sed per negligentiã. Itẽ nisi erret in his, de quib. certãt viri docti ex quadã partiali affectione, aliqñ tñ hæreticus dr̃ quilibet excõicatus. 4. q. 1. quod aũt similiter & simoniacus. 1. qõ. 1. quisquis sed est locutio impropria, inquantũ. s. ita operant, ac si male de fide sentirent. Igitur si alterum illorũ duorum deficiat, nõ est q.s hr̃ticus de hoc latius inf. §. fi. Aduerte aũt. Quòd ea, quæ sunt fidei, circa quæ errando labitur in hæresim, sunt multa: vnde hæreticus est primò male sentiens de articulis fidei. Et secundo similiter malè sentiens de ecclesiæ sacramentis. đ hær. ad abolendã. Tertiò malè sentientes circa scripturæ sanctæ veritatem. 24. q. 3. hæresis. Vnde dicit Pan. in cle. vnica. eo. ti. ꝙ hæreticus est exponẽs falsã, & extortã expositionẽ in diuinis scripturis contra id, quod ecclesia tenet, ꝙ gl. i cle. j. de vsu. §. sanè. dicit procedere indistincte de gignente, aut tenente peruersum dogma, vel falsas opiniones. Sed alij melius hoc limitãt, si scriptura illa sit de necessarijs ad salutem: puta, de ꝑtinentib. ad fidẽ, vel mores: vel aliter exposita, ꝙ nõ pos sit esse vera in sensu illo. Card. ẽt in d cle. voluit hoc extendere ad tenentes contra canones. & multi doct. ibi. sed distinguendum est. Nã credulitas est contra fidẽ dupliciter: primò directe, & principaliter, quia. s. est cõtra articulos. Secundo indirecte, & secundario, quia. s. est cõtra aliquid connexum articulo, ita ꝙ sequit̃ corruptio alicuius articuli: sicut dicere, ꝙ in scriptura contineat̃ aliquod falsum: quia est contra illud, quod Spiritus sanctus loquutus est per prophetas. Similiter dicere, ꝙ ecclesia malè determinauit in aliquo circa fidem, aut mores: quia est contra illud, sanctam ecclesiam catholicam, & similiter auferre ecclesiæ Roma. priuilegia diuina: qa sequitur, ꝙ ipsa non sit regula fidei infallibilis: & consequenter nõ est necesse credere articulis fidei ab illa declaratis, vel traditis.

3 PRIMO † verò quærit̃, qũo in his quæ sunt fidei, differant temerarium, erroneum hæreticum? Et dico sec. Arch. ꝙ se hñt vt homo, animal, corpus, ita ꝙ omne hæreticum est erroneum, & temerarium, nõ è contra: & omne erroneum est temerarium non è contra. Nam temerarium est in huiusmodi asserere, tanq̃ certum aliquod possibile, quod auctoritate, vel ratione efficaciter probari non potest: sicut ꝙ mundus terminabitur hinc ad cẽtum, vel ducentos annos, erroneum vero super temerarium addit falsitatem: quia errare est a uia recta discedere. sicut dicere, vt dicit magister Sent. ꝙ Christus fuit homo ĩ triduo suæ mortis hæreticum quoque super erroneum addit, ꝙ falsitas sit notoria, & inhæsio pertinax. Vnde dicit Aug. Errare potero, sed hæreticus non ero. hæc ex illo. Aduerte, ꝙ pertinacia requiritur ex parte credentis, vt dicatur hæreticus, non ex parte sentẽtiæ, vt ipsa dicatur hæresis, vel hęretica: vnde sufficit quod sit notorie contra fidem.

4 SECVNDO † quęritur, quot requirãtur. ad hoc, ꝙ errans circa fidem sit hæreticus? Et dico, ꝙ requiruntur quinque ad duo prædicta reducibilia: & de quib. diffusissimè Archid. 2. par. tit. 12. c. 5. §. 1. ¶ Primo, vt quis erret, cum hæreticus sit sec. Augn. quia opiniones falsas gignit, aut sequitur: qui error sit in ratione: quia hæresis est species infidelitatis, quæ est in rõne: sicut, & fides sibi contraria. Igit̃ nullum factum sine errore hoĩem hæreticũ fecit: vñ baptizare imagines, dæmones adorare, cõculcare altaris sacramentum, & hmõi horrenda, nisi sit error in intellectu male de his sentiendo, non faciunt hæreticũ, sed peccatorem, & scelestũ, & sortilegum: sicut qui aliqua duct⁹ cupiditate ista facit ad assequendum aliquid a dæmone pacto tacito, vel expresso, credens tñ de his ea, quæ fides docet. Nec obstat, ꝙ ſm iura simoniacus dr̃ hęreticus. 1. q. 1. quisquis, quia hoc non est verũ ꝓprie, sed inquantũ vendendo sacramenta ita agit, ac si existimaret posse donũ gratiæ Dei pecunia possideri, sec. S. Th. quod tñ non credit, alioquin esset hæreticus proprie. Nõ obstat etiam, ꝙ adorãs hæreticum, quod. s. leui⁹ est, q̃ adorare dæmonem, est hæreticus in c. quisquis. & in c. accusatus. de hære. lib. 6. quia hoc est verum, si adorat credens illum adorandũ, quasi. s. eius fides vera sit: secus si propter cõmodum temporale sine errore: quia non est hæreticus, nisi iuris præsumptione, & fictione. & de hoc inf. 5. vtrum. s. in iudicio ecclesiæ tales habeant statim iudicari hæretici. ¶ Secundo requiritur, quòd error sit contra ea, quæ sunt fidei, vt circa scripturam vel articulos fidei, aut contra determinationem

tibus appellationibus ſeu proclamationibus eorũ, quæ prædictis oĩbus interdicuntur d.c. vt inquiſitionis. ¶Septimum. Omnib.p̃dictis eorumque officialibus prohibent, ne de hoc crimine, cum ſit merè eccleſiaſticũ, quocunque modo cognoſcant aut iudicent, aut pro eo captos ſine licẽtia epĩ vel inquiſitoris aut ſaltem alterius eorũ carcere liberẽt, aut executionem a diœceſano vel inquiſitore iniunctã, prout ad ſuũ officium ſpectat, facere detrectẽt, vel aliàs prædictorũ iudiciũ vel ſententiã ſeu ꝓceſſum directe vel indirectè impedire præſumant. Si quis aũt prædictorum cõtra p̃dicta fecerit, ſ.nũc & ſu p immediatè: aut præfato fidei negotio diœceſano epõ vel inquiſitori incumbenti ſe opponere attentauerit, aut forte præſumpſerit, vel ipſum aliquatenus impedire voluerit, nec nõ qui ſciẽter in prædictis dederit conſilium, auxilium, vel fauorem, excommunicationis ſe nouerit mucrone perfoſſum, quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur d.c. vt inquiſitionis.

9 Septimo † quæritur, quid velint iura de carcere circa inquiſitionis officium? Et dico multa. ¶ Primum. Carcer eſt ad cuſtodiã vel cautelam, nõ aũt ad pœnam regulariter. de pœn. quãuis. li.6. Sed intellige de iure ciuili. de iure tñ canonico permittit p̃latis, imò cuilibet, qui iuriſdictioni p̃eſt, & hẽt, delicta punire, ſm gl. & ibidẽ ad carceres ad tp̃s vel in ꝑpetuũ, reos adiudicare, ĩ pęnã ſuorũ criminũ. ¶ Scd̃m. Cum quis ad carcerẽ cõdẽnatur, ſm gl. ibidem, ſi quid exprimatur in ſnĩa, ſ. ad tp̃s certum, vel in perpetuum, ſtabitur exp̃ſſis in ſnĩa. Si verò quis ſimpliciter dãnetur ad carceres, intelligitur ꝑpetuo dãnatus. C. de pœn. l. ſeruus. ¶ Tertium. Siue aũt carcer ſit ad cuſtodiã, ſiue ad pęnã, ſm gl. ibi nõ dẽt in eo eſſe cõmiſſio maris & fęminæ, nec etiã debet ita eſſe aſper, quod ibi homines perimãtur, vt inf. Homicidiũ. 3. §. 7. in fi. ¶ Quartum. Quilibet carcer, vel murus hęreticorũ, debet eſſe cõis epõ & inquiſitori, & dẽt duos habere cuſtodes, vnum quem volet epiſcopus & ei prouidebit, alterum quem volet inquiſitor & ei prouidebit: & eorum vterque poteſt habere ſub ſe fidelem miniſtrum, & illius loci erunt duæ claues, quarum vnus cuſtos vnam, & alius aliam tenebit, & poterit officium miniſtrandi carceratis committere ſuo miniſtro in cl. multorum. de hær. ¶ Quintum. Prædicti cuſtodes antequam ſuum exequantur officium, tenentur coram eis, a quibus aſſignãtur, iurare tactis Euangelijs, ꝙ in cuſtodia omnem diligentiam quam poterũt adhibebunt, & ꝙ alicui incarceratorum nõ loquatur vnus, niſi alio audiente, & ꝙ ipſis carceratis fideliter conferant prouiſionẽ, q̃ ipſi recipiũt de communi ordinatione, & ꝙ a parentibus vel alijs perſonis confertur eiſdem, niſi epĩ vel inquiſitoris aut ſuorũ cõmiſſariorum ordinario refragetur, eodẽq; modo iurabunt prædicti cuſtodiæ miniſtri, & coram eiſdem, vt in d.c. cle. multorum.

10 Octavo † quæritur, qũo & qñ contra hęreticos procedendum ſit, maxime vbi duo procedunt? Et dico multa. ¶ Primũ. Inquiſitores in negotio inquiſitionis ꝓcedere pñt ſimpliciter, & de plano abſq. aduocatorum & iudiciorum ſtrepitu ac figura, vt ĩ ca. fi. eo. ti. li.6. Secũdũ. Qñ accuſatores vel teſtes ſeu deponentes ꝑꝑ potẽtiam perſonarum cõtra quas deponũt accuſant, graue periculũ ſubirent, ſi nomina eorũ publicarentur, tũc non publicè, ſed ſecretè corã, diœceſano, vel eius vicario eo abſente, qñ inquiſitores ꝓcedunt, vel corã inquiſitorib. ſi ep̃s, procedit, & eorũ copia cõmodè haberi põt, aut ſiue ep̃s, ſiue inquiſitores ꝓceſſerint corã aliquib. perſonis prouidis & honeſtis, iuris, q̃ peritis, totũ ꝓceſſum ſuper quo deliberandũ eſt, manifeſtent, & de illorũ conſilio ad ſnĩam, & cõdemnationẽ procedere poſſunt: & plena fides talibus teſtibus adhibeatur, licet eorum noĩa nõ fuerint promulgata. Et poſſunt recipere ĩquiſitores p̃fatis honeſtis perſonis ſub pęna excõicationis, q̃ ipſo facto incurrãt ne reuelẽt noĩa p̃dicta, ep̃s tñ nõ põt p̃cipere ĩquiſitori, nec inquiſitor epõ, ſed Papa præcipit in virtute ſanctæ obediẽtiæ, vt teneant illa ſecreta, & vt habeant purã, & prouidã intentionem, ne afferant periculum, vbi eſt ſecuritas publicãdi, vel ſecuritatẽ in illorũ præiudicium, vbi adeſt periculũ: Ceſſante tñ periculo ſupradicto debent accuſatorum & teſtiũ nomina publicari. de hær. ſtatuta. lib.6. ¶ Tertiũ. In aliquib. prouincijs pñt procedere ſimul vel ſeparatim prout negotij vtilitas ſuadebit, eo. tit. vt officium. lib.6. quod dupliciter cõtigit, vno modo vbi in vna prouincia ſunt ſimul plures inquiſitores deputati, & iſte eſt ꝓprie ſenſu illius c. vt patet intuẽti alio mõ, quia hæreticus delinquit in vna ꝓuincia, & ad aliã fugit. Et ſic intelligit Arch. dicẽs, qd̃ aliqñ duo inquiſitores cognoſcere poſſunt de crimine hæreſis alicuius, ſ. inquiſitor ciuitatis, in qua delinquit, ſecundũ Ioã.

Andr.in gl.& ad q̃ fugit,quia vbi q̃s inuenit, ibi conuenit de crimine. ¶Quartum.Qñ negotium hæresis cõmittit alicui, vel aliquib. generaliter in certis locis,non adimitur episcopis authoritas eorum ordinaria vel ẽt delegata si eam habebant, & vterq; ẽt de eodẽ facto potest inquirere cõiter aut diuisim eo. c.per hoc.li.6.¶Quintum.Qñ aũt diuisim ꝓcedunt,siue ordinaria siue delegata ep̃i potestate procedant, illum in procedendo modũ obseruent, quem inquisitores possunt & debẽt,per iura cõia, vel speciales concessiones aut ordinationes sedis apostolicę obseruare: & tenentur cõicare inuicem processus: & p vtriusq.simul sñia proferatur,nisi alter alteri deferat.& si in sñia nõ cõcordant, mittant ad Apostolicam sedem.d.c.per hoc. Sed intellige prædictã excõicationem processuum oportere fieri, qñ nihil aliud restat agendum nisi quod sñia promulgetur; & si alter non posset commode procedere nisi visis actis alterius,tunc semel tm̃ excõicatio tribuitur,vt in extrauag.Benedicti XI.quæ incipit,ex eo. ¶Sextum.Sicut ẽt in dr̃ cl.multorum eod.tit. tam episcopus q̃ inquisitor vnus sine alio citare potest & capere,& tute custodire,& carceri mancipare, & compedire: sed deputare duro carceri, & qui magis ad pœnam quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere,vel ad sñiam procedere non potest episcopus sine inquisitore,neque inquisitor sine episcopo,aut eius super hoc delegato, aut episcopali sede vacante delegatus capituli, si sui adinuicem possent copiam habere intra octo dies,postq̃ se requisierint. Posset tamẽ quilibet prædictorum committere alteri vices suas,vel per literas significare suum consilium & assensum.hæc ibi.¶Septimum.Si autem Papa dat certam formam inquirendi hæreticos, illa tenenda est, alias quæri pñt per accusationem,inquisitionem,& denunciationem.de quibus suis locis hr̃. ¶Octauum. Tenẽntur autem diœcesani per se vel alios saltem semel in anno hæreticos q̃rere, vbi fama est eos habitare,& eos, quos credunt de hoc aliquid scire, debent compellere iurare, vt indicent si quos habent suspectos propter occulta cõuenticula vel alia signa. extra eo. excõicamus.§.adijcimus.¶Nonum.Si aũt suspectus vocatus confitetur, & de correctione speratur,iniungi potest ei pœnitentia salutaris. Si verò negat,& tñ sit infamatus,indicet ei purgatio,q̃ si non præstiterit, excõmunicabitur, & si per annum sic steterit, ex tunc velut hęreticus condemnetur.in d.cap. excommunicamus.§.qui autem.

1 Nono † q̃rit,quid de sñijs ferendis?Et dico multa:q̃ ẽt no.Io.And.in nouel. vt cõmissi.de hæret.li.6.¶Primum. Non est necesse in crimine hęresis sec.Arch.nouam sententiam promulgari, quia iam per canones antiquitꝰ est promulgata. & sic potius declaratur quã promulgatur.24.q.1.c.1. hoc tñ inquisitorũ arbitrio relinquitur.eo.tit.cum sm̃.¶Secundum. Circa hæreticorum discussionem vocãdi sunt docti in Theologia,iure canonica,vl' ciuili,quia crimen merè ecclesiasticũ cognosci, & decidi dẽt per canonicos.2.q.1. si quis cum clerico,cũ famulatu tñ legũ.1.q.3.summopere. & possũt hi periti accipere salariũ, si detur,sed non exigere. Tertium. In huiusmodi sententijs conuocari põt clerus & populus,& expedij ad instructionem & terrorem.eo.vt commissi lib.6.¶ Quartum.Cõtra absentes putat Arch. si constet de eorum ꝑfidia,pronuntiari posse super crimẽ,& locum esse decretali,cum contumacia.eo.tit.li.6.ex quo in prouincia delinquendo facti sunt subditi, & contra oẽs solẽnia sunt edicta proposita.fideiussorib.verò absentium pœna pecuniaria põt infligi, remittens ad illud quod habet 23.q.5.cum homo.Hoc tñ intellige in ciuitatis,q̃a ex quo q̃siti fuerũt,domicilij mutatio non obest,vt de foro cõpe.proposuisti. Si verò citati non erant, tñ ibi deliquerunt rõne delicti ibi cõueniri pñt, & sunt remittẽdi.in auth.vt nulli iud. §.si vero quis. Io.Monal.dicit hanc constitutionẽ loqui de fugitiuo,q̃ remittendus erat ad requisitionẽ inq̃sitoris sub quo deliquit.C.vbi de cri.agi opor. li.1.¶ Quintũ.Iudex secũ.Archor.redeuntes sententiando vel pœnitentias iniungendo, non dẽt pronunciare hæreticos vel credentes,quia non sunt,nec fuisse, quia talis modꝰ non est datus a iure.Sed Io.Andr.dicit, ꝙ bene pronunciantur fuisse hæretici,nec se videre quid obsistat. & ita practicat. imò & ipsa forma pronunciandi, quam dat Archid. hoc hẽt.quã ponit Arch.3.parte tit.19.ca.2. & 3. Dicit ẽt idem Arch. ꝙ absoluuntur ab excõicatione sub cõditione,si ex corde redierint, & iniuncta seruauerint, vt ibi patet, sed est cõtra ꝑdicta sup. Absolutio tertio in principio.Vnde absoluũtur absolutè,& sunt absoluti ẽt si ficte redeant, cum ab excõicatione absolui possit indispositus, sed reincidunt statim,vbi faciunt aliquid ꝑꝑ quod quis incideret.¶Sextum.Quid talibus iniungendum sit,

diffi-

diffiniri non poteſt: quia committitur arbitrio iudicantium circunſtantijs penſatis.

12 DECIMO † quæritur, quæ ſint fauorabilia inquiſitoribus conceſſa pro ſuo officio expediendo? Et dico, ꝙ de his Bonifacius 8. in c. vt commiſſi. de hær. lib. 6. inquiſitorib. ſic dicit. Vobis & veſtrum ſingulis plenam concedimus facultatem committendi citationes, denunciationes ſententiarum, quas in quoslibet hæreticos: credẽtes, receptatores, defenſores, & fautores eorum tuleritis, aduocãdi quoque prout expedierit peritos quoſq; vt vobis aſſiſtant, & in hmõi ferendis ſnĩjs præbeat conſilium opportunum ac eis, ꝙ ſuper hmõi pareant in virtute obedientiæ iniũgẽdi. Conuocandi etiam clerum & populũ ciuitatum, caſtrorum, aliorumque locorum, ꝓut dicto negotio fide videritis expedire, ꝓcedendi quoque contra eos, quos in prouincia, in qua nobis inquiſitionis officiũ eſt cõmiſſum, hæreteos crimen conſtiterit commiſiſſe, licet ad alias partes ſe trãsferẽdos duxerit, nec non faciendi à quibuslibet aſſignari vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta, in quibus inquiſitiones factæ ac proceſſus per quoſcunque authoritate ſedis apoſtolicæ, vł legatorum eius habiti contra hæreticos continetur. Mitigandi quoque vel commutandi pęna cùm viderit expedire, eorumque veſtris mãdatis obedientes humiliter ſtant, ꝓpter hæreſim in carcere aut muro recluſi vna cũ prælatis, quorum iuriſdictionis sũt. Priuandi, vel priuatos nunciandis dignitatibus & alijs beneficijs eccleſiaſticis de diœceſanorum, vel in abſentia ſua ſuorum vicariorũ cõſilio, & officijs publicis & honoribus quibuſcunque, eoſdem hæreticos, credentes, receptatores, & defenſores ipſorum, eorumq; filios, ac nepotes. Sunt autem diçceſani ĩ priuando tales vel nuntiando priuatos beneficijs & huiuſmodi requirendi: niſi forte cõſtaret legitimo, quod ſcienter huiuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent, quia tunc eos requirendos non eſſe cenſemus, ſed potius à ſuo iudice puniendos. hæc ibi. Adde ẽt ex c. officium eod. ti. lib. 6. ꝙ põt volentes cõuerti abſoluere, & pœnitentiam iniungere, non obſtantibus ſententijs, quæ ter in anno publicantur à Papa cõtra hæreticos, vt ſup. ti. priore. §. 12. dictum eſt.

13 VNDECIMO † quæriaur, quæ debeat cauere inquiſitores eis prohibita? Et dico, ꝙ eis prohibetur ne pecuniam extorqueãt ꝑtextu, officij inquiſitionis quibuſuis modis illicitis. & ne ſcienter acceptent bona eccleſiarum ob delictum clericorum, aut fiſco applicent, & ſi contra fecerint, tam ipſi, quam eorum cõmiſſarij, & ẽt ep̃orum, aut capitulorum ſede vacante ſunt excommunicati ipſo facto, nec pñt abſolui ante ſatisfactionem pecuniæ ſic extortæ, niſi in mortis articulo, vt in cle. dolentes. de hæret. Item ne abutantur qũolibet portatione armorum, & ꝙ non habeant, niſi officiales neceſſarios, vt ibidem. Idẽ ꝑcipitur tàm ep̃is, ꝙ̃ alijs inquiſitoribus, ꝙ nõ imponant alicui malitiose aut fraudulenter hæreſis crimen, aut quod impediat inquiſitionis officium, & ꝙ non omittant procedere, vbi eſt procedendum, odio, gratia, vel amore, lucri aut commodi tꝑalis obtẽtu, contra iuſtitiam & conſcientiam, aliàs epiſcopus ſuſpenſus eſt per triennium ab officio, & eius ſuperior faciens, inferiores vero ep̃o ſunt excõicati excõmunicatione Papali, vt in cle. multorum, de hære. Item ꝙ non pñt de crimine hæreſis inquirere contra ep̃os, niſi hoc expreſſe in literas apoſtolicis cõtineatur, vt in c. inquiſitores. de hære. lib. 6. Item ꝙ inquiſitores ordinis ꝑdicatorum ſe intromittere nõ pñt de ordine minorem, nec econtra, ꝑtextu cuiuſcũque hæreſis, vt in priuilegijs eorum: aliter excommnnicati ſunt ipſo facto, & eſt Papalis, per extrauag. Pauli ſecundi.

14 DVODECIMO † quęritur, vtrum inquiſitores aliquid poſſint habere de bonis hæreticorum, & condemnatorum per ſnĩam? Et dico, quòd ſic. Nam dicit Io. And. & Inn. ſuper eorum ſecundum. de hæret. lib. 6. ꝙ de dictis bonis ſcḋm conſtõnes Papales tres debent fieri partes, quarũ vna ſit curiæ Romanæ pro tutione officij. ſecunda iudicis ſæcularis, tertia officilium. & huius tertiæ ep̃s inquirendo ꝑ ſe vel cum inquiſitore partem petere nõ poteſt prætextu laborum, vel expenſarum, cũ ſibi debeant eccleſiarum ſuarũ bona ſufficere, & ad hoc ſint deputata, vt hr̃ in extraua. Benedict. 11. quæ incipit, ex eod. & no. Ioan. And. ſuper c. ſtatuta. eod. ti. vnde pertinere videtur ad inquiſitores, aut eorum vicarios.

15 QVAERIT † aũt Ioan. And. ſi Bononienſis origine, & patrimonio, qui ſibi habet bona, conſtituit Florentiæ domicilium, ibique de hæreſi damnatur, an ad dñium Florentinum, vel Bononienſe ſpectet apprehenſio bonorum, quæ ſunt Bononiæ? Et arguit hinc inde probans primò, ꝙ ad Bononienſe, & ſecundò per Richar. Mal. ꝙ ad Florentinum, cuius rationes adducit Arch. 2. par. tit. 19. c. 2. in fi.

& de-

& demum dicit Io. And. per officium inquisitionis fieri contrarium & per Nicol. IIII. contrarium diffinitum & uidetur tenere, quod determinatio Rich. sit vera quo ad tertiam partem debitam officialibus, cum dicat constitutionē illam debere officialibus, qui hoc peregerūt. quo ad duas aūt alias tenuit cōtrarium, cū gñali fisco sint confiscatæ à die commissi criminis. & inducit l. 3. C. de bō. vac.

16 VLTIMO † circa istam materiam remanēt dubia quædam. ¶ Primum. Si aliqui decumbentes petiuerunt hæreticos, vt ab eis secundum eorum consuetudinem, consolationem reciperent, s. per manuum impositionem, ac sic decesserint, & modo filij, vel hr̄des probare volūt, quod non sanæ mentis effectu susceperint, vel post perditam loquelam: nunquid sunt audiendi? Et dico, quod non, si tales, dū viuebant, erant diffamati, vel suspecti de hæresi, vel si constet, quod sanæ mentis existentes periuerint. Alioquin ad probandum admitti pn̄t, non quidem per vxores, filios, familiares, aut aliquos de suis, sed per testes fide dignos & fidei zelatores. extra eo. c. fin. lib. 6. ¶ Secundum. Quid si quis pro receptatione hæreticorum, vel defensione seu fauore, & non quia esset hæreticus, sub obligatione bonorum inquisitoribus se adstrinxit ad pœnitentiam recipiendam, & ea iniuncta, sed non peracta decesserit? Rn̄deo: Cogi debent hæredes in bonis ad complacendum, si sit in bonis temporalibus iniuncta proficiens ad salutem, secus, si nō erat iniuncta. extra eo. ca. accusatur. lib. 6. ¶ Tertium Sacerdotes instruentes hæreticos, vel credentes citatos de celanda veritate & hm̄oi, cum non sit dubium eos facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per inquisitores debent compesci, & possent pœna debita castigari tam per captionem personarum, quam aliter, prout culpa exigerit Religiosi etiā sunt incarcerationis pœna vel alias grauius a sæcularib. puniendi, si inuēti fuerint in hæresi vel similib. deliquisse. extra eo. c. pen. & c. accusatus. lib. 6.

RVRSVS ET HÆRESIS ET HAEreticis tertio, specialiter quo ad lamias, siue strigas.

1 *Hæresis in lamijs, & strigis, in quo consistere dicatur. Et an in canonibus nomina eorum, qui eam sectantur, descripta sint.*

2 *Lamiarum quasdam nocere, sed non nocere: quasdam vero contra curare, sed non nocere: quasdam vtrunque efficere. Et ibidem lamia vnde dicta: vnde strige.*

3 *Mulieres, an sint aliquæ, quæ dicantur noctu cum Diana oberrare. Et an fieri possit, vt creatura aliqua, aut in melius aut in deterius mutari, aut transformari in aliam spem, vel similitudinem possit.*

4 *Strigarum secta, num ea sit, de qua in capite, episcopi. 26. q. 5. mentio fit. Et quid a strigarum vulgo receptarum secta differat. Et in qua inter se communiant & nu. seq.*

5 *Secta strigarum similes tripliciter.*

6 *Strigæ an possint naturaliter a diabolo corporaliter ad locum deferri, vbi nocte cum diabolo iocentur. Et an ad eundem de facto semper corporaliter deferantur, aut nunquam, aut aliquando.*

8 *strigas realiter ad ludum cum dæmone deferri, an d. c. episcopi credere prohibeat. Et quid in corpore fieri, quotupliciter dicatur. Et item in spiritu. & nume. sequen.*

9 *Mulierum ad Dianæ deæ seruitium delatio, quotupliciter intelligi possit.*

10 *Inquisitores an merito aduersus strigam procedant.*

1 HAERETICVS † tertio, siue hæresis. specialiter considerari potest in quodam genere hominum, qui specialiter lamij vel lamiæ, & strigiæ siue mascaræ dn̄r, & vt in plurales sunt rurales & fœminei sexus. de quibus videnda sunt multa tam in se, quam in ordine ad inquisitores. Primo vero quæritur de notitia generis huiusmodi & nominum eius? Et dico, ꝙ hæc secta per sacros canones non est descripta nec nominata, sec. Augu. Botam de Sauiliano I. V. Doct. in consilio suo edito ad instantiam magistri Andreæ de Seraphicis de Sauiliano ord. prædic. inquisitoris & idem tenuit Taurini do. Io. Grassus Doc. in vtroque iure. Consistit aūt hæc secta communiter in credere & operari quædam propria. licet nonnulli ex ipsa conueniant in aliquib. cum alijs sectis credit enim vere se cum diabolo uersari noctu voluptuose: & eo vti ut incubo quo ad mulieres, & succubo quo ad viros: operat̄ vero scelera multa, sed præcipue tria. quia diabolum scienter inuocat, fidem negans conculcat, & contemnit sacra, puta crucem & sacramenta, & homines percutit morte, vel egritudine per virtutem propriam, vt in fascinatione. & per actiua naturalia, quæ docta est a dæmone, & per virtutem dæmonis coassistentis, & cooperantis uirtute propria, vt in reseruatione portarū, & præcipitatione, & hm̄oi, quæ motu locali perficiuntur: aut virtute actiuorum naturaliū, quæ uisibiliter aut inuisibiliter applicat: sicut

ſicut cũ vetula torquente aut pungente imaginem,torquetur aut pungitur homo.

2 SCIENDVM † tñ, quod vř in malleo maleficiorum, lamiarum quædam nocent, ſed non curant: quædam vero econuerſo curant, ſed non nocent: quædam vero vtrunq; efficiunt. ¶ Nomina vero eius ſunt lamij, vel lamiæ, ſtrigæ,& ſi qua ſunt alia per tranſumptionẽ, & ſimilitudinẽ: q.a.ſ.lamia eſt beſtia mõſtruoſa,ſec.gl.Iſ.34. pedes habens equinos & cætera membra humana.& ſec.Greg.34.Mor. habet humanam ſpeciem, & corpus beſtiale: & ita eſt crudelis, vt filios ſuos dilaniet. Vnde & lamia quaſi lania dicta eſt; ſtrix vero a ſtrido dicitur,nocturna auis,de ſono vocis dicta: quia quando clamat ſtridet; inde corruptione vulgari dicitur ſtriga, quia noctu pręcipue verſatur in maleficijs.

3 SECVNDO † vero,quia in hac materia ſuper verbis capitis,epiſcopi.16.q.5.magna eſt difficultas apud aliquos, adducuntur verba illa inquantũ tangunt iſtam mřiam, ſunt hæc: Illud ẽt non eſt omittendum,ꝙ quædã ſceleratæ mulieres retro poſt Sathanam conuerſæ dæmonum illuſionib. & phantaſmatibus ſeductæ credunt ſe & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias,& multarum terrarum ſpatia intẽpeſtæ noctis ſilentio pertranſire, eiuſq; iuſſionib. obedire velut dñæ, & certis noctib.ad eius ſeruitium euocãti,ſed vtinam hæ ſolę in perfidia ſua perijſſent,& non multos ſecũ ad infidelitatis interitum pertraxiſſent.Nã & innumera multitudo hac falſa opinione decepta hæc vera eſſe credunt,& credẽdo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluunt, cũ aliq̃d diuinitatis aut nominis extra verũ Deũ arbitrantur. Qua ꝑꝑ ſacerdotes per eccleſias ſibi cõmiſſas populo Dei oĩ inſtãtia pręđicare dẽnt, vt nouerint hæc oĩa falſa eſſe, & non a diuino, ſed a maligno ſpiritu talia phantaſmata mentib.fideliũ irrogari,arbitramur. Si q̃dem ipſe Sathanas, qui transfigurat ſe in angelũ lucis,cũ mentẽ cuiuſcũq; mulieris cęperit,& hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit illico transforma: ſe in diuerſarum ſpecies perſonarum atq; ſimilitudines,& mentẽ, q̃ captiuã tenet,in ſomnis deludens, modo læta,modo triſtia, modo incognitas, modo cognitas perſonas oſtẽdens,per quæq; deuia deducit: & cum ſolus ſpiritus hoc patitur infidelis, hoc non in aĩo, ſed in corpore euenire opinatur.Quis enim in ſomnijs, & nocturnis viſionib.non extra ſeipſum educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunq̃ vigilando viderat? Quis vero tam ſtultus & hebes ſit, qui hæc oĩa,q̃ in ſolo ſpiritũ fiunt, ẽt in corpore accidere arbitretur cum Ezechiel propheta viſiones Dñi in ſpiritu, non in corpore vidit & audiuit: ſicut ipſe ſtatim inquit, fui in ſpiritu, & Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore.Oib. itaque publicè annuntiandum eſt,ꝙ qui talia credit & his ſimilia, fidẽ perdit: & qui rectam fidem non habet, hic non eſt eius, ſed illius in quem credit.i. diaboli. Nam de dño noſtro ſcriptũ eſt, Oĩa per ipſum facta ſunt. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius mutari, aut transformari in aliam ſpeciem, uel in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt: proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior. Hæc ibi.Pro quibus nota,quod error fuit paganorum, quod ex hominibus fierent dæmones, qui eſſent lares, laruæ,& manes,ideſt,dij,vt patet per Auguſ. 8.de ciuit. Dei.c.11. de quo vide S. Tho.q.15. art.1.in cor.& 3. contra.c.16.

4 TERTIO † quæritur,vtrum ſecta ſtrigarum ſit illa,de qua in prædicto cap. fit longa mentio? Et dico, ꝙ non,licet in aliquo cum illa conueniat, quod patet quantum ad credere & operari. Nam quantum ad credere, illa ſecta credebat primo,quòd aliqua mulier, puta Diana,vel Herodias eſſet conuerſa in deã, & conſequenter haberet aliquid numinis, & ſecundò, ſe vocari, & duci ſuper beſtias ad ſeruitium alicuius deæ, & tertiò, quod vna creatura ab alio, q̃ a vero Deo mutaretur in aliam creaturam, vel ſpeciem eius, puta homo in ſpeciem canis.& hęc tria patent in textu,& quarto, quod talis dea eſſet ſpiritus bonus,quæ quatuor ſunt contra fidẽ, & in text. patent. Et his quatuor differt a ſecta ſtrigarum,quæ nullum horum credit, ſed dicit ſpiritum apparentẽ eis eſſe diabolũ inimicum Dei,licet ex voluptate vel deſperatione ſe illi ſubijciant, & conſequenter illum non eſſe hominem conuerſum, & deam bonam, nec ſe vocari ad ſeruitium alicuius deę,nec creaturam mutari in deam, nec quod illa ſit ſpiritus bonus. Conueniunt verò quo ad hoc, inquantum vtraq; ſecta aliquando credit fieri in corpore quod fit in ſpiritu.i. in imaginatione, vel ſolo ſenſu, vt patebit, quantum ẽt ad operari differũt, quia illa nõ dř abnegare

crucem

crucem aut contemnere sacramenta, sicut secta strigarum. Conueniunt verò, quia noctu solatiantur ambæ cum diabolo. Vnde ista secta non est illa, vt etiam patet ex testimonio Aug. Botæ, & Io. Grassi, vt dictum est, qui scilicet, dicunt sectam strigarum intactam esse & innominatam in sacris canonibus.

5 QVARTO † quæritnr, vtrum ista tantam similitudinem habeat cum illa, vt simul cum ea in eo.c. reprobentur, qui talia credunt, cũ dr̃, ꝙ qui talia credit, & his similia, fidem perdit? Et dico, quòd non. Nam istæ sectæ sunt similes in triplici genere, s. hæresis superstitionis, & illusionis, sed in quolibet horum generum specie differunt. Quantum ad primũ quidem, tùm quia illa credebat aliquid numinis extra Deum, vnde est hæretica proprie, non autem secunda, vnde non est hæretica propriè, sed præsumptiuè, quia. s. ei quem diabolum credit, exhibet honorem diuinum, tum quia ista apostata à fide non aũt illa, cum expresso verbo fidem non neget. Et similiter quantum ad secundum, s. genus superstitionis, quia illa est in specie fictorum, ſm malleũ maleficarum per duos solemnes inquisitores editum, & per vniuersitatem Coloniẽsem comprobatum, quæ demon in hominibus illius sectæ loquebatur, & miranda faciebat, ista verò non est in illa secta, & habet aliqd penè ex oĩb. speciebus, & superaddit crimen maleficij. Et quantum ad tertium, i. illusionem, quia illusio illius pertingit vsque ad intellectum, vt credat falsa de fide: non autẽ istius vt dictum est. Quod autem dr̃ de vno simili inquãtum non est simile, sed diuersum, nõ procedit de reliquo, cuius est illud, & his similia, quia illud dr̃ de illa secta quantum ad rationem speciei, inquantum credit aliquid numinis extra Deum, in quo differt ab ista, & non generis, in quo conuenit cum illa. Et si dicatur, quòd illud dicitur de locali delatione, in qua istæ sectæ conueniunt, dico, ꝙ non est verum, vt infra. §. 7.

6 QVINTO † quæritur, vtrum strigæ possint naturaliter deferri à diabolo corporaliter ad locum vbi cum diabolo noctu iocantur? Et dico, ꝙ sic, & in hoc oẽs consentiunt: nec est dubiũ, quia materia corporalis inferiorũ corporum angelicis spiritib. siue bonis siue malis obedit ad nutum quantum ad motum localem, sec. Aug. & oẽs Theologos, eo modo quo humanum corpus mouetur ab animo, nec mirum, quia etiam cœli ab eis localiter mouentur: vnde & magi frequenter in hoc opera dæmonum vtuntur, sicut patet per ea, quæ de Hermogena leguntur, & per ea quæ Præceptorũ diuinæ legis primo præcepto, c. 11. qu. 4. refert. Imo sec. Vil. dæmones localiter deferre pñt hominem etiã inuitum: sicut bonus angelus tulit in concinno capitis Abachuc de Iudæa ĩ Chaldæam, & de quodã puero nobili monacho refert Pet. Damianus, & Vinc. in Spec. hist. lib. 26. c. 63. ꝙ cum vespere quieuisset in cella, manè in pristino clausis ianuis inuentus est qui requisitus dixit se à quibusdam hominibus ad magnum conuiuium deductum, vbi omnes epularum deliciæ videbantur, ibique eum manducare fecerunt.

7 SEXTO † quæritur vtrum de facto strigæ ad dictum locum corporaliter semper deferantur, aut nunquam, aut aliqñ? Et dico, ꝙ non deferuntur semper localiter, sed ista vt plurimum fiũt in spiritu, i. in imaginatione, & ita tenet d. Alb. & Vlri. in Sum. non est etiã verum quod nunquam realiter, alioquin oporteret penè infinitos inquisitorum processus esse falsos, & sensum negare, quia multa experta sunt circa hoc, q̃ non pñt rationabiliter plus negari esse peracta realiter & corporaliter, quã me nũc scribere, quod vtique quis negare pôt, dicẽs me illudi vt videar mihi aut alijs scribere deferunt ergo aliqñ realiter, & aliqñ etiam de die inuisibiliter quod vtique diabolus potest per modos, de quibus docet Præceptorium, vbi sup. q. 1. & quæ feruntur in meridie dicuntur societas cursus.

8 SEPTIMO † quærit, vtrum d.c. epi prohibeat credere strigas ad ludum realiter deferri? Et dico, quod nõ. Sciendum est. n. primò, ꝙ dupliciter aliquid fieri dicitur in corpore, primò scilicet propriè, q. a extra sensum hominis tale quid fit veraciter, sicut ego nunc scribo, & secũdò impropriè quia fit in sensu corporeo, s. in sensu exteriori habente organum corporeum manifestè, puta in oculo, sicut si naturaliter vel opera dæmonis oculus meus videat, ꝙ non est, aut non verè est, sicut sec. S. Tho. quædam herba fumigans facit trabes videri serpentes: Et similiter dupliciter aliquid fit in spiritu, primò. s. propriè, quia fit in intellectu vel in sensu non corporeo, i. non habente organum corporeum in manifestũ, vt in imaginatiua: & secundo impropriè, quia fit in sensu etiam corporeo, sed non extra sensum veraciter. Vnde propriè fit in corpore quod fit extra sensum, & propriè in spiritu, quod fit in intellectu, vel sensu interiori, quod verò fit in sensu exteriori

tanquam medium vtroque modo fieri dicit.

9 SCIENDVM † est secundò, quod delatio mulierum ad seruitium Dianæ deæ Paganorum vel alterius, dupliciter intelligi potest esse realiter, siue in corpore: vno.s.modo vt quædam ad hæc concurrentia sint realia, vt motus, sed non omnia: alio modo vt omnia necessaria ad hoc sint realia realiter oculo exteriori visa: puta ipse motus corporis delati, & spatia pertrãsita, & bestia deferens, & dea ad quam ferunt. Et hoc dupliciter, vno modo vt sint realia realiter visa, sed cum deceptione saltem imaginationis, vt quia sunt vnum, & videntur aliud: vt quia sunt corpora aerea, & videntur humana. & sic ẽt dicuntur fieri in spiritu aliqualiter, quia illa, credulitas pertinet ad sensum interiorem, alio modo sine deceptione, quia.s.veraciter sunt id, quod esse vñr, aut iudicantur. Igitur dico, ꝙ illud capitulum vr̃ prohibere ne quis credat strigas realiter deferri ad ludum, quia licet non loquatur de strigis, sed de alua secta, vt ꝓbatum est tamen de illa: loquitur, vt vr̃, inquantũ conuenit cum ista incredulitate realis delationis. Sed dico, ꝙ licet dicat ista fieri in sõnijs, quia.s.quasi semper fiunt in somnijs, & rarò in corpore, tñ non prohibet credere istam delationem esse realem, & in corpore quantum ad motum & spatium, sed quãtum ad omnia concurrentia, maxime deam visã sine deceptione. Et hoc patet primo sic: Nã quicquid est aliqua lege prohibitum vel reprobatum, est prohibitum ex legis ratione, quæ.s.continet legislatoris intentionẽ, quia lex nõ est aliud q̃ rõ eius, sec. Pan. in c. fin. de rescr. & Cy. ac Bald. & oẽs scrib. in l. non dubium. C. de legib. & in l. scire reges. ff. de leg. Sed realitas huius delationis quantũ ad motum nõ reprobatur ex rõne dicti capituli: ꝙ patet, quia illa in hoc consistit, quod hi, quotum credulitas ibi reprobatur, inuoluuntur errore paganorum, credentes aliquid numinis extra Deũ, quasi aĩę mortuorum vertantũ in Deos virtute non diuina. Secundo sic: Nã quicquid aliqua lege prohibetur siue reprobatur, reprobatur ad rõnabilẽ, non ad absurdum intellectum, vt in c. erit autẽ lex. 4. dist. Sed credulitas realis delationis strigarũ, quãtum ad motum localem & spatia pertransita duntaxat, reprobari non põt per d.c. ad rõnabilẽ intellectũ, quia alias sequitur, ꝙ credentes infinitis processibus inquisitorum vnam rem asserentib. inuoluantur errore paganorum credẽtes aliquid numinis extra Deum, & ista fieri à bono spiritu. & creaturam habere potentiam specierum mutatiuam, & multa alia. Sed contra arguitur ex verbis d. cap. quia dicit ista fieri in somnijs, & in solo spiritu. Sed dico, quod non dicit hæc semper in somnijs aut in spiritu fieri, sed ideo sic dicit, quia vt in pluribus sic fiunt. Sed contra istam solutionem, quia dicit, quòd hæc omnia in solo spiritu fiunt, & cõsequenter semper in spiritu fiunt: sed dico, quod hæc omnia fiunt in solo spiritu, sed non semper in solo spiritu: vt hoc intendit textus; alioquin ridiculosa esset sua probatio, quia ex particulari probaret vniuersalem in arguendo.s. Ezechiel & Paulus visiones viderunt in spiritu: ergo omnes videntes vident in spiritu. Vnde non intendit tex. asserere, quod omnia ista semper fiant in spiritu vel in somnijs, quia insufficiẽter probaret, sed intendit, quod non est vere dea, quam isti vident, & assignat, quomodo possibile est eos decipi, quia decipiuntur videndo in somnijs, & in spiritu, quod probat possibile esse ex somnijs nostris, & in visionibus Ezechielis & Paulum, & sic patet intellectus totius capituli.

10 OCTAVO † quæritur, vtrum inquisitores merito procedant contra strigas? Et dico, ꝙ sic, non quia portantur ad ludum in corpore vel in spiritu, quia istud ex concupiscentia sine errore in fide potest esse, sed quia fidem negant, & multa faciunt quæ sapiunt hæresim manifestè, vt patet ex dictis. Imò d. Aug. Bota dicit, quod etiam non relapsæ tradi possunt iudici sæculari, quia præter apostasiam habẽt alia multa crimina digna morte. Quidam autem minister prouincialis cuiusdam ordinis mendicantium anno Domini 1503. in Capitulo nostro Placẽtino prece & ꝑcio, vt publicè dicebatur, inductus à parentibus cuiusdam strigæ combustæ assumpsit pugnã contra inquisitorem quasi iniuste strigas insequeretur propter delationem ad ludũ turgens ampullas ex verbis d.c. & intra annum fuit à multitudine suorum fratrum crudeliter & turpiter iugulatus.

DE HERMAPHRODITO.

HERMAPHRODITVS est, qui habet vtrunque sexum, virilem scilicet & fęmineũ. Hic non potest esse testis. 3. quæst. 3. item idonei in gloss. scilicet, si magis vergat ad fœmineum, vel etiam si sit parilitas licet in hoc glo. non determinet. Sed intellige nisi in casu quo & mulier esse põt. nec potest iuri ordinari propter monstruositatem, nec ordinatus

natus ministrare. arg. 35. di. illiteratos. & 49. dist. c. vl. Si tamen ordinetur, suscepit ordinis characterem, si magis vergit ad virilem sexũ nõ autem si ad fœmineum, aut si est parilitas. Quantum autem ad matrimonium contrahendum, secundum glo. prædictam, sexus magis incalescens debent attendi, & sic iudicari & si sit parilitas, dic quod debet stari dicto, & electioni suę. Ita tenet Bal. in l. quæritur. ff. de statu hom. dicens hanc esse opi. Guliel.

¶ HISTRIO, vide supra Ars. §. 8. & infra Infamia §. 5.

DE HOMAGIO.

1 *Homagium quid sit, & an pro re spirituali fieri q̃at. Et num fidelitatis iuramentum citra simoniam exigi possit.*

2 *Homagium quotuplex esse dicatur. Et ibidem de singulis membris.*

1 HOMAGIVM † quantum colligitur de Specu. eo. tit. in lib. de feud. & gloss. in clem. pastoralis. §. rursus in verbo, homoque legius. de re iud. est species fidelitatis, qua quis flexis genibus, iunctis manibus intra manus domini seruitutis fidelitatẽ iurat. Vnde pro spirituali re non est faciendum de regu. iur. c. fin. imo illud exigere pro talibus, puta pro ecclesiastico beneficio, est simonia. sed sim. ex diligenti. & de reg. iur. in d. c. fin. quia continet temporale commodum eius, cui præstatur, cum efficiatur eius seruus obligatur ad certa seruitia. Fidelitatis autem iuramentum bene potest exigi sine simonia: quia tantum obligat ad esse infidelem, et potius dignitati q̃ personæ præstatur. Et hoc verum, quando est in tali dignitate, cui talis fidelitas debeatur: alias autem esset etiam simonia, secundum lecturam in d. c. ex diligenti.

2 EST † autem sec. Spe. vbi supra, multiplex homagium. Quoddam enim est decretale, a decernendo feudo: sicut hæres hominis mei cum de consuetudine possit infeudari, & consequenter in homagium succedere, debet intra certum tempus in dominum agnoscere, & mihi prestare fidelitatem; & ego teneor cũ ratione talis feudi in hominũ recipere, & recipiendo videor sibi ius feudi decernere. Aliud est edictale siue hæreditarium: vt illud quod quis habet eo ipso, quod est hæres: quia eo ipso quod adit hæreditatẽ hominis mei, personam eius repræsentat, & videtur hominis homagium subijsse: & tale finiri potest tẽpore si domino placebit, & non aliter, etiam si vasallus vellet bonis feudalibus cederet. Aliud est ligium, quod scilicet sit Imperatori, vel regi non recognoscenti superiorem nullius alterius fidelitate salua, quod autem fit alijs non dicitur ligium: quia fit vel iuratur salua regia, vel imperatoria fidelitate, etiam si manus ponatur intra manus, secundum Spe. & qui hoc facit, dicitur homo legius, vel ligius, quasi domino suo ligatus, secundum Spec. vel quasi legalitatem continens. Aliud vero est non ligium sed vasallaticum, & est quãdo aliquid excipitur, ut facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam domino meo tali ligio teneor, vel saluo, quod possim cũ voluero dominũ ligium mihi constituere, vel saluo, qui nolo tibi contra talem iurare. Sed dictum primum est verius, secundum Spec.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO.

1 *Homicidium, quot modis accipitur, & quid sit & nam semper sit peccatum. Et quot modis fieri queat.*

2 *Homicidium voluntarium dupliciter dici. Et an percutiens pregnantem, cuius ictu perit formatus partus, homicida sit.*

3 *Masculus ac femella quanto tempore formari dicantur.*

4 *Occidere seipsum aut mutilare, num aliquo casu liceat. Et in hoc sex subdit conclusiones.*

5 *Occidere alium, an alicui liceat, sex dictis definit.*

6 *Lex quando aliquid non puniendo permittit, longe aliud, quam cum aliquid permittit faciendo.*

7 *Diffidatus, cuius occisio a publica potestate concessa est, etiam sub præmijs constituti promissione, an etiã extra territorium ipsius potestatis sine peccato occidi queat.*

8 *Occidere quemq̃ pro rerum tuitione, an licitum sit.*

9 *Mulier, an ipsam opprimere volẽtem, cuius manus aliter effugere nequit, sine peccato, occidere possit. Et quid si occidere nequit, sed retinendo, mente, & corpore se quantum potest tuetur, si tandem violetur, an peccet, cum eum occidendo elabi potuerit.*

10 *Libertate alium ab iniusta morte, si potest, num quis teneatur.*

11 *Homicidiũ alterius mandato commissum, cui putandum sit. Et an ex ratihabitione homicidij irregularitas contrahatur.*

12 *Homicidio ex consilio admisso, quis teneatur. Et an ex concilio irregularitas oboriatur.*

13 *Homicidium pro defensione admissum, an liget, & homicidam constituat, & an irregularitatem inducat.*

14 *Homicidium ex permissione paratum, an, & quando, & quos liget: & num irregularitatem inducat. Et quid de his, qui cooperantur in homicidio faciendo. num. seq.*

16 *Homicidium an animatione committatur. Et quid de auxilij præstatione, num. seq.*

Ho-

HOMICIDIVM † de mente S.Tho.1.q.100. ar.8.ad tertium.de mal.q.13.ar.4.ad vndecimum,& aliorum, dupliciter sumitur scilicet large,& est omnis hominis cæsio:seu occisio,siue iusta sit siue iniusta, & proprie; & sic est occisio hominis ab homine iniusta:vnde homicidium proprie semper est peccatum. Et fit octo modis.s.facto,præcepto, consilio, defensione,permissione cooperatione, animatione, auxiliatione, sed animatio ad consilium,& auxiliatio ad cooperationem reducitur: & sic fit sex modis.

2 HOMICIDIVM † quoque voluntarium dupliciter.s.proprie, quia est intentum,& volitum in se,& large,vt quia est volitum, & intẽtum in sua causa, sed non forte in se: sicut in eo,qui vult & intendit percutere pręgnantẽ, quia voluntarie occidit:sicut S.Tho.2.2.q.30. ar.1.vbi de mente eius est ista distinctio,dicit, quod de volente comedere nociua dicimus, quod vult infirmari.Et ex hoc patet primo, quod homicida est percutiens prægnantem, si partus erat formatus, s.anima rationabili, & percussione interijt: secus si non erat formatus.& idẽ si ad hoc venenũ dedit,vt abortiret.ff.de pę.l.si q̃s aliquid d.§.q̃ abortionis.

3 FORMATVR † autem masculus spatio quadraginta dierum vel circa. & fœmina spacio octoginta.Et si dubitetur vtrum ex præmissis secutus sit abortus,vel ex causa, vel vtrũ esset fętus formatus, vel non, sec. Veruec. si dubitatio est temeraria,deponatur:si probabilis,a promotione,& ministerio cessandum est, ne quis se periculo committat. Et secundo,quod homicida est,qui lethaliter aliquem percussit,qui postea est ab alijs occisus. de homi. significasti. el 2. & similiter est homicida,si non appareret an lethaliter percusserit necne: & similiter si non percusserit lethaliter, & tamen habuit animum occidendi: & deinde ab alijs percussus interijt: vt in d.c.significasti,iuncta gl.

4 PRIMO † vero quæritur, vtrum aliquo casu liceat alicui seipsum occidere aut mutilare? Et dico multa. ¶ Primum. Nulli licet seipsum mutilare etiã ad euitandum peccatum carnale, sicut de Origene tradit historia ecclesiastica,vt securius per domos prædicaret mulieribus: quia nemo membrorũ suorum est dñs 23.q.5. si non licet & in l. liber homo. la.1.ff.ad l. Aquil. quod tñ fallit si fit cã medicaminis,vt dis.55.ca. si quis el 2.& 3. non obstante, ꝙ magis sit anima curandã q̃ corpus: quia sine mutilatione anima curari potest, cum peccatum sit voluntarium.non aũt corpus interdum de mente San.Tho.2.2.q.55. ¶ Secundum. Non licet alicui occidere seipsum desiderio melioris uitæ seu felicitatis cõsequendæ:sicut sec.Aug.1.de ciuit. Dei, fecit quidã philosophus nomine Theombrocus, lecto Platonis lib.de aïæ immortaliter: & secundum S.Th.2.2.q.64.iste transitus non subest hominum voluntati.¶ Tertium. Nec ad euadendum miserias vitæ pręsentis sicut fecit Achitophel.2.Regũ.17.& Saul.1.Reg. vlt. & Razias, 2.Machab. 24. & Cato Vticensis audita victoria Iulij Cæsaris,sec.Augu. post Vale.1.de ciui. Dei. quia vltimum malorum huius uitę est mors. 4. Ethic. ¶ Quartum. Nec propter peccatum commissum,sicut fecit Iudas, Matth. 27. tum quia subtrahit sibi tẽpus pœnitentiæ,quo posset peccato delere: tum quia malefactorem occidere non licet, nisi publica authoritate.23.q.vlt.c.pen. ¶ Quintum. Neq. ad euadendũ alterius peccatum: sicut quædam nupta impetita a Diocletiano, cum maritus resistere nequiret, se occidit, iuxta historiã ecclesiasticã: quia nullus debet in se admittere crimen maius,idest homicidium, vt vitet alienum minus, i.adulterium aut fornicationem. ¶ Sextum. Nec ad vitandũ peccatum proprium, quando inde timetur, puta consensum in delectationẽ veneream, quia sicut non sunt facienda mala vt eueniant bona, Roman. 5. ita nec vt mala vitẽtur,pręsertim minora,& minus certa, cuiusmodi est,an cõsensũ præstatura sit mulier: in ipsa violatione,vel ne: cũ Deus inde possit eripere.Et de his oĩbus. 23.q.5. si non §. vlt. Nec obstat de Sampsone: quia instinctu sancti Spiritus fecit,sec.Aug. vt d.c.si nõ :nec de quibusdam mulieribus, quæ se persecutionis tempore occiderunt, quarum memoriam colit ecclesia: quia similiter motę sũt a Spiritu, secundum Aug. 1. de ciui. Dei: nec de Razia, qui laudari uĩ:quia hoc est ratione zeli legis, nõ rõne mortis,quam sec.S.Th.vbi sup.sibi intulit ex mollitie, non valens sufferre tormenta.licet Nico.de Lyra cõtra Aug. 26.q. 5.nec mirum, & omnes doc. ipsum sicut & Saulem excuset, ꝙ fecerit ne Deus illuderetur in eo ab idolatris. Non obstat ẽt dictum Hie.23. q. 5.c.non est nr̃m.In persecutionib.inquit,non licet mihi propria perire manu absque eo.vbi castitas periclitatur,quia secundum glo.ly absq.legitur inclusiue. quasi dicat, quod nec in istis, in quibus magis vr̃, licet se occidere, & sic ponitur ibi, Pulchræ sunt genæ tuæ. absque

abſque eo quod intrinſecus latet, & ſimiliter
35.quæſt.3.progeniem,& ff. de pign.act.l.1.
12.quæſt.2.Hebron.

5 SECVNDO † quæritur, vtrum liceat alicui
occidere alium? Et dico multa. ¶ Primum.
Non eſt peccatum occidere bruta, ſicut nec
ſuccidere arbores, ſecundum Auguſt. primo
de ciuita. Dei, quia ſecundum Sanct. Tho. 2.2.
quæſt.64. ſicut plantæ propter animalia bru-
ta, ita illa propter hominem ordinata ſunt,
nullus autem peccat vtẽdo re ad id, ad quod
ordinata eſt, vnde & Deus dedit nobis in
cibum omne quod mouetur & viuit. Geneſ.
9. ¶ Secundum. Hominem innocentem lici-
to nullus occidit quocunque bono fine, aut
quacunque humana authoritate Exodi. 22.
cuius ratio ſecundum mentem Sanct. Thom.
vbi ſuprà eſt, quia non licet peccatorum
occiſio, niſi inquantum ordinatur ad com-
mune bonum, quod per eos corrumpitur,
ad quod ordinari non poteſt occiſio iuſto-
rum, quia eorum vita eſt conſeruatiua &
promotiua boni communis, cum ſit princi-
pator pars multitudinis, quia cœteri ſuſten-
tantur. Nec obſtat, quòd huic egrediuntur
ad vitam: quia hoc non eſt ex actu homici-
dæ, ſed ex bona diſpoſitione occiſorum. Imò
eſt grauius, quam occidere reum, quia eſt ma
gis contra charitatem occidere eum qui ma
gis eſt amandus: & magis contra iuſtitiam
iniuriari ei, qui minus eſt dignus, & magis cõ
tra communitatem, quæ priuatur maiori bo
no, & magis contra Deum, qui contemnitur
in ſanctis. Lucæ. 10. Qui vos ſpernit, &c. Vn-
de patet, quàm grauiter peccent medici, qui
medicinas periculoſas experiuntur in reli-
gioſis. Ex mandato tamen Dei licet occidere
innocentem, quod facere voluit Abraham
Geneſi 22. & 23.quæ.5. lex æterna, qua Deus
habet dominium mortis & vitæ, cum eius
ordinatione omnes moriantur, iuſti & pec-
catores. ¶ Tertium. Hominem reum licitè
occidit iudex habens legitimam authorita-
tem, ſi ſeruato iudiciali ordine condemnat
ad mortem debitam illi ex zelo iuſtitiæ, qui-
nimo hoc illi mandatur à domino, Exodi
22. quia, vt dicit Sanct. Thom. vbi ſupra, ſicut
pars ad totum, ita quælibet perſona parti-
cularis ad communitatem comparatur: vn-
de ſicut laudabiliter & ſalubriter præſcindi-
tur membrum a corpore, cum expedit cor-
pori, puta ne inficiatur a membro putrido,
ita & occiditur particularis homo, ſi ſit com
munitati nociuus, quia pars eſt propter to-
tum, non e contra. Si vero iudex condemnat,
innocentem, aut reum, non ſeruato iuris or-
dine, contra illud Deuteron. Iuſte quod iu-
ſtum eſt exequaris, & no. in c. reos, vigeſima-
tertia quæſt. quinta. aut eo ſeruato, ſed ex in-
debito fine: puta ex auaritia ſeu lucro prin-
cipaliter, vel ex odio, vel inani gloria, vel ex
delectatione effundendi ſanguinem, peccat
mortaliter, & quilibet illi hac intentione
cooperans, ſecundum Arch. in ar. 23. quæſtio.
5. cum miniſter, quod tamen de inani gloria
verum non credo, quando illa aliàs non eſ-
ſet mortalis, & iudex ſic eſt diſpoſitus, quòd
propter gloriam non occideret, niſi alias iu-
ſte hoc faceret, quia tunc nec quod facit eſt
mortale, nec finis propter quem facit. Quan
do etiam reus propter potentiam ordinario
iure puniri non poteſt: ſi dominus principa-
lis, vel iudex habens authoritatem abſolu-
tam quocunque puniendi ſine iudiciario or-
dine illum faceret occidi, non peccaret ſecũ-
dum Arch. quod limita ſi faceret in ſuo di-
ſtrictu, vel in alieno de voluntate domini ex
preſſa, vel tacita, vel probabiliter præſum-
pta. ar. c. de occidendis, & c. officia & c. non
fruſtra. 3. quæ. 5. ¶ Quartum. Priuatus homo
hominem propria authoritate occidere non
poteſt, etiam reum & malefactorem, ſecun-
dum Aug. primo de ciuitate Dei, ſine pecca-
to mortali, cuius ratio eſt ſecundum Sanct.
Thom. vbi ſupra: quia cum iſta occiſio lici-
ta ſit inquantum ordinatur ad bonum totius
communitatis, ad illum ſolum pertinet, cui
commiſſa eſt cura ſeruandæ communitatis,
ideſt, ad principem, & alios habentes publi-
cam authoritatem: ſicut præſcindere putri-
dum membrum ad medicum pertinet, cui to
tius corporis ſalue commiſſa eſt, & non ad a-
lium. ¶ Quintum. Priuatus hominem occi-
dere poteſt authoritate legis ciuilis ſine pœ
na, quæ pro homicidio in foro contentioſo
debetur: primo, defendendo perſonã ſuam:
ſecundo, defendendo ſuum honorem: vt cum
oportet eum aut fugere cum dedecore, aut
occidere: tertio, defendendo res ſuas, quando
aliter rehaberi non poterant, ſecundùm mul
tos Legiſtas ſup. Excõmunicatio. 6. §. 3. caſu
9. quarto, occidendo inſidiantem in itineri-
bus, & nocturnum populatorem agrorum.
C. quando liceat vni. ſine iudi. l. 1. & 2. quin-
to occidendo furem nocturnum, & diur-
num ſe defendentem telo de homicid. ſi per-
fodiens, ſexto, ratione adulterij, vt inf. Lex.
§. 10. ¶ Sextum. Priuatus authoritate legis

occidere pōt ſine peccato. Primò, defendēdo perſonam ſuā vel alterius iuxta d. ſup. Bellū 2. & 3. Et ſecundò, eadem ratione occidendo furem nocturnum in dubio an vellet furari, vel occidere extra eo. ſi perfodiens, & ſimiliter diurnū ſi ſe telo defendit, vt ibi. Tertiò, occidendo diffidatum, de quo ſupra. Aſſaſſinus.

6 Vnde † aduerte, ꝙ aliud eſt qñ lex aliqd permittit non puniendo, vt de occideudo adulterio: aliud qñ aliquid cōcedit, faciendo. ſ. quemlibet miniſtrum iuſtitiæ, vt in cap. pro humani. de homicid. li. 6. quod licet primum non liceat in conſcientia, ſecus de ſecundo, ſi intentio ſit recta, i. ad bonum commune, vel iuſtitiæ obſeruationem: quia ſec. Io. An. in ad di. Spec. facit, vt legis miniſter, ſed talis occiſor eſſet nihilominus irregularis, ſicut & iuſtus iudex, ſecus de occidente ex defenſione perſonæ, vt infra Homicidium. 3. §. 2. Et eadē ratione de occidēte in dubio prædicto, quia perſonam tuetur. Quartò ſm aliquos pro defenſione honoris contra iniuriā perſonalem conſiſtentem in turpi fuga. quod tñ Archi. negat, & hoc rationabiliter, maxime vbi talis turpitudo eſt non de malo culpæ, ſed de naturali timiditate. Vnde licet dicat Zen. ꝙ occidens ne fugiat cum dedecore euadit irregularitatem, tñ verius dicit Pe. de Anc. & Car. ꝙ non euadit. Quintò ſm aliquos ēt pro defenſione rerum, ſed de hoc ſup. Excōmunicatio. 6. §. 3. & §. 4. Sextò, ſecundum aliquos, pro defenſione caſtitatis, ſed de hoc infra §. 5.

18 VIGESIMOSEPTIMO,† quid de eo, qui puerum misit ad flumen, monens vt ab eo caueret: & submersus est? Et dico, quod irregularis est, vr̃ tenere Host. sicut & diaconus, qui falcem non remouit, de homic. continebatur. Sed hoc bene limitat Sum. Confes. si poterat rationabiliter de periculo cogitari. ¶ Vigesimooctauo quæritur, qui de eo, qui famulum corrigia gladium hñte verberans occidit? Et dico, ꝙ est irregularis, q̃a debuit probabiliter credere occisionem non remouendo cultellũ. extra eo. ad audientiam. Multos etiam casus, in quibus irregularitas, sine peccato contrahi potest, habes ti. seq.

RVRSVS de Homicidio tertio, quantum ad pœnam maxime irregularitatis.

1 *Homicidium quatenus pœnam, ac irregularitatem induxit duplex esse.*

2 *Regula quoad dijudicandum de irregularitate circa homicidas, sex sũt generales, de quib hic ordine.*

3 *Homicida num omnis irregularis fit. Et subinde, num per solam mortem, aut membrorum mutilationem irregularitas contrahatur. Et quid de iudice in mortis aut membrorum mutilationis causa, item quid de potestatis familia. Et ad hæc aliquot conclusiones subduntur.*

4 *Membrorum mutilator, aut debilitator, num omnis irregularis fiat. Et quid de mutilatis. Et an mutilatio membri homicidio, & quo ad quæ æquiparetur. Et quid si membrum non mutiletur, sed debilitetur, & quid si digitus truncetur, an irregularitas inducatur.*

5 *Mutilati, qui promoueri inhibeantur, & promoti deijciantur.*

6 *Homicidæ & mutilatores ab irregularitate excepti, de quibus hic, num aliquo casu irregularitatem contrahere possint, quinque dictis palam fit. Inuasorem occidens an efficiatur irregularis si mortem alias quidem euadere potuit, mutilationem vero nequiuit.*

7 *Iura de prælatis & clericis quantum ad irregularitatẽ cõtrahendã pertinet, quid specialiter cauerint.*

8 *Irregularitas ex mutilationibus, & occisionibus in bello factis, an inducatur, sex dictis resolutorijs expedit.*

9 *Quarta ex eo, quod clericis facultatem, ut bello intersint, concedit, an videat illis licere armis vti.*

10 *Casus circa irregularitatem vltra prædicta dubij duodecim, de quibus hic ordine.*

11 *Irregularitate homicidio contracta qualiter cum irregularibus dispensetur.*

12 *Homicidij pęna, num præter irregularitatem aliæ sint.*

1 HOMICIDIVM † tertium inquantum pœnam & irregularitatem inducit, est duplex, s. sumptum proprie, quod est occisio hominis iniusta, & cum peccato: & large, quod est occisio hominis ẽt iusta, & sine peccato. Et de vtroq; qũo in multis casib. irregularitatẽ inducat, in duob. priorib. titulis incidẽter dictũ est, vbi de eo quãtũ ad peccatũ agebat: nũc autẽ de vtroq. inquãtũ ĩducit pęnã, maxime irregularitatẽ, ex intẽtione dicẽdum est.

2 PRIMO † vero quæritur, quæ & quot sunt regulæ generales dijudicandi de irregularitate circa homicidas? Et dico, quod sunt multæ. ¶ Quartum prima hæc est: Nullus iudex, magister, aut doctor, in dubio debet aliquem irregularem iudicare. arg. de pœ. dist. 1 §. pen. ¶ Secunda. Quilibet in dubio se debet irregularem reputare, ut in c. ad audientiam. eo. ti. vnde in foro animæ, maximè qñ aliquis de hoc non est infamatus, debet suæ cõsciẽtiæ relinqui. vt in c. ex literis. eo. tit. Et has duas ponit Host. in d.c. ad audientiã. Et sic putat, ꝙ in foro contentioso, vbi agitur ad pęnam. non debet quis in dubio reputari irregularis secus in foro animæ, ubi agitur ad imponendam pœnitentiam, de quo Pan. in d.c. ad audientiã. ¶ Tertia. Ad incurrendã irregularitatẽ ex homicidio necesse est interuenire factũ; vel præceptũ, vel consiliũ, vel defensionẽ, vel cooperationem occidẽtis. Et hanc ponit Inn. in d.c. ad audientiam. Sed attende, ꝙ ad consiliũ reducitur aĩatio, & ad cooperationem auxiliatio. Igitur homicidium mentale nunq̃ irregularitatẽ inducit, quia lex promotionis factũ requirit. 15. q. 1. c. vlt. Sed intellige factum proprium vel alienũ, in quo quis participat verbo vel signo æquiualenti, ut in pcepto. & ratihabitione: similiter nec homicidium permissionis, ẽt cum quis sine periculo posset liberare, & delectatur de morte, nisi fortè sit prælatus aut dominus. ut inf. §. 5.

¶ Quar-

¶ Quarta. Causam homicidij, quæ irregulari
tatẽ inducit, oportet esse propinquam. ff. ad l.
Corn. de sic. l. nihil interest. Secus de causa
remota seu occasione, quia non ideo est ho-
micida faber, quia cultellum fecit. de homi.
tua. quod sec. Ber. limitatur de causa remota,
nisi quis animum habuerit nocendi, aut mi-
norem adhibuerit diligentiam, vel non co-
gitauit quæ debuerit cogitare. eo. ti. presbyte
rum. in fi. ¶ Quinta. Infans occidens non est
irregularis, nisi sit doli capax cle. furiosus. de
homic. & no. Pan. in c. 1. de delic. pue. & Ioan.
And. ibidẽ. & similiter dic de furioso. pro quo
facit l. 1. C. de fal. mo. ¶ Sexta. Quantum ad
irregularitatem contrahendã nõ est in iure,
vel cõi doctrina Canonistarũ iuenire dñiam
inter laicum & clericum, sed vbicunque irre-
gularis est clericus, est & laicus, & ecõtra: ex
cepto homicidio casuali, vbi aliquando est ir
regularis clericus, & non laicus, & econtra:
quia aliquid est illicitum clerico, & non lai-
co: vt mercari & ludere ludo clerico interdi
cto, vel mederi: & econtra, vt celebrare diui-
na. Vnde si ex mercatione clerici sequatur
occisio adhibita diligentia est irregularis: nõ
autem laicus. Quatuor aliæ regulæ habentur
sup. Homicidium. in f. in prin.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum omnis homi
cida sit irregularis? Et dico multa. ¶ Primum.
Oĩs occidens aut mutilans post baptismum
per industriam & voluntariè etiã sine pecca
to est irregularis: vt not. in c. 1. de hom. & ibi
patet per text. & non solùm promoueri non
potest, sed etiã promotus est perpetuò depo
nendus, extrà eo sicut dignum d. l. si quis vi-
duam, ẽt si interficiat Saracenum vel paga-
num dist. 50. c. clericum. Et hoc siue occidat
cum peccato, siue sine peccato, siue per se si-
ue per alium, mandato, consilij, defensione,
permissione, cooperatione. aĩatione, & auxi-
liatione. Vnde in causa mortis aut mutilatio-
nis irregularis est iudex etiam iustè ꝓcedẽs.
dist. 6. aliquantos. & accusator ac testis nota-
rius sñiam scribens aut proferens vel atten-
tationes scribens aut legens, dum publicant̃,
vel scribens aut dictans literas pro vindicta
sanguinis, aduocatus quoq; contra reum vel
pro reo si cum effectu accusator subijciatur
talioni: assessor etiam & quilibet alius officia
lis: vt no. in d. ca. aliquantos. & per totum ex-
trà, ne cle. vel mo. c. sñiam. & glos. in summa.
Pis. 15. Si tñ effectus non sequatur, nullam in-
currunt irregularitatem etiam ẽpalẽ, vt dicit
Veru. vt expresse dicit Pa. in d. c. sententiam.
& in ca. clericis. ne cler. vel mo. vbi facit pul-
chram theoricam, ꝙ per solam mortem aut
membrorũ truncationem quis irregularita-
tẽ incurrit: secus si alia sanguinis vindicta se-
quatur: vt in ca. si aliquis. de homi. dicit, ꝙ ex
sola voluntate nunquã est aliquis irregularis,
quod ẽt tenet Gof. quod indubitanter tene,
quantumcunq; quis morte attentauerit: nec
Verue. dictum aliquo iure cauetur gl. quoq;
in c. periculose: de pę. dist. 1. dicens talẽ irre-
gularitatem, intelligitur sec. Pau. de irregu-
laritate consequente peccatum, non dispen-
sabili. ¶ Secundum. Item sunt irregulares oẽs
de familia rectoris associantes pro defensio-
ne malefactorũ ad mortem, equestres vel pe
destres, & trahentes malefactores ad chordã
si inde fatetur, & occiditur: excepto tñ inqui
sitionis negotio. Similiter q acuit vel defert
securim vel aliud occisionis instrumentũ: vel
portat scalas vel funes pro aliquo suspenden
do: quia horum quilibet dat causam propin-
quam morti, vel in ea cooperatur. d. c. si quis
viduam. dis. 51. Secus de faciente gladium vel
funes ad omnem vsum, non ad mortem, sed
casu inde sequitur, 13. quæst. 5. de occidendis.
Tertium. Similiter est irregularis, qui aliquid
facit vel dicit vt oĩno moriturus citius mo-
riat̃, si hoc est certũ: puta voluit infirmum, vt
citius moriatur: dicit decapitando vt caput
ponat ad cippũ: & hoc citius ponit: vel dicit
satelliti, vt securim aptet ne pluries feriat, &
fit, & hmõi. arg. d. c. si quis viduã. Et gñaliter
oĩs homicida & mutilator voluptarius, etiã
si occisus vel mutilatus sit paganus. di. 50. cle
ricũ. excepto eo qui hæc ob defensionẽ suæ
personæ facit, cũ aliter euadere non possit: &
furioso infante ac dormiente, qui nõ sunt ir-
regulares, vt in cle. vnica. eo. tit. Et quod di-
ctũ est de infante, Pet. de Anc. dicit verũ etiã
de maiori septennio, si non sit doli capax. Qđ
etiam dictum est, non esse irregularem eum
qui occidit se defendens. S. Tho. 2. 2. q. 64. dicit
esse falsum: quia tunc non emanauerat d. cl.
Excipitur etiã ab irregularitate is, qui est ho
micida permissione. s. non obuiando cũ pos-
sit: ẽt si de homicidio delectetur, ẽm Arch. si-
cut ẽt non est irregularis medicus permittẽs
infirmum mori, nolens illi mederi: & diues
dimittens pauperem fame perire. 15. q. cap. si
quis non iratus. inf. §. 5. partic. 5. ¶ Quantum.
Omnis ẽt homicida à casu irregularis est in
casu, in quo illi imputatur homicidium, ẽm
Doc. si culpa sit grauis, aut saltem leuis, iux-
ta dicta sup. in prin. tit. prioris. aliàs non.

TER-

4 Tertio †quæritur, vtrum omnis mutilator & debilitator membrorum, seu mutilatus & debilitatus irregularis? Et dico multa. ¶ Primum loquendo quantum ad mutilãtes. Nulli seipsum mutilari licitum est: vt sup. Homicidium 1. §. 1. particula. 1. dictum est, & qui se mutilat ex in patientia, vel credens se Deo præstare obsequium, puta vt caste viuat, nihilominus à promotione repellitur, & deijcitur promotus. de corp. viti. significauit. q̃a talis homicida sui iudicatur. distin. 45. si quis occiderit. & distin. 33. maritum. Si vero quis se vel alium mutilet, quia membrum est corporis corruptiuum, non peccat secundum S. Tho. 2. 2. q. 63. nec est irregularis, nisi ex mutilatione inducat deformitas vel impotentia ad ordinis executionem. vt in Sum. Confess. lib. 2. tit. 1. q. 43. ¶ Secundum, mutilatio membri extra casum infirmitatis quo ad peccatũ mortale, irregularitatem, & dispẽsationem, pacificatur homicidio, secundum notabilem glo. in clem. vnica. eo. ti. & facit cap. aliquantos dist. 51. cum multis alijs ibidem. & ca. clericis, ne cler. vel monach. & cap. in archiepiscopatu. de rap. & ca. is qui de homic. libro 6. Non tamen quælibet mutilatio irregularitatem inducit, secundum Cardin. post Land. in d. clem. vnica. sed solum cum mutilatur aliqđ de principalibus membris, & secũdum Pan. in cap. qui cle. vel vo. sed effusio sanguinis nõ inducit irregularitatem. vide infra, particula 4. Ex his autem patet, quòd de mutilatore distinguendum est vt de homicida quantum ad irregularitatem, vtrum scilicet mutilauerit sponte vel à casu: & si à casu, vtrum dando operam rei licitæ vel illicitæ: & si licitæ, vtrum adhibita diligentia vel ne. ¶ Tertium. Si membrum non mutilatur, sed debilitatur, non inducitur irregularitas, secundum Pan. in cap. de diacono. qui cler. vel vo. & idem dicit in cap. clericis. ne cler. vel monac. argu. 1. quæst. 1. sicut vrgeri, quia licet membrum debilitatum sit quasi inutile quo ad operationem, tamen valet saltem ad decorem: & in penis facienda est mitior interpretatio: & ↄ concor. secundum eum Cal. & similiter Gaspar. in d. cap. de diacono. Sed hoc limita primò per cle. vnicam eodem. titu. & per ca. qui percutit. 23. quæst. vlt. quando debilitatio nõ est totalis, sed stat vsus eius aliqualis: vbi autem ex toto debilitatur, & inutile operationi penitus reditus, inducitur irregularitas. per id quod not. Cyn. in authen. sed nouo. C. de ser. fug. Vnde Bartol. in 2. ff. de pub. iud. in fi. dicit, ꝙ mutilatio proprie est quando mẽbrum læditur, ita ꝙ suum officium exercere non potest, quod probatur in l. idem Ophilius in princip. ff. de ædil. edi. truncatio vero quando ex toto abscinditur. & idem Pan. in cap. cum illo. de sent. excom. ꝙ mutilatio & truncatio, vt diuersa ponuntur in d. clement. vnica & dicitur truncatio totalis abscissio siue diminutio membr. mutilatio vero quando in totum membrum non abscinditur, sed ex ꝑcussione impeditur eius officiũ: & vtraque, inquit, irregularitatem inducit. Limita secundò secundum Gul. de Lau. in suo sacramẽtali, si membrum debilitatum sit de principalibus, & de his quæ redderent hominem deturpatum, & inutilem, scilicet penitus pro diuinis officijs exercendis. Vnde si quis alterius faciem sic deturpet, vt propter scandalũ sit inhabilis ad promissa, credit eũ irregularem. licet ille vere non sit mutilatus. & idem si maculam vel aliud impedimentum faceret in oculo, etiam sine eruditione. ¶ Quartum. Truncatio digiti non inducit irregularitatẽ, s. in truncante, sed principalium membrorũ, secundum Car. post Lau. in d. clem. vnica. alleg. c. 1. de cle. pug. in duel. quod loquitur de membro, quod membrum propriè & strictè sumendo est pars corporis habens officium separatũ & distinctum, secundum Bart. & Io. de Imol. in l. 7. ff. de pub. iud. in fi. sicut manus ad palpandum, & pes ad ambulandum. facit c. singula. dist. 89. iuncta gl. & text. in d. c. sicut vigeri. & in auth. prædicta, sed nouo. digitus autem non est membrum, sed pars membri, vt in l. non sunt liberi. ff. de stat. ho. & d. l. idẽ Ophilius, quod limita, nisi digitus esset pollex vel index. ar. dictorum supra, particula 3. quia horum vsus est in ministrando necessarius: & consequenter horum priuatio reddit penitus inutilem.

5 Qvintvm. † Quantum ad mutilatos autem glos. summa. distin. 1. sic dicit. Sponte, adde, & sine causa vitiati in quocunque membro repelluntur à promotione, & deijciuntur iam promoti: vt infra. eod. pœnitentes. sunt. n. homicidæ. inf. eo. si quis. & c. qui partem. Si autem casu vitiati sunt corpore, s. ab hostibus inuiti, vel propter ægritudinem voluntarij, siue a medicis, non obest eis, extra eod. si quis a medicis. Si autem alias sunt vitiati, s. nec propria nec aliena voluntate: aut ipsi insistebant operi illicito, & repelluntur: aut illicito, & sic si vitiati sunt in minimis membris siue occultis, nõ repelluntur à pro-

mo-

motione,extra eo.qui partê. & c. eunuchus. Sed si in magnis & manifestis, non promouentur: vt infra eo. si euangelica.Si ergo aliquis in principalib. membris, s. in oculo vel manu habet enorme vitium,nô promouetur. secus si modicum, & quod non generet scandalum:vt extra,de cle.ęgro.vel debi.presbyterum.extra de corpo.vit.c.1.& 2.hæc ibi. de quo vide etiam sup. Corpore vitiatus. §.1.& 2.limita vt supra.

6 QVARTO † quæritur vtrû homicidæ & mutilatores,qui ab irregularitate supra excepti sunt.s.sui defensor,infans,dormiens,& furiosus, & ſm aliquos eadem ratione ebrius, aliquo casu contra hanc irregularitatem? Et dico multa. ¶ Primum.Qui potuit quidem vitare mortem,sed non mutilationem,occidêdo inuasorem, sec. Lap.irregularis efficitur. Sed verius Card.in d.clem.vnica sensit,quod non:quia ibi mutilatio & occisio æquiparantur quantum ad irregularitatem incurrendam: & sic debet esse idem quo ad illam euitandam. & hanc opinionem tenet:quia in iure mutilator appellatur homicida, vt dist.45. si quis absciderit,& di.34.maritum.Qui tamê potuit euadere mutilando inuasorem,si occidat, est irregularis, quia deest moderamen, nisi occiderit præter intentionem adhibita diligentia. ¶ Secundum. Qui fugere quidem potuit, sed fugendo se periculo exposuisset, puta quia probabiliter dubitat de casu aut velociori cursu insequentis, qui ex fuga audacior factus facile percussisset occidendo aut mutilando postposita fuga non est irregularis:quia periculo tali se exponere non tenebatur:cum qualitas temporis,& loci non patiatur plenius deliberandi consilium. ff. de exerci.libr.1.Tertium. Qui occidit aut mutilat,aliter quidem euadere non potens,sed ad hoc ex illicito opere deductus: puta quia noctu deprehensus est cum muliere, vel iuit ad iniustum bellum,& huiusmodi: videtur irregularis per regulas supradictas, quia dabat operam rei illicitæ:& consequenter imputatur illi homicidium sequens. Et hoc tenere vr̃ Asten.lib.1.titul.25.quam opinionem credo veram:vbi iste licite impugnaretur: & côsequenter illicite se defenderet,ut quia capit̃ iuste a ministris iustitiæ pro maleficio, sed falsam, vbi impugnaretur illicite, & consequenter licite se defenderet: quia iura excipientia ab irregularitate homicidij voluntarij se defendentem. de licita defensione intelligenda sunt: quia vbicunq. in homicidio effectuali est peccatum, est & irregularitas, & non ex conuerso: vnde vbi est illicita defensio,ibi est irregularitas.

¶ Quartum. Quantum ad eum qui dormiens occidit.Bartol.in l.pœnas.ff.de parricidijs. distinguit: quia si hoc sciebat sibi euenire, debuit præuidere vt iaceret solus, vel nemo esset in camera:aliter est ĩ culpa,& propter culpam tenetur: sicut putator arboris, qui non admonuit trãseuntes.ff.ad l. Aquiliam.l.si putator. Si vero hoc non sciebat sibi euenire, parcitur illi, quia dormiens æquiparatur furioso: vt l.1. §. 1. de acqu.pos.furiosus autem non tenetur:ergo &c. hæc Barto.& sic secundum eum, non est irregularis. Et si ideo sic in nocte somniauit: quia in die sic cogitauit: distinguunt quidam a simili:quia aut sine culpa sua fuit lacessitus:& tunc non tenetur,cum sit vitium naturæ. alias secus d.l.pœn.¶ Quintum. Ebrius si occidat vel mutilet secundum Matth.Zen.& Cardin.in d.cle.est irregularis: quia si Papa voluisset eum excipere, hoc expressisset.

7 QVINTO † quæritur,quid tradiderint iura specialiter de prælatis, quod clericis quantû ad contrahendam irregularitatem? Et dico multa. ¶ Primum.Episcopus vel alius prælatus habens iurisdictionem temporalem debet constituere iudicem sæcularem, qui audiat causas præcipue sanguinis, cui præcipere potest, vt vnicuique iustitiam faciat. & ei interroganti quid agêdum in tali casu, qui.s. meretur causam sanguinis, rñdere potest ꝗ peritos consulat, & caueat ne propter suam respôsionem directam vel indirectam ille intelligat, ꝗ eum debeat sanguine punire sec. Rayn.quia si ex tali responsione reus occideretur vel mutilaretur, esset irregularis. Potest etiam talis prælatus delegare alicui etiam specialiter super aliquo maleficio, puta homicidio in sua iurisdictione commisso, vt inquisita veritate iustitiam exequatur: & si ille exequatur,vt occidat,non propterea ille prælatus est irregularis,extra. in cle. vel mo. eps lib.6.¶Secundum. Prælatis ecclesiasticis licitum est, ob defensionem rerum ecclesiæ vel fidei inuocare contra violantes brachium sæculare,& hortari tales, non quidem ut occidant,mutilent,aut vulnerent, quia hoc esset directe ad homicidium prouocare:sed ut ecclesiam vel patriam liberent: & terrã ab infidelibus occupatam reducant ad Christum regem, super quo ecclesia magnas facit remissiones, & si hinc inde aliqui occidantur,

non

non imitatur prælato:ſed peccaret, niſi contra tales ſe opponeret.23.q.5. de occidendis. 2.q.7.igitur.& c.ſcire.& c. omni. & c. hortatu.& c. vt pridem. Pertinet ẽt ad clericos diſponere & inducere alium ad bellandum legitima bella & intereſſe bello, licet manu propria bellare non debeat, & iuſte pugnantib. ſpiritualiter ſubuenire ſuis, & exhortationibus, & abſolutionibus, ſec. S.Tho.2.2.q.40. ¶ Tertium Prælati, & alij, qui interſunt vindictæ ſanguinis, ſec. Aſten. non ſunt irregulares, niſi, ad hoc dederint cõſilium, auxilium, vel fauorẽ, uel niſi interſint tanq̃ præſtantes authoritatẽ: vt patet in c. ex literis. de exceſ. præl. vbi tñ Pan. tenet, ꝙ ſunt irregulares illi qui habẽt iuriſdictionẽ ibi exhibendo pñtiã ſuam: quia opem videntur præſtare. diſt. 50. ſi quis viduam. nõ autem alij p̃lati, licet grauiter peccent facientes contra cap. ſententiam. ne cler. vel mona. Sed dico ꝙ nec illi, nec iſti ſunt irregulares ex hoc ipſo, quod sũt pñtes: ſed ſi ex pñtia faueant: nec peccant, niſi ad ſint ex cauſa iniuſta puta curioſitate: ſecus ſi ex pietate aſſociando occidendum vel mutilandum ne deſperet. ¶ Quartum. Clericus reſpõdens iudici, ꝙ pro tali crimine debetur pœna mortis, ſec. Pan. in d.c. ex literis. poſt Hoſt. eſt irregularis, ſi crimen imminet puniendum de præſenti, & ex ſuo cõſilio generali vel ſpeciali ſequatur homicidium d.50. ſi q̃s viduam. non aũt ſi ex ſua reſponſione homicidiũ non ſequatur: vt quia iudex erat diſpoſitus omnino occidere: & iſte interrogatus fuit a quodam alio, & hmõi, ſimiliter nec qñ crimen non imminet puniendum de pñti, quamuis rñdeat, ꝙ mereatur mortem: & ſic intellige gl. in d. cap. ex literis. ¶ Quintum Prælati, & alij iudices non liberantes ab iniuſta morte cum pñt, aut non paſcentes fame moriturum, ſec. Veru. licet peſſime faciant, non ſunt irregulares, quia lex promotionis factum requirit, 15.qu.1. ſi quis non iratus, ſed tñ alijs melius vr̃, ꝙ ſint irregulares, qñ eis de iniuſta occiſione conſtat ſi effectus ſequat̃. ar. de homic. Petr. & de ſim. Matthæus. quia in iſto caſu non ſolum eſt omiſſio, ſed etiam commiſſio, ſicut & in dictis iuribus patet. pro quo facit, quod not. Aſten. li.6. tit.14. ꝙ tales non ſunt immunes a culpa homicidij, allegans c. ſicut dignũ §. illi autem. de homi. arg. d.86. facientis, & 23. q.3. non inferenda. & ca. qui poteſt. Imo licet ſolus iudex ad hoc ex præcepto teneatur. 23. q.5. qui malos. & q.4. forte conſilium tamen ſanum eſt, ſec. Gof. & Hoſt. quod etiam priuatus hoc faciat, ſi hoc ſine ſuo periculo poteſt, propter iura præmiſſa. ¶ Sextum Clericus tradẽs latronem iudici ſæculari cum proteſtatione, quod ſanguinis uindictam non intendit ſed tm̃ rehabere ſua, non eſt irregularis, ſi ille iuſtitia exigente, imo etiam cõtra iuſtitiam ſec. gloſ. occidatur, extra eod. prælatis libr.6. nec obeſt ſi clericus ad conuincendum laitonem ſigna dediſſet: cum licite eum tradat conuictum ad conuincendum. Sed tñ prædicta limita primo ſi expreſſe proteſtetur, ut ſup. ſecundo, ſi mortem non intendebat: tertio ſm̃ aliquos, maxime Arch. ſi aliter hr̃e non poterat. Vnde ſi ſua intentio erat maculata, irregularis eſt, ſi occiſio vel mutilatio ſubſequatur. Similiter ſi peracta occiſione lætatur, & habeat ratum ſec. Hoſtien. ut recitat Aſt. vbi ſup. ratihabitio retro trahit̃, & mandato ęquiparatur, q̃ in maleficijs generaliter attendit̃. quod Aſten. limitat ſi gaudeat de morte perſonę. ſecus ſi de punitione maleficij compatiendo perſonæ. ¶ Septimum. Si clericus ſcribat ꝙ aliquis capiat̃, & ex captione ſequit̃ mors aut mutilatio ipſo ignorante factum & cauſam, ſec. Hoſt. vr̃ irregularis: quia ſuſpicari debuit ſic poſſe euenire: quod non eſt dubiũ ſi ſcribendo fuit in culpa, vel ſine diligentia. ¶ Octauum. Clerici cum alijs trahentes ad manganellos, vnde aliquis ſcitur aut probabiliter creditur occiſus: dicit Ver. quod melius eſt tenere certum, ut ſint irregulares. & hoc vr̃ tutius etiã in bello iuſto. licet alij dicant, ꝙ licet eis turrim aut muros impetere machinis, & ſuffodere, licet nõ perſonaliter pugnare: & ſi inde præter eorum intentionem eueniat homicidiũ, illis non imputari. ¶ Nonum. Clericus benedicens aquam feruentem, vel ferrum candens, vel pugiles, irregularis eſt, ſec. Rayn. ſi mors ſequatur: quod Rodo. dicit tutius tenere. Decimum. Pręlati, qui ſubditos quantumcumq; grauiter delinquentes incarcerant cum tanta afflictione, quod paucis diebus moriantur, ſunt irregulares, ſec. Ioan. de Lig. in cl.1. de pęn. rem. Vnde dicit, quod carcer non debet eſſe nimis crudelis, nec eorum vita tantum attenuanda, ꝙ paucis dieb. veriſimiliter moriantur, ſed debent pane & aqua ſuſtentari, ſicut vult. c. nouimus. de verb. ſign. & ſequitur Pano. in c. cum non ab homine de iud. Vide etiam §. ſeq. partic.4.

8 SEXTO † quæritur quid iuris de occiſione & mutilatione, quæ fiunt in bello? Et dico multa. ¶ Primum. Exiſtens in bello iniuſto vbi occiditur aliquis ab aliquo licet ipſe

non

non occidat,est irregularis ipse, & quicunq; est ex parte iniuriantiũ, si illuc iuit vt bellantibus pstaret auxiliũ,consiliũ,vel fauorem,& multo magis vt aduersos læderet, sec. Host. & Inn.in c.petitio.de hom. Secus si causa pacificandi,vel alia causa iusta iuit.arg. a cõtrario sensu in ca.quantum.dist.50. & cap. presbyterum,de homicid. tamen sec. Ray. Rod. & Gul.cũ prædictis poterit per epm dispensari.¶ Secũdum. Existentes in bello iusto ex parte se defendentium, sunt oẽs irregulares si occidẽt:nisi in casu quo aliter euadere non possunt,alij vero qui nec occidunt, nec mutilant,nõ sunt irregulares, licet ibi multi occidantur. Et si percutiant aliquos,qui deinde occidantur ab alijs,dicit Arch.ꝙ sec. Inn. & Host.non sunt irregulares,dummodo non prouocauerint eos,extra.eo.significasti.el 2. & hoc sec. Inno. nisi percusserint animo occidendi:de quo videtur casus in d. ca. significasti,qui essent irregulares etiam si non percussissent lethaliter. Imo licet clericis alios hortari ad bellũ, si sit cõtra rem publicã aut ecclesiã vel catholicã fidem,non tñ arma sumere:vt sup.Bellum 3.§.2.Vnde Pan.in c. vlt. & penul.de cle.percusso.refert & sequit̃ Ho. tenentem,quòd clericus præstans opem oppressis vel obsessis iniuste, q. adiuuans eos, q. repellunt iniuriam proiiciendo, lapides, & hm̃oi dummodo ipse neminem occiderit nõ est irregularis.Sed ista intellige quando quis certus est se nec occidisse nec mutilasse.¶Tertium. Secundum Rayn. omnes existentes in pugna,in qua aliqui sunt, occisi vel mutilati,sed nescitur a quibus, censentur irregulares,& qui sunt ex parte iniuriantium: & qui ex parte iniuriã recipientiũ, si illis erant clerici:& si illicitè mouerũt arma dist.51.si quis post.Sed Arch.23.q.vl.c.vlt.dicit hoc dictum Rayn.ab aliquibus intelligi, qñ clerici erant in culpa,quia si defenderent se vel socios necessario, licet aliquis a defendentibus sit occisus ex alia parte reliqui, qui nec interfecissent,nec interfectores iuuassent,nõ sunt irregulares,licet habuerint occidendi volũtatẽ, quia lex promotionis factũ requirit. Sed melius est vt dictũ Ray.indistinctè capiatur, qñ quis non scit se non occidisse vel mutilasse: quia in dubiis debemus tenere tutiorem,de spõ.iuuenis,& de hoc in simili.inf.§. seq.par. 3.¶ Quartum.Clericus in bello fauorẽ præstans suis partibus cõfortando quo securius pugnent,aut incutiendo hostibus terrorem, est irregularis,sm̃ Inn. si bellum est iniustũ,

& mors inde sequatur:secus si est iustũ. Item secus si iuit ad bellũ iniustũ causa pacificandi,vel ex alia iusta causa,modo absit dolus, & lata negligentia,sm̃ eundem Innoc. & Host. si vero iuit ad iniustum bellum ex iusta causa,& ad sui defensionẽ cogatur occidere vel mutilare,dic vt sup.§.4. part. 3.¶ Quintum. Quãtum ad clericum ministrantẽ arma pugnantib. quorum nomine veniunt etiã fustes & lapides.ff.de verb.sig.l.armorum. Quidam distinguũt inter ballistam,& alia: quasi ipsa nunquã licite concedatur in bello: quia prohibetur ars sagittãdi:extra, de sagi.art.sed tamen non distinguendũ:quia gl. ibi quã sequitur Pan.restringit tex.qñ bellum iniustũ est, vt patuit sup. Ars. §.3. Clericus ergo ministrans ballistam,ensem,lanceã,& generaliter arma pugnantib.& irregulari, aliquo occiso vel mutilato ab illis, si bellũ sit iniustum,sm̃ oẽs,ẽt si ad defensionem ministrasset: arg. d. ca. ad audientiam,& c. Ioannes,& c.sicut dignum,& c.fi.eo.tit. Si vero bellum sit iustũ, sec.Host.& Inn.in c.sñiam,ne cler. vel mon. & Dir.libr.3. non est irregularis concurrentibus duobus: primo, ꝙ nõ ministret vt occidant,sed vt se & sua defendant: secundo, ꝙ credat illum,cui ministrat, non velle aliquẽ occidere,sed & se & sua defendere. Sed sc̃dm eundem Host. tutius est dicere,ꝙ sit irregularis,& sic tenet Veru.& Arc. Vnde indistinctè dicendum est,tale esse irregularem in bello iusto & iniusto: quia non licet clerico ministeriũ immediatũ in mortẽ alicuius præbere.de pœn.quod in dubijs.¶ Sextum complectens multa. Qũo & qñ bellatores maximè clerici efficiãtur irregulares.Io.Cald. in add. ad dicta Io.An.Inn. vt recitat & sequitur Ar. sic distinguit:Clericus aut vtitur armis incontinenti vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ:& sic occidendo vel mutilando ad sui defensionem, non est irregularis:aut vtit̃ aliter,& tunc aut vtitur de licentia Papæ,aut proprio motu.Si de licentia Papæ,in bello iusto vti põt armis offensiuis, & si occidat aut mutilet,nõ est irregularis:quia dãdo hm̃oi licentiã vr̃ abstulisse ab eo incursionẽ irregularitatis, qđ q.dã dicũt verũ solũ qñ Papa hoc exprimeret:alij vero ẽt sine expressione.Si vero vtit̃ motu ꝓprio:aũt in bello iniusto aut iusto.Si ĩ bello iniusto, planum ẽ,ꝙ nõ est sibi licitũ,siue pstet fauorẽ suis,siue vt timorẽ incutiat aduersarijs,&si ibi aliq. sũt occisi vel mutilati,irrel̃aris est.23.q.8.c.1. & 2.Si vero in bello iusto puta,ꝓ defensione

patriæ vel aliorũ, poterit intereſſe cũ armis defenſiuis, & poterit hortari: nõ tñ debet pugnare 13.q.8.vt pridẽ. ſed cũ armis offenſiuis non debet ibi eſſe, niſi ea intẽtione vt defendat, non vt pugnet. 23.q.8.clericus, & ſi in tali bello eſt aliquis occiſus vel mutilatus ab ipſo clerico, eſt irregularis: ſecus autẽ ſi ipſe neminem occiderit vel mutilauerit: licet quis ab alijs occiſus ſit aut mutilatus: ad cautelam tñ hoc caſu pœnitentia illi poteſt imponi & ſic intelligitur extra, de cler. percut. pñtium. Si vero in tali bello clericus aliquem vulnerauit, ſed non occidit, aut mutilauit, diſtingue. Aut talis vulneratus occiſus fuit poſtea ab alijs: & tunc ſubdiſtingue: quia aut clericus, qui vulnerauit, habuit animam occidendi: & ſic eſt irregularis. eod. titu. ſignificaſti. Si verò non habuit animum occidendi: ẽt ſubdiſtingue, quia ſi vulnus eius diſtingui poteſt ab alijs vulneribus, & non eſt mortale, non eſt irregularis, vt eod. tit. ſignificaſti. Aut non poteſt diſcerni, & tunc propter dubium irregularis iudicatur: vt in eodem verſu, quòd ſi diſcerni. Res autem ſuas non videtur licitum armis defendere cum aliorum offenſione. eo tit. ſuſcepimus. Hæc omnia Io. Cald. licet aliqualiter ſint breuiata. Notandum tamen primò, quòd circa rerum defenſionem dictum eſt ſupra, Bellum. 2.

9 NOTANDVM † ſecũdò, ꝙ ex hoc, quòd Papa dat clericis licentiam vt interſint bello, nõ videtur licere eis vti armis, niſi ad ſe defendendum, non autem ad occidendum, aggrediendo etiam paganum, ſec. Arch.

10 SEPTIMO † quærit qui caſus adhuc vltra prædicta remaneant de irregularitate dubij? Et dico multa. ¶ Primum. Irregularis cenſetur, qui alium lethaliter percuſſit, licet ab alijs fuerit indiſtinctus: & idem ſi non apparet an lethaliter ſit etiam percuſſus ab alijs: obijt, & non apparet ex cuius vulnere: & idẽ percuſſit non lethaliter, & animum habuit occidendi, & ex aliorum vulnerib. percuſſus expirauit. Pan. in ſumma eod. tit. ſignificaſti. el 2. Et ſimiliter eſt irregularis ſec. Laur. qui vulnus alicui intulit non lethale: & ille propter imperitiam medici vel defectũ cuſtodiæ moritur: extra eo. Petr. Et ſimiliter ſm eum, ſi vulnerato ad mortem ex nouo ictu mortem quis accelerat. ¶ Secundum. Si clericus aſportantem res eccleſiæ percuſſerit non letaliter, appareat tñ, ꝙ ille ex percuſſione illa fugere non potuit, vnde occiſus fuit a parochianis, ſec. Hoſt. tenetur quia præſtitit cãm homicidio ad hoc eo. ti. de cætero, & ita cõiter tranſeunt Docto. in d. cap. ſignificaſti. Sed Pan. dubitat, quia clericus dabat operam reũ licitæ. ſ. percuſſioni non lethali pro defenſione rerum, & ſoluit, ꝙ tenetur quo ad ceſſationem a diuinis, ſed non quo ad pœnam, & hoc ſequitur Summ. Roſ. & malè quia contra ſeipſam alibi, cum dicat, quòd homicidium caſuale nõ inducit irregularitatem, niſi quis teneatur de homicidio. Vnde dico, ꝙ tenetur ſi veriſimiliter debuit ꝓuidere, ꝙ occideretur ab aliis, ſi ipſe illum a fuga impediret, alias non. ¶ Tertium. Multis percutientib. vnum & occidentib. ſi vulnera ſingulorum ad mortem non ſufficiunt, ſed oĩum ſimul, omnes tenẽtur de occiſo, ſec. Inn. in d. ca. ſignificaſti. & facit 23.q.1.c.vlt. & idem ſequitur Bart. in l. fin. ff. de ſic. ¶ Quartum. Qui clamat latrones, latrones, ſiue aliud agit, per quòd potuit intelligere, quòd inde ſequi poterat homicidium. ſec. Inn. irregularis eſt, ſi ſequatur effectus, niſi faceret ꝑꝑ timorem ſuæ perſonæ, & idem Hoſt. addens, quòd ſecus eſſet, ſi pro rebus ſolis clamaret. ¶ Quintum. Qui ducentibus latronem conſuluit vt claudant os, irregularis eſt, ſec. Veru. ſi mors ſequat̃, quia dedit conſilium, quod verum eſt, ſi alias mors fuiſſet impedita, non aliter. ¶ Sextum. Interrogatus ab aliquo, vel aliquibus an talem viderit indicant, vel ſi non poteſt ire niſi per duas vias, dicens, per iſtam uon iuit: irregularis eſt, ſi illi inſequentes occidunt: & ipſe deſinit ſcire, ꝙ quærebatur ad mortem: ſecus ſi probabiliter credidit eum ꝑꝑ aliam cauſam quæri: ſm Rod. & Gal. Dur. ¶ Septimum. Clericus cum ſocio latronem ſe inuadentem capiens & ligans, irregularis eſt, ſi deinde clerico inſcio occiditur a ſocio ne fugiat: ſec. glo. in c. ſuſcepimus. de hom. quia fines licitæ defenſionis exceſſit. ¶ Octauũ. Vadens ſpatiatũ ſuper equo, qui ex petulantia fractis habenis puerum occidit, non eſt irregularis: quia nec voluntariè occidit, nec a caſu dãdo operam illicitæ rei. arg. cap. dilectus, de homic. vbi tñ dicit Ber. ꝙ eſt irregnlaris ſi frenum de facili frangi potuit. arg. ca. ſignificaſti. el 1. eo. tit. vel ſi propter eius imperitiam vel impotentiam equus laſciuit. Inſtit. ad l. Aquil. §. impetu quoque, vel ſi quæ debuit præuidere vel facere, & non præuidit nec fecit d. §. impetu quoq;. ¶ Nonum. Princeps ſtatuens legem, cuius auctoritate homines occiduntur, non eſt irregularis, quia in certam perſonam nõ animaduertit: vt not. Arch. 23.q.5. officia.

Deci-

¶Decimum. Zelo fidei ad cremandũ hæreti-
cos ligna portãtes, irregulares ſunt, & à ſo-
lo Papa diſpenſandi ſm Verue. ſi materia il
la ad mortem cooperata eſt. Si vero nihil co
operata eſt, puta qa iam erant mortui ante
quam fuerit accenſa, nõ ſunt irregulares, vł
ſaltem eṗs pȏt eum diſpenſare. Si vero dubi
tatur, ſic miniſtrare nõ debent ſine Papę di-
ſpenſatione, nec ꝓmoueri. diſt. 50. hi qui. de
homi. ad audientiam. de temp. ord. ad aures.
¶Vndecimum. Qui intendebat aliquẽ occi-
dere, ſed eũ occiſum inueniens, amputat illi
caput, ſec. Arch. 15. q. 1. ſi quis. quamuis poſ-
ſit irregularis videri, qa lex promotionis fa
ctum requirit: vt d. c. ſi quis. & propter intẽ-
tionem cum opera ſubſecutã. de big. nuper.
quod etiam tenet Io. in gl. de pœ. di. 1. pericu
loſe. tñ ſecundum communiter doct. non eſt
irregularis: qa homo mortuus nõ eſt homo.
¶Duodecimum. Secundum Lau. vt allegat
Zab. in cle. vnica de homi. qui homines tra-
dunt in carcerem ita arctum & aſperum, ꝙ
incarcerati nõ viuunt vltra ſex vel octo mẽ
ſes, ſunt homicidæ & irregulares: qa hęc pę
na eſt magis afflictiua, quàm ſi ponerentur
in patibulo, quod eſt contra prælatos detru
dentes clericos in gabiam: vbi veriſimile eſt
eos intra paucos dies morituros.

11 OCTAVO † quæritur, qũo cũ irregularib.
ex homicidio diſpenſetur? Et dico multa.
¶Primum. Hæc irregularitas qũocunque &
qñcunque ante baptiſmum contrahatur, de
letur per baptiſmum, diſt. 51. ſi quis poſt ba-
ptiſmum. ſecun. Inn. Gof. & Gul. ſed poſt ba-
ptiſmum diſpenſatur in eo modo, quo dice-
tur. idem de mutilatione, ſec. Arch. Poteſt ta
men eṗs diſpenſare cum eo qui ſe abſcidit,
putans obſequium ſe præſtare Deo: vt vta-
tur ordine prius ſuſcepto abſque altaris mi-
niſterio. i. non vt miniſtret ad altare, ſed in
alijs: vt in c. ſignificauit. de corp. vitia. & ibi
gl. ¶Secundum. Licet glo. in c. ſicut dignum.
eo. ti. ſentiat, ꝙ cũ homicida voluntario Pa-
pa diſpẽſare non poſſit, vt imponit illi Sum.
Ang. poſt Pan. tamen communiter Doc. te-
nent ꝙ poteſt, ſed non eo inferior: imò dicit
Pan. in c. ego. de iureiur. ꝙ clerici de licẽtia
Papæ poſſunt vti armis ẽt offenſiuis: qa hoc
eſt prohibitum ſolum iure poſitiuo. Iura au
tem quæ videntur in contrarium ſec. Pan. in
d. c. ſicut dignum. referenda ſunt ad difficul-
tatem diſpenſationis, non ad impoſſibilita-
tem. & idem dici pȏt de illa glo. quæ dicit, ꝙ
Papa nunquam diſpenſat. ¶Tertium. Cũ ta-
li nunquã diſpenſatur in ordine, vel officio
ſacerdotij. diſ. 50. minor. & etiam ſi ſit occul
tus, miniſtrare in ordine ſuo non poteſt. de
temp. d. ca. vlt. poterit tñ cum tali diſpenſari
in beneficio. de cle. pu. in duel. c. 1. ¶Quartũ.
Si homicida voluntarius ſit omnino occul-
tus, & agit pñiam, non indiget diſpenſatio-
ne, ſm Vinc. quia eccleſiæ non eſt obnoxius,
cũ peccatũ ſit occultum. 22. q. 5. Chriſtiana.
nec Deo, quia illi per pœnitentiã ſatisfecit:
vñ ſine diſpenſatione celebrari pt & ordini
bus vti. quod Lau. & Io. verum dicunt de di-
ſpẽſatione Papali: modo interueniat eṗalis.
ſed Pa. in c. ex literarũ. de temp. ord. dicit, ꝙ
non indiget diſpenſatione, prout occultũ di
ſtinguitur cõtra probabile, ſi reſpiciamus le
gẽ promotionis publicã: ſecus ſi recipiamus
ad legẽ conſciæ informatã lege poſitiua, qđ
de diſpenſatione eṗali, non de Papali intelli
ge, ſec. Sum. Ang. contra Roſ. vt ſup. Diſpen
ſatio. §. 7. Et ad d. c. vlt. quod videtur contra-
rium, dico ꝙ loquitur de diſpenſatione epi-
ſcopi, quę eſt neceſſaria. vt tenet Laud. & Io.
& ſequitur Arch. diſt. 50. de his. & tenere vi-
detur etiam Pan. ne quis in propria cauſa ſe
iudicem conſtituat, exiſtimando occultum,
quod forte non eſt occultũ. Sed tu dic, ꝙ ille
eſt obnoxius eccleſiæ propter infidelitatẽ,
& indecentiam relictam ex ſanguinis volun
taria effuſione, nõ qa eccleſia iudicet de oc
cultis peccatoribus, ſed quia occultos pecca
tores poteſt inhabilitare ad matrimonium,
vel ordines, & hmõi: ideo dico, ꝙ homicida
occultiſſimus promoueri non pȏt, de temp.
ord. c. fi. & in c. inquiſitionis de accuſ. gloſ. &
cõiter doc. ĩ c. ex tenore. de temp. or. & ſolus
Papa poteſt cum eo diſpenſare. diſtin. 50. mi
ror de re iud. c. 1. ad fi. ¶Quintum. Quantum
ad homicidam caſualem exiſtentem in cul-
pa, ſec. Pan. in c. cõtinebatur. eo. ti. epiſcopus
diſpenſare poteſt iure ſuo ĩ minoribus ſolũ:
vt in c. ad audientiam. eod. tit. Arch. vero nõ
iure ſuo. ſed vt commiſſarius Papæ in ſubdia
conatu tm̃: ĩ diaconatu vero vel presbytera-
tu, ſolus Papa diſpenſat: vt in d. c. contineba
tur. ¶Sextum. Epiſcopus ſecundum Hoſt. di-
ſpenſare poteſt cum homicida circa benefi
cium ſimplex, non autem circa curatum, ſed
Papa ſolus. arg. c. fin. de fil. presb. not. Pan. in
c. fi. de cle. pu. in duel.

12 NONO † quærit̃, vtrum præter irregulari-
tatem ſint aliæ pęnæ homicidij? Et dico mul
ta. ¶Primum. Iure ciuili, quod gladio mate-
riale vtit̃, homicida punitur pœna mortis,

ſeu capitis:ſed ſi ſit parricida, vt filius occidẽs patrẽ,& ecõtra. nõ punitur decapitatione,vt alij,ſed ſecundum Pan.in c.1.de his qui fil.prop.oc.& Hoſt.conuictus, vel confeſſus in iudicio virgis ſanguineis cæſus in ſacco đ corio cum cane,ſimia,vipera,& gallo gallinaceo , miſſus in mare vel in fluuium iactatur vel ſi mari aut fluuius diſtent, in inſulã deportatus, traditur beſtijs deuorandus . C. de his qui pa.vel fil.propr.oc.l.1.¶Secundũ. Iure vero canonico quantum ad forum cõtentioſum clericus in homicidio.ſ.voluntario deponitur: & ſine alia incorrigibilitate traditur curiæ ſæculari, iuxta dicta ſup. De gra. § 2. Si vero ſit caſuale ſine culpa, nulla imponitur pœna neceſſario . ſi vero ſit cum culpa graui, imponitur pœna quinque vel ſeptem annorum,ſec.Hoſt.& gloſ.extra,de his qui fil.occ.1.2.& 3.art.diſtin.50.ſi qua.& de pœn.& re quæſitum. Si aũt ſit cum culpa leui, pœnitentia trium annorum iniungenda eſt,de his qui fil.occ. de infantibus. in foro vero pœnitentiæ omnis pœna eſt arbitraria,etiam pro parricidio,ſecundum Ray. licet dicat talem inducendum,& non cogendum ad ingreſſum monaſterij . Et in omnib. prædictis iniungenda eſt occulta,ſi culpa occulta eſt:& manifeſta,ſi manifeſta.

DE HOMINE.

1 *Homo ex anima & corpore conſtat , quorum altero deficiente, homo ſubſiſtere nequit. Et an liber homo pignori vel in deficientium rerum ſubſidium dari poſſit. Et quando eius venditio permittatur .*

2 *Homo liber, an obſidatui dari poſſit.*

1 HOMO † ex anima & corpore conſtituitur, quorum altero deficiente non eſt homo.de hære.cum epiſcopus.& in ca.quadam.de cele.miſ.& in c.ſicut,de homi.¶ Primò verò quęritur,vtrũ homo liber dari poſſit in pignus & in rerum aliarum deficientiũ ſubſidia? Et dico ꝙ non.facit c.lator. de pig. imò recipiens illum in pignus, debitum, ꝑdit:& tãtundem de ſuo dare tenetur detento vel parẽtibus eius:vt no.gl.in c.ex reſcripto.de iureiur. & C.de act.& ob.auth.omnino.vbi dr̃,ꝙ quadruplũ reſtituat.Vnde dicit Bar.in l.2.C.de patr.qui filios diſtr.ꝙ illa lex ſecunda ortum habuit a legibus antiquis ſecundum quas pater poterat filios occidere l.in ſuis,in fin.ff.de lib. & poſthu. quæ hodie correcta eſt. Et ideo ſolum permittitur venditio cauſa paupertatis vel egeſtatis victus , quia filius ſic venditus poteſt ſe redimere, ipſo vel alio precium offerente:vt in d.l.2.

2 SECVNDO † quæritur, vtrum liber homo dari poſſit in obſidem?Et dico,quod non de iure,niſi per Papam,& Imperatorẽ: vt in l. obſides.ff.de teſt.& l.diuus. ff.de iure fiſ. per eum qui ſuperiorem non recognoſcit.vt no. Bar.in l.famã.fr.de pub.iu. & ĩ leg.hoſtes.ff. de ca.in l.1.§.de qua.ff.de poſtul.De conſuetudine tamen vſurpatum eſt cõtrariũ.ſec.gl. in l.2.C.de patri. qui fil.diſtr. & ſic de facto ſeruat̃,ut ẽt ciuitas ſuperiorem recognoſcẽs det obſides,& alij ſimiles,& habet conſuetudo talis vim legis,l.de quibus, ff.de leg. Imò vr̃ licere de iure communi dare obſides pro pace ſeruanda,ſec.gl.in c. vt pridem.23.q.8. ſed non pro pecunia,vt in d.c. ex reſcripto. de iureiur. & in d.l.1. quia liber homo non põt obligari pro pignore,nec poteſt haberi in eo ius pignoris, ſed tantũ ius retentionis.

DE NONESTATE.

1 *Honeſtas quot modis dicatur.*

2 *Debitum quod ad iuſtitiam pertinere dicitur,quotuplex ſit.*

3 *Honeſtas in omnibus ne negotijs requiratur.*

4 *Honeſtum modum ſeruandum eſſe,non autem cuiuſque immoderatam luxuriam ſequendam.*

1 HONESTAS † ſec.mẽtem S.Th.2.2.q.165. dupliciter ſumitur.Primo,generaliter, vt ſit idem quod virtus,quia honeſtum dicitur quaſi honoris ſtatus,ſec.Iſid.in li.Eti. Vnde honeſtum eſt , quod eſt honore dignum , & conſequenter interdicit excellentiã,quæ maximè eſt ſm virtutem. Et præterea honeſtas,ſec.Aug.eſt ĩtelligibilis,pulchritudo,& cõſequenter honeſtum vr̃ opponi turpi, qđ maxime conuenit vitio , cui virtus opponitur.Vnde,& Tullius in 1.de offi. honeſtatem diuidit in quatuor virtutes principales.Secũdo, ſumit̃ ſpecialiter, vt ſit virtus ſiue decor ſpiritualis,circa materiam temperantiæ.i.cibos,& venerea,in quibus eſt maxime turpitudo.Vnde honeſtas a Macro ponit̃ pars tẽperantiæ, cui etiam illã attribuit Amb. Tertio,vt colligitur ab eodem,quarto.diſ.5.q.2. art.2.q.1.primum.& 2.2.q.99.ar.5.

2 VBI † dicit, ꝙ debitũ, quod.ſ ad iuſtitiam pertinet,eſt duplex,ſ.neceſſitatis & honeſtatis: ſumitur ſpecialiter ſit virtus aut decor ſpirituali circa materiã iuſtitiæ reddens vnicuique debitũ decentiæ, in quo ẽt cõſiſtit q̃dã turpitudo, cui honeſtas opponitur : ſicut aliqñ eſt turpe non dare quod ex neceſſitate quis nõ tenet: & illud ex honeſtate & decentia datur , ſicut qui mutuum accipit aliquid, hoc modo recompenſare debet, 2.2. qõ.78. art.2.

art.2.ad ẽm,& vnusquisq; ex honestate debet aliquid recompensare illi, qui gratiam fecit, vt dicit Phil. in 5. Ethi. Et his duobus modis vltimis præcipuè hic est de honestate sermo.

3 QVAERITVR † vero an in cunctis negotijs requiratur honestas? Et dico, ꝙ requirit in matrimonijs.ff.de ri.nup.l. semper in coniunctionib. Nõ solũ qđ licet cõsiderãdũ est, sed & quod honestum. Et in iuramento. 2. 2. q.5.de forma. vbi dicitur, ꝙ qui domino suo fidelitatẽ iurat, ista sex semꝑ in memoria dẽt habere, Incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, quorũ expositionem ibi vide si vis. Et in voto, extrà eo.magna.& in lege.di. 4.c.erit autẽ. Et in negotio, quia est vnũ præceptum iuris. Inst. de iust. & iure. §. iuris. vbi dicitur, ꝙ iuris præcepta sunt hæc, honeste viuere,&c. Vnde nec fisco rem quam vendit retractare permittitur propter honestatem. l. vlt.C.ne fiscus rem quam ven.euic.li.10. Nec actio furti datur viro cõtra vxorẽ, nec patri contra filium, vel econtrario, propter honestatem.ff.de fur.l.si quis vxori.in prin. & §. 1. C.de fur.l.fi. Propterea dicit tex. in l.ex damni infecti.in prin.ff.de dam.inf.

4 QVOD † honestus modus seruandus est, & non immoderata cuiusque luxuria sequenda & in l.filius qui de condit. inst. dicuntur quæ facta lædunt pietatem, æstimatus verecundiã nostram, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec nos facere posse credendum est, hæc ibi.

DE Honore, & Honoratione.

1 *Honoris definitio.*

2 *Honor cui debeatur, & quotupliciter quis honorari possit.*

3 *Honorare diuitem ob diuitas, num acceptionis personarum peccatum sit. Et secundum hoc dupliciter considerandum esse honorem.*

4 *Diuitem pauperi praeferre illum amplius honorando, an in his, quae fidei sunt, semper sit peccatum. Et ibidem facilius dispensari in gradibus prohibitis circa excellentioris conditionis ac fortunae personas.*

5 *Honor num licitè appeti possit. Et quot in honore consideranda sint. Et in hoc appetendo, quotupliciter contingat peccare. Et sub hac, quod honor virtutis praemium sit.*

6 *Honoris appetitus malus, siue inordinatus, an sẽper mortale peccatũ sit, an nunquã, an vero aliquando.*

7 *Honor oblatus an sit suscipiendus. Et an quaerenti dandus sit.*

8 *Doctor honoris consequendi causa docens an mortaliter peccet.*

1 HONOR † est testimonium excellentiæ, quæ est in hoĩe, sed maximè ẽm virtutem, sec.S.Tho.2.2.§.qu. 63. & est inter bona exteriora maximum.2.2.q.103 Vnde potentatus & diuitiæ ꝑꝑ honores desiderabilia sũt 4.Ethic, & vtilitati præfert ar.in l.Iul. ff.si qs omiss.cau. test. & est præmium virtutis non sufficiens, sed vt possibile homini, sec. S. Tho. 2.2.q.303.ar.1.2.& Ethic.vel 9.

2 PRIMO † verò quæritnr, cui debeatur honor? Et dico, ꝙ propriè debetur solum virtuti.4.Eth. excellentia aũt bonorum exteriorũ debetur, secundum æstimationem vulgi, 2.2. qõ.186. Et licet sola virtus per se honoretur, tñ non virtuosi siue peccato honorari possunt, & quia vt colligitur 2.2.q.63. dupliciter aliquis potest honorari. Primo, propter virtutem propriã, vt virtuosi: & secundo, propter virtutem alterius, sicut principes, & prælati honorantur, ẽt si sint mali: quia repræsentãt si gerunt personam Dei virtuosi, & cõitatis, cui præficiuntur, & similiter parentes ac dñi propter participationem diuinæ cõditionis, quia Deus est omnium pater & dominus, & senes, quia sunt signum virtutis, & similiter diuites, nõ propter diuitias, quia esset acceptio personarum, sed quia gradum eminentiorem in communitate obtinent.

3 SECVNDO † quæritur, vtrum honorare diuitem ꝑꝑ diuitias sit peccatum acceptionis ꝑsonarũ? Et distinguit. S.Tho. in 10. quol. dicẽs ꝙ duplex est honor. Vnus s. qui debẽ alicui rõne sui ipsius ꝑꝑ propriam virtutẽ, sicut commendatio, imitatio, & hmõi: & ad hunc diuitiæ nihil faciunt, vnde & si alicui propter diuitias exhibeatur, erit acceptio personarum. Vnde apud antiquos Romanos, secundum Vale. honores debiti virtuti, & triũphi, & huiusmodi, nulla poterãt pecunia redimi. ¶ Alius est honor, qui debetur alicui, ẽm statutum, quem habet in Republica: sic enim Respublica honoratur in persona, propter quod Reges & principes & huiusmodi honorantur, ẽm illud primæ Petr.4. Regem honorificat. & sic diuites honorare, illis duntaxat honoribus, qui ad exteriorem conuictũ pertinent, licitum est, quia in Rep. terrena statũ obtinent altiorem. Sed in his quæ pertinent ad fidem Christi, peccatum esset diuitem pauperibus præferre, sicut sunt sacramentorum ministrationes hæc ex illo qui intendit, ꝙ diuites licitè honoramus propter virtutem cõmunitatis, seu membra communitatis, quam in eis honoramus.

4 TERTIO † q̄ritur, vtrum in his, quæ sunt fidei, sit semper peccatum p̄ferre diuitē pauperi magis illum honorando? Et dico, ꝙ causa pp quam in hmōi vnus, præfertur alteri p̄t esse duplex, vna .s. faciēs aliquid ad hmōi exhibitionē, vt deuotio necessitas, honor Dei, & dispositio, & hmōi, & alia quæ nihil facit ad hoc, licet aliàs faciat ad honorem in genere, vt diuitiæ. Igitur si prima in diuitæ sit maior vel æqualis, licitè præfertur diues; quia cæteris paribus adhuc diues habet vnam causam, quæ facit ad honorem in genere, quam non habet pauper, vt sunt diuitiæ, si verò prima sit maior in paupere, peccatum esse diuitem præferre, quia respicitur ad personam, nō ad causam. Vnde dicit Arch. quod præferre in prædictis, diuitem, quia magis indiget, vel quia minor sequitur fructus, vel quia nō ita patienter expectat vt pauper, nō pertinet ad acceptionem personarum. Hinc est quod sec. S. Tho. facilius dispensatur in gradib. prohibitis circa personas excellentes, quia fit, propter fœdus pacis seruandum, quod magis est necessarium communi vtilitati circa excellentes personas, quàm circa alias.

5 QVARTO † q̄ritur, vtrum honor possit licitè appeti? Et dicit S. Tho. 2. 2. q. 131. quod honor est testimonium excellentiæ, in qua duo considerantur, primò, ꝙ eā non habet homo à se, sed est quoddam diuinum in eo, secundò ꝙ eam habet à Deo, vt inde alijs prosit, vnde in tm̄ debet homini placere testimoniū suæ excellentiæ .i. honor; inquantū inde paratur via vt aliis prosit. Igitur quantum ab eo ibi, & alibi colligitur, licitè appetitur honor, vt dictū est sup. Dignitas. §. 1. si appetatur scd̄m proprias vires, & ad debitum finem. Sed tñ in hoc appetitu tripliciter contingit esse peccatum. Primò, si appetatur de excellentia, q̄ non hr̄, quod est appetere supra sua proportionem aut vires, sicut si malus desideret honorem ne si esset bonus vel præsidentiā, quæ non debetur nisi virtuoso. Secundò, si appetat̄ de excellentia habita, sed non referat in Deum, cupiendo principaliter honorari Deū suæ excellentiæ & virtutis auctorē, sed referat in se cupiendo illum sibi vt quoddam bonum. Nec obstat si dicatur, ꝙ honor est præmiū virtutis, & consequenter absq; vitio appeti possit à virtuoso, qa (vt dicit S. Th.) honor nō est premiū virtutis ex parte virtuosi, vt .s. hoc pro p̄mio debeat expectare, sed beatitudo: sed est premiū ex parte aliorum quia aliud maius, quod virtuoso retribuant, non habent, non tamen est sufficiens præmium, vt dicitur 4. Ethi. Tertiò, si sic appetitur, vt appetitus in eo quiescat, nō referendo ad vtilitatem aliorum, hi tamen duo modi reducuntur ad vnum, & sic appetitus honoris est malus dupliciter, .s. si non sit proportionatus, vel si non sit ad aliquem bonum finem, qui est honor Dei, & vtilitas proximi.

6 QVINTO † quæritur, vtrum appetitus honoris malus siue inordinatus sit peccatum mortale semper, aut nunquam, aut aliquando? Et dico, quòd aliquando, non autem semper nec nunquam, sicut & appetitus ambitiosus, de quo vide inf. Superbia. §. vlt.

7 SEXTO † quærit̄, vtrum oblatus honor sit suscipiendus? Et dicit Sum. Ang. indistinctè, ꝙ non alleg. 1. q. 2. non est, in fi. sed ibi est sermo de honore dignitatis ecclesiasticæ circa curam animarum, quam nullus debet acceptare, nisi coactus per superiores vel à Deo per voluntatem populorum, cū nullus sciat ad illam se esse dignum, aliàs autem ridiculū est, ꝙ honorem liceat aliquo casu appetere, & non acceptare. *Vnde dico*, ꝙ acceptare licet eo modo, quo & appetere. ¶ Septimò q̄ritur, vtrū quęrenti sit dādus? Et dico, ꝙ non loquēdo de ecclesiastico, sed potius auferendus. 1. qu. 6. sicut his dandus est verò fugienti ibidem, & 8. q. 1. in scripturis sæcularem autē honorem quia talis licite aliquo casu appetitur, & quæritur, vt sup. Dignitas. §. 4. nihil p̄hibet quærentibus aliquando dari.

8 OCTAVO † quæritur, vtrū Doctor docens pp honorem, peccet mortale? Et dicit Henr. de Gan. quol. 1. q. 34. quod sic, si principaliter quærit honorem suum, & sic præfert eum diuino; quia vtens aliquo principaliter, ad qđ non est ordinatum, in quo Deum contemnit, peccat mortaliter, sicut autem patet ex August. 1. de doct. Christ. tota diuina scriptura ordinatur ad honorem Dei, in quo Deus contemnitur, si principaliter ad alterius honorem ordinatur. Et hoc sequit̄ Sum. Ange. limitans cum legit aliquid principaliter ordinatum ad honorem Dei, vt cum prædicat, & huiusmodi. Secus in legib. & multis scientis, quæ ad pacem hominum & vtilitatem principaliter ordinātur. Sed ego in casu isto, ex doctrina & mente S. Tho. distinguo, quia dupliciter aliquid præfert̄ alteri. Primo, sm̄ æstimationem, .s. quia plus æstimat quis vnum quàm illud, vt honorem quàm Deum, & hoc est ponere finem in creatura: quod est mortale. Secundo, secundum actualem complacentiam:

centiam: & hoc non est mortale: sicut casta sponsa plus habitualiter amans Christũ quã sponsum, aliqñ magis complacet actu in amplexu sponsi, q̃ Christi & isto modo dicens propter complacentiam honoris nõ peccat mortaliter. Nec valet ratio Henric. quia maior est falsa, alioquin cãtãs epistolam ꝑꝑ inanem gloriam, in qua finem nõ ponit, peccaret mortaliter. Distinctio etiam Sum. Ang. nihil valet, quia vbi præfertur honor propriꝰ diuino primo modo est, semper & vbique mortale, cum ponatur finis in creatura.

De Horis canonicis, & officio diuino.

1 *Hora prout ad præsens negotium pertinet, quid sit, & quotuplex.*
2 *Horis dicendis quis modus, & quid pro horis dici oporteat. Et quę sit in his dicendis consuetudo obseruanda.*
3 *Horas dicere, quis ex præcepto teneatur, conclusionibus octo demonstratur.*
4 *Clericus excõicatus, num horas dicere teneatur.*
5 *Clerici infirmi an ad horas teneantur.*
6 *Officium beatæ virginis matris, an sit in præcepto. Et quid de mortuorum officio ac litanijs.*
7 *Aue Maria, cum campanis innuitur, an quis dicere teneatur.*
8 *Obligatus ad horas, num ad antiphonas quoque & responsoria teneatur, an vero audire satis sit.*
9 *Papa num efficere possit, vt hi de quibus proxime, ad horas se teneat. Et sub hac hora, qxando ac quæ dicendæ sint horæ num. seq.*
11 *Auctoritas scripturæ, Crescite & multiplicamini, an omnes liget.*
12 *Hora vbinam, & quomodo dicenda, & num. seq.*
14 *Conclusiones circa horas debite, & contra attentionem dicentis quatuor.*
15 *Officium omittẽtes, vel in totum, aut in parrẽ mutantes, an mortaliter peccent.*
16 *Horas aut aliquas ex his non dicere deliberans, an mortaliter peccet.*
17 *Officium dicere omittenti quid iniungendum, aut faciendum.*
18 *Scholaris horas dicere obligatus, & eas die vno omittens, cum proposito tamen alia die dicendi, an mortaliter peccet.*

1 HORA †quid sit, dictum est in Rosa aur. s. dominica in 70. sed hora canonica est officium diuinum dicendum certa hora ex institutione sanctorum canonum, & sunt septem, sec. glo. in cle. 1. de celebr. mis. & communiter Docto. s. matutinum, prima, tertia, sexta, nona, vesperæ, & completorium, licet Arch. in Rosa separet matutinum à septem horis, ponendo diei artificialis primam horam Laudes. Quarum ratio est, quia sunt institutæ ad laudandum Deum pro beneficijs, inter quæ maxima sunt beneficium creationis, quod septem diebus expletũ est, Gen. 1. & redemptionem per Christi passionem, quod septem quodammodo his horis peractum est: pro quo etiam specialiter dicitur officium crucis: quod qui dicit, habet à Io. 22. dietim quatuor dies indulgentiæ. De hoc etiam glo. in c. 1. de celeb. miss.

2 PRIMO †verò quæritur, quid debeat dici ꝓ horis? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundũ Zab. post Lau. si super hoc est cõstitutio certa vel consuetudo laudabilis, seruanda est, dist. 12. nouit. quia dicere hoc vel illud, non est in p̃cepto, cum diuersi diuersa dicant de consec. dist. 5. in die. ¶ Secundum. Quantum ad clericos aut sæculares modus dicendi ab ecclesia Romana sumendus est: vt in d. cap. in die vel metropolitana dist. 12. c. fin. per quod tamen, vt idem Lau. dicit, non reprobatur ille vsus, quo quidam contenti sunt tribus psalmis. licet hoc Romana vł metropolitana ecclesia non seruet. dist. 12. de his. quod de vsu antiquo alicuius ecclesiæ, non de eo, quem sibi facit priuata persona, idem intelligendum putat. ¶ Tertium. In regularibus, secundum eundem Lau. attendenda est ordinatio regulæ, & suorum statutorum: di. 12. placuit. ibi nequit monasteriorum. & hoc nisi essent priuilegiati. ¶ Quartum. Dicitur tamen in Dir. lib. 1. tit. 8. ꝙ ordinatus ad titulum sui patrimonij, dicere potest officium quodcunq; voluerit: quia non est obligatus ad istam vel illam regulã specialiter, ordinatus verò vel intitulatus ad certam regulã vel ecclesiam, tenetur dicere officiũ ibi cõsuetũ, s. de benè esse. di. 11. in his. nisi esset super hoc priuilegiatus: vt clerici & religiosi, cõmẽsales, domestici cardinalium & ep̃orũ: quibus indulgetur, quod idẽ dicant officium, nec ad aliud teneantur: vt in cle. dignũ de cel. mis. ¶ Quintũ. Prębẽdatus vel beneficiatus in duabus ecclesijs dẽt officiũ dicere illius, ĩ qua tenetur facere, residẽtiã: & si ad nullius residẽtiã tenetur, dẽt se cõformare illi, ĩ qua se reperit, nisi dicat de per se: q̷a tunc hẽt locũ dictũ S. Th. in quolib. ꝙ dẽt dicere officiũ eius in qua maiorem hẽt dignitatẽ, licet in alia pinguiꝰ habeat beneficium, quod intellige de bñ esse: cũ modus dicendi nõ sit in præcepto, sec. Zab. & cõiter Doct. Et si vtraque sit paris dignitatis, præsens dicet officium illius in qua est, absens dicet quodcunq; voluerit. ¶ Sextũ

tũ Monachus p̃fectus ecclesiæ sæculari se-
quitur consuetudinẽ ecclesiæ, ad q̃ transit,
sec.Host.di.12.illa. si tñ non esset translatus
perpetuò, sed ad tp̃s, debet dicere monacha
le, vt videtur sentire gl.in cle.si.de cele. mis.
Fratres autem prædicatores possunt, & de-
bent esse contenti officio ecclesiæ, ad quam
declinant secundum eorum constitutiones.

3 SECVNDO † quæritur, quis teneat̃ ad horas
ex præcepto? Et dico multa. ¶ Primum Secũ
dum S.Tho.in 6.quol.& in 4.dist.15.clericus
tenetur ad horas, si sit beneficiatus vel in sa
cris.& idem Pan.in cap.1 de celebra.miss.|&
Car.in cle.1.eo.ti.& omnes Doct. & adde, ꝙ
tenet̃ tertiò qui ad hoc professione, aut vo-
to ligatur. ¶ Secundum. Quantũ ad beneficia
tos hoc probat Vld.quia ideo eis dati sunt re
ditus, vt vices laicorum suppleant in diuino
officio: vnde ad illud ex iustitia tenentur, &
ex statuto ecclesiæ: vt patet dist.92.ca.si. vbi
dicitur ecclesiæ deputari.s.per beneficiũ. &
facit c.cum sm̃.de præb. Et intellige primò
ẽt si non sint in sacris, sec.Zab.in cle. graui.
de celebr.mis.nec se possunt excusare ratio
ne exiguitatis beneficij, si inde nõ percipiát
necessaria: sed imputent sibi, ex quo se fece-
runt ad illud intitulari. Et idem Gof.d.91.c.
clericus victum. Intelligo secundo etiam si
beneficium sit de patrimonio, sec.Zabar.vbi
sup.& hoc si patrimoniũ factũ est beneficiũ,
aliàs non. Intellige ẽt tertiò sec.Petrum de
beneficio concernente officiũ spirituale: q̃a
instantia est de habente ecclesiasticos redi-
tus pro officio matricolari, qui tñ nõ est cle-
ricus.& de magistro in Theologia vel Gram
matica, qui nõ venit ad chorum. ¶ Tertium.
Beneficiati existẽtes in minoribus, licet sec.
Lau.possint officiare seu horas dicere ꝑ aliũ
p̃cipuè si ex iusta cã sunt absẽtes, & per ido
neum officient ecclesiam, sec.Pet. & Abb.tñ
contrarium.s. ꝙ teneantur ad horas, tenuit
Ioan.And.in c.presbyter, de celeb.mis. dicit
Theologos tenere, ꝙ cũ istud sit onus perso
nale, per alios solui nõ põt.& est ẽt de men-
te Inn.& sequitur Pan.in c.1 de celebr.miss.
& est tutius. Dici tñ fortè posset primã opi-
nionem esse verum, si nullam vilitatem pro
tunc reciperẽt ex beneficio. ¶ Quartum.Se-
cundum Inn.& Host.omnis clericus benefi-
ciatus etiam nõ existentes in sacris, tenetur
omnibus diebus horas dicere vel audire in
ecclesia: nisi iustum impedimentum excuset:
vnde si præsens sit, & officium dicat in came
ra, debitum nõ reddit, quia tenetur ecclesiã
officiare, nisi sit legitime occupatus: & tunc
dicat vbicunque sit, equitando, stando, vel
eundo in vijs vel in camera: & tunc ecclesiá
faciat per alium officiari: sed intellige, quod
tenetur ex honestate, & de bene esse dicere
in ecclesia: vt inf.§.10. ¶ Quintũ. Quantũ ad
clericos non beneficiatos, si sunt in sacris, ñ
est dubium eos teneri ad horas: vt patet per
d.c 1.& c.dolentes.iũctis gl.& ibi no. & hoc
quia sm̃ Vernec.nullus debet conferre ordi
nem sacrum nisi beneficiato, vel habenti pa
trimoniũ loco beneficij ecclesiastici.de p̃b.
cum sm̃.& ca.Episcopus. Si verò sunt in mi-
noribus. Pa.in d.c.1.dicit esse tutius, quòd te
neatur.ex quo in partẽ dominij sunt assum-
pti. Sed quia hoc nullo iure probatur, dico,
ꝙ non tenentur: licet sec.Petr.teneantur ad
aliquid indeterminatum ex ipsa honestate
iuris naturalis. ¶ Sextum. Quantum ad reli-
giosos clericos vel deputatos ad clericãdũ,
si sunt professi, tenentur sm̃ omnes extra, de
voto.licet.& hoc sec.Pe.quia sunt pars eccle
siastici collegij: iam redire non possunt ad sę
culũ, sicut nec existens in sacris. Si verò sunt
nouitij, similiter tenentur, secundum Pet. ẽt
si nõ sint in sacris: quia sustentantur eleemo
synis, & gaudẽt priuilegio clericali. Sed q̃a
ista sunt contra cõem doctrinam, nec aliquo
iure cauentur, ideo dico, ꝙ tenẽtur quidem
ad aliquid indeterminatũ, sed non ad horas.
¶ Septimum. Quantum ad conuersos dicunt
Petr.Arch.& Augus.de Ancho. ꝙ tenentur
ad modum sibi taxatum, licet non ad horas
canonicas, sic ꝙ omittendo peccarent mor-
taliter: sed hoc nullo iure cauet̃, nec hoc prę
ceptum alicubi reperitur loquendo in ordi-
ne prædicatorũ, quæcunque autem allegant̃
ab eis non probant, nisi ꝙ tenentur benefa-
ctoribus recompensare: quod per alias ora-
tiones fieri potest, & per seruitium exhibitũ
clericis recompensantibus. Vnde dico, ꝙ ad
suum officium tenentur solum: vt ad gratias
& suffragia mortuorum. Magis autẽ sunt in
statu periculo, qñ circa exercitia corporalia
sunt notabiliter negligentes, quia in dicto
ordine ad hoc recipiuntur: & hac ratione li-
cet eis eleemosynas ordinis in suos vsus cõ-
uertere: quia seruiunt seruientibus populo,
sec. S.Th.in opus.contra relig. impugnãtes.
¶ Octauũ. Qui recipiunt aliquos prouentus
p̃bendarũ cũ onere dicendi psalterium, vel
aliquid simile: si sunt mere laici, non tenent̃
ad horas: q̃a nõ sunt beneficiati: si vero sunt
in minoribus, si sumus in casu in quo diuida

tur

tur per hoc canonicatus,de quo vide Pan.in
c.maiorib.de præben.& ſup.Beneficiũ,tertio
§.4.ſic tenetur,quia ſunt canonici & benefi-
ciati ſi verò non diuiditur canonicatus, non
tenẽtur,quia non ſunt beneficiati:ſed ibi præ
benda ſumitur largè ſecundum qđ poteſt ẽt
laico cõpetere,vel vnus annexũ præbẽdę vi
de ẽt de dictis in hoc §.in Roſ.aurea.caſu. 9.

4 Tertio † quæritur, vtrum clericus excõi
catus teneatur ad horas? Et dico, ꝙ ſic,ſi eſt
excõicatus minori per modum quem habet
ſup.Excõicatio.4.§.3.particula tertia.Si verò
eſt excõicatus maiori ſec.Hoſt.tenẽt dicere,
ſed non in eccleſia,vel cum alio, aut quaſi in
officio ſuo:ſed ſolus, & quaſi per modũ ora-
tionis.ſ.non dicendo,Dns vobiſcum 11.qu.3.
ſi quis eps.& c.ſeq.quia ꝑ excommunicatio-
nem non eſt liberatus a ſeruitute dicẽdi eas.
16.qõ.1.legi.& idem Gof. & Ray. & ſm glo.
Ray.ad hoc tenetur etiam degradatus,ſi fuit
in ſacris,quia tenetur ad ea quæ ſunt oneris,
& non honoris,vel ſi non eſt in ſacris,ſi &
quandiu tenet beneficium.argu.d.cap.legi.in
prima gl.& concordant cõiter Doct. in hoc.
Et tam degradatus q̃ ſuſpenſus non debet of
ficiare eccleſiã:& cum ſolus dicit horas, aut
cum alijs nõ officiando eccleſiam, non debet
dicere Dominus vobiſcum, vel ſimilia quæ
ad ordinis eius dignitatem pertinent.

5 Qvarto † quæritur, vtrum prædicti, ſi
infirmi ſint, vel aliàs impediti, teneantur ad
horas? Et dico multa. ¶ Primum. Clericus in
firmus excuſatur ab officio,ſec.Inn.in d.ca.1.
ſi talis ſit infirmitas,in qua directe, vel occa-
ſionaliter ſibi multum obeſſet, vel obeſſe ti-
meretur, ſi diceret ibi tñ dicit Pa ꝙ ſi nocu-
mentum eſſet leue,vt in febre quartana, vel
febricula,non excuſaretur. In hoc tamen pn
to ſtãdũ arbitrio medici aut boni viri.Secun
dum.Qui ex infirmitate officium dicere non
poteſt,nõ tenetur illud audire, quia hoc nul-
lo iure cauetur, nec illud infirmitate ceſſan-
te reſumere,ſcđm Inn.& Pa.in c.ex parte,de
obſer.ieiun.dat exemplum quia non valenti
ieiunare in quadrageſima non iniungitur vt
ieiunet alio tꝑe.vt in c.2.de obſer. ieiunij, &
qui tenetur præſtare operas certo tempore,
ſi impeditur,nõ obligatur in alio,vt eſt text.
in l.ſi non fortẽ §.libertus.ff.de cond.ind.& ſi
relinquitur mihi vſusfructus biẽnij futuri,&
impedior, non poſſum in alio biennio pete-
re,quia nõ eſt idẽ vſusfructus, vt in l.ſi vſus-
fructus.ff.de vſufr.lega.¶ Tertium. Qui ſine
culpa non habet librũ & ſimiliter carens vi-
ſu,aut huiuſmodi,excuſantur ſi horas non di
cunt arg.cle.ſi.de vita.& hon.cle.modò ſup-
pleant per pſalmos,vel pater noſter,& huiuſ
modi.Sed circa iſtam ſuppletionem nõ opor
tet multum eſſe ſcrupuloſum, quia cõſurgit
ex naturali lege potius,q̃ eccleſiæ præcepto
vt recõpenſetur benefactoribus,quod ẽt per
minimã orationẽ fieri põt,cũ ꝑponderet oĩ-
bus theſauris, ſicut ſpirituale temporalibus.

6 Qvinto † quæritur,vtrum officium bea-
tæ virginis ſit in præcepto? Et dicit Ioan. de
Lig.in cle.1.de cele.miſſ. ꝙ hoc iure non pro
batur,tñ cõis conſuetudo eſt,vt computetur
inter horas,& hoc veriſſimũ putat Pan. quia
ordo antiquus ab eccleſia traditus eſt,vt pu-
blicè dicatur in eccleſia certis tẽporibus,qđ
non eſſet,ſi non eſſet in præcepto.Card. etiã
Zaba. poſt Laud.in d.cl.credit,ꝙ ex quo vno
& eodem modo eccleſiæ alicuius ſeruitores
conſueuerunt ꝑdicta ꝑ horis dicere,quilibet
eorum ad hoc tenetur argu.de cenſi.ex par-
te.Secus ſi aliqui dicerent ẽt plures,alij vero
non.arg.6.q.2.c.2.& idem dicit Direc.libr. 1.
allegans Gul.Igitur ad illud tenentur, qui te
nentur ad horas ratione generalis conſuetu-
dinis, qñ & eo modo quo eſt in conſuetudi-
ne eccleſiæ,cuius officiũ dicunt.¶ Sextò quæ
ritur:quid de officio mortuorum & litanijs?
Et dicit Gof.in quol. 7. quòd ad officiũ mor-
tuorum tenentur clerici eccleſiarum colle-
giatarũ,ſecundum communem conſuetudi-
nem eccleſiæ,de qua ſunt, cuius bona perci-
piunt,ſiue præſentes,ſiue non,non autem ad
illa, quæ fiunt de ſpeciali gratia pro aliquo,
vel ad quæ aliqui ſe obligauerunt. Et idem
innuit San.Th.qui in quoli.dicit, quòd in ec-
cleſia quandoque dicitur ordinarie ſicut per
tinens ad officium eius, vt in die animarum,
& ſimiliter in quolibet eccleſia eſt de hoc ali
qua ſpecialis conſuetudo,vt dicatur ſemel in
ſeptimana,vel ſic,& ad tale officium tenetur
clericus beneficiatus in eccleſia,etiã in ſcho-
lis exiſtens, hæc ille: Sed intellige dictum
vtriuſque de conſuetudine, qua communi-
ter tales ſe crediderunt hactenus obligatos,
quia conſuetudo nõ obligat, niſi ex intentio
ne legislatoris,quam communis opinio ma-
nifeſtat.

7 Vnde † non teneor dicere Aue Maria,
quando ad hoc pulſatur, licet ſit cõſuetudo.
Et conſequentur videtur pari ratione dicen-
dum, ꝙ in ordine Prædicatorum omnes te-
nẽtur ad illud ſemel in anno, & ſemel in heb
domada ad nouẽ lectiones, qñ in eccleſia eſt
dicen-

dicendum : tùm quia iſta eſt cõſuetudo cõis
quia etiam cõiter fratres ſe credunt obliga-
tos:tum ēt quia quiſque ad officium tenetur
ſm eccleſiæ, cuius officiũ dicit, ordinationẽ
quæ in propoſito ab hoc officio nullum ex-
cipit. Ad Vigilias aũt quotidianas tenentur
ſolum miniſtri altaris cũ hebdomadario, &
eo q eſt notatus ad miſſam ꝓ defunctis, ſm
quod tradit rubrica. ita tamen, ꝙ hoc onus
non videtur perſonale: vnde eſt in arbitrio
cantoris annotantis ad officia onera hunc,
vel illũ: & cõſequenter quia ad hoc tenent̃,
poſſunt illud alteri cõmittere, quia illud ꝓ
eo dicat in choro, & ipſe immunis eſt. Quan
tum ad litanias aũt in ordine Prædicatorum
dico, ꝙ fratres ex præcepto non tenentur :
quia licet ſint in conſuetudine poſt matuti-
nas, illa tamen non creditur communiter o-
bligatoria, ſed præceptiua: eſt ſignum ꝙ ad
hoc nunquam voluerunt patres ordinem
obligare: quia ſi ſic voluiſſent, an præſentes
per priores gradatim tanquam obligatoria
deueniſſet, ſicut eſt de officio B.Virginis.

7 Septimo † quæritur, vtrum obligatus ad
horas, obligetur ad antiphonas & reſponſo
ria, vel audire ſufficiat? Et dicit Sum. Roſ. ꝙ
antiphonas quilibet tenetur dicere: quia cã-
tãtur vniuerſaliter ab oĩbus fratribus, ſecus
aũt de reſponſorijs, quæ cantantur vt pluri-
mum a cantoribus dumtaxat: ſed quia nõ ita
fit ſemper & apud oẽs, melius dicit Petr. de
Pal. in 4. diſt. 41. ꝙ nullus tenetur dicere qñ
dr̃ officium in choro illud, quod ſecundum
conſuetudinem chori aliquis ſolus dicit, vel
aſſociatur: quia quod dicit vnus reputatur
dici ab omnibus, qñ ex aliqua rationabili
cauſa ita eſt conſuetum ad ſe etiam quia ec-
cleſia ſic fieri ſcit & tolerat, vel potius ap-
probat: vnde ſtultum eſt facere ſibi conſciẽ
tiam de non dicendo quod dicit cantor inci
piens, vel hebdomadarius, vel qui legit le-
ctionem, aut alius officialis. Et idem videtur
extra chorum de antiphonis & reſponſorijs
vt conſuetudo interpretatur.

9 Octavo † quæritur, vtrum Papa facere
poſſit, ꝙ prædicti ñ teneãtur ad horas? Et di-
cit Pan. in d.c.1. ꝙ nõ licet poſſit diſpẽſare in
modo dicendi: puta hoc vel illud officiũ. Et
hoc ſequit̃ Sum. Ange. & Roſ. & horũ oĩum
fundamentum eſt : quia hoc eſt de iure diui-
no: iuxta illud Pſalmi. Septies ĩ die laudẽ di-
xi tibi. Sed ſi iſta rõ eſt bona, nullũ Papa poſ
ſet diſpenſare a matutinis vigilijs: quia etiã
dicitur in Pſalmo. Media nocte ſurgebã, &c.

Vnde dico, ꝙ non dicuntur eſſe de iure diui-
no omnia, quæ leguntur facta in ſcriptura:
alioquin teneremur pugnare cum Golia &
beſtijs, vt fecit Dauid: ſed ſolũ ea quæ ibi fie
ri p̃cipiuntur pręcepto morali, & nõ iudicia
li vel ceremoniali: de quo vide S.Tho. 1.2.q.
103. vnde melius Laud. & Io. de Lig. in d.cle.
1. aliter ſenſerunt, quod. ſ. Papa hoc põt: licet
non poſſit facere quin clericus teneatur ad
recompenſandũ benefactoribus, ſi eſt benefi
ciatus; vel ſaltem regratiandum Deo, ſi non
eſt beneficiatus, per aliquid indeterminatũ
& volũtarium, quia hoc eſt de iure naturali.

10 Nono † quæritur, qñ i. qua hora dicẽ-
da ſunt horæ? Et dico multa. ¶ Primum. Ho-
ræ dicendæ in eccleſia officiando, ſec. Arch.
& cõiter Doct. dicendę ſint temporib. pro-
prijs, ſecundum morem patriæ, vel propriã
regulã quo ad religioſos, & hoc etiam quo
ad matutinas: quas quidem dicendas putant
in media nocte, iuxta illud Pſalmi: Media
nocte, &c. de celebr. miſſ. c. 1. alij vero quar-
ta vigilia noctis, id eſt, inter tenebrarum ab-
ſceſſum & aduentum auroræ: quia ſecũdum
Pap. Hug. & Iſydo. illud tempus propriè eſt
matutinum, ſed (vt dictum eſt) conſuetudi-
ni loci, vel conſtitutioni, ſi habetur, ſtãdum
eſt. ¶ Secundum. Officium vero quod in pri-
uato, i. eccleſiam non officiando dicitur, di-
cendum ēt eſt horis debitis. d. clem. 1. quod
ſecundũ Pau. eſt quando hora officij reſpon
det horæ diei, ſed ſi ꝓpter occupationes ho
ris proprijs dici non põt, melius eſt p̃uenire
q̃ tardare: quia ſec. Hugotio, primum proui-
dentia, ſm vero negligentia eſt & Io. And. &
Innoc. ponit exemplum ex vitis patrum de
vna acerba, marcida, & matura. Solent autẽ
curiales & alij occupati, mane dicere vſque
ad veſperas excluſiuè, & ſero veſperas com
pletorum. quod conſuluitur, de celeb. miſ. c.
1. §. Tertium. Matutinas ſero dicere propter
honeſtarum occupationum neceſſitatẽ, non
eſt malum, ſecundum S.Tho. in quolib. quia
melius eſt Deo laudes debitas præueniendo
reddere, & alia honeſta officia poſtea facere
quàm ſi per vnũ aliud impediatur: ſed ſi hoc
fiat ad quietius vacandum ſomno, & volu-
ptari, non eſſet abſque peccato. arg. c. cleri-
cus. el primo. diſtinct. 91. ¶ Quartum. Si quis
prætermiſſa vna hora dicit ſequentem, ſecũ
dũ Veru. ſufficit caute ſupplere quod omiſ-
ſum eſt, & de negligẽtia pęnitere, quod ĩtel
ligo, qñ ex obligatione factum eſt: ſi aũt fiat
ſciẽter ex rõnabili cã, puta in adiutoriũ cho
ri ne-

ri necessariũ, nullum est peccatum, sed sufficit supplere, nisi præcessisset negligẽtia, vel mora in dicẽdo quod chorus dixit, quia sec. Pet. de Palu. sufficit semel dixisse ẽt ordine postposito, quia .s. ordo nõ est in præcepto, nisi in pcepto esset dicere proprijs horis. ¶ Quintũ. Vespere ante prandium dicendæ sunt tẽpore Quadragesimali. de cons. dis. 1. solent sed ille tex. loquit̃ sec. Doct. de officio cõi, non de priuato, vnde licet ipse faciant scrupulum magnum priuatim prandendi ante vesperas, si tñ quis hoc faciat ex causa rõnabili, non est peccatum. ¶ Sextum. Non dicere horas proprijs horis, sed notabiliter sine rõnabili causa tradere, s̃m Vmbertum in expositione regulæ, videtur mortale, quod durum est, & nulla ratione, vel auctoritate probatur. Peccarent tñ mortaliter prælati ecclesiarum cathedralium & collegiatarum, si sine rationabili causa hoc facerent: quia hoc præcipitur. in cle. 1. de celeb. mis. vt videtur per illum verbum, sancimus & similiter peccarent mortaliter beneficiati in dictis ecclesijs, & subditi prælatorum regularium, si non dicerent, qñ eis imponitur, secun. Sum. Ang. quod verum est, quãdo per alios non diceretur, & non aliter, quia hoc præceptum ligat omnes sed non singulos, sicut & illud.

11 Crescite † & multiplicamini, ad quod sufficit si generatio humana sufficienter per aliquos compleatur. Ex rationabili autẽ causa præuenire vel retardare in cõi, vt quia processio est fienda, vel prædicatio, & huiusmodi, non est peccatum: imo etiam hac cessante hora debita non debet accipi punctualiter, alioquin non posse dici tertia statim post primam, vel prima post matutinum, ut sit in capella Papæ, sed grosso modo, sicut dicere in aurora, vel quasi, censetur in media nocte. Igitur in priuato non videtur de se mortale, sec. Arc. & communiter alios Doct. quãtumcunque tardetur officium, modo nõ transeat dies, qui quantum ad hoc terminatur in media nocte, quia præceptum de horis dicendis non refertur ad tempus. Vtrum autem matutinum dicendum sit ante missam. aut etiam prima vide inf. Missa. 1. §. 9.

12 Decimo † quæritur, vbi dicendæ sunt horæ? Et dico, ꝙ in ecclesia, vt sup. tactum est. §. 1. partic. 4, & not. in gl. dist. 92. cap. fin. quod intelligo quo ad clericos in ea beneficiatos pp verbum ibi positũ, ecclesiæ deputatus, & consequenter videtur talis peccare mortaliter, sine rõnabili cã ibi nõ dicens officium, qa dicit ibi tex. ꝙ qui non cõuenerit, deponatur a clero. Quod intellige primo in ecclesijs collegiatis, vel regularibus, vt patet, ex illo verbo? conuenerit, & in d. cle. 1. non aũt alijs, & secundo, in eo qui dicit in consuetudinem nõ ire ad chorum; vel pp eius absentiam ecclesia magnã iacturam patitur in celebratione officij sine causa, ut quia non sunt alij illud potentes cõpetenter celebrare. & sic, & non aliter, intelligo d. cap. fin. Nec obstat c. Eps. de conse. dist. 3. quod innuit sufficere episcopo, si die dominico ad ecclesiam conueniat quia illi non dat licentiam absentandi se, sed non vult vt pro causa alia quam infirmitatis, & simili, absit diebus festiuis: ꝙ autem alijs diebus debet interesse, facit c. peruenit. 7. q. 1. & c. Episcopus vilem. 40. dis. cessante .s. impedimento, & causa rationabili.

13 Vndecimo † quæritur, qũo dicendæ sunt horę quo ad interiora .i. intentionem, & exteriora id est actus corporales? Et dico multa. ¶ Primum in c. dolentes. de cele. mis. enumerãtur hi, qui in illicitis actib. vigilantes tarde surgunt, & matutinum continua syncopa transcurrunt, & qui vix quater in anno celebrant, & celebratione interesse contemnunt: aut si intersunt, intendunt collocutioni laicorum, dumq; auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigũt ad diuina. & deinde statim subditur. Hæc igitur & similia sub pęna suspensionis pęnitus inhibemus, districte præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinũ officiũ nocturnũ pariter & diurnũ, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter & deuote. ¶ Secũdum. Hoc pręceptũ quidam sic intelligunt, vt sub pręcepto sit dicere deuote, & studiose, vt deuotio ad intẽtionem, studiositas ad modũ dicẽdi referatur, & sic sentit Supplemẽtum, sed male: quia attẽte orare in horis canonicis nõ est de iure diuino, vt credidit, sed positiuo, quod ius positiuũ ad interiora nõ se extẽdit per se, vt idẽ credit, sed solum inquantũ colligãtur exteriorib. ad quæ se extendit, s̃m mẽtem S. Th. & Pet. de Pal. & cõiter Doct. de quo sup. Excõicatio. 7. & 7. particula 1. Vnde pręcipiendo exteriora, præcipere põt interiora, sine quib. illa esse nequeunt; sicut præcipiendo accessũ ad missam, præcipit velle accedere. prohibendo vero exteriora, prohibet iterius, ad quod statim sequitur opus .i. voluntatem deliberatam. Vnde peccat volens frangere ieiunium, licet non frangat. alia autem interiora non prohibet licet, prohibeat aliquid exterius habenti

benti aliquod interius, vt accessum ad curias monacho habenti animum nocendi. Alij vero dñr, ꝙ sub præcepto ibi cadit horas dicere, cætera vero, quæ in deuotione cõsistunt, suadendo dñr, quod innuitur ibi, quantum Deus dederit, quem sensum primo vr̃ habuisse Host. & sequitur eum tanquam benigniorẽ Arch. & Sum. Ros. quia ecclesia nõ inijcit laqueum. 17. q. 1. de viduis. nec homines alligare debet oneribus importabilibus. 26. q. 7. alligant. Sed isti licet verum dicant quantum ad hoc, quod attentio nõ est sub pręcepto: nõ tñ quantum ad hoc, ꝙ ea, quæ in deuotione cõsistunt, suadentur tm̃ pręcipitur vero, vt dicantur horæ, quia ante hoc c. horæ erat sub præcepto, ut patet ex dictis, vnde hic nihil ꝑciperetur. Et ꝑterea iste intellectus plane repugnat literæ prima frõte, licet ibi apponat, quantum Deus dederit, quia hoc non tollit, quin homo possit non diuertere intentionem sciẽter, cum hoc sit in sua facultate ex principijs naturæ, quę Deus iam dedit. Et ideo dico ex mente S. Th. & Pet. de Pal. vt patebit particula sequenti, ꝙ ibi præcipitur deuotio quã tum ad actũ exteriorẽ, vt non dicantur horæ operando manualiter opera impertinentia, aut cõfabulando, aut notabiliter syncopizãdo, & faciendo hmõi, q̃ hic repræhenduntur. & similiter quãtũ ad actum interiorem, sine quo iste exterior hr̃i non põt, cuiusmodi est velle satisfacere præcepto ecclesiæ, & psallẽdo velle abstinere a prędictis, nõ aũt attentio sine qua ꝑdicta esse põt. ¶ Tertium sec. Pet. de Pal. in 4. dis. 25. attentio ad officium, sicut & ad quodlibet opus bonum, dupliciter põt requiri. Primo, vt officium ab intentione procedat: & sic attentio ad officium requirit nõ solum ꝑꝑ meritum, sed etiam ad euitandum peccatũ. i. transgressionem pręcepti, quia ꝑceptũ datur hominib. ideoq; oportet, ꝙ nõ procedat opus ex sola imaginatione, q̃ cõis est nobis & brutis, sed ex deliberatione, quæ attentionẽ requirit. Secundo, vt officium ipsa attentio comitetur actualiter. & hoc nec in officio, nec in alijs orõnib. vel bonis operib. requirit, quia humanæ fragilitati est impossibile, requiritur tñ, ꝙ mens ab officio sciẽter nõ distrahatur: quia hoc esse nõ põt sine peccato mortali aut veniali: licet euagatio ꝑꝑ intentionẽ, & propter pręcedentẽ occupationẽ licitam non sit peccatum. Euagatio aũt aduertenter ₰m actum interiorem solum, licet sit temeraria & grauis forte, non tñ est mortale, nisi ꝑꝑ contemptum: quia ecclesia nõ hẽt iudicare de actib. interioribus mere. Si vero sit ex hoc ꝙ aliquis scienter se occupat in actu exteriori, qui nõ secum patitur attẽtionem, sic vr̃ esse mortale peccatũ: & directe contra præceptũ d. c. dolentes. vbi ꝑcipit, vt studiose pariter, & deuote dicatur. qđ non obseruãt, qui se occupantes in actu exteriori scienter sibi attentionem subtrahunt.

¶ Quartum S. Th. quoque prædictum intellectũ Pet. de Pal. dedit in ead. dis. ꝑ hæc verba. Qñ quis mentem ex proposito distrahit ad alia in orando, sine culpa non est, præcipue si in alijs sponte se occupat, quę mẽtem distrahunt: sicut sunt exteriora opera, & si mẽs ad contrarium euagetur, erit culpa mortalis, si aũt sine hoc, quod percipiamus, mens ad alia euagetur, vel culpa caret, vel minima erit, nisi præcedens cogitatio, ex qua contingit euagatio talis, esse dicatur in culpa hæc ille. Quę intellige, & limita quo ad orõnem, quæ est in pręcepto. Ibi ẽt dicit, quod atentionem non potest in orõne remanere non per essentiã actus nec sufficit, quod i habitu solum, sed ₰m virtutem, quæ est quid medium, quod tunc vr̃, quando quis accedit ad orationem cum intentione aliquid impetrandi, vel Deo debitum obsequium reddendi, etiam si in prosequutione mens ad alia rapiatur, nisi tanta sit euagatio, quod omnino depereat vis primæ intentionis: ideoque oportet, quod sæpius homo cor reuocet ad seipsum.

14 Qvintvm † Ex prædictis multæ eliciuntur conclusiones, quas ẽt habes in Aur. Ros. ubi sup. ¶ Prima. Quantum ad intentionem vel attẽtionem, quilibet ad officium obligatus tenetur i principio officij hr̃e intẽtionẽ satisfaciendi: ita quod officium ab intellectu, nõ ab imaginatiua proficiscatur, se. de Pet. de Pal. ꝙ intellige actu, vel habitu, seu virtute. ¶ Secunda. Intra officiũ vero tenetur sic ad se redire, si fuerit mẽte vagatus, quod nõ pereat totaliter dicta prima intentio, sec. S. Th. 1. frequenter, quæ tñ frequentia sub certa regula cõprehendi nõ põt. ¶ Tertia. Non tenetur aũt quouis præcepto esse attentus, sed sine culpa mortali põt euagari, etiam à proposito dummodo sciat quid faciat: sic. s. quod stet prima intentio, seu virtus eius. ¶ Quarta. Mortale est tali dicendo, officium se occupare in exteriorib. quod limita primo per longum spatium. secundo quando non compatiuntur attentionem ad officium, quod intelligo secus ab his, quæ ad officium spectant, vt voluere charitas, parare libros, & huiusmodi.

Dvo-

15 Duodecimo † quæritur, quid iuris de his, qui officium aut omittunt, aut mutant ex toto, vel in parte? Et dico multa. ¶ Primum Qui ad libitum suum mutat officium consuetum, secundum Sum. Ang. peccat mortaliter si sit clericus præbendatus & religiosus, non autē si sit ordinatus ad suum patrimonium. Sed melius dico sec. Zab. post Lau. in cle. 1. de cele. miss. ꝙ dicere hoc officium, vel illud, nō est in præcepto: cum diuersi diuersa dicant: de conse. dist. 1. in die, imò dicit Archi. illud præceptum non esse determinatū circa modum innuens, ꝙ non est mortale dimissa vna hora dicere aliquid æquiualens. Vnde si hoc fiat ex causa rationabili, vt iusto impedimento, vel hmôi, non est peccatum. Si verò fiat ex inaduertentia, vt quia dixit quis officium de aliquo sancto, cum de feria dicere debuisset, & nunc replicare fastidit: vel ex maiori cōmoditate, vt quia hoc officium mente tenet, non aliud est veniale vel nullum, si verò fiat in fraudem, vt dicatur officium breuius, sec. Arch. non est absque graui peccato: non tñ intelligas, ꝙ sit mortale quia determinatum officium non est in præcepto. ¶ Secundum. Qui dicēdo officium cum aliis in choro ex aliqua necessitate: vt puta, q̄a oportuit illum alicui rñdere, vel q̄rere librū vel hmôi, intermisit psalmum, vel orōnem, sec. Inno. in d. ca. dolentes, non tenetur illud reassumere: licet sit cautius vt reassumat, modo non subtrahat vocem à choro: imo sec. Arch. nec etiā si ex negligentia omisit, debet resumere, præcipue cum sunt pauci, vel ipse resumēdo perturbaret alios: sed pœniteat, & expleto officio suppleat omissum, si est quid notabile vel si est quid minimū, aliquid loco eius. Et idem si in aliqua parte dormiuit. ¶ Tertium, Dicēs officium, si recolat se ex obliuione prætermisisse vnam horam, aliam, vel psalmum, aut lectionem, vel aliud simile de hora, quam dicit, quantum colligitur ex Innoc. vbi sup. & tenet Lauren. nō tenetur intermissa hora quàm dicit, totum reiterare: sicut dū in tertio nocturno existens aduerti se hymnum aut psalmum primi nocturni omisisse, non oportet, ꝙ reincipiat: aut si tertiam dicens aduertat se primam, dimisisse, non oportet vt dicat primo primam, iterum tertiam sed doleat de negligentia, & ꝯ post officium supplet. Sed itelligo, quo debeat & teneatur supplere horam: vel aliquod notabile omissum, si recordatur intra tps, in quo dicere tenetur nō dicta, i. eadē die, aliter sufficit pœnitere, & satisfacere arbitrio cōfessoris: vt in §. seq. ¶ Quartum. Secundum Petr. de Pal. vbi sup. qui notabiliter male dixit officiū, si vult euadere mortale, debet redicere totū: si autē modicum dimisit, puta dictionem, aut versum, vel psalmum, tenetur illud repetere post officium, vel aliquid loco eius dicere, si vult euadere veniale. ¶ Quintum. Secundū Rich. Anglicum in quolibet, obligatus ad horas, & non dicens ex fastidio, vel contēptu diuini cultus, vel ex cōsuetudine, mortaliter peccat: sed hoc de omittente, qui ex negligentia dicere non audet, & hoc Sum. Ange. videtur tenere contra Arch. & Pet. de Pal. volētem, ꝙ sit mortale ex negligētia omittere, etiā solas Laudes. Vnde sec. Henr. de Gan. in quolib. etiam iste peccat mortaliter, nisi infirmitate, vel alia rationabili cā sit impeditus: & idem Verue. & hoc est indubitandum propter præceptum c. dolentes. ¶ Sextum. Qui omittit ex negligentia septem horas vnius diei, sec. Ver uec. committit solùm vnum mortale peccatum: quia totum officium vnius diei, est vnū totum integrale, cadens sub vno præcepto, licet peccatum tanto sit grauius, quanto plures partes omittuntur, & hoc sequitur Sum. Ros. & Supple. & Summ. Pis. Et Arch. addens in 2. parte. tit. 13. ꝙ si dimisit aliquas horas, puta primam, nonam, & completorium, tria peccata mortalia cōmisit, quod videtur velle dicere ratione discontinuationis.

16 Ego † autem dico, ꝙ quoties scienter, seu recolens deliberat non velle dicere, aut oēs, aut vnam horam, toties mortaliter peccat: quia deliberat in re notabile transgredi ꝑceptum. ca. dolentes. Si vero recolit tm̄ semel: distinguo, quia si recolit ante illam horam, qua de sero dicere posset totum officiū ante mediam noctem, committit duo. s. vnum qn̄ deliberat, & aliud qn̄ potens pœnitere de illa deliberatione, & deliberare oppositū, hoc non facit: sed omittit implere præceptum quod implere potest. Si verò recolit intra dictum tempus, videtur tantum semel peccare. Si autem nunquam recolit, est vnum solū peccatum, vt dicit Veruec.

17 Decimotertio † quæritur, quid illi, qui officium omisit, sit iniungendum vel faciendū? Et dico multa. ¶ Primū, is qui ex obliuione aliquam horam omisit, debet supplere qđ amisit: & ad hoc tenetur, si hoc potest intra tps diei illius in quo dicenda erat hora illa, quia adhuc est in sua potestate implere præceptum. Si verò sit extra illud tps, debet etiā

sup-

ſupplere,ſi commode pōt:ſed ad hoc nō tenetur:quia non tenetur, ēt ſi ex negligentia ſcienter omiſiſſet, ſec.Inno.d.c.1. ſed poſſet confeſſor aliam pęnitentiam illi imponere, licet conſulat, vt imponat quod omiſit,niſi qñ videret illi non proficere. Pet.ēt de Pal. in 3.diſt.15.tenet, ꝙ talis pęnitenti eſt arbitraria:& idem S.Th.q̃a,inquit,in diuinis officijs ſicut loci,ita & temporis cōgruitas obſeruanda eſt:quod eſſe non poſſet ſi oporteret iniungere quod omiſſum eſt: q̃a forte in completorio diceret, Iam lucis orto ſydere & tēpore Paſchali officium Dominicæ paſſionis. ideoq; videtur iniungendum aliquid ad laudem pertinens diuinam; puta ſeptem pſalmos pęnitētiales, vel vnum pſalterium, vel aliquid amplius,ſm quantitatem delicti. Hæc ex illo,qui notanter dicit ſecundũ quātitatem delicti,& non officij omiſſi: quia talis pęnitentia imponitur pro culpa,& nō ad reſtituendum omiſſa ſeruitia: quanquam ēt Pet.de Palud.dicat,quod reſtitutionem Deo faciendam vicarius Dei,i.confeſſor,mutare poteſt in aliquid Deo gratius, puta in aliqđ paruum deuotę dicendum.

18 Secundum.† Scholaris obligatus ad horas, & eas omittens vna die cum propoſito dicendi eas alia die, ſec.Henr.de Gan.peccat mortaliter,ſi abſque legitimo impedimento hoc facit, cuiuſmodi impedimentum ſicut infirmitas, ita & ſtudium eſſe pōt,quādo clericus tantā habet neceſſitatem ſtudij,ꝙ dicēdo horas immineret crimen, & ſcandalum mortale,cui pōt occurrere,dimittendo,nec iſtam neceſſitatem potuit rationabili coniectura præuidere, & conſequēter nec præuenire;quia licet horas dimittere ſit de ſe peccatum,ꝑꝑ malum tñ maius euitādum amittit rationem peccati, cum plus teneatur occurrere ſcādalo, ad quod tenetur ex diuino ꝑcepto, q̃ dicere horas, ad quas tenetur ex præcepto eccleſiæ.Vnde in hoc poteſt eccleſia diſpenſare,non in primo. Si aũt non ſit talis neceſſitas,ſed electio, vel ſtudium ſine tali diſcrimine vel ſcandalo mortali pōt omitti, aut potuit rationabili cōiectura præuidere, & præuenire dicendo horas,tũc omittendo peccat mortaliter.hæc ille. Cauſa autem rationabilis, ſed legitimum impedimentum eſſet, ſicut populus moueretur ad arma, vel ſcandalum magnum, & non eſſet,qui veriſimiliter poſſet ſufficiēter obuiare, & ſimiliter ſi talis clericus eſſet ſolemnis, & in caſu haberet omittere officium vel prædicationem, aut lectionem, ſicut in ſimili ꝑdicatur ſolemnis ieiunium propter prædicationem omittit.vt inf.ieiuniũ.§.9. ¶ Tertium. Clericus officium nō dicens, fructus ex hoc reſtituere non tenetur,vt ſup.Clericus.4.§.24.

De hoſpitalibus,& hoſpitalarijs.

1 *Hoſpitale quid ſit.*
2 *Hoſpitale quotuplex,ſit.*
3 *Hoſpitale pro ſuo voto,an quilibet erigere poſſit.*
4 *Hoſpitale, aut oratorium epiſcopi authoritate, aut eius rectoris factum, num immunitate gaudeat eccleſiaſtica.*
5 *Religio aliqua,num ad hoſpitalem inſtitui poſſit.*
6 *Hoſpitali præfici,ac deputari quis poſſit,axiomatis octo palam efficitur.*
7 *Hoſpitalia ſæcularibus eccleſiis, num in beneficiũ, id eſt titulum conferri poſſint.*
8 *Hoſpitali rector a quo præfici debeat, duabus concluſionibus traditur.*
9 *Literis apoſtolicis vel legatorum ſedis apoſtolicæ ſuper aliquorum clericorum prouiſione cōceſſis, an de hoſpitali prouideri poſſit. Et quid de literis apoſtolicis ſuper fructuum reſeruatione.*
10 *Decretalis prima & ſecunda, de præbendis, libro ſexto.an locum habeant circa huiuſmodi beneficia per officialis Papæ mortem,aut in curia decentium obitum. Et num in literis generaliter ad beneficia impetratis, hoſpitalia incluſa videantur. nu.ſeq. Et quid in reſeruatione generali Ioan.22.de beneficijs facta.nu.11.*
12 *Legati de latere, num huiuſmodi hoſpitalia conferre poſſint.*
14 *Hoſpitalarij quantum ad eleemoſynas pertinet, quid facere aut teneatur aut non debeant. Et de his vſque ad nu.15.*
16 *Epiſcopus an viſitare hoſpitalia,& ab his procurationem accipere poſſit.*
17 *Hoſpitare quo ordine ab initio fundari poſſit.*
18 *Ius quodnam ſeruetur in legatis hoſpitalibus factis. Et an hoſpitalia ita erigi poſſint,vt ipſis obueniētia alienētur,& ipſis pauperib. preciũ erogetur.*
19 *Hoſpitale an præſcribere poſſit, vt omnia legata pauperibus in vna ciuitate relicta capiat.*
20 *Hoſpitalium cura,correctio,ac reformatio,in ipſis quæ receptorum ad quem pertineat. Et quid ſi hi ad quos pertinet,id facere negligant num.ſequ. Et ſub hac,quid ſi huiuſmodi hoſpitaliam ſint exemptionis priuilegio munita.*
22 *Hoſpitalis rector ſi clericus ſit,& qui hoſpitali ꝓuidere habet laicus,qualiter clericum rectorem ad id quod eius officio incumbit, compellet ipſe laicus.*
23 *Hoſpitalia ſi exempta ſunt, aut religioſorum exēptorum ſint ad quot tum correctio & reformatio pertinebit,& num.ſeq.*

Hoſpi-

1 HOSPITALE † videtur esse locus, in quo non sufficientes sibi procurãtur, & multa nomina Græca sortitus, vt patet 23. qu. 8. sancimus. Latine quoq; dicitur domus Dei, vel misericordiæ, vel fraternitatis, vel pietatis, & huiusmodi. Hospitalarius autem dicitur qui curam immediatam habet hospitalis: sicut primo habuit loticus, ut C. de epis. & cle. l. 1. quantum ad receptionem tamen peregrinorum in propria domo legitur de Abraham Gen. 18. in nouo testamento de Martha, quæ Dominum frequenter excepit. Luc. 10. vnde dicitur Hospita Domini.

2 PRIMO † vero quæritur quotuplex sit hospitale? Et dico quod est duplex, s. religiosum quod. s. authoritate episcopi ædificatum est. de relig. do. ad hæc. & istud pertinet ad episcopum non ut de reditibus ad libitum dispo nat, sed vt ordinet eos dispensari ad vsum destinatum, ar. cle. quia contingit. de relig. do. & non religiosum, vt quod sine authoritate episcopi constructum est, de quo episcopus se intromittere non potest, sed patronus, qui ædificauit illud, ad libitum disponet. de do. inter dilectos. & ibi per Inno. Et si episcopus exercuit ibi vnum ius episcopale, non tamen per hoc potest alia exercere, sec. Fed. cõsi. 25. quia de possessione vnius articuli non est inferendum aliquos articulos. de deci. cum contingat. Nec obst. c. 1. de reli. do. quia locus, de quo loquitur, necessario debebat esse subiectus alicui epõ: ideoque præsumitur pro eo, qui exercuit vnum ius in eo. Cui simile infert Io. Andr. in regula, quod alicui. libr. 6. in merc. s. ꝙ patronus, qui exercuit ius præsentandi, alio non apparente præsumitur patronus ex quo ius patronatus ad aliquem debet pertinere in casu autem nostro non est simile: quia hospitale non est religiosum necessario, ut patet. Quod tamen dictum est, sec. Pa. in c. 1. & in c. de xenodochijs. de reli. do. limitandum est, nisi patronus, qui ædificauit, esset mortuus, quia tunc pertineret ad curam episcopi, ut voluntas pia defuncti mandaret executioni: vt videtur text. in auth. de eccles. tit. §. si quis ædificatione. & sequen. quod verum est, nisi testator, qui ędificauit, aliter expresse disposuisset: quia illud seruandum est, ut in d. §. si quis. si autem constet hospitale ædificatum, sed de episcopi authoritate non constet, præsumitur tamen religiosum vt inf. §. 11. partic. vlt.

3 SECVNDO † quæritur, an quilibet pro suo voto exigere possit hospitale ẽt sine dote? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Lapu. quilibet potest domum suam factam vel fiẽdam deputare ad hospitalitatem, & ad tempus hospitare pauperes, sicut & alia opera eleemosynarum facere, sed talis locus non erit religiosus, nec grandebit immunitate ecclesiastica, nec inter loca ecclesiastica computabitur, nec erit sub iurisdictione episcopi, & poterit ad humanos vsus redire, & ẽt vendi, ac donari & emi, sec. Host. Pet. & Innoc. Et iura dicentia, ꝙ fieri non potest sine authoritate episcopi, intelliguntur vt sit ecclesiasticum: alias vt sit profanũ bene fieri potest. Et hoc dicit glo. in clem. quia contingit. de reli. do. Imo quilibet ædificare potest hospitale etiam cum oratorio. sec. Host. & Pan. in cap. ad hæc de religio. do. sine alia authoritate. sed in oratorio sine licentia episcopi celebrari non potest. de consec. dist. 1. vnicuique, & idem Ioan. And. post Vinc. & Tancredum. Dicit tamen Hostien. quod etiam post actum interuenire potest consensus episcopi: & postquam ius authoritate est factum religiosum, deputari non potest ad alios vsus. ¶ Secundum. In parochia matricis ecclesiæ illa irrequisita vel in vita erigi potest hospitale, loquendo de non religioso, secund. Lap. quia si. quilibet potest suam domum ad hospitalitatem deputare inuito episcopo, multo fortius inuito rectore matricis ecclesiæ, quod intellige quando ut priuatas domos sic deputant: quia sub effigie, signo vel denominatione loci ecclesiastici non esset licitum, imo posset episcopus loca illa destruere: quia contra iuris prohibitionem factum est. Et facit quod not. Hostien. de relig. do. ad hæc. & hoc tenet Cardin. Si vero loquamur de hospitali facto cum capella, vel cum authoritate episcopi, ita quod sit locus ecclesiasticus consueuit dubitari. Nam licet regulariter vna ecclesia in prę iudicium alterius construenda non sit 26. quęstio. 1. ecclesia. & cap. quincunque illa tamen iura loquuntur de ecclesia, non de hospitali, in quo etiam non limitat ratio prohibitionis, ne scilicet aliquid de iure antiquioris ecclesiæ acquirat̃ nouæ: vt in dictis clem. tamen contrarium verum est scilicet quod nullus locus ecclesiasticus erigi potest in aliqua parochia ea inuita, scilicet antiquiori ecclesia, & isto casu nomine ecclesiæ venit hospitale. ex quo fauor ecclesiarum respicitur, quod etiã tenet Lapus: nec cessat ratio præiudicij, qui hospitale debet habere dotem, de qua decima non soluitur: si habet capellam vel oratorium,

toriũ,accedunt oblationes. Vnde & de imagine picta ſuper muro cuiuſdam laici, quantum ad oblationes ibi factas ſnĩatum eſt aliqñ pro parochia de quo vide ſup. Decima 2. partic. ¶ Tertium. Si erigitur hoſpitale in limine eccleſiæ veteris: ex hoc ipſi eccleſiæ acquiritur ius patronatus, ſec. Lapum. vt 12.q. 2.apoſtolicus.& 17.q.4.q.& no.Hoſt.in Sum. ¶ Quartum.ſec.Io.Andr.poſt Hoſt. hoſpitali ſicut & eccleſiæ in conſtitutione debet certa dos aſſignari: pro cuius quantitate⁊ ſcienda, ſec. Lap. recurrendum erit ad articulum, ad ſimile.de conſe.eccl.cum ſit. & quod ibi not. gl. quia ſicut alia requiritur ĩ eccleſia, & alia in monaſterio, vt ibi. ſic & alia in hoſpitali. Tanta.n.debet eſſe in eccleſia, vt ſufficiat ad luminaria & vitam miniſtrorum. 16.q.7. piæ mentis.quorum æſtimatio eſt epiſcopi: in hoſpitali vero habebitur reſpectus ad ſpeciem: quia ſi ſit ordinatum ad pauperes, principalis cura erit in lectis; ſi ad infirmos, erit in miniſtris: & ſic de alijs.

4 TERTIO † quæritur, vtrum hoſpitale vel oratoriũ factum authoritate ep̃i aut eius rectoris, gaudeant immunitatem eccleſiaſtica? Et no.Hoſt.ꝙ non, de oratorio: quia non intelligitur Deo dicatus locus nec ſacer. & idem Zenz. quia ꝙ eſt hodie oratoriũ, cras poterit fieri camera. Sed Pa.in c. eccleſiæ. de immun. ecc.tenet contrariũ.& ita tene, vt inf.Immunitas.§.1.Et idem, ſ.ꝙ gaudeãt, tenet Veruec. in Spe.de hoſpitali & rectore. Et ſec.Lap. hoſpitali hẽt bñficium reſtõnis in integrum, ſi lædi illud contingat, ſicut & eccleſia. Vnde Inn.in c. 2. de integ. reſti. dicit noĩe eccleſiæ includi nõ ſolum monaſterium, ſed oĩs pius locus, quæ oĩa æquiparantur.de teſta.q̃ſiſti.

5 QVARTO † quæritur utrum poſſit aliqua religio ad hoſpitalitatem inſtitui? Et dicit S. Th.2.2.qu.188.ꝙ ſic. & idem Lap. quia charitas, ad quam religionis exercitium ducit, sũt quædam opera pertinentia ad vitam actiuã, inter q̃ eſt hoſpitalitas. Et ſi ad hoc ſit religio inſtituta, illi⁊ exercitio principaliter dẽt intendere: & illud eſt principale inſtrm̃, per quod venire debet ad charitatis perfectionẽ. & talis eſt religio cruciferorum S. Antonij de Viẽna, & hmõi. Si vero non ſit ad hoc principaliter inſtituta, licet habeat hoſpitalia, vt S. Ioan. Hieroſolymitani, & S. Mariæ Teutonicorum, & hmõi, habet pro principali aliud exercitium & inſtrumentum, & tamen ſeruant hoſpitalitatẽ, ad quã generaliter tenentur omnes clerici, vt patet diſt.42.per totum.

6 QVINTO † quæritur, quis præfici & deputari poſſit hoſpitali pro rectore? Et dico multa. Primum. Religioſi ad hoc deputari non pñt, ſec.gloſſ.de reli. do. in cle.quia hic ceſſat rõ intitulationis monachi extra monaſterinm.ſ.cura.de regula. ſuper eo.qua cura caret hoſpitale.& idem Fed.conſ. 28. & Pau. in cle.quia contingit.de relig.do.addens, niſi eſſet hoſpitale alicuins religionis. Lap. autem ſic diſtinguit: Nam aut religioſus talis eſt religionis ad hoſpitalitatẽ principaliter ordinatæ, & p̃fici põt. aut non: & tunc ſubdiſtinguitur. Nam aut hoſpitale eſt annexum eccleſiæ curatæ, & præfici põt ꝑꝑ curam, aut etiã ipſum hoſpitale habet collegiũ religioſorũ, a quibus eligitur hoſpitalarius, & tũc etiam præfici põt: quia curam habet & iuriſdictionem in collegiũ, vt de elec. dudum.el 2. aut etiam in hoſpitale eſt de mẽſa & proprietate talis religionis, ita ꝙ ad illam pertinet regimen eius, non tñ inſtituitur ibi certus, & intitulatus rector, & ẽt præfici põt q̃a ſi mitti poteſt ad alia loca & opera procurãda, vt ad litigandũ, & allegandum, multo fortius ad pauperes procurãdum. Si vero hoſpitale eſt ſine cura, requirens certum rectorem per ſe, pręfici non põt, etiã ſi ſit certæ religionis, ad quam ſpectet illud confetre, quia non ceſſat prohibitio, nec valet cõſuetudo, niſi valeret in hoc quòd præficeretur beneficio ſimplici. ¶ Secundum. ſm̃ eũdem Lapum conuerſus religionis laicus & illiteratus præfici põt eo caſu quo monachus p̃fici non põt: q̃a ſi committitur ei cura agrorũ, fortius pauperũ, q̃a ceſſat in eo cã ꝓhibitionis: cũ hæc cauſa ceſſare non faciat in eo cõtemplationem aut p̃dicationẽ, & hæc in monaſterio nõ exercet. Sed ſi conuerſus eſſet clericus & lr̃atus, quia tenetur ad officiũ ut monachi, p̃fici hoſpitali non poſſet. ¶ Tertiũ. Clerici ſæculares p̃fici q̃dẽ pñt, ſed hr̃e non pñt titulũ beneficij: vt in d.cle.& in cle ꝑ literas.de pręb. laici aũt oẽs p̃fici pñt, modo ſint viri idonei, & ꝓuidi & boni teſtimonij: vt in d. cle. q̃a contingit. de re.do. ¶ Quartũ. Mulieri hoſpitalis regimen committi poteſt ſec.Lap.ſi eſt ſine cura quia ꝙ non eſt prohibitum, intelligitur eſſe cõceſſum 13.q.2. mulieri ẽt cõmittitur regimẽ monaſterij habentis annexũ hoſpitale, & ſic regit vtraq;, & conſequẽter a fortiori hoſpitale tm̃, ꝙ tñ limitat, ſi eſſet deputatũ ad receptionẽ mulierũ, quo caſu eſt honeſtiſſimũ, & vbi non eſſet conſuetũ regi per maſculos, quia vbi hoc eſſet conſuetũ, mulieri com

mitti

mitti non posset, quia mutaretur per hoc status beneficij. Et si obijciatur, quia dicatur in d.cl. ꝙ cõmittatur prouidis viris: responderi põt ꝙ ibi masculinum concipit fœmininum, sicut & de ele. generali. & 17.q.4. si quis suadente. ¶ Quintum. Regimen hospitalis duob. committi pt, sec. Lap. quia tales æquiparantur tutoribus, & ad instar eorum facere debent inuentarium, & singulis annis assignare rõnem, vt in d.c.cle. constat autem plures tutores vni pupillo dari posse, & eorum quemlibet administrare in solidum, nisi alia forma a testatore imponatur. Quod verum limitat in hospitalibus, quæ non conferuntur in beneficium ecclesiasticum, sed ad curam, & gubernationem, secundum dictam clem. quæ insolidum committi põt, vel ꝙ vnus sine alio non administret; quod congruentius est: quæ autem conferuntur in beneficium, vendicãt sibi regulam beneficiorum ecclesiasticorum, vt s. vni tantum conferantur, & si duobus committitur, possunt esse masculus, & fœmina, vt dicit, maximè quando hospitalia sunt distincta, vt quod est pro viris, per masculum & quod pro fœminis, per fœminam gubernetur. ¶ Sextum. Quamuis prima facie versa vice videatur, quod vnus in duobus hospitalibus præfici non possit, cum vtrunque requirat ꝑsonalem residentiam, dña simili de beneficijs in ca. de multa de præb. Contrarium tñ Lap. dicit verum, quia de iure cõi hospitale personalẽ residentiam non requirit necessario, maximè continuã, cum possit quis deseruire per alium, & idem tenet Guli. de monte Lau. in cle. per literas, de præben. Ad quod etiam facit, quod no. Inn. Cal. in c. super inordinato. de præbẽ. qui. s. potest quis habere ecclesiam curatam in anno ætatis suæ 14. quia etsi per se missam dicere non possit, ad quod ecclesia ordinatur, potest tamen dicere per alium. Et sic posset quis habere plura beneficia simplicia, quod cõiter seruatur, & in vno eorum deseruire per alium, cum per se non potest, & multo fortius in hospitalibus, ad similitudinem tutorum, qui simul possunt plures gerere tutelas, maxime cũ hospitalia sunt in vna diœcesi. Facit etiam quod dicit Ioan. And. de concess. præb. in rub. ꝙ habens beneficium curatum, recipiens secundũ requirẽs residentiam, non ex ipso vacat primum, sed requiritur monitio, & idem tenet Inn. & idẽ tenendum est de hospitalibus: quæ in beneficium conferuntur, & ea ratione si non sunt curata, vel habentia collegium, quia tunc idẽ iudicium est habendũ, de præb. de multa. Non est tñ hoc, inquit Lapus vtile nec honestum, & posset eps cogere rectorem ad alterum dimittendum. ¶ Septimũ. Põt quis præfici beneficio curato, & hospitali, sec. Lap. eadẽ rõne, & multo fortius habere hospitale & simplex beneficium, quia oĩa ista habẽt rationem, qđ non est cautũ in iure hospitalarios ad personalẽ residentiã coarctari. ¶ Octauũ, per aliã ꝑsonã habilẽ hospitalẽ ꝑscribi põt in proprietatem. sec. Lap. quia ẽt ecclesia sic põt præscribi, vt lite con contest. c. 2. eod. ti. cum qui. li. 6. quo casu regitur hospitale per custodem, vel famulos ecclesiæ, vel loci, & qui tale hospitale præscripserit, & idem putat de mensa, & eadem rõne, quia, s. ecclesia potest esse de mensa alterius, & per illum regi sine proprio rectore, vt de exces. prelato. frequẽs in cle. Et similiter puta, quod competere posset hospitalarium poni & remoueri ad nutũ alicuius prælati eadem ratione.

7 Sexto † quæritur, vtrum hospitalia cõferri possint clericis secularibus in beneficiũ, i. in titulum beneficij? Et dicit Lap. ꝙ non: quia hoc prohibet d.cl. nec valet consuetudo contraria, nisi in duob. casib. primò, si in fundatione secus constitutum fuerit, secũdo, si per electionẽ sit de hmõi rectore prouidendum. Rõ autẽ, se. Pau. quare hospitale dari non põt in titulũ est: q̃a beneficium habere non põt, nisi clericus, de trans. ex literis. Clericus autẽ beneficiatus facit fructus suos, & quandoq; ad eius sustentationem datur beneficium, de cle. pug. in duel. c. 2. in hospitali autem attendit pauperum prouisio & non hospitalarii.

8 Septimo † quæritur, a quo debeat rector præfici hospitali? Et dico duo. ¶ Primum. Posito, quod laicus ædificet hospitale de licentia episcopi cum oratorio, vel sine propter, quod locus ille efficitur religiosus, & ædificator patronus, vt de iure patronatus, nobis, secundum Lapum, non pertinebit præsentatio ad patronum, & confirmatio ad episcopum, sed solus patronus ponet ibi rectorem, quia in talibus non est necessaria institutio canonica. Nec obstat, quod de iure patronatus patronis acquiritur solum ius præsentandi: quia illud habet locum in ecclesiis, & aliis locis, in quibus requiritur institutio canonica, vel confirmatio, in huiusmodi autem hospitalibus hoc non requiritur. Idem videtur sentire Zenze. in dicta clemen. dicens: quod patrono acquiritur ius secundum naturam rei, cuius est patronus: sicut

in ecclesia collegiata non acquiritur ei ius præsentandi, sed consentiendi electioni factæ in capella aūt ius præsentandi, vt in d. ca. nobis in hospitali vero ius committendi gubernationem: & ſm hoc talis rector non indiget epali confirmatione, si in ipso hospitali nō requiritur institutio canonica: quod ideo dicitur, quia si haberet curam animarū, indigeret epali confirmatione. Vbi tamen est generalis, vel specialis consuetudo circa hoc, illa seruanda est, sec. Lapum. Secundum. Posito, ꝙ de consuetudine, vel aliquo iure speciali ad patronū præsentatio, & ad epm confirmatio pertineret: an præmittendum sit generale, vel speciale editum ante confirmationem, sec. formam c. fi. de elec. Respondet Lapus, quod non in illis hospitalibus, quæ in beneficium non conferuntur: tum quia ibi non est electio, vel collatio, sed commissio, quæ. s. sec. glos. in d. cle. differunt, quia collatio est in perpetuum commissio ad tempus: tum quia non committitur cura animarum. Vnde & ad capellam, vel altare erectum in Ecclesia de licentia episcopi potest deputari sacerdos ad Missas celebrandas sine confirmatione, vel dicto: nisi alia consuetudo obstaret. Idem videtur sentire Zenze. ac Gul. qui dicit, quòd si hospitale non sit principaliter ædificatum ad missam celebrandam, vel aliquod ecclesiasticum sacramentum exhibendum, nec sit ibi constitutus perpetuus vicarius, seu dos assignata pro eo: licet ibi sit altare ædificatum pro oratoria, & de licentia episcopi ibi celebretur, nihil ibi potest episcopus vendicare, nisi inquantum posset de alijs pijs locis legatis pro anima fundatoris relictis. Probantur hæc omnia de conse. dist. 1. vnicuique & de testa. hæres, sed secundum Lap. non intelliguntur de hospitalibus collatis in beneficium, seu quæ per religiosos reguntur, seu quæ habent ecclesiam, sed de his solum, quæ laicis gubernanda committuntur, vide etiam §. seq. particula 4.

9 OCTAVO † quæritur, vtrum per literas Apostolicas, vel legatorum sedis apostolicæ super aliquorum clericorum prouisione concessas prouideri possit de hospitali? Et dico multa. ¶ Primum. Nam ad hoc quæsitum respondet Lapus, ꝙ non per cle. per literas. de præb. etiā si hospitalia illa habeant ecclesias vel capellas, vel alia iura spiritualia annexa: nisi de eis specialiter caueatur, vt in d. clem. per literas, & hoc si literæ sint gratiosæ, siue in forma pauperum, vt dicit Paulus. De literis autem apostolicis super reseruatione fructuum dicit Lap. post glos. in d. clem. per literas, ꝙ talia non includuntur nisi exprimatur. Et ratio est, secundum glo. quia ex quo ad certum vsum deputati sunt, ad alium conuerti non debent sine expressa licentia Papæ, vt in d. clem. quia contingit.

10 SECVNDVM † sed nunquid circa talia beneficia vacantia per mortem officialis Papæ, seu per obitum decedentium in curia, habeat locum decretalis prima & secunda, de præben. lib. 6. Et dicit Lap. ꝙ non de iure cōi, quia capitula allegata loquuntur solum de beneficijs, & dignitatibus: & consequenter non habent locum in hospitalibus ratione iam dicta. Si autem super talibus beneficijs emanarent extrauagātes, prout emanauerunt circa illas reseruationes: eorum tenor inspiciendus foret, de priuileg. c. porrò & nisi fieret expressa mentio in illis non includerentur.

11 TERTIVM † Ad sciendum gnāliter vtrum in literis ad beneficia impetratis, includantur hospitalia, distinguendum est cum Lapo, & glo. in d. cle. per literas. Nam aut hospitale est principale, cui accedit ecclesia, vel capella, & tunc per dictas literas nō debetur: si verò ecclesia sit principalis, habens annexū hospitale, tūc debetur, & venit rōne accessorij, quod principaliter non veniret, & facit cap. super eod. ti. lib. 6. si vero est dubium, quia extat ecclesia & hospitale, nec constat qđ principale & accessorium sit: dicit pdicta glo. ꝙ si appareret possessio, & denominatio, p quam possumus alterum præeligere illud sequamur, de præb. cum de beneficio lib. 6. Si vero non apparet, repellitur impetrans qa constat de hospitali, nec constat illud accessorium ecclesię & certū est, ꝙ hospitale, & ecclesia essent annexa, ita ꝙ neutrum est principale, haberet locum d. cl. per literas. secun. prædictam glo.

12 QVARTVM † an legati de latere possint dicta hospitalia conferre. Lap. distinguit, quia si talia sunt, in quib. laici obtinent ius patronatus, non est dubium, ꝙ sicut non conferūt ecclesias collegiatas, eadem rōne nec hospitalia collegiata, sed in hospitalibus spectantibus ad ecclesias collegiatorū, vel dispositionē clericorum, vr dubium, quia sicut possent conferre talia beneficia, ita & hospitalia, sec. Baptis. & de facto ita seruatur, & ea legati confernnt, licet gl. di. cle. per literas. videatur sentire contrarium, & idē ibi no. Pau. ¶ Quintum. Sicut tali hospitalia in literis apostolicis, vel legatorū eius ad beneficia impetratis

non

non includūtur,ita nec literis epōrum, secundū Zenze. nisi prout hodie cauetur in d. cle. 2.de religio.do.Sed Gul. de mōte Laur.dicit, ꝙ ordinarij illi clericis possunt conferre, & pro titulis perpetuis eis assignare, modo consuetum sit per plures illa de antiquo regi tanquam habentia curam animarum,vel altaria, vel hoc cōstitutum fuit a fundatione,ut quis per electionem creetur in ipsis locis.

13 SEXTVM† Reseruatio generalis facta de beneficijs,Io. 2 . non comprehendit hospitalia collegiata, in quibus sunt conuersi laici, eligentes sibi rectorem,qnq; clericum, quandoque laicum,sec.Lap.post Feder. quia nomine ecclesiarum, monasteriorum, vel prioratuū non comprehenduntur hospitalia in materia fauorabili, vel etiam odiosa, & semper illa tria.s.monasteria, ecclesiæ,& pia loca ponuntur ut diuersa, & diuersis vocabulis nuncupatur: & si reformatio talium locorum pertineret ad Papam, propter diuinam uocationem fraudaretur hospitalitas, contra mentem iuris,de religio.do.in cle.2.secundum eum.

14 NONO†quæritur, quid hospitalarij teneantur,siue debeant,aut non debeant facere, maxime quo ad eleemosynarum largitionem? Et dico multa.¶ Primum.Debent ad modum curatorū & tutorum præstare iurm,ac inuentarium facere de bonis ipsorum locorum, & annuatim reddere rationem ordinarijs, sub quibus sunt,vel deputatis ab eis, quod secundum Lapū,post gl.limita, si fuerint requisiti: alioquin collatio, prouisio,& ordinatio taliū caret omni robore firmitatis,ut in clem.quia contingit,de relig.do.vbi licet glos. videatur sentire, ꝙ sit irrita ipso iure talis commissio tamen sec.Lap.cōiter non sic intelligitur,sed poterūt ad hæc cogi remedijs opportunis ēt per amotionem, quod tamen ad hospitalia militariū ordinum nō extenditur, aut aliorū religiosorum,vt ibi patet, non tamen satisdabunt,sec.Lap. post glo.nisi essent suspecti ꝑ vxorem aut filios. Nec possunt dicti rectores ante pſtitū iurm,vel confectum inuentariū administrare, vel agere,sec. Lap.post Pau. in d.cle.quia contingit.sicut nec tutor, vel curator. & omnia opponi possent contra istos, q̄ & cōtra tutores,vel curatores respectu iuramenti uel inuentarij pdicti, cum ad instar eorum ad hæc duo teneantur.Secundū. Præcipitur ibi omnibus rectoribus hospitalium sub obtestatione diuini iudicij,& per obediē tiā,vt redditus in vsus pauperū cōuertant, & non in alios, rectores tamē militarium & religiosorū hospitalium sufficit prouidere secundū eorum instituta,& antiquas obseruantias, ut ibi, quod limita qn̄ id,quod superest, exponunt pro fide,vel pie,alias non excusantur,cū negari nō possit tales reditus ad pios vsus fuisse institutos.¶Tertium Pręcipitur etiam oībus,ad quos de iure,vel consuetudine, vel statuto,aut priuilegio pertinet cura hospitalium,vt bona occupata, deperdita, & alienata indebite, in statum debitum reducant, & reforment,ut dicta clem. quia contingit.

15 QVARTVM.† Quantum ad sacramentorū administrationem,& celebrationem diuinorum, respectu rectoris familiæ & pauperum seu infirmorum talium hospitalium, ibidem dicitur, quod si habent altaria vel cæmeteria ab antiquo,& presbyteros celebrantes, & ecclesiastica sacra pauperibus,imo rectori & familiæ sec. Lapum ministrantes: seu si Parochiales rectores cōsueuerint in illis exercere præmissa,antiqua consuetudo seruetur.De iure ergo communi ista pertinēt ad ecclesiam matricem in cuius parochia sita sūt loca: tn̄ ipsa pręscribere possunt,ut hæc ad propriam pertineant sacerdotē,ut no.ibi gl.¶ Quintū, Non tenentur aūt ad multa, de quibus dubitari posset. Non.n.tenentur primo secūdum Lap.ad horas canonicas inquantum sunt hospitalarij: sed inquantum clerici existentes in sacris, uel habentes hospitale in beneficium. Nec secundo ad cathedraticum, secundum Pan.in d.cl.quia contingit. Nec tertio ad procurationem,cum episcopus uisitat, secūdum eundem ibidem.

16 Ex † quo infert, ꝙ hospitalia visitare non potest: sed inquirere potest quando vult corrigere, sed verius tenet Federicus consilio 105. quod illud visitat, licet ab eo non procuretur.Nec quarto, ad decimas Papales,secundum gloss.super clemen. si beneficiorum. de deci.¶ Sextum. Possunt autem in hospitando, & eleemosynas largiendo extraneis præferre cōiunctos, secundum Lap.de cohabi.clem. c.1. quod intellige,non solum si sunt pauperes,& non si diuites:vel ut fiant diuites sed etiam cæteris paribus, ut patet ex dictis supr. Eleemosyna 1. §. 3. quia si in dispensatione propriorū seruādus est ordo,multo magis in his,quorum dominium non habemus. Nec obst.quod in hospitali nō debet esse delectus,idest discretio personarum.distinc. 42. si quis, quia intelligitur quod attendi nō debet qualitas personæ ad negocium non faciens puta quia & amicus aut propinquus: sed ipsa ini-

indigentia, quia ſtante pati præfertur proxi
mus ſanguine.

17 SEPTIMVM † Licite ſecun.Lap.a principio
fundare poſſet hoſpitale cum iſto ordine, ſ.
ꝙ rector teneatur eligere decem, vel plures
certos pauperes pro facultatibus hoſpitalis
perpetuos, & illos ſolos reficere, vel hoſpita
ri, quorum vno decedēte alius ſubſtituatur:
quia.ſ.in re ſua quilibet eſt moderator, & ar-
biter: & licet in ea ponere conditionem ho-
neſtam, maxime authoritate epiſcopi, etiam
quæ alias de iure communi non procedere;
vt de relig.dom.conſtitutis. ¶ Octauum. Si au
tem hoſpitale deputatum eſt ad hoſpitandū,
& pauperes reficiendum, vel ad exercēdum
alium actum charitatis, non putat Lap.quòd
ſeruari licite poſſit ordo immediate prædi-
ctus, quia alijs fieret iniuria, nec videtur fuiſ
ſe conſtituentis intentio.

18 DECIMO † quæritur, quia iuris delegatis,
quæ fiunt hoſpitalibus? Et dico multa. ¶ Pri-
mum. Si teſtator reliquit quandam ſuam do
mum priuatam pro ſeruanda hoſpitalitate,
& ei certas poſſeſſiones ad hunc finem reli-
quit, illæ tenebuntur ad talias, & onera laico
rum ſec.Lap.ex quo locus nō eſt religioſus,
tamen hæc ſoluet hæres, qui eſt obligatus,
hanc domū, & poſſeſſiones ad hūc vſum ſer-
uare, quia poſſeſſiones ſunt pars hæreditatis,
& ad ipſum hæredē ſpectāt, & pro ipſis obli-
gatur. ¶ Secundum. Erigi pōt hoſpitale cum
tali ordine, vt ſibi obuenientia alienentur, &
pretium pauperibus erogetur, ſec.Arch.nec
procedunt bona hoſpitalis hoc caſu pari paſ
ſu cum bonis eccleſiaſticis, quæ alienari non
poſſunt propter diuerſitatē rationis, quia bo
na eccleſiaſtica a principio conſtituuntur ꝓ
ſeruientibus, & onerib. epiſcopalibus, ac Pa-
palibus, & legatorum, ſine quo eccleſiaſticus
ordo confunderetur, bona vero hoſpitalium
deputantur pro ſuſtentandis pauperibus, vn-
de rectores hoſpitalium fructus non faciunt
ſuos vt prælati, ſec.Lap. & Zen. Et hoc in re-
ligioſis mendicantibus videmus, ꝙ bona im-
mobilia capiunt vt vendant, & ſibi de pretio
prouideant, cum illa retinere non poſſunt, ſe
cundū ea quæ no.in c.præſentia.de proba. &
in c.1.de re.do.lib.6.in glo. Imò ſec.Lap. va-
let conſuetudo, ꝙ omnia bona relicta hoſpi-
tali etiam immobilia alienentur, nec in alie-
natione talium bonorum requiritur ea ſo-
lemnitas, quæ in alienatione eccleſiaſticorū,
ſed ſec. Pet. de Bellaper. vt refert Pau. in cle.
quia contingit, neceſſarium eſt decretum, ſi
ſint immobilia, nō aūt ſi ſeruādo ſeruari non
poſſunt, & all.C.de adm.tu.l.qđ tutores. Vnde
ſec.Lap.rector hoſpitalis ſanctæ Mariæ de Flo
rentia de triennio in triennium petit ab epi-
ſcopo licentiam vendēdi omnia ſibi obueniē
tia, quæ licentia generalis & vaga in bonis
eccleſiaſticis non ſufficeret, imò nec ſec.Arc.
in dote primaria hoſpitalis, ſine qua epiſco-
pus illud erigi permittere non debet.

19 TERTIVM † hoſpitale præſcribere poteſt,
ꝙ capiat oīa legata pauperib. relicta in vna
ciuitate, vt refert Ioan. An. & Spe. & vt idem
Io.An.dicit, non valet ſtatutum, ꝙ talia lega-
ta ſoluantur alteri hoſpitali, vel religioſo lo-
co in præiudicium dicti hoſpitalis per c. ve-
ſtra.de loc. Poteſt ēt præſcribere decimas, ſe.
Lap. ex quo eſt locus religioſus, vtpote epi
authoritate fundatus: vnde talia iura ſibi poſ
ſent accedere, vt de pb. c.literas.li.6. & ꝓbaū
per d.cle.quia contingit, vbi poſſet pręſcribe
re pauperum ſepulturam, & hr̄e presbyterū
diuina celebrantem, & miniſtrātem eccleſia-
ſtica ſacramenta. ¶ Quartum. Legatum factū
ad ædificandum hoſpitale, vel alium locum
religioſorum in certo loco, an poſſit mutari,
vide inf. Legatum.3.§.11.

20 VNDECIMO † quæritur, ad quē ſpectat cu-
ra & correctio, ac reformatio hoſpitalium,
& receptorū in eis? Et dico multa. ¶ Primum.
Hoc ad diuerſos, & diuerſis modis, ſec. Lap.
pertinere pōt.ſ. ex ſtatuto in fundatione ap-
poſito ex conſuetudine, vel priuilegio ſedis
Apoſtolicæ, vt d.clem.quia contingit, quibus
ceſſantibus ſpectat ad loci ordinariū de iure,
vt ext. e.de xenodochijs, & 16.q.7.q. & addit
Zen. ꝙ ēt ad patronos ſpectare pt, & eorū li
beros, vt 16.q.7.filijs. Sed ītellige ſub epo, ad
quē principaliter, vt ad patrē paupū ſpectat.
¶ Scđm. Ad officiū taliū ſpectat, ſec. Lap. cu-
rare, an rectores inhumaniter recipiant pau-
peres, ne prouentus in ſuos vſus conuertant,
& loca ipſa ī prædictis reformare, & occupa
ta, deperdita, & alienata indebite, in ſtatum
debitum reducere, & ad miſerabilium perſo-
narum receptionem, & ſubſtentationem de-
bitam iuxta locorum facultatem rectores cō
pellere, vt in d.cle.quia contingit.

21 ET † vbi hoc patroni, & alij, ad quos ſpe-
ctat, facere negligunt, ordinarijs locorū iniū
gitur, vt ibi patet, vbi ēt gl.dicit, ꝙ de tali ne-
gligentia patebit ex facto notorio, vt extra,
de cēſi.Rom. vel per aſſignationē termini ad
hoc ꝓfixi & elapſi, & idē Ze. & multi alii. Ter-
tiū. Et vt ibidē patet, ſi dicta loca ſint priuile-

gio exemptionis munita, per seipsos locorũ
ordinarij; vel per alios impleant omnia, &
singula præmissa: & rectores eosdem vtique
non exemptos proprie; exẽptos vero, & pri
uilegiatos Apostolica ad id authoritate com
pellant, ad hoc sec. gl. Io. Andr. ex præcepto
obligati, contradictores, cuiuscunq; status,
vel conditionis existant, atq; præbentes con
tra præmissa consilium, auxilium & fauorẽ,
per censuram ecclesiasticam, & alia iuris re-
media compescendo: nullum tamen ex hoc
priuilegijs, seu exemptionibus eorum præiu
dicium generando, nec se intromittendo, vbi
in exemptis nõ sit negligentia. Et si tales ad
quos spectat prouidere defectibus hospita-
lium, negligunt, & non sint sub iurisdictio-
ne ordinarij, compellet tamen eos authori-
tate dictæ clement. quia contingit. vbi de
omnibus prædictis plenè habetur, iuncta
gloss.

22 QVARTVM †Si verò quæratur, vbi rector
hospitalis sit clericus, & is qui hẽt prouidere
hospitali sit laicus, quõ poterit laicus cõpel-
lere cler. contra c. bene quidem distin. 96. Re
spondet Lap. dici poss. sec. Zenze. quod dictã
compulsionem non faciet per se laicus, sed
per alium: puta episcopum ad instantiã eius,
vnde in d. cle. quia contingit, exponetur ver-
bum compelli facere. Quintum. Et si constet
hospitale ædificatum, sed de epis. authorita-
te non constat, sec. Lap. post Feder. in consil.
105. in dubio præsumitur locus ecclesiasti-
cus, seu religiosus, ex quo vocatur hospitale,
& faciem habet religiosi loci: maximè si de-
nominatur a nomine alicuius sancti, puta ho
spitale S. Petri, vt colligitur extra de priuil.
parentibus. Vnde & Arch. de conse. dist. 1. ne
mo notat, quòd si dubium est, an in constitu-
tione ecclesię interuenerit authoritas episco
pi necne: præsumitur quòd sic ex quo signa
habet ecclesiastici loci: & si non sit episcopi
authoritate constructum, ad episcopum ta-
men spectat, secundum Fed. curare, vt in eo
seruentur illa, ad quæ deputatum est, cum
personæ degentes ibi sint miserabiles, & sub
ecclesiæ protectione esse dicantur. Vnde e-
tiam §. seq.

23 DVODECIMO † quæritur, quid iuris de ho-
spitalibus exemptis, vel religiosorum exem
ptorum? Et dico multa. ¶ Primum. Si hospita
le sit exemptum, & Romano Pontifici imme
diate subiectum, nullum habens ad quẽ eius
correctio, vel reformatio pertineat: recto-
rem eius illa ad quæ teneret facere negligen
tem ordinarius corrigere supplendo non po
terit, secun. Lap. quia d. cle. quia contingit. in
exemptos talem correctionem ordinarijs a-
postolica authoritate concedit, in defectum
eorum, ad quos talis correctio spectat: qui in
nostro casu nulli sunt: & consequenter nul-
lus defectus, vel negligentia suppleri potest:
non obstante, quod habeat superiorem Pa-
pam: quia Papa negligentiam committere
non potest, & si cõmittat, nullus supplere po
test, aut debet: quia ipse aliorum negligen-
tiam supplet, nemo suam. de elect. licet. & 3.
q. 5. aliorum. In non exemptis autem putat
ad episcopum spectare correctionem, etiam
si nullos habeant correctores: vt de reli. dom.
Xenodochijs. Sed contrarium in exemptis,
cum distinctione sentiri forte posset. Nam si
sic sunt exempta, quod post Papã correctio-
nem, nec habeant nec habere possunt, proce
dit dictum Lapi: quia Papa sibi correctio-
nem reseruauit. Si vero correctionem habe-
re possunt, licet nũc casu aliquo non habeãt,
nec statim habitura sint, dictum Lapi proce-
dere non videtur, sed contrarium: quia si or-
dinarius per dictam cle. quia contingit. po-
test authoritate apostolica corrigere corre-
ctores, multo fortius corrigendos, qui quo
ad hoc sunt inferiores, maximè, quia inten-
tio legis ibi non est principaliter, vt corre-
ctores faciant debitum suum, sed vt paupe-
res habeant suum effectum: vnde nullis extã-
tibus correctoribus, stat adhuc ratio, & cau-
sa concedendi talem authoritatem.

24 SECVNDVM †Si hospitale religiosorum a-
postolicæ sedi immediatè subiectorum non
habet alium superiorem, ad quẽ de iure cor-
rectio spectet, & rector eius deficiat in his,
ad quæ tenetur secundum formam sæpe di-
ctæ cle. per ordinarium, sec. Archi. post Lap.
cogi non poterit: nec in tali hospitali Episco
pus vllam suam, vel Apostolicam habet au-
thoritatem, & mouetur: quia dicta exemptio
fuit libera. Vnde si prouisio postea facta de il
lis corrigendis per suos superiores non ven-
dicat sibi locum in illis, non tamen cessat di-
spositio dictæ exemptionis, quia potuit alia
ratio esse. Et licet superiores fuerint causa
impulsiua: tamen illa cessante non cessat di-
spositio. argum. eorum, quæ not. in cap. inter
corporalia. de transl. præla. Ex plurib. etiam
alijs capitibus non poterunt tales religiosi
per episcopum reformari. Vnum, quia ex
quo sunt exempti, & eorum superior nõ est
in culpa, non est locus concessioni factæ or-

dinatio.

dinario, quia fit sub certo modo, & consequenter eo deficiente commissio deficit. Item quia Papa est superior, qui de se non intellexit, & eius negligentiam nemo supplet. Et ita seruari fecit in curia spirituali Florentina, quæ per d. clement. procedebat contra hospitalarium hospitalis Sancti Galli, quod est apostolicæ sedi mediatè subiectum & est religiosorum, qui profitentur regulam B. Augustin. Hæc ex illo. Sed his non obstantibus secundum præmissam distinctionem teneri potest: nec eius motiua contra istud concludunt quicquã, vt patet intuenti.

¶ HOSPITALITAS quomodo conueniat clerico. sup. Clericus. 4. §. 19.

¶ HOSTI fides seruanda est promissa 23. q. 1. noli, & 22. q. 4. Innocens quod limita, vt infra Iuramentum. 4. §. 13.

HVMILITAS est virtus, qua refrenatur animus, ne immoderatè tendat ad alia, secundum S. Thom. 2. 2. quæstio. 161. qua vere humilis nihil audit mirabilius, quam suam excellentiam. 3. quęst. 30. artic. 4. ad primum, quaq; quilibet quantum ad hoc quod suum est, debet se submittere cuilibet quantum ad illud quod in eo Dei est: licet quod est suum vel Dei in se præferri possit ei quod est eius, vel Dei in alio. 2. 2. vbi supra. Humilitati contrariatur tendere in magna supra se ex confidentia propriarum virium, non autem ex confidentia Dei 2. 2. vbi supra. De hoc etiam infra. Superbia & infra. Iactantia.

¶ HYPERDVLIA, vide inf. Latria.

¶ HYPOCRISIS, vide inf. Simulatio.

¶ HYPOTHECA, vide inf. Pignus.

Finis Primæ Partis Summæ Syluestrinæ.



VENETIIS, MDCXI.

Apud Ioan. Guerilium.

ADDITIONES
AD PRIMAM PARTEM
SUMMAE SYLUESTRINAE:

EX SACRO CONCILIO TRIDENTINO,

Et Bullis Summorum Pontificum, necnon Compendijs diuersorum priuilegiorum diligenter decerptæ.


NUMERIS PRAEPOSITIS QUIBUS LOCA insinuantur ad quæ dictæ additiones applicantur.

Cum origine omnium Religionum tam in Italia quàm extra Italiam degentium.

Omnibus regularibus, & sæcularibus ad curam animarum incumbentibus non solum utiles, sed etiam maximè necessariæ.

R. D. LAZARO DE LANCELLOTTIS
PRESB. VERONENSE, DE MANERBIO, AUCTORE.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



VENETIIS, M DC XII.
Apud Ioannem Guerilium.

ABBAS Additio ad numerũ primum, & secũdum. Electio abbatis ex Con. Trid. sess. 25. cap. 6. debet esse secreta: ita vt nomina nunquam publicentur; quod si aliter facta fuerit, statuit irritam esse, & illum, qui se ad hunc effectum creari permiserit, inhabilem ad cætera officia in religione obtinenda: eligendus autẽ debet esse 25. annorum inceptorum, & Sacerdos professus. Monasterium in quo ipse sedẽ ordinariã habet, a iurisdictione Episcoporum liberum est, eadem sess. c. 8.

Additio ad numerum 5. Abbates exercentes pontificalia, possunt omnia benedicere vbi non interuenit vnctio. ex concil. congreg. degradationi loco Episcoporum interesse, ex conc. sess. 13. cap. 4. Monasteria quæ sibi subdita sunt etiam si commẽdata existãt visitare possunt: non potest autem Abbas duobus monasteriis præesse. ex eodem concilio sess. 25.

Additio ad numerum 9. Vsum mobilium etiam ex concil. sessio. vltima de regularibus permittere potest Abbas monachis, ita tamẽ, vt nihil superflui habeant, & nihil etiam quod sit necessarium eisdem denegetur. curare etiã debet, ex eodem ses. 5. cap. 9. vt in monasterijs vbi commode fieri potest lectio Sacræ Scripturę habeatur: quos autem ordines conferre possit, infra, verbo ordo. Vtrum autem possit agere Abbas sine consensu sui conuentus. Col lect. tenet partem affirmatiuam in c. edoceri de rescriptis. Innocentius non vult hanc decisionem habere locum in arduis, sed tu dic etiã in arduis cũ alijs: poterit tamen Capitulũ contradicere. vide Felinum egregiè hanc quæstionem tractantem. Abbas per constitutionẽ Leonis X. vt in Bullario fol. 191. in criminibus etiam notorijs priuari non potest sua Abbatia nisi copia, & facultas permittitur defensionũ. sed quid, venitne Abbas nomine Monachi? in odiosis crediderim non venire.

ABBATISSA. Additio ad numerum 4. 5. Ex decreto sacri Concilij Tridentini in futurum vltra triennium eligi non potest, quo tempore finito, si præesse desinat per triẽnium a die finitæ administrationis, poterit iterum, & pluries eligi: seruata tamen forma eiusdem conc. per constit. Greg. XIII. publicatam die 4. Ianuarijs 1583. quæ incipit: Exposcit debitum Circa autem electionem Abbatissarum, & aliarum præpositarum tria præcipit seruanda. Primo, vt electio fiat per vota secreta, ita vt nomina nunquam publicentur. Secundo, quod minor 40. annis nõ eligatur. Tertio, quod 8. annos post expressam professionem laudabiliter vixerit, quod si his qualitatib. prædita non reperiatur, poterit eligi alia, ex alio eiusdem ordinis Monasterio; vel dispensari cũ ea, quæ annũ excesserit 30. modo 5. annos à die professionis laudabiliter vixerit. tenetur ante mensem Episcopum certiorem facere de tempore professionis Nouitiæ: alioquin quamdiu Episcopo videatur sit suspensa. promouenda in Abbatissam debet esse virgo, regulariter. sic Ioan. And. in Clementina atten. de statu regularium. dispẽsatiue poterit eligi etiam corrupta, ad quem autem pertineat hæc dispensatio, non conueniũt Doctores. alij enim ad Episcopum, alij ad Papam solum deferunt hanc facultatẽ, & tutius. de electione Abbatissæ vide Candelabrum aureum.

ABORTVS. Abortum procurantes, consultantes, & consentientes quocunq; modo, incurrunt pęnas in Const. Sixti V. contentas, quę incipit. Effrenatã: ẽt post moderationẽ Greg. XIV. si fętus erat animatus, vna solũ fit moderatio in partem quo ad absolutionem à peccato, & excommunicationem reseruatam ordinario in foro conscientiæ tantum. Si autem fętus non erat animatus, non solum non remanet amplius pœnæ impositæ ab ipso Sixto priuationis. s. inhabilitatis, degradationis, traditionis curiæ sæculari, sed in totum tollitur Constitutio, & reducitur ad dispositionem Iuris cõmunis, vt c. sicut. el 2. c. si aliquis, de homicidio.

ABSENTIA. Matrimonij absentiam affectatam dissoluere Matrimonium hæreticum est affirmare, ex Conc. Trid sess. 24. can. 5.

ABESSE. Episcopo à sua Ecclesia non licet nisi causis per Papam, vel Metropolitanũ, vel antiquiorem Episcopum suffraganeum approbandis: qui Metropolitani absentiam probare debebit; Curatorum autem absẽtia est approbanda per Episcopum, qui scientiam ipsis curatis discedendi in scriptis, gratisque concedere debet, sed non vltra bimestre tẽpus, nisi grauissimis de causis sess. 23. de reform. c. 1. & sess. 9. c. 1. alij autem Prælati duorum vel ad summũ 3. mensiũ spatio abesse possunt, sess. 24. c. 12.

ABSOLVTIO. Circa absolutionem definiuit Conc. Trid. sess. 14. can. 9. 10 I. Absolutionis formam esse. Ego te absoluo. cæteras autem preces quæ laudabiliter adiunguntur, ad ipsius essentiæ formam nõ spectare. II. Esse actum iudicialem proptereaq; Sacerdotem in eum, quem profert sententiam habere debere auctorita-

tem ordinariã, vel ſubdelegatam. III. Solos Sacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis. vnde temeraria, & hæretica putanda eſt ſententia illorum, qui dicunt etiam laicũ, in mortis articulo poſſit abſoluere. IIII. Declarauit Papa Clem. VIII. abſolutionem Sacramentalem non poſſe dari in vllo prorſus caſu abſenti.

Abſolutio. i. ex quibus etiam, 6. Etſi hoc verum erat ante Conc. Trid. nunc amplius tenendum non eſt: quia cum Epiſcopi poſſint regularibus audientiam confeſſionum prohibere, multo magis poterunt illos ad alia peccata abſoluẽda habilitare, prohibendo eis abſolutionem caſuum ſibi reſeruatorum, & ſi contrarium dicti habilitati facere præſumpſerint, nullius roboris erit abſolutio. ſic declarauit congr. Concil. extat etiam decretum Papæ Clem. VIII.

Abſolutio. 5 Vtrum poſſint, 3. Exempti virtute Priuilegij Gregorij IX. poſſunt ſe in ſuum fauorem ſubijcere ordinarijs. ad hoc etiam facit Priuilegium Eugenij IV. conceſſum Monachis S. Benedicti.

Abſolutio à confeſſoribus Monialium dari non poteſt, ſeruitricibus ipſarum Monialium niſi ſint per ordinem approbati: nam ſuper illas nullam aliam facultatem habent, quam ſuper alias perſonas ſæculares ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 10.

ACCEPTIO. Num. 2. 3. 4. Cæteris paribus in diſtributione beneficiorum præcipue eorum quibus annexa eſt Cura animarum dignũ præponere dignori, eſt peccatum mort. acceptionis perſonarum. ſic Salon 2. 2. quæſt. 63. art. 2. Controu. 1. plura etiam infra verbo beneficiũ.

ACCESSIONES Ad beneficia Iuris Patronatus quando tollendæ vide Con. ſeſſ. 25. de reform. c. 9. vbi declarat etiam acceſſus non concedendos, nec conceſſos extendendos.

ACCIDIA De Accidia, quæ eſt vitium inclinans ad triſtandum de bono ſpirituali diuino quatenus eſt, diuinum in eo qui triſtatur. lege Gregorium in 1. Regum cap. 14. Diuum Thom. 2. 2. quæſt. 35. art. 1. Nauar. c. 23. nu. 124.

* ACTVS Humanus bonus factus à peccatore extra gratiam Dei, prodeſt ad implenda præcepta, & ad excuſandum à nouo peccato ita Nauarrus præludio 9. num. 3. & præludio 6. & cap. 27. nume. 262.

ACCVSATIO. 6. Officiarius accuſatus de crimine commiſſo circa officium, pendente accuſatione, ſiue inquiſitione non debet ab officio ſuſpendi, niſi propter criminis enormitatẽ, vel ſcandalum: licet quoad Prælatos ſecus iudicandum, ſit cũ accuſantur de crimine Simoniæ. pro hac ſententia facit Fely. in 1. cap. Omnipotens vbi dicit quod Notarius accuſatus de falſo poteſt conficere inſtrumentum. ſic etiam Ioannes Andr. in c. de accuſ. lib. 6. De accuſatione, & peccatis accuſatoris vide Nauarrum cap. 17. nume. 14. vſque ad n. 31. falſi accuſatoris, aut teſtis vera crimina quę probari poſſunt deferri poſſunt ad ſuam defenſionem. vide Sotum, lib. 5. de iuſt. & iur. q. 7. art. 3.

* ADAM. De Adami tranſgreſſione ſtatuit hæc Conc. Trid. ſeſſ. 5. decreto de peccato originali. Primo ſi quis non confitetur primum hominem Adam cum mãdatum Dei in Paradiſo fuiſſet trangreſſus, ſtatim ſanctitatem, & iuſtitiam in qua conſtitutus fuerat, amiſiſſe, incurriſſeq; per offenſam præuaricationis huiuſmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem quã antea illi comminatus fuerat Deus; & cũ morte captiuitatem ſub eius poteſtatem: qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt Diaboli totumq; Adam per illam præuaricationis offenſam ſecundum corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe: anathema ſit.

* Secundo ſtatuit præuaricationem nõ ſibi ſoli tãtum, ſed etiam toti eius propagini nocuiſſe.

* Tertio ſtatuit quod ſi quis, peccatum quod origine vnum eſt, & propagatione non imitatione transfuſum omnibus. i. vnicuique proprium, aſſerit tolli poſſe quã per meritum Domini N. I. Chriſti: anathema ſit.

ADIVRATIO. non licet adiurare Dæmones niſi per modum coactionis obſtringendo eos, eccleſiaſticis exorciſmis. petere autem ſignum quo in cognitionem venias, quo vadat, vel vnde veniat, vel quod non ſit amplius hominem vexaturus, putat Sotus eſſe peccatum mortale, cum ſit pater mendacij, ſaltem dicendum, eſſe grauiſſimum veniale.

ADMINISTRATIO. 6. Adminiſtratores tam laici, quàm eccleſiaſtici fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ etiam Cathedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, eleemoſinę montis pietatis, & deniq. quorumcunque piorum locorum, tenentur reddere rationem ſingulis annis ſuę adminiſtrationis ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 9. Adminiſtratores aũt bonorum Epiſcoporum reddẽt rationem ei ad quẽ Epiſcopatus, pertinebit ex eod. ſeſſ. 24. c. 16.

ADVLATIO. Quæ videtur eſſe vitium inclinans ad laudandum inordinate verbo aliquem de eo, quo non eſt laudandus, vel plus quàm nõ eſt laudandus, eſt peccatum mortale, quando laudatur cum notabili irreuerentia, aut ſcandalo proximi, aut notabili eius damno.

ADVLTERIVM. Quod eſt habere copulam,

cum coniuge alterius dirimere matrimoniũ hæreticum eſt affirmare, ex Concil. Trid. Seſſ. 24. can. 8. Si quis dixerit. Statuit etiã idem Cõc. eadem ſeſſ. c. 7. de reformatione. Adulteros, & concubinarios, ſi ter admoniti concubinas non eiecerint, ſeſeque ab eorum conſuetudine ſeparauerint, excommunicandos eſſe, nec abſoluendos donec re ipſa admonitioni paruerint. Adulterum occultum poſſe petere debitum alij aiũt, alij negãt. crediderim poſſe: quia nõ amiſit ius in foro conſcientię. cũ ſponſa de futuro non eſt adulterium, ex Couar.

ADVOCATVS. Additio ad numerũ quintum, §. quando autem. Ancipitem cauſam in re graui, honoris, aut vitæ tueri non poteſt ex Soto lib. 5. de Iuſt. & Iure, §. 16. art. 3. concl. 2. ſed in re parum graui expreſſa clientis cauſa imbecillitate poteſt ſine mendacijs.

Additio ad num. 16. Aduocatus qui propter negligentiam in ſtudendo litem perdit, peccat mortaliter, & ſi hac de cauſa præcipue litem amiſit, tenetur reſtituere.

ÆTAS Additio ad nu. 21. Profeſſio regularium tam virorum, quam mulierum in quacũque religione approbata nunc ſecundum Ius nouum Concil. Trid. fieri non debet ante 16. annum; ætas autem quantum ad ordines ſuſcipiendos quænam requiratur ſtatutum eſt per idem Conc. In ordine ergo ſubdiaconatus requiritur ætas 22. annorum. in Diaconatu 23. & in presbyteratu 25. intellige tamen etiam ſecundum ius nouum inceptorum; vnde per Ius Concilij corrigitur vetus citatum hic à Sylueſtro. Ad dignitates quaſcunq; quibus cura animarum incumbit nemo promoueri poteſt niſi qui ſaltẽ annũ ætatis ſuæ attigerit 25. Seſſ. 24. cap. cum dignitates. Ad dignitatẽ autem non habentem curam animarũ requiritur ætas annorum 22. Ad Canonicatum ætas ſufficiens, vt intra tempus requiſitum poſſit ordinari ordine ab illo Canonicatu requiſito.

AFFINITAS fornicatione contracta, non impedit, & dirimit niſi in primo, & ſecundo gradu per Concil. Trid.* Seſſ. 14. c. 4. In vlterioribus verò gradibus poteſt liberè contrahi matrimonium per declarationm Pij V.

ALIENATIO. Additio ad num. 2. per Extrauagãtẽ Pauli II. prohibetur omnis modus alienandi etiam in caſu licito, ſeruatis etiã ſolemnitatibus de iure requiſitis inconſulto Romano Pontif. præter tres caſus poſitos, & conceſſos ab eadem Paulina. Primùs eſt locationis, & cõductionis per triennium. Secundus eſt Emphyteuſis habentis tres conditiones, ſcilicet in caſibus à iure permiſſis, & de bonis ſolitis ab antiquo dari in Emphyteuſim, & cum euidenti Eccleſiæ vtilitate. Tertiùs eſt alienationis fructuum, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, ſecundum tutiorem ſenſum. Caiet. in verbo, Excommunicatio, c. 75. obtenta autem licentia a Rom. Pont. alienandi res Eccleſiæ, non requiruntur aliæ ſolemnitates, quia Papa dicitur eſſe dominus, & diſpenſator bonorum Eccleſiæ, & ob id poteſt ad libitum de eis diſponere & ſtatuere. Vnde ſi ſtatuat aliquid in detrimentum bonorum patrimonialium caſtellæ, obediendum eſt: & contrarium dicere ſapit hæreſim Anglicanam, ex Nauarro cap. 27. nu. 263. ſolemnitas etiam iuris non requiritur in rebus modicis, nec in ijs quæ religioſi detinere non poſſunt. Vnde mendicantes quibus non licet bona immobilia etiam in cõmuni poſſidere, poſſunt ea vendere quæ ſibi aliquo teſtamento relicta, vel donata ſunt. De Alienatione, vide plura in Summa Bullarij, Verbo, Alienatio.

ALIMENTVM. Pater non tenetur filio petenti alimenta pręſtare lite pendẽte, per Cyn. in l. 3. C. de alen. liberis, nec etiam maritus vxori, niſi eſſent in quaſi poſeſſione filiationis, vel vxorationis, vel niſi haberent aliunde ſe alerent. Sic videtur voluiſſe Bart. in l. ſi quis, §. ſi vel parens, & in l. finali, C. de alend. liberis, & l. Diuus, de Parricid. tractatu aliment. verſic. quæro ex quibus, & d. l. Si quis ex, ff. de libe. agnoſc. §. ſi quis. ego credo quod quibus de cauſis poteſt illum exhæredare, poterit etiam negare ei alimenta. *Pęnam autem pro delicto filij non tenetur pater ſoluere neque de legitima, neq. de alimentis. De puerorũ alimẽtis q. in ſeminario ad optimam vitæ rationẽ informantur, infra, verbo, Decimæ, & Seminariũ.

ALTARE. Quod celebretur ſine altari ab Epiſcopo conſecrato, nõ diſpenſat in hoc Epiſcopus, nec Papa diſpenſauit quod notum ſit. Ieſuitæ pro diſſitis Americis Prouincijs concedente Summo Pontifice altaria conſecrant, ſic Suuarz To. 3. d. 81. Sect. 6. de Altari nunc obſeruandum eſt decretum Conc. Trident. Seſſ. 22. vbi præcipit Epiſcopis, ne patiãtur priuatis in domibus, atq. omninò extra Eccleſiam à ſecularibus, aut regularibus, non obſtantibus quibuſcunque celebrationẽ miſſarũ fieri, ſed ſolũ in Oratorijs ad Diuinũ cultũ dedicatis, & ab eiſdem Ordinarijs deſignandis, & viſitandis.

* ANGELVS. Rudes credentes Angelos eſſe corporeos, regulariter excuſantur à pertinacia, & à culpa, Nauar. præludio primo, nu. 15. De Angelis Doctores communiter, in 2. Sent.

vide

vide Mol. in primam partem D. Thomæ.

*ANIMA rationalis eſt ſubſtãtia per ſe ſubſiſtens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, cum infunditur corpori. Circa Animam de fide hæc tenenda. Primò, eſſe immortalem; Secundò, eſſe veram formam ſubſtantialem corporis. Tertiò, tunc ſolum creari, cũ infunditur corpori; Quartò, vnam tantũ eſſe animam in homine. In hoc titulo de Anima, placet addere ea quæ Conc. Trid. definiuit circa liberum arbitriũ, Seſſ. 6. Can. 1. & c. I. Si quis dixerit hominem ſuis operibus, quæ per legis doctrinã fiunt abſque Diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo: anathema ſit. II. Si quis dixerit, ad hoc ſolum Diuinam gratiam per Ieſum Chriſtum dari, vt facilius homo iuſtè viuere, ac vitam ęternã promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrũque, ſed egre tamen, & difficulter poſſit: anathema ſit. III. Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atq; eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pęnitere poſſe ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur: anathema ſit. IV. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atq. vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſit diſſentire ſi velit, ſed veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, mereq. paſſiuè ſe habere: anathema ſit. V. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum admiſſum, & extinctum eſſe, aut rem eſſe de ſolo titulo immò titulum ſine re, figmentum denique à Satana inuentum in Eccleſia: anathema ſit. VI. Si quis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, ſed mala opera, ita vt bona Deum operari non permiſſiuè ſolum, ſed etiã propriè, & per ſe, adeo vt ſit proprium eius opus, non minus proditio Iudæ quam vocatio Pauli: anathema ſit. Poſſumus quidem nos mala facere per noſtrum ſolum liberum arbitriũ, bona verò quę ſufficiant ad vitam æternã, non poſſumus ſine gratia Dei, immò ad perſtandũ in gratia iam acquiſita, & perſeuerandũ in ea vſque ad finem, egemus ſpeciali auxilio Dei, & contrariũ aſſerrere eſt hæreticum, ex Cõc. Trid. Seſſ. 6. Can. 13. & 22.

*AMBITIO. Pius IV. Edidit Conſtitutionẽ contra Nuncios Apoſtolicos mendicantes fauores à Principibus, aut impetrantes litteras cõmendatitias ad obtinendas dignitates à Romano Pont. pro ſe, vel ſuis conſanguineis.

APOSTATA. Additio ad nu. 12. Bona acquiſita in Apoſtaſia ſunt Camerę, per Conſtitutionẽ Greg. XIII. quare reuocatæ ſunt conceſſiones Pauli, & Pij IV. cõcedentiũ vt eſſent Monaſterij. De Apoſtatis extat ẽt Decretũ Conc. Trid. Seſſ. 25. c. quicũq. vbi habetur, quod Apoſtata nullo priuilegio ſuæ Religionis iuuetur. Cõſtitutio Pauli IV. cõtra Apoſtatas reuocata eſt per Conſtitutionẽ Pij IV. & reducta eſt ad diſpoſitionem iuris communis.

APPELLATIO. Quibus in caſibus appellatio ſit admittenda, & inhibenda, definiuit Cõc. Seſſ. 24. c. 20. Primò, à definitiua; Secundò, ab habente vim definitiuæ; Tertiò, à grauamine quod per appellationẽ à definitiua nõ poteſt; Quartò, quãdo ab ipſa definitiua appellari nõ poteſt. declarat hos terminos Oldrad. cõſ. 20. in caſibus in quibus expreſsè ſuſtulit Conciliũ appellationẽ, extat declaratio Congreg. Cõc. ſublatã intelligi quo ad effectũ deuolutiuũ, nõ aũt ſuſpẽſiuũ. Ex Decretis eiuſdẽ Cõc. habes, quod appellatio nõ ſuſpendit executionẽ Decretorũ in cauſa reſidẽtiæ, Seſſ. 23. de reform. c. 1. Itẽ ſi de viſitatione, aut morũ corectione agatur, exequutio nõ impeditur aut ſuſpenditur per appellationẽ, Seſſ. 14. c. 10. niſi de grauamine irreparabili agatur, tũc enim appellationi locus erit, etiã quoad effectũ ſuſpenſiuũ, vt extat declaratio. Appellatio præterea non impedit, aut ſuſpendit, quo minus relatio examinatorũ circa examinatos per cõcurſum exequtionẽ habeat, Seſſ. 24. c. 18. ſed quid contra prædictos caſus poterit ne appellari? Reſpondeo non poſſe, neq. tenetur Iudex deferre appellationi, ex decretis eiuſdẽ Cõc. prædicti. Caſus appellandi ſeruari ẽt debent, licet is à quo appellatur, non ſit Ep̃s habens Iuriſdõnẽ ordinariã. Sic declarauit Sacra Congregatio. Si dicti termini à Conc. præſcripti, non fuerint ſeruati, Iudex poteſt ad vlteriora procedere, non obediendo. De hac materia appellationum, ad tollendas oẽs ambiguitates & cõtrouerſias Iuriſdictionales, edidit Sacra Cõgregatio de mandato Papæ Clem. VIII. Decretũ; Vide illud in Sũma Bullarij, verbo, Archiepiſcopus. fol. 68.

ARCHIDIACONVS Additio ad n. 1. Dicitur oculus ep̃i, debet eſſe magiſter, ſue Licẽtiatus in Theologia, vel iure Can. Nec ſufficit in Medicina vel iure Ciuili, ex Cõc. Tri. Seſſ. 24. c. 14.

Additio ad n. 7. Vbi viſitationẽ legitimè exercere cõſueuerat, debet aſſũpto Notario de cõſẽſu Ep̃i deinceps per ſe ipſũ tm̃ ibidẽ viſitare. Cauſarũ autẽ Matrimonialiũ, & criminaliũ cognitio, omnino illi interdicitur. Seſſ. 25. c. 20.

AR-

ARCHIEPISCOPVS. Additio nu.2.hodie attendenda est Constitutio Pij V. super recitatione Romani Breuiarij, quę habetur in principio eiusdem Breuiarij,& in Bullario,f.1013. & altera Cõstitutio eiusdem Pij de Missali Romano ex Decreto Conc.Trid.Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium episcoporũ suæ prouinciæ, in causis ciuilibus,nam in criminalibus, & hæresis causis iudex est summus Pontifex tantum, ex Conc.Trident. sess.24.cap.5. vnde poterit Episcopum suspendere,interdicere, & excommunicare, c.2.§. fin.de offic.ord. in 6.c.venerabili, & ibi Doctores,potest præterea absque legitima causa episcopo non residente,applicare fructus fabricæ ecclesiæ,aut pauperibus loci,& crescente contumacia denunciare summo Pontifici iuxta decretum Conc.Trid.

Additio ad nu.10.Hodie ex Conc.Trid. sess. 24. de refor.cap.3. non potest visitare Diœceses suffraganeorum,nisi causa cognita,& probata in Conc.Prouin. & tunc visitando habebit easdem facultates quas ante Cõc.habebat. An autem Archiepiscopus possit excommunicari a Conc. Prouin. non conueniunt Doctores. Nauarus consilio 7.de offi.ord.tenet posse.alij probabilius fortasse tenent non posse excommunicari, quia sic superior excommunicaretur ab inferiori. ad Archiepiscopum ab Episcopo potest appellari nedum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, sic Host. in c. Rom. In princincip. citra autem appellationem non potest regulariter in subditos episcopi aliquid definire. sic Abbas in c.sollicitudinem, nu.5.de appellationibus.

ARCHIPRESBYTER Ecclesiæ Cathedralis potest audire omnes totius episcopatus confessiones, & sibi etiam vicarium constituere, non tamen absoluere sine licentia à casibus reseruatis, vt tenet etiam auctor hic.nõ potest autem interuenire in contrahendo matrimonium, sed debet esse proprius Parochus ex Conc. Trid. sess.24.

* ARCHIVVS dicitur locus in quo reponuntur scripturæ publ. quem armarium librorum appellat Glossa in Clem. vnica, in ver.Archiuis, de iureiuran. Archiuum tenentur facere Prælati in suis Diœcesibus, & administratores Ecclesiarum,ex constit.Sixti V. publicata Romæ die 8.Iunii 1587.unde per hanc Constitutionem terminatur quæstio disputata per Abbat.in sua q.3.dub 4. sub nu.16. an scilicet eps seu prælatus teneatur facere Archiuũ public. seu repertoriũ,& inuentariũ rerum Ecclesiæ.

* ARRHA.Discedere inuito venditore a contractu iam facto post datam Arrham, amittitur ipsa arrha : si venditor autem discedit tenetur reddere arrham, & tantumdem de suis bonis reddere.

ARS.Additio ad n.2.Licet exercere artes mechanicas, quarum vsus indifferẽs est,quamuis pluries illis etiam abutantur homines ex Nauar. c.23. nu.47.

Articulus mortis qui dicitur in quo communiter omnes moriuntur, in eo quilibet sacerdos potest pænitentes a quibuslibet peccatis & censuris absoluere, ex Conc.Triden. sess.14. cap.2. Nauarrus c.16. num.272. putat hæreticos sacerdotes non habere hanc auctoritatem.contrarium putat auctor Candelabri aurei;cui sententiæ facile adhæreo dummodo sacerdos ille hæreticus recte sit ordinatus, & nullum sit ægroto impuræ labis periculum. qui in articulo mortis vsus est indulgẽtia per bullã sibi cõcessam,non põt ea vti in alia infirmitate nisi id explicet Bulla,ita Nau.c.26.n.3.

ASTROLOGI dicuntur qui in astris vaticinantur.Cõtra exercentes astrologiæ iudiciariæ artem , & alia quæcunque diuinationum genera, librosq; de huiusmodi materia legentes, aut tenentes extat constitutio Sixti V.

ATTRITIO idest dolor imperfectus de peccatis sufficit cum sacramento pænitentiæ ad gratiam impetrandã. Grauissima versatur quęstio inter Doctores an attritio quæ concipitur propter timorem inferni,& fœditatem peccati,sufficiens sit ad remissionem peccatorum cum sacramento pænitentiæ. Ego crediderim sufficere propter verba Conc. Trid. licet auctor Candelabri aurei ex iisdem verbis contrariam putet colligi sententiam , afferam verba Conc.ex sess.14.c.4.tu ipse diiudicabis. Attritio quæ vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ,& pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccati excludat cum spe veniæ,non solum facit hominem hipocritam, & magis peccatorem, verũetiam donum Dei est, & Spiritus sancti impulsus,non adhuc quidem inhabitantis, sed tãtum mouentis, quo penitus adiutus, viam sibi ad iustitiam parat,& quamuis sine sacramento pænitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit.

AVARITIA est vitium inclinans ad inordinatum pecuniæ appetitum: nolenti sibi prouidere, ex auaritia nõ tenetur alij prouidere, non

non enim indiget. remedium cōtra auaritiam optimum erit, si versabitur cum liberalibus, si considerabit vitæ breuitatem, multum etiam adiuuabit cogitare cupiditatem esse radicem omnium malorum. vide D. Chrysos. uarijs homi. in epistolas Pauli.

* BANNITI. Contra bannitos & eorum fautores extant nonnullæ Bullæ Gregorij XIII. & Sixti V. in regno Neapolitani super quibus extat cons. Nauar. de sententia excom. in antiquis, vbi tenet, non incurrere eos qui dictos bannitos quo ad uictum adiuuant in extrema necessitate faciēdo eleemosynā, vel aliquod opus de genere suo bonum, ad finem eos conuertendi; nec incurrunt etiam illi qui per ignorantiam receptant in foro interiori; quia in foro exteriori non præsumitur ignorantia quando publicum est, & notorium illos esse bannitos. Item non incurrunt ecclesiastici si coacte illos recipiunt animo exhibēdi, & presentandi curiæ. necesse est autem habeant hanc intentionem tempore refectionis, nam ex post facto non sufficeret.

BAPTIMVS de Baptismo determinauit sequentia Conc. Trid. sess. 7. cap. 14. I. Damnati dicentem baptismum Ioannis fuisse tantæ virtutis sicut baptismus Christi. II. Aquam naturalem non esse necessariam. III. Ecclesiam non docere veram doctrinam de baptismo. IIII. Non valere Baptismum administratum per infidelem etiam cum intentione faciendi quod facit ecclesia. V. Non esse ad salutem necessarium; vel baptizatum non posse amittere gratiam si vult credere, vel non obligari ad aliam legem præterquam credendi. VI. Per baptismum tolli vota post eum emissa. VII. Per memoriam eius condonari vel peccata post eum admissa fieri uenialia, vel apostatam baptizatum esse rebaptizandum si reuertatur ad fidem, vel neminem baptizādum ante ętatem in qua Christus baptizatus est, vel pueros non esse baptizandos, vel postquam adoleuerint esse rebaptizandos.

Baptismus. I. Additio ad num. 3. circa baptismum Græcorū nota quod Clem. VIII. prohibuit ne presbyteri Græci baptizatos Chrismate in fronte consignent. & ideo ab ipsis in ordine baptismi apud Eulogium prætermitti debent quæ sequuntur post illa verba *κγὶ μετά την ἐυχλω*. &c. vsque ibi *ἐιτά ποιει οἰερευς σχῆμα κυκλου*. vnde cū nihil aliud dixerit, dicendum est vt etiam communiter tenere illos vere baptizare.

Baptismus I. Additio ad num. 6. ex Concil. oritur quædam cognatio spiritalis inter baptizatum, & baptizātem, baptizatiq; patrem, & matrem, & inter patrinum, & baptizatum, eiusq; patrem, & matrem. vide præclara in Cathechismo Romano titulo de baptismo.

Baptismus. V. Additio ad n. 5. si plures susceptores quam duo adsint, & nullus designetur Sanch. lib. 2. q. 87. Suarez putat, & probabiliter fortasse a nullo contrahi contra Nauar.

Quilibet Clericus baptizans solemni ritu extra necessitatem fit irregularis ex Soto, & Nauaro. de Diacono tamen non probat Suar. cum Gloss.

BELLVM. Adde ad materiam de bello ex Mol. dist. 3. quod in bello quāuis non liceat mētiri, insidiis tamen uti licet, & cōsilia tegere ad hostes decipiendos; hosti tamen omnino seruanda est fides: in die festo ita re postulante pugnare licitum est.

BENEDICTIO Additio ad n. 2. Nulli episcopo ex Conc. Trid. decreto licet Pontificalia exercere in alterius Diœcesi, nisi de ordinarij expressa licentia.

Beneficium I. Additio ad nu. 4. omnia beneficia ecclesiastica quocunque nomine appellentur, sunt iura spiritualia: vnde nullus habet ius super his, nisi Papa vel qui auctoritatem habet a Papa, & hoc esse de fide docet Nauarr. c. 27. num. 13.

BENEFICIVM. III. Additio ad n. 2. 3. ante 14. annum inceptum nullus potest beneficium obtinere, nec pensionem nisi in fundatione beneficij aliter fuisset cautum ex Conc. Trid. congreg. ad dignitatem autem, & personatum requiruntur 22. incepti ex eodem Conc. Collatio autem beneficii aut iurisdictionis ecclesiasticæ non habenti primam tonsuram nulla est.

Additio ad n. 5. q. 10 queritur: episcopus ante Conc. poterat dispēsare per septenniū causa studij, sed post Conc. non est in vsu dispensare cum eo qui obtinuit beneficium Curatum. sic congreg. Conc.

Additio ad num. 10. Filius sacerdotis non potest habere beneficium in ea Ecclesia in qua pater habet, aut habuit, nec pensionem super patris beneficia, per Conc. Trid. nec legitimus potest habere beneficium quod pater habuit.

Additio ad n. 17. nō displicet hac in re sent. Caiet. verbo Benef. & Nauar. c. 23. nu. 13. non semper illicitum esse appetere beneficium & etiam sibi procurare etiam si sit curatum.

Benef. 4. Additio ad n. 1. 2. 3. circa pluralitatem beneficiorum statuit Conc. Trid. sess. 3. c. 2. nemini licere plures metropolitanas seu cathe-

thedrales Ecclesias obtinere in titulum,seu cõ mendam: quod si de cætero plura curata beneficia, aut alia incompatibilia Ecclesiastica, siue per viam vnionis, seu commendæ perpetuæ,aut alio quocũque nomine retinere præsumpserit, beneficijs ipsis iuxta ipsius Cõstitutionis dispositionẽ,ipso iure priuatus existat.

Additio ad nu.4. Non ausim factum Papæ, & Sedis tantæ auctoritatis condemnare. Quare crediderim, confessarium posse acquiescere, absolutionemq; impertiri ei, qui putat se recte cum dispensatione Papę duo beneficia possidere, etiam si curata existant: tamen, si quis me consulat, mea sententia, non modo duo Curata, sed nec duo simplicia habebit, si vnum sit sufficiens.

* Prouisus de beneficio, tenetur emittere professionem coram episcopo ex Conc. Triden. Sess.24 de Refor. c.12. alioquin non faciet fructus suos, nec illi quoad fructus potest suffragari possessio triennalis, ex Conc. Trid. intellige tamen de fructibus præbendarum, non distributionum. Canonici autem tenentur facere professionem, etiam coram Capitulo. Resignans beneficium ad fauorem, satis est, vt dignum eligat, ex Caiet. verbo, Beneficium. Arrag. q. 63.art.2. in 2.2.ex communi, col.12. Resignationes per motum Pij V. non possunt admitti nisi a solo Papa.

Blasphemia. Additio ad nu.3. Putat Bannes, interdum explicandam esse speciem blasphemiæ propter sceleris grauitatem.

Additio ad nu.5. Contra Clericos blasphemos, extat Const. Pij V. priuans eos pro prima vice fructibus beneficij vnius anni; pro secunda vice priuat beneficijs; pro tertia mandat deponi, & omnibus dignitatibus exui, & in exilium mitti. quod si non habuerint beneficium, iubet plecti pro prima vice pęna pecuniaria; pro secunda carceribus mancipari; pro tertia, verbaliter degradari, & ad triremes mitti. Nota tamen, quod verba illa Bullæ pro prima vice, interpretanda sunt, pro prima vice punitionis, & non blasphemiæ: etiam si clericus fuerit pro illa prima vice inquisitus, quod pluries blasphemasset: quia Bulla videtur habere respectum ad correctionem clericorum. Ad quod facit text. in c.graue, de præbend. Vide Diaz in pract.crim.c.110.in Verbo blasphemia. Boer.decis.36. num.9.10.15. Iul. Clar. in prac.Crim.§.blasphemia. Lopez, in Additionibus ad Diaz, loco cit. Si quis calore iracundiæ pluries vno instante blasphemet, præsumitur quod semel tantum blasphemauit. sic Menoch. de præsumpt.lib.5. præsumpt.2.nu.27.

Inquisitores hæreticæ prauitatis per statutum Greg. XIII. publicatum Romæ die 10. Iunij 1581. possunt in Hebræos blasphemantes animaduertere.

Bona ecclesiae vsurpãtes sunt excommunicati, & absolutio est reseruata Papæ, ex Conc. Triden. de Reform. Sess.22.c.11. Hodie est in Bulla Cenæ Domini. Ad hanc excommunicationem autem incurrendam, requiruntur quinque conditiones, ex Caiet. Verbo, Excommunicatio, c.27. quoniã verò ille dicitur vsurpare, qui sibi vendicat id quod ad eum non pertinet; Qui aũt vt recuperet suum, beneficij fructus capit, non dicitur incurrisse hanc excommunicationem, ex Nauar. consil. 34. de sent. excommunicationis. De bonis naufragantium, vide verbum, Naufragium.

Bvlla. Si in aliqua Bulla detur facultas eligendi sibi Confessarium approbatũ ab Episcopo, sufficiet religiosis quod sit approbatus a suo Prælato, ad audiendas fratrum confessiones. De iure communi religiosus non potest confiteri alteri quã suo Prælato, vel cui à suo Prælato fuerit cõmissum; Cui tamen iuri cõmuni derogatum est per Decretum Clemen. VIII. vbi habetur, quod non liceat superioribus regularium, audire confessiones subditorum, nisi peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet motu proprio & sponte petierint. Non poterit autem confiteri Confessori extra suum ordinem, nisi à suo Prælato licentiam expressam non præsumptam habuerit, vt colligitur ex Conc. Lateranen. etiam si sit approbatus: quia quantum ad hoc, super religiosos auctoritatem non habet, intellige tamen, nisi occurrat aliquis casus necessitatis. Greg. XIII. Sixtus V. Clemens VIII. vt omnes tollerent ambiguitates, explicarunt clausulam illam de eligendo sibi confessarium, & aiunt, quod possint sibi eligere confessarium alterius ordinis, & etiam sæcularem.

Calix. Additio ad nu.2. Calicem cuius pes à cyatho separatur, non perdere consecrationem, tenet Suar. T.5. dist.in.81. sect.7.col.4. Calicem in quo Christus instituit sanctissimũ mysterium corporis sui, volunt nonnulli fuisse ex lapide Agathe. Baron. in suis Annalibus scribit ex Beda, fuisse argenteum.

Camaldvlensivm Congregat. fuit institutor Beatus Romualdus, anno salutis nostræ 904. Cœpit hoc nomen ex Conuentu ædificatio Camaldoli, in agro Ciuitatis Aretij, Prouin. Tusciæ.

CAM.

Cambivm. Cambia sua damnauit Pius V. per Extrauagantem editam anno 1571. huius declarationē vide apud Nauar. cap. 27. n. 158. Cambium autem quod dicitur, Colla ricorsa, fuit approbatū ab eodem Pio V. in Bulla quadam ad Bononienses, de Cambijs, vide Diuum Antoninum parte 2. to. 1. c. 7. Rodriquez parte 2. Molinam, Nauar. cap. 17. varijs numeris.

Canonica portio. Additio ad nu. 3. Conc. Trid. Sess. 24. c. 12. statuit, vt nullus portionem recipiat, nisi qui eo ordine sacro sit initiatus, quē dignitas aut præbenda requirit; aut in tali ætate, vt infra tēpus à iure & à Sacra Synodo statutum ordinari possit. De 4. portione funeralium adest tractatus R. P...

Canonicvs. De Canonicis paucissima au ctor. Vnde addo huic materiæ quod canonicus qui tempore quo cantatur vna hora in choro Missam celebrat, vel ex deuotione vel ex obligatione, non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest; si fuerit autem iussum ei à superiore vt celebraret, tūc recipiet; sed superior cauere debebit à tali iussione. Nec possunt in conscientia accipere illas qui non psalmisant: nam ait Conc. Trid. vt per se, non per alios sua obeant officia in choro, psalmis, hymnis, canticisq; Dei nomen reuerenter laudent. Sic declarauit congregatio. Nec recipient Canonici associantes Prælatum volentem audire missam extra cathedralem, Sic declarauit Sacra Congreg. vt refert Hieronymus Gonzalez.

* Canonicus iniuste ob criminis suspitionē in carcerem cōiectus, quotidianas recipiet distributiones, immo debentur ei omnia quæ illi contigissent, dummodo tamen illi Canonicus ante incarcerationem consuerat frequens esse in choro, & corporaliter inseruire.

*Canonici ab Episcopo corrigi possunt, ex Conc. Trid. Sess. 6. c. 10. Quando verò, & quomodo, vide Sess. 25. c. 6. de Reform.

Canonicis vltra tres menses non licet abesse, alioquin punientur statuta pęna ab eodem Concilio. Canonicorum consilio vti debet Episcopus ad ea instituenda quæ ad Seminarium spectant, ex eodem Conc. Sess. 24. c. 18.

* Nullus Canonicus vocem habet in Capitulo, nisi saltem ordine Subdiaconatus sit insignitus, ex eodem Conc. Sess. 22. c. 14. de Reform. Fidei professionem etiam coram Capitulo facere tenentur.

* Canonicorum saltem dimidia pars debet esse presbyterorum, cæteri autem seu Diaconi vel Subdiaconi; Quod si laudabilis consuetudo sit, vt sint plures presbyteri, omninò iubet obseruari. Dignitates autem in Cathedralibus, aut Collegiatis insignibus tantum magistris vel Doctoribus, aut etiam Licētiatis in Theologia vel iure Canonico cōferēdæ sunt.

* Canonici. Regulares hodie beneficia curata in perpetuum nec ad tempus habere possunt, sine dispēsatione Apostolica. Sic in praxi obseruari docet Gonzalez, referens declaratum a S. Congreg.

* Canonici Regulares. S. Saluat. sic sunt dicti, ex quadā Canonica Sancti Saluatoris Bononiæ, ad quam se trastulerunt. Initium autē habuerūt ex quadam canonica vocata sancta Maria in Reno apud flumen Renū ad duo milliaria prope Ciuitatem Bononiæ, vbi vixerūt secundum Regulam Beati Augustini 214. annos. Deuastata deinde illa Canonica a militibus cuiusdam Ioannis Vicecomitis, Bononiam se transtulerunt, nomenque suum retinuerunt ex alia Canonica S. Saluatoris.

* Canonicos regulares dictos Lateranenses ab Apostolis volunt ducere suam originē: sed postmodum fuit talis congregatio B. August. regulariter ordinata.

Capitvla exempta in Concil. Sess. 6. c. 3. toties, quoties opus fuerit sunt visitanda, & corrigenda ab Episcopis iuxta præscriptum Concilij Tridentini Sessione vigesimaquinta, cap. 6.

Capitulum. Additio ad num. 4. Capitulum non succedit Episcopo in collatione beneficiorum secundum declarationem congreg. Conc. Nauarr. ait succedere si collatio communiter ad ipsum, & Episcopum pertinebat; non autem si pertinebat ad Episcopum cum capituli consensu, aut consilio. Capitulum nō dat dimissorias sede vacante, nisi post annum, ex Conc. Trid. Sess. 7. c. 10. de refor. Dispēsare vero potest cum illegitimo ad ordines minores, & ad simplex beneficium.

* Cappucini exierunt ex fratribus de obseruantia anno 1525. tempore Clementis VII. Reformatio illorum originem traxit à quodā fratre Matthęo, de Boschi, & à fratre Lodouico Tenaglia: qui duo fratres petierunt licentiam portandi habitum cum cappucio, ex quo Cappucini sunt vocati. Quem habitum ferūt portasse Diuum Franciscum. & dicentes illū non fuisse habitum verum sancti Francisci excommunicantur à Paulo V. quem Deus pro sua benignitate diu saluum, incolumemque conseruet. Ex Conc. Trid. nihil illis possidere licet.

CARCER. Additio ad nu.6. si adsit Parochus cum duobus testibus erit efficax Matrimoniũ contractum ab incarcerato: alioquin per decreta concilij nullum erit.

CARDINALES ex Cõc. Trid. Sess. 24. can. 1. hi eligendi sunt ex omnibus Christianitatis nationibus a S.D.P. qui optimi, vt cum eorũ consilio Ecclesia Catholica rectè regatur, & gubernetur. Hi si sint Epi, intra tres menses consecrationis munus recipere debent, resídereq; in sua Ecclesia, ex Conc. Trid. Sess. 23. c. 2.

*CARMELITAE. Secundum nonnullos ab Elia originem trahunt, secundum alios à Ioanne Baptista dicti sunt Carmelitæ a Monasterio ædificato in honorẽ beatæ Mariæ semper Virginis in Mõte Carmelo. In ea institutione perseuerauerunt vsque ad annum a Virginis partu 412. quo tempore Ioannes quidã Patriarcha Hierosolimytanus quandam regulam obseruandam præscripsit anno circiter 1010. Aliam regulam eis dedit Albertus quidã Hierosolimytanus. Hic ordo sub hac regula fuit confirmatus ab Honorio III. Eugenius IV. eis licentiam dedit carnẽ comedendi, cum antea esset eis prohibita. Postremo frater quidam Ioannes Soreth, eos denuo reformauit, proinde religio sese in duas partes diuisit, in Conuentuales, & Obseruantes. Carmelitis discalceatis multa priuilegia conceduntur a Clem. VIII. & circa suam religionem varia declarantur, vide Compilationem Priuilegiorum.

*Car. Vtrum liceat vesci carne humana in necessitate grauissima. quæstionem non audet definire Nauar. cons. 2. de sortilegijs Caietanus 2.2.q.148. ar. 2. putat non licere etiam in necessitate.

*CARTVSIANI. Huius ordinis institutor fuit S. Bruno natione Germanus, ex Colonia Agrippina anno salutis 1084. tempore Victoris III. Summi Pontificis. Dicti sunt autẽ Cartusienses à quadam eremo cartusia vocata in Diœcesi Gratianopolitana, vbi primũ monasterium institutum fuit.

CASVS RESERVATVS. Additio ad num. 5. Nemo regularium hodie nõ obstantibus quibuscunque priuilegijs, etiam specialibus &c. potest absoluere a casibus Episcopo reseruatis per Conc. Trid. & Greg. XIII. & decretum Clem. VIII. Episcopum autem posse sibi aliquos casus in foro conscientiæ reseruare, est de fide, ex Conc. Trid. Sess. 14. can. 15.

NEMO REGVLARIVM Superior absolutionẽ peccatorũ sibi reseruare põt; exceptis ijs q̃ sequũtur. sic declaratũ est à Papa Cle. VIII. PRIMO veneficia incantationes, & sortilegia II. Apostasia a religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit vt extra septa Monasterij seu cõuentus fiat egressio. III. Nocturna, ac furtiua e monasterio, seu conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta. IV. Proprietas contra vota paupertatis, quæ sit peccatum mortale. V. Lapsus carnis voluntarius opere cõsumatus. VI. occisio, aut vlneratio, seu grauis percussio cuiuscunq; personæ. VII. Malitiosum impedimentum aut retardatio, aut apertio litterarum à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores. VIII. Iuramentũ falsum in iuditio regulari, seu legitimo. IX. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non secuto. X. Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterij, aut conuentus. XI. Furtum de rebus Monasterij seu conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

CASVS FORTVITVS infra annum debet probari, ex Bar. in l. 2. C. de naufrag. sub nu. 11.

CAVSA MATRIMONIALIS pertinet ad ecclesiasticos, & Episcopum, ex concil. Trid. sess. 24. can 12.

CAVSAE OMNES ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoscendæ: & in termino duorum annorum à die motæ litis terminandæ, alioquin licebit parti alios superiores adire, ex conc. Sess. 24. c. 20. de refor. causæ criminales à quibus cognoscantur, habes Sess. 24. c. 5. de refor. quando appellandum, diximus supra, verbo, appellatio.

CELESTINIANI originem habuerunt à Petro de Morono, qui fuit Celestinus V. Pont. max. confirmationem obtinuit à Gregorio X. fuit collocatus in sanctorum numero à Clemente V I.

CENSVRA. Nemo incurrit in censuram ante 10. annum; vel secundum alios ante 12. Censuræ, & interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinarijs promulgata, ipsis ordinarijs mandantibus, à regularibus in eorũ ecclesijs publicanda atque seruãda sunt, ex conc. Trid. Sess. 25. c. 12.

CENSVS. De censibus extat Bulla Pij V. declarata a Nauarro, c. 17. num. 233. & Ludouico Molina, disputatione 380. extat etiam bulla Gregorij XIII.

CEMETERIVM. Additio ad nu. 3. potest fieri sola Episcopi deputatione.

CIR-

Circonstantia. Additio ad num.3.speciem peccati mutans necessario est confitenda, ex concil. Trid. Sess. 14.c.5. de refor. & contrarium asserere est hæreticum.

Cisterciensium ordinis fuit auctor Robertus Abbas, Abbatiæ Mollis mẽsis. dicti sunt autem Cistercienses, à quodam loco dicto Cistercio, in quo primitus fuit ædificatum Monasterium. Hæc Congregatio deinde ita fuit à D. Bernardo Abbate Clarauallense, doctrina, & morum sanctitate ita illustrata, vt merito eius fundator appellari possit.

Civis. Additio ad num.4. Monachus efficitur ciuis eius loci vbi est monasterium, & Capitulũ, & ex illo singuli efficiuntur ciues illius vrbis, vbi est Ecclesia. Nauar. cons.5. de consec. Ecclesiæ.

Clavis. De claui Additio ad nu.4. Habentur hæc ex cõc. Trid. Sess. 14. can. 18.15. I. quod si quis dixerit per illa verba, quæcunq. ligaueritis, &c. quemlibet absoluere posse peccata publica quidem per correctionem dumtaxat, secreta vero per spontaneam confessionẽ, anathema sit. II. Quod si quis dixerit claues ecclesiæ esse datas tantum ad soluendum, non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotes dũ imponunt pęnas confitentibus, agere contra finem clauiũ, & contra institutionẽ Christi, & fictionem esse, quod virtute clauium sublata pęna æterna, pęna temporalis plerunq; exoluenda remaneat, anathema sit.

Clausura. Tenẽtur omnino Moniales seruare clausuram, ex conc. Trid. Sess. 25.c.5. nec licet exire è monasterio, etiam ad breue tempus quocunque prætextu, nisi ex aliqua causa legitima per Episcopum, & earum superiores approbanda, per costitutionẽ Pij V. licentiaq. in scriptis obtinere debebunt.

Gregorius XIII. declarauit nulli monialium licere habere ostium per quod ex Monasterio introiri possit in ipsarũ monialiũ ecclesiam exteriorem, in quam secularibus ad missas, & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum, immo neque licere declarauit egredi e ianua Monasterij vt claudatur Ianua colloquijs destinata, vulgo la porta del parlatorio: quia hęc contra clausuram Monasterij censentur.

*Tertiariæ in cõmuni viuentes, tenentur ad clausuram, & si aliqua tertiaria nollet seruare clausuram, velletque esse religiosa, profitẽdo alia vota, non solum non est recipienda, sed etiam recepta est expellenda; poterunt tamen egredi ad visitandos infirmos si moris est in illa regione talibus tertiarijs visitare infirmos, quia id in sua regula per Leonem X. confirmata, conceditur. Famuli autem, & familiares earum, non possunt intrare Monasterium nisi in casibus licitis, & necessarijs.

Clericus. Additio ad nu.6. Nunc per conc. Trid. Sess. 24. Clericus fori priuilegio nõ gaudet qui est in minoribus, nisi habeat beneficium, aut gestet habitum, & tonsuram, inseruiatque alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi, aut in seminario vel schola, vel vniuersitate, de licentia episcopi, quasi in via ad ordines maiores versetur.

Clericus II. Additio ad nu.12. Clericus habens beneficium aut pensionem excedentem 60. aureos de Camera, tenetur ad tonsuram, & habitum clericalem talarem: alioquin ipso facto est priuatus officiis, & beneficijs per Bull. Sixti V.

Clericus III. Additio ad nu.4. cõc. Trid. Sess. 25. cap. 14. innouat pęnas antiqui iuris contra concubinarios, & statuit, vt si à superioribus moniti non destiterint, sint ipso facto priuati tertia parte fructuum beneficiorum, & pensionum. Si vero nec secundo moniti resipiscunt, perdant eo ipso omnes fructus, & a beneficiorum administratione arbitrio episcopi suspendantur: quod si ita suspensi perseuerent, beneficijs, portionibus, officijs, ac pensionibus quibuslibet perpetuo priuẽtur, & ad illa reddantur inhabiles, donec iustis de causis cum eis fuerit dispensatum.

Clericus IV. Additio ad num.12. Ex concil. Trid. Sess. 21.c.2. nullus ad ordines promoueri potest, nisi habeat beneficiũ, vel patrimoniũ quo viuere possit, quodque ad vitam sustentandam satis sit, illudq. sine licentia Episcopi alienare, extinguere, vel remittere nullatenus potest. quod si ficto patrimonio sit initiatus, Nauarrus c.27. num.178. Maiol. l.4. de irreg. c.15. Med. l.1. c.11. §.8. Barg. de irreg. 1. p. q.5. nu.24. Sanch. l.6. d.32. in fine tit. de Matrim. putant esse suspensum. Contrariã sent. secutus est Illustrissimus Card. Toletus: quia cum Papa hoc sciat, & toleret, videtur ita approbare. licet hæc ratio non videatur admodum fortis.

Clericus homicida nullo tempore ad sacros ordines promoueri potest, & perpetuo beneficijs carere debet: quod si non ex proposito commissum fuerit homicidiũ, cum eo dispensari potest.

Clerici seculares exempti ab episcopo corrigi possunt, ex conc. Trid. sess. 25. c. quam turpe: tam in visitatione, quam cõtra visitationẽ,

modo in suis Ecclesijs resideant.

Coadiutor. Additio ad nu.2. Illiteratis, & imperitis Ecclesiarum rectoribus, etiam si aliàs honestę vitę sint, coadiutores aut Vicarij dari debent.

De coadiutore Episcoporum fecit tractatum Tom. Campegius. declarauit etiã nonnulla Congreg. Illustriss. DD. Card. super sacris ritibus deputata. Et I. cẽsuit coadiutori cũ futura successione non licere ingredi ciuitatẽ põtificaliter. II. Nõ debere vti cruce in diuinis, nec in functionibus pontificijs, nec incedendo per Vrbem. III. Coadiutorem pontificalia in Ecclesia exercentem absente Archiepiscopo vti posse cappa, præsente vero Archiepiscopo vti debere manteleto, & Rocheto: nunquam autem licere ipsi Coadiutori declarauit vti Mozzeta. I V. Canonicos esse compellẽdos ad assistendũ ipsi Coadiutori pontificalia exercenti. V. Canonicos non debere accedere ad circulos, cum coadiutor non sit caput. VI. Censuit de licentia tamen Archiepiscopi licere dũ per ciuitatẽ incedit, populo benedicere. VII. Maxime decere vt Canonici prodeant obuiã coadiutori episcopo venienti ad ecclesiam ad pontificalia exercenda, eumque discedentem ad ostium deducere. VIII. Coadiutor non habet facultatem largiendi indulgẽtiam. IX. censuit maximè decere, vt coadiutor episcopus confessionem faciat cum sacerdote canonico celebrante benedicturus in fine missæ ipsum populum.

Collega transgrediens statutum imponens exclusionis à collegio pęnã, non tenetur ad illam antequam condemnetur, Nauar. cap. 23. num. 63.

Collegia quæcunque & fraternitates laicorum quocunq. nomine appellentur, possunt visitari ab Episcopo, nisi sint sub immediata potestate regis. De Confraternitatibus extat decretum Clem. VIII. in quo in summa hæc habentur. I. Vt nullus quouis modo nuncupetur in posterum sine ordinarij loci consensu Confraternitates aut Aggregationes erigere, aut sibi aggregare possit. II. Vt illi Congregationi, & Aggregationi illa tantum priuilegia, & gratias concedant quæ in specie non per extensionem, vel communicationem ipsi ordini, vel religioni concessa sunt. III. Vt statuta pro regimine harum Confraternitatũ illi Confraternitati dari non possint, nisi prius ab Episcopo Diœcesano examinata pro ratione loci & approbata fuerint: cui quidem correctioni, & moderationi sẽper subiecta remanere debẽt. IV. Vt sic approbata adhibitis duobus de eisdẽ Ecclesiæ capitulo iuxta Sacri Trid. decretum promulgentur. V. Vt eleemosynæ in pios vsus in vrbe ex Vicarij eiusdẽ ordinatione, & extra ab ordinarijs locorum respectiue dispensentur. Vide ipsam Bullam in Bullario.

Praesentatus, vel electus ad aliquod beneficiũ à Collegio generali, non examinatur ab ordinario ex Conc. Trid. Sess. 7. cap. 13.

Commenda, Monasteria commendata etiã si Abbatiæ, Prioratus, & Præpositturæ nuncupentur, etiã exemptę, annis singulis debent ab Episcopo visitari. Sess. 21. c. 8. de Commendis perpetuis vide idem conc. Trid. Sess. 7. c. 4.

Commissio causarum ex conc. Trid. Sess. 24.... præter ordinarios locorũ in Synodis Prouinc. aut Diœces. aliquibus personis, ad id aptis iuxta cõstitutionẽ Bonifacij demãdari debet.

Communio sub vtraque specie non est laicis aut clericis non conficientibus diuinitus præcepta Sess. 21. cap. 1. & can. 1.

Commutationes vltimarum voluntatũ nisi ex iusta & necessaria causa fieri debent ab Episcopis ex conc. Trid. sess. 22. c. 6. cõpositio de fructibus male præceptis ob nõ residentiã prohibetur omnino per conc. Trid. Sess. 23. c. 1.

Conceptio. Per constitutionẽ Pij V. nunc in popularibus concionibus, vel vbicumque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de Conceptionis controuersia disputare, vel rationibus, vel doctorum auctoritate asserendo propriam sententiã, & cõtrariam refellere, aut impugnare, vel de hac ipsa quæstione cuiusuis pietatis aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare nemo præsumere debet. Vide ipsam constitutionẽ in Bull. fol. 1010. qui contra fecerit suspensionis pęnam à diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrit si fuerit sacris initiatus.

Concilium. Prouincialis conc. statuta nõ sunt publicãda per constitutionẽ Six. V. & ex Congregg. conc. inconsulto Rom. Pontifice.

Concilium prouinciale. tertio quoque anno fieri debet ex conc. Trid. Sess. 24. de refor. in quo nullus habet vocem, decisiuã, nisi ipsi conc. placuerit, per declarationem Gregor. XIII. Ad validanda autẽ conc. decreta, non requiritur cleri approbatio.

Concilium. Additio ad nu. 3. Pontificis auctoritas in cõcilijs semper salua intelligitur ex conc. Trid. Sess. 7. de refor. c. fine qualibet.

Additio ad nu. 6. conc. indicere ad Romanũ spectat Pontificẽ, vt in Bulla sub Iulio III. re-

ſumptionis conc.& in Bulla Pij IV. & eiuſdem decreta à Papa confirmari debent, alioquin nullius roboris erunt.

Additio ad nu.8.Contra appellantes à Papa ad conc.extat excommunicatio in Bulla Cene Domini, qui autem debeant intereſſe conc. generali, lege bullas Iulij III. & Pij IV. vbi videbis etiam conc. Trident. obligare cępiſſe quantum ad ius poſitiuum à Calendis Maij, anno 1604.

Concvbinarivs. Additio ad nu.2.contra concubinarios hæc conc.Trid. Seſſ.14. c.8. de refor. in hæc verba. Statuit huiuſmodi concubinarios tam ſolutos, quã vxoratos cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab ordinario etiã ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, ſeq. ab earũ conſuetudine nõ ſeiunxerint, excõmunicatione feriendos eſſe, a qua non abſoluantur donec re ipſa admonitioni factæ paruerint: quod ſi in concubinatu per annum cenſuris neglectis permanſerint, contra eos ab ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres ſiue cõiugatæ, ſiue relictæ, quæ cum adulteris, ac concubinarijs publicæ viuant, ſi ter admonitæ nõ parue rint, ab ordinarijs locorum, nullo etiam requirẽte, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra opidũ vel Dięceſim ſi id eiſdem ordinarijs videbitur inuocato ſi opus fuerit brachio ſęculari, eijciantur, alijs pęnis contra adulteros, & concubinarios inflictis, in ſuo robore permanentibus.

Conditiones in prouiſione ecclesiæ ſunt reijciendæ ex concil. Trident. Seſſ.24. cap.14. de refor.

Confessio. I. Additio ad nu.10.14. & 16. De confeſſione habentur hæc in concil. Trid. Seſſ.14.cap.7.& can.6.I. Quod cõfeſſio ſacramentales eſt inſtituta, & præcepta a Chriſto Domino. II. Quod eſt neceſſaria iure diuino. III. Quod obligamur iure diuino ad confitendum omnia mortalia, & circunſtantias mutantes ſpeciem. IV. Quod confeſſio eſt poſſibilis. V. Quod tenemur confiteri in quadrageſima. VI. Quod licet confiteri venialia. Quod autem confeſſio fieri amplius non poſſit per litteras, diximus ſupra, verbo, abſolutio.

Qvando in Iubileo requiritur confeſſio facienda qui habent tantum venialia tenentur confiteri ſic Corduba. lib.5. Quæſt.28. contra Nauar.§.in Leuitico, notabili 18.nu.17. Præter hunc caſum nullus tenetur confiteri habens tantum venialia, nec præcepto diuino, vel humano, vel religionis. ſic Sot. diſt.18. artic.3. Ledeſma 2.parte, quæſtione 5.artic.3. & quæſtione 21. artic.1. vnde Monachus S.Benedicti non habens mortale non tenetur confiteri in fine menſis.

Confeſſor. I. poteſt eligere ſibi confeſſariũ qui habet curam animarum vt Parochus, Prælatus religionis exemptæ. Item Card.& Decanus, & Archidiaconus, poteſt & Card. darę ſuę familiæ confeſſorem. Epiſcopus ſi eligat ſibi confeſſarium in aliena Dięceſi, debet eligere approbatum ab ordinario illius loci. Non obſtante iure citato à Syluest. Sic obtinuit conſuetudo, vt omnes ſacerdotes ſæculares poſſint ſibi eligere confeſſarium, dummodo ſit ab Epiſcopo approbatus. Nunc per ius conc. Tri. nullus poteſt dare licentiam audiendi confeſſiones ſacerdoti, niſi fuerit per examen ab ordinario approbatus. Vnde vides mutatum ius in multis.

Confeſſor II. Hodie nullus ſacerdos tam ſęcularis quam regularis poteſt audire pœnitentis ſiue Laici, ſiue Sacerdotis confeſſiones, niſi habuerit Eccleſiam parochialem; aut per examen idoneus, ab Epiſcopo iudicetur, approbatione in ſcriptis habita, quæ gratis dari debet. Excipiuntur autem ab hac regula Presbyteri congreg. Oratorij Romæ, quia ibi approbati non poſſunt examinari per Ordinarios, ſed tantum ſufficit, vt præſentent ſuas licentias Romæ habitas. Sic Sacra congregatio determinauit. Quo ad religioſos autem non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, ſeruanda eſt forma præſcripta ab ipſo concilio Tridentino. Vide ſupra Caſus reſeruatos, à Nauar. in Miſcellanea, Cordubam, & Cappucinum in Additionibus ad Compendium Priuilegiorum, in Verbo, abſolutio, & caſus reſeruatus.

Congregatio. Congreg. ſeu confraternitates non poſſunt fieri ſine auctoritate Epiſcopi. Vide ſupra, verbo, collegia.

Congregatio Clericorum Regularium, dicta, i Theatini, originẽ traxerunt a Petro Caraffa Neapolitano: qui Epiſcopus Theatinus à Iulio II. creatus, illis Theatinorum nomen dedit, qui poſtea factus Card. à Paulo III. poſt mortem Marcelli fuit electus Summus Pontifex, & Paulus IIII. appellatus vnde etiam à nonnullis Paulini appellantur, cępit autem hæc Congreg. anno ſalutis noſtræ 1528.

Con-

Congregatio clericorum infirmis miniſtrã tium vulgo dicta i Somaſchi, originem ſuam habuerunt à Reuer. Patre Camillo de Sellis, anno à Virgineo partu circiter 1584. Huius cõgregationis approbationem obtinuerunt à Six. V. Pont. Max. poſtmodum fuit hæc cõgregatio multis condecorata gratijs & priuilegijs à Greg. XIIII. anno D. 1591.

Congregatio Clericorum Regularium dicta i Minori, ſumpſit exordiũ in Ciuitate Neapol. à R.P. Adorno Ianuenſe, ſub Sixto V. anno Dom. 1589. fuit confirmata à Greg. XIIII. & à Clem. VIII. ſunt ei conceſſa omnia priuilegia Theatinorum, & per conſequens oĩum aliorũ Mendicantium per viã participationis.

Congregatio mercedis originem traxit a nonnullis religioſis, qui redimendi captiuos e Turcarum manibus ſumpſerunt officium: vnde dicitur etiam congregatio Redemptionis. cępit anno domini 1264. ſub Clem. IIII. in Ciuitate Barcinonæ in Hiſpania. Huius cõgregationis habitus nihil differt ab habitu Carmelitarum, præter quam quod in pectore a parte dextra ſcutum deferunt cum Cruce alba in campo rubeo, cũ Aragoniç Regni inſignibus.

Coniuratio. In coniurationibus denunciandis non eſt præmittenda fraterna correctio; nec clericus denuncians ſit irregularis, modo præmittat proteſtationem. vide conſtitutionem Clem. VIII. publicatã Romæ 1604.

Prima Additio ad nu. 2. Conſecratio Prælatorum debet fieri intra tres menſes, alioquin ad fructuum reſtitutionem tenebuntur, quod ſi intra totidem menſes facere neglexerint, ipſo iure ſunt priuati, ex Cõc. Trid. ſeſ. 23. debet autem fieri in eccleſijs ad quas promoti fuerint, per terminationem Congreg. Concilij.

Confirmatio Diuina. De Confirmatione tradit hæc Conc. Trident. ſeſſ. 7. damnat ſub anathemate dicentem confirmationem non eſſe nouum, & verum ſacramentum, vel nullam habere virtutem, vel ordinarium eius miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem. Eius forma eſt: Conſigno te ſigno Crucis, confirmo te Chriſmate ſalutis, cum inuocatione Trinitatis, quæ eſt, in nomine Patris, &c. ex Conc. Florentino. Balſamum eſſe de neceſſitate ſacramenti putant grauiſſimi Theol. licet alij negent. profecto ſi verum eſt quod ait Suarez, Chriſma conſtare oleo, & Balſamo, & Chriſma, eſt de fide eſſe neceſſariũ ad Sacramentũ, ex conſequenti ẽt balſamũ erit neceſſarium.

Conſenſus. De cõnſenſu contrahentium Matrimonium, verbo Matrim. & Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 1. de refor. de conſenſu etiam Canonicorum quo cum procedere debet epiſcopus in Canonicos, verbo, epiſcopus.

Conſeruator de conſeruatore, & conſeruatorijs litteris ſtatuit hæc S. Synodus Seſſ. 14. c. 5. Vt nemini omnino cuiuſcunque dignitatis & conditionis ſit, cum quibuſcũque clauſulis, aut decretis quoruncumque Iudicum deputatione, quocunque etiam alio pretextu, aut colore conceſſæ ſuffragentur, quo minus coram ſuo epiſcopo, ſeu alio ſuperiore ordinario, in criminalibus, & mixtis cauſis accuſari, & conuenire poſſit. In ciuilibus etiam cauſis ſi ipſe actor extiterit, aliquem ei apud ſuos conſeruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat. nemo etiam ſimilium litterarum beneficio vltra quinquennium gaudere poſſit. Non liceat conſeruatoribus Iudicibus vllũ habere tribunal erectum.

Conſtitutio. Multæ conſtitutiones approbantur, & reprobantur a Conc. quas hic non ponimus, quia omnes ſuo loco recenſebimus. vide etiam Conc. Trid. Seſ. 21. de refor. c. 7. ſeſſ. 22. c. 3. ſeſſ. 20. c. 12. Seſ. 25. c. 6.

Conſuetudo habens vim legis non põt abrogari ab Epiſcopo, ſicut nec ius commune. Conſuetudo dat poteſtatem vt quis concilio interſit, vt in Bulla Iulij III. de reſumptione Conc. & Pij IV. de celebratione eiuſdem.

Vbi rationabilis eſt aliqua Conſuetudo ſeruanda eſt, ex conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 3.

Conſuetudo laicorum quantumuis generalis, non ligat clericos. Ita Cyn. in l. fi C. quæ ſit longa conſuetudo. Hoſtienſ. in Summa, tit. de conſuetudinibus. cõſuetudo rationalis contra ius præſcribitur 40. annis. Si autẽ præter ius, decem. licet nonnulli velint etiam conſuetudine rationabili tam contra ius ciuile, quam canonicũ Papa ſciente, aut non contradicente, præſcribi 10. annis.

Conſultores duellorũ tam in iure, quã in facto, vel quacumque ratione id ſuaſerint, excommunicationis gladio ferientur, ex concil. Trid. ſeſſ. 25. c. de refor. c. 19.

Continentia. Quanta debeat eſſe continentia eorũ qui ad ordinẽ Diaconatus, & Subdiaconatus promoueri volunt, vide conc. Trident. ſeſſ. 23. ca. 13. vbi vult illos ferre bonum teſtimonium anteactæ vitæ; quod ſi ſperabũt Deo auctore ſe continere poſſe, eccleſijs quibus adſcribentur, inſeruire debent: maximeq; decebit, ut dieb. Dominicis, & ſolẽnibus cũ altari miniſtrauerint, ſacrã cõione percipiant.

Con-

Contractvs ad caput saluum. Super his contractibus edidit constitutionẽ Six.V.anno 1586. in Bullario 154. de contractibus etiam censualibus vltra Extrauagantes Martini V. & Calixti III. extat ẽt cõstitutio Greg. XIII.

Contractvs factus a maiore cum minore, sine tutoris auctoritate, maiorẽ obligat; minori integrũ est acceptare vel renuere. Instit. de auctoritate tutoris in princ. Ea quæ lucramur in contractu qui dr̃ Italicè la scomessa, & Latinè spõsio, si absit dolus, nõ tenemur restituere, etiam si certo sciebamus rem sic esse. Sic Medina de rebus restit. q.92. Contractus factus cum pupillo, uel Ecclesia, valet in præiudicium alterius, non tamen in præiudicium pupilli, vel Ecclesiæ, Nauar. c.29.n.12.

Controversiae omnes de præcedentia in processionibus publicis, tum in his quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus & in deferenda umbella, & alijs similibus, amota omni appellatione cõponetur ab Episcopo, ex conc. Trid. c.13. sess.18.

Contritio. Circa contritionẽ definiuit conc. Trid. sess.14.c.3.4. I. Penitentiam esse, & fuisse quouis tempore necessariã ad impetrandam veniam culpæ mortalis. II. Contritionẽ esse vnam ex tribus partibus, quas sibi tanquã materiam substituit penitentiæ sacramẽtum. III. Necessarium esse, & optimum, examinare conscientiam ad faciendum peccatorum memoriam cum ipsorum detestatione, & emendationis proposito: quamuis ad gradum integræ contritionis non perueniat. IIII. Esse de fide, contritionem non solum includere in se cessationem a peccato, & vitæ nouæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odiũ continere, & propositum illud confitendi tẽpore debito, cum spe obtinendi veniam, & misericordiam. V. Contritionem iustam esse necessariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis post baptismum admissæ deletionem. vnde qui contra hæc aliquid pertinaciter credit, si id verbo, vel scripto proferat, est hæreticus & excõmunicatus per Bullam Cenæ Domini.

Contvmacia. Crescente contumacia, seueriori Can. censuræ subijciendos contumaces statuit S. Synodus cap.1. de refor. sess.6. sess. 25.c.3. & alijs etiam in locis.

Conveniri in iudicio. Concessiones omnes factæ fratribus quod non possint conueniri coram ordinarijs locorum, licet fuerint confirmatæ a Pio V. per constitut. tamen Gregor. XIII. & Bullam Clem. VIII. redactæ sunt ad ius commune, & dispositionem conc. Trid. sess. vltima de regula. cap.14. vbi dicitur, quod regularis non subditus episcopo, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante intra tempus ab Epo præfigendũ, seuerè puniatur, ac de punitione eius superior Epm certiorẽ faciat; seu minus ab eodẽ superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit; quod si superior impunè illum ad alia loca suorum ordinum transmittat, illum per Bullam Clem. VIII. intra tempus ab Episcopo præscribendum reuocare teneatur, sub pœnis in Bulla cõtentis. quod si etiam hoc facere renuerit, statuit, ut ordinarius loci ad quẽ delinquẽs transmissus fuerit, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus exequi decretum Conc. possit, ipsumque delinquentem punire, requisitus ab ordinario loci, in quo ipse deliquerat. Præter hunc iuris ordinem Episcopus in Mendicantes, aut alios Monachos exemptos, delinquẽtes, facultatem capiendi, aut incarcerandi concedere nequit, ut præclarè annotauit Paulus Fuscus Episcopus Sarnensis lib.2. de visitatione, c.20. num.20. aliàs incideret ipse Episcopus in excõionem.

Conventvales fratres. S. Franciscus fuit institutor fratrum Minorum. Primæ Regulæ cõfirmationem habuit ab Innocentio III. anno Domini 1212. Secundæ ab Honorio III. anno circiter 1224. ordo autem Minorum secundum varias reformationes in plures partes diuisus reperitur. In Conuentuales, & Fratres de obseruantia; in Cappucinos; in fratres de tertio ordine; in Discalceatos Hispaniæ; in reformatos de obseruantia; in reformatos Conuentuales; & reliquos, de quibus agitur suo loco. Reformatio fratrum de obseruantia cœpit anno circiter 1414. Iuxta conc. Constant. Decretum a Fratre quodam Conuentuale; sed ei postmodum formam & ordinem dedit D. Bernardinus de Senis, sub Euge. IIII. anno circiter 1430. Ex his postea exiere Cappucini, de quibus supra. Circa Fratres Conuentuales vltra omnes dispositiones factas a diuersis Põtificibus, nonnullas etiam fecit Pius V. quarũ quoniam quædam obseruantur, quędam verò non obseruantur, hic eas non ponimus; uideant ipsi fratres, an tuta conscientia possint illas non obseruare.

Chorea. De Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, commessationibus, Choreis, aleis, lusibus, ac quibuscunque criminibus, necnon sæcularibus negotijs fugiendis, quæ copiosè, ac salubriter

briter sancita sunt à sacris Canonibus eadem in posterum ijsdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis obseruari præcipit conc. Trid. sess. 22. c. 1. de refor.

Correctio. Quomodo episcopi delinquentes corrigere debeant, vide Conc. Trid. sess. 13. c. 1. de refor. diuinis uerbis id edocens. quæ quidem verba hic nō ponimus, tum quia totum illud caput huc trāsferendum esset; tum quia cupimus ut illud ab omnibus legatur attente. Six. IV. concessit vt Minorum Generales, & Prouin. possint in suis administrationibus corrigere, & reuocare fratres deputatos ad prædicandam Crucem, vel contra hæreticam prauitatem, uel ad eiusmodi negotia sumptos à sede Apostolica, & alios ad id substituere. De correctione fraterna vide Dom. Sotum in lib. de ratione tegendi secretum.

Crapula supra Chorea.

Crimen. De criminalib. causis, supra, verbo causis. crimen læsę maiestatis non incurrit qui non est subditus Principis.

Ob Crimen læsæ maiestatis infames fiunt etiam filij & nepotes.

Corporalia. Six. IV. concessit omnibus fratribus Minorum tam clericis quam laicis, vt possint tangere sine scrupulo conscientiæ calices, & alia paramenta, cum reuerentia tamē. Idem concessit Monialibus S. Claræ, ac sororibus tertij Ordinis curæ Fratrum Minorum commissis, vt possint tangere & lauare sacros pannos, etiam corporalia, & purificatoria, dūmodo fuerint prius lota à fratribus, quod vltimum non videtur forè necessarium, cum sic lota ab omnibus communiter lauentur.

Culpa. Peccatori pęnitenti, ita culpā deleri declarat Cōc. Trid. sess. 6. can. 6. vt nōnullis remaneat reatus pœnæ tēporalis exoluendæ, vel in hoc sæculo, vel futuro purgatorio, verū tamen etiā est, culpam a Dño, & pęnam aliqū condonari, ex eodem, sess. 14. c. 18. can. 12.

Curam animarū non negligendā esse præcipit S. Synodus sess. 6. c. 1. mandatq; sess. 7. Ecclesias cura animarum minime defraudandas. vide etiam sess. 8. & sess. 21.

Curiositas. Quæ de se est peccatum veniale, nisi aliqua accedat circunstantia mortalis, conc. Trid. mandat diligenter prohibenda quæ ad curiositatem quandam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt. sess. 21. c. 1. in Decreto de Purgatorio.

Crucigeros volunt originem sumpsisse a Cyriaco Episcopo Hierosolymitano anno Domini 365. qui quidem ordo pluries fuit ab incongruentia bella deuastatus; iterum tamen atq; iterum fuit vigorosius reualidatus. Pius II. ordinauit, vt Cyanei coloris habitu vterentur, semperq; prę manibus crucem gestarent, cum antea habitum alterius coloris ferrent. Pius V. hunc ordinem approbauit, eiusque Priuilegia confirmauit.

Damnatus. Dicitur etiam damnatus qui ad pœnas inferni est sententiatus. An autem damnati videāt gloriam beatorū ex D. Greg. affirmatiua sententia tenenda est; reuelatur enim illis gloria beatorum ad maiorem afflictionem. vt videant quantum bonum propter sua uitiosa demerita perdiderint.

Decanus. Vide verbo Archidiaconus.

Deambulatio. Cupiens S. Synodus Trid. sess. 22. decr. de obser. & euit. in celebr. miss. ut sacrosanctum missæ sacrificium omnis religionis cultu & veneratione celebretur, omnes deambulationes ac profana colloquia mandat arcenda ab ecclesia, quod nunc tantum ab est vt obseruetur, vt nonnulli sacerdotes qui alijs exemplo esse deberent, ipsi suis deambulationibus alios inuitant.

Decimae. Non soluens decimas ob iustum impedimentum etiam post conc. Trid. potest absolui secūdum Nauar. de decimis. Beneficiorū pars aliqua detrahenda est, pro seminarij institutione, ex conc. Trid. sess. 23. c. cum adolescentium. §. 8. quod idem conc. sess. 13. c. 12. integre decimas soluendas, a nullisq; impediēdam solutionem præcipit. Leo X. in conc. Lateranensi statuit, ut fratres confessores teneantur hortari pęnitentes sub onere suarum conscientiarum, ad soluēdas ipsas decimas, ipsisq; soluere recusantibus absolutionem denegēt. Clerici autem, & oēs qui gaudent priuilegio fori, non tenentur soluere decimas. sic statutū per sexcenta decreta, & singulis annis publicatur Bulla contra exigentes gabellas a personis ecclesiasticis. Hinc non possum non mirari quod nonnulli confessarij dicere audeant, per cōsuetudinē teneri eccles. soluere decim.

Degradatio. Quibus de causis & qūo facieda fit degradatio clericorū, vide conc. Trid. sess. 13. c. 4. vbi habet quod quando secundū sacros Cano. certus eporum numerus ad degradationem requisitus haberi non possit, decernit Episcopum seu eius vicarium in spiritualibus, adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus vsum Mitræ, & baculi, priuilegio Apostolico habentibus, si in Ciuitate, aut Diœcesi reperiri, aut commode interesse possint; posse procedere ad degradationem

tionem

tionem Clericorum, quod si etiam totidem Abbates reperiri non poterunt, satis erit, si assistant totidē personæ in dignitate cōstitutę.

Delegatio. Iubet conc. Trident. sess. 21. cap. 10. Iudicibus, in singulis Concilijs Prouincialibus, aut Dięcesanis, electis ad iudicandum maximè idoneis, causas delegari. Vide etiam supra, verbo, Causæ.

Delictvm. Iudex qui ob ignorantiam iuris, vel imperitiam, vel in studendo negligentiam, tulit iniquam sententiam, tenetur restituere, ex quasi delicto.

Daemon de futuris cōtingentibus ex suis naturalibus non cognoscit aliquid certitudinaliter; de futuris autem necessariò nihil cognoscit, nisi quatenus perfectam cognitionem habet secundarum causarum: vnde eam habet cognitionem, quæ potest haberi per quamcumque artem, vel experientiam: quia præuaricatores Angeli sanctitate amissa, non amiserunt viuacitatem sensuum Angelicæ naturæ. Cum Dæmone agendum non est, nisi ut cum hoste.

Denvnciatio. Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. iubet in posterum matrimonium non contrahi, nisi ter festiuis diebus contrahentium voluntas à proprio parocho in Ecclesia inter Missarū solemnia publicè denuncietur: quod si aliquando probabilis fuerit suspitio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot pręcesserint denunciationes, tunc uult unam tantum denunciationem fieri posse, vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimoniū celebrari. Deinde ante illius cōsummationem denunciationes fieri, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur.

Denvnciatio. Additio ad nu. 4. In nullo prorsus casu si spectatur emendatio, facienda est denūciatio ante correctionem fraternam: nam quando dicunt Doctores, hæreticum esse denunciandum, nec opus esse correctione, hoc ita dicunt, quia cum corruptio sit in intellectu, non præsumitur ad meliorem frugem reuersurum simplici correptione; tamen si scirē, aut crederem, illum mea simplici correptione sese emendaturum, deberem illum corrigere ante denunciationem.

* Devs. Rudes, credentes Deum auctorem omnis dati optimi, & patrem misericordiarum, & esse corporeum, & patrem esse antiquiorem filio, regulariter excusantur à pertinacia, & a culpa, ex Nauar. præludio 1. num. 10.

Dies festvs. Adde ex concil. Trident. sess. 25. de Regularibus, cap. 12. quod dies festi quos in Diœcesi sua seruandos Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus seruari debent. Extat etiam de hoc Constitut. Pij V. Festis diebus censuit Congregat. Concilij licere operam dare rebus ad victum necessariis, ac tempore perituris, pręsertim tempore vindemiarum, & messium, ac recollectionis fructuum, vel vbi necessitas urgeat, vel suadeat pietas.

Dioecesis. Diœceses, & Parochiæ iure optimo distinctæ sunt, ex Concil. Trident. ne ordo Ecclesiasticus confundatur, & vna, & eadem Ecclesia duarum quodammodo Dięcesium fiat, non sine graui eorum incommodo, qui subditi sunt.

Dignitates, quæ Scholasticæ dicuntur, nisi Doctoribus, vel Licentiatis in Sacra Theologia dari debent; quæ quidem dignitates in Ecclesijs Cathedralibus ad conseruandam, augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuerunt institutæ, vt qui eas obtinerent, pietate præstarent alijs suo exemplo. sic Conc. Trid. sess. 24. c. 12.

Dispensatio. Quod dicitur ex concil. Trident. sessio. 23. cap. 5. Dispensationem Papæ non ualere vsque ad notitiam ordinarij, intelligas, de data in foro exteriori.

Dispensatio. Contrahentibus scienter matrimonium inter gradus prohibitos, non est danda, ex Conc. Trident. sessio. 24. cap. 5. In secundo gradu nunquam dispensandum, nisi inter magnos Principes.

Dispensatio homicidij dari poterit, si homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo contingat; quod si quis per industriam homicidium commiserit, nullo tempore ad Sacros Ordines promoueri poterit, ex concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 7.

Dispensatio de promouendo quocunque, non suffragatur, nisi habenti legitimam causam, ob quam a proprio Episcopo ordinari non possit, in litteris exprimendam, sess. 7. cap. 11.

Episcopi dispensare possunt in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepto homicidio voluntario, per concil. Tridentinum sess. vigesimaquarta cap. 6. facultas verò dispensandi in hæresi, quam illis concedebat concil. nunc per Bullam Cenæ Domini tollitur, quicquid dicant nonnulli.

Praelati Mendicantium Ordinum per concessionẽ factã à Greg.XIII. facultatẽ habent dispensandi super quacũq. irregularitate, & suspensione, & ex delicto occulto contracto, cum fratribus, & personis sibi subditis. Eãdẽ facultatẽ concessit Pius V. Prædicatoribus.

Divortivm. Multis de causis fit diuortiũ, ex Cõc.Tri.de quib.infra, verbo, Matrimoniũ.

Doctor. Adde ex conc.Tri. quod Regularis docturus Scripturam extra Claustrũ, prius est per Ordinariũ approbandus ex conc. Tri. Sess.5.c.1.de reform.ex Bulla autem Pij V. docturus etiam Grammaticam, debet prius fidei professionem facere. Quomodo autẽ fiat professio fidei dicam, verbo, Fides.

Doctoribus Vniuersitatis, ea quæ fidei sunt docere, & interpretari mandatur, qui diligenter curare debẽt, vt decreta S.Synodi integrè recipiantur: seseq. initio cuiuslibet anni iuramento obstringere debent, ex conc. Tri.Sess. 25.c.2. Doctores Cathedralibus Ecclesijs sunt præficien di, vt suo muneri satisfacere queant, Sess.22.cap.2.

Dolvs dans causam contractui, reddit illũ ipso iure nullum, & decipiens tenetur ad damna lucri cessantis, & dãni emergentis ex dolo profecta, ex Ludouico Molina, distinct.352.

Domicilivm. Additio ad nu.1. Quo ad contrahendũ matrimoniũ, quilibet potest habere duplex domicilium; viri enim nobiles, cũ ruri tempore æstatis, & in Vrbe tẽpore hiemis habitent, poterunt indifferenter coram hoc, vel illo parocho matrimoniũ contrahere. Sic Sanchez dist.24.lib.3. nu.5. non desunt tamen alij, dicentes contrahendum esse matrimonium in ea parochia, vbi tunc temporis degunt.

Dominicanorvm Ordo, a sanctissimo Patriarcha Dominico originem duxit anno nostræ salutis 1216. eius Regula fuit confirmata ab Honor.III. primo anno sui Pontificatus. Est iste Ordo diuisus in Conuentuales, & Obseruantes; qui obseruantes in nostra Italia sunt in Longobardos, & Tuscos partiti.

Dominivm. Adde ex Conc.Trid. quod cum domini temporales, vel Principes à Deo constituti sint, fidei, & Ecclesiæ protectores esse debent, eius libertatem, & immunitatem conseruare; Episcopos, ac ceteros Sacerdotes paterno amore prosequi, diligenterq. curare, vt pro viribus Decreta Sacri conc. obseruentur. Sess.20.c. cupientes, & Sess.19.c.17. & Sess.25.

Donatio. Additio ad nu.3.& 5.§. Nec Religiosus. Per Constitutionẽ Clem. Papæ VIII. vniuersis, & singulis cuiuscunq. ordinis mendicantium, omnis donatio, & missio munerum interdicitur; præter leuiora esculenta, & poculenta; seu ad religionem, & deuotionẽ pertinentia munuscula. Communi tamẽ nomine accepta per eandem constitutionem prohibetur donatio Religiosorum inter se, nisi rerum minimarum, & de licentia expressa, & consensu superiorum. Alia pręcipit eadẽ constitutio; satis sit hæc potiora significasse. Vide eam in Compendio Priuilegiorum mẽdicantium cũ declaratione eiusdem Constitutionis R. Mari. de Andria Societatis Iesu.

Dos. Additio ad nu.4. Danda est raptori rapta, ex conc.Trid.Sess.24.cap.6.

Dvbivm. Adde ex conc.Trid. quod sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, & de Sacramentorũ virtute & efficacia dubitare debet, sic dum se ipsum, suamq. propriã infirmitatem, & indispositionẽ respicit, de sua gratia timere, & formidare potest. ex concil. Trid.Sess.6.cap.10.

Dvellvm in nullo prorsus casu licitũ est, Principesq. concedentes locum ad monomachiam, pugnantes, patrini, consilium dantes, suadentes, spectatores, de industria tamen, excommunicantur in conc.Trid.Sess.25.c.19. Vide plura in Bulla hac de re edita à Clem.VIII. die 2. septembris, 1592.

Dixi in nullo prorsus casu, vt excludã etiã casum quẽ licitũ putat Cardin. Toletus lib.5. c.4. Moueor autẽ hac forti ratione: quia duellũ est singulare certamen in sua intrinseca ratione includẽs, vt extremè laborãti nemo sucurrat, quia est pugna æqualis in eo casu quem ponit Tolet. milites qui designãtur pro parte, habente bellũ iustũ, innocẽtes sunt; at obligare seipsũ ad non seruãdã vitã innocẽtibus extrema necessitate laborantib. est intrinsecò malũ, cũ succurrere extremè laboranti sit de iure naturę, ergo nullo pacto licitũ. Adde quod milites non possunt renunciare viri suo, cum nõ sint domini vitæ suæ.

Ecclesia. I. Nomine Ecclesiæ non venit Monasteriũ, nisi in materia fauorabili, in qua nõ venit etiam Hospitale auctoritate Episcopi fundatum. Qui gaudeant fori priuilegio, diximus in verbo, Clericus.

Ecclesia II. Nemo auctoritate propria põt fundare Ecclesias, vel Oratoria, nisi cum licentia Ordinarij.

Ecclesia. Additio ad nu.6. Ecclesia, quã minitantem ruinam populus non vult reparare, diruenda est, ex congregat. conc. de immunitate Ecclesiæ. Præter conc.Trid. extat etiã super

per immunitate Ecclesiarũ Const. Greg. XIV. quæ omninò seruãda est. Ecclesiasticus potest præsidere ciuibus ciuiliter. Multa etiam conc. Tri. præcipit de Ecclesiæ Catholicæ ritibus,& de Ecclesiæ potestate, quæ loca omnia videre poteris ex Margarita conc. Trid.

Ecclesiæ quomodolibet exemptæ, visitari possunt ab Ordinario, qui quidem præuidere debebit vt reparentur. Sess. 7. c. 8. etiam si nullius diœcesis esse dicantur.

ELECTIO. I. In electione seruanda sunt quę pręcipit cõc. Trid. Sess. 25. c. 6. de Regularibus, vbi districtè præcipitur, vt in electione quorumcũq. Superiorum, omnes eligi debeãt per vota secreta, ita, vt singulorum eligentiũ nomina nunquã publicẽtur; nec in posterũ liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscũq. titulares, ad effectũ electionis facien dæ cõstituere, aut voces, ac suffragia absentiũ supplere, aliter electio sit irrita; & Prælati qui sic se creari ꝑmiserint, deinceps ad oĩa officia obtinenda in Religione inhabiles existãt, &c.

*Electio. II. primo verũ quęritur. Adde quod quilibet eligẽtiũ de Colleg. si ipse eligatur ab alijs numero deficientẽ, suo suffragio supplere potest, etiam ad Papatũ. Nemo tamen si solus sit, potest seipsum eligere. In eligendis ad aĩarũ curã cõsideratur vitæ probitas, scientia, industria, & prudẽtia in rebus agẽdis, scientię, probitas pręfertur. Eliget autẽ Eps ex approbatis per examinatores, quẽ magis idoneũ iudicabit, consideratis considerandis. Eligere autem dignum, omisso digniori, ex se est peccatum mortale, acceptionis, vt diximus, supra, verbo, acceptio. Vide etiã S. Th. 2. 2. q. 63. ar. 2. & ibi. Ban. colum. 1. Sotũ de iustitia & iure, li. 3. q. 6. concl. 9. Caiet. in Sũma, verbo, Electio, & in Ientaculo 12. q. 4. Nauar. in cap. Sacerdos, §. quod autẽ, de pęnitentia, dist. 6. n. 4. Extat etiã Greg. XIII. Constitutio de forma faciendi processus, & inquisitiones, iuxta decretũ cõc. Tri. super promouendis ad Ecclesiarum regimen Ecclesiasticis, & alijs superioribus.

CONTRA facientes sponsiones super vita, & morte, & futura electione Summi Pontificis, ac promotione S. R. E. Cardinaliũ extat Greg. XIII. Constitutio publicata die 8. martij 1591. de huiusmodi sponsionibus, seu conuentionibus, vide Couar. in Reg. Peccatũ, parte 2. §. 4. nu. 2. Molina, de Contract. Disputatione 508. & in terminis Vincenc. de Frãch. Dec. 113.

ELEEMOSYNA est virtus moralis, inclinans ad miserendũ ordinatè patienti aliquod malũ vel aliquem defectum, & ad ei subueniendum extremè egenti, sufficit mutuo dare, iuxta Nauar. c. 17. licet contrarium dicat Bannes, Vasquez & Soto.

BONIFACIVS IX. concessit Fratribus Prædicatoribus posse viuere de eleemosynis, & contrariũ asserentes damnauit. De Indulgentijs quas consequantur dantes eleemosynas Fratribus Minoribus aut eorum Ecclesijs, infra, verbo, Indulgentiæ.

EMPHYTEVSIS. Adde ex conc. Trid. Sess. 22. c. 11. quod vsurpantes, vel in proprios vsus cõuertentes, vel quocũq. modo impedientes, ne ab ijs ad quos iurè pertinent, bona, census, ac iura, & feudalia, & Emphyteutica, quæ in pauperum, & ministrorum necessitates conuerti debent, percipiantur, excommunicationi sunt subiecti, donec omnia integrè restituerint, & à Rom. Pontif. absolutionem obtinuerint.

EMPTIO. Emere hominem liberũ non constitutũ in extrema necessitate se vendendi, est peccatum mortale. Nauar. c. 23. nu. 95. Non licet emere quod probabiliter putas esse alienum; quod si bona fide emisti, nulli teneris, nisi in quantum factus es locupletior.

EPISCOPVS. Additio ad nu. 2. Cũ status Episcoporum sit perfectior statu Religiosorum, collige, qui ante Episcopatum vouit religionem, non teneri prius ingredi Religionem, & postea accipere Episcopatum.

Additio ad n. 4. Nõ esse peccatũ mortale appetere Episcopatũ honoris, aut diuitiarũ gratia, si tamen appetens dignus putatur, docet Nauar. cons. 17. nu. 2. Ad Episcopatum requirũtur anni 30. cõpleti. c. cũ in cunctis, de elect. conc. Trid. Sess. 7. c. 1.

Episcopus cognoscere debet, an in dispensationibus quę à Sede Apostolica cõceduntur, & in commutationibus vltimarum voluntatũ preces veritate nitantur. Sess. 22. c. 5. & 6.

Addit. ad n. 5. Eps ex Cõgr. conc. debet esse Doctor, vt sciat populum docere, quod si non prædicet ipse, suis sumptibus dabit populo prædicatorem. Debet autẽ per se, vel per aliũ visitare Diœcesim; quod si per aliũ visitet, debet de omnib. prouidere, excepto victu, quod si per se visitet, habebit à populo solum victũ illius diei quo visitat ex Congreg. conc. Commissa sibi à Papa etiam per verba, Oneramus conscientiã tuam potest alijs comittere. sic Sa. potest cogere sub pęna excõmunicationis exhiberi sibi testamenta defunctorum, eaq. exequenda curare. Potest eligere sibi confessariũ, sed si eligit alterius Episcopatus, debet esse approbatus ab ipso Ordinario, ex Congreg. cõc.

Sed quid si renũciauerit episcopatum, poterit tunc etiam sibi eligere confessariũ, modo fuerit approbatus à suo Ordinario cuius ipse non est. Potest dare confessorem extraordinarium Monialibus, etiam sibi nõ subiectis, ex alia Religione, vel sæcularẽ; & Moniali quæ non potest induci, vt suis Regularibus confiteatur, poterit ei dare quem ipse vellet Confessorem ordinarium, ex Congreg. concil. Non potest autem prohibere quin prædicetur in Parochia, dum prædicatur in Cathedrali, ex eadem Congregat.

Episcopus procedere potest contra Capellanos Regios, & habentes titulum protonotariatus, & contra oblatos Militiarũ, & hospitalium, præterquam eos qui actu inseruiunt. Sess. 24. cap. 11.

EREMITARVM Ordinis fuit primus institutor Beatus Augustinus, post suam conuersionẽ, & fundatus fuit anno Domini. 394. Et post Africanas ruinas à Vandalis factas, à quodam sanctissimo Gulielmo Aquitaniæ Duce facto huius Ordinis anno circiter 1157. fuit deinde reformatus à quodam Ioan. Bono. Hic Ordo diuisus est in Conuentuales, & Obseruantes. Obseruantes verò in plures alias Congregationes, inter quas celebris est Congregatio Carbonaria, in Campania erecta. Huius caput fuit quidam F. Cremonensis, anno salutis 1399.

EVCHARISTIA. De Eucharistia definiuit hæc concilium Tridentinum, Sessione decimaquinta.

Primo. verum corpus, & sanguinem Iesu Christi contineri realiter in hoc Sacramento.

Secundo. Nihil substantiæ panis vel vini remanere post consecrationem.

Tertio. Sub qualibet specie, & sub qualibet parte separata, contineri totum corpus & sanguinem Christi.

Quarto. Esse idem corpus & sanguinem Christi in hoc Sacramento, non solum dum sumitur, sed etiam & in hostijs consecratis quæ referuantur post communionem.

Quinto. Remissionem peccatorum non esse fructum eius.

Sexto. Esse adorandam latria.

Septimo. Esse celebrandum peculiare festum illius, deferendumque in processionibus, & proponendum populo Christiano, vt eum adoret.

Octauo. Sumi totum Christum realiter in communione.

Nono. Adultos teneri communicare saltem semel in anno.

Decimo. Qui celebrat posse seipsum communicare.

Vndecimo. Non sufficere solum fidem ad bene communicandum.

Et Sessione vigesimaprima, capitulo primo, damnat sub anathemate, dicentem Christi fideles teneri præcepto Diuino ad communionem sub vtraque specie, aut Ecclesiam errasse, statuendo, vt laicus & clericus non conficiens, sub specie tantum panis communicet.

Item cap. 2. & capit. 3. definiuit hæreticum esse, qui dixerit totum & integrum Christum sub vna tantum specie non sumi, aut paruulos vsu rationis carentes ad communionem obligari.

Eucharistia. I. Additio ad numerũ 9. & 10. Nunc per concilium Trid. nullus qui sibi conscius peccati mortalis sit, quantumuis sibi contritus esse videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiã accedere debet; quod decretũ Christianis omnibus etiam ab ijs sacerdotibus quibus ex officio incumbit celebrare, statuit seruandum, modo non desit copia confessoris; quod si vrgente necessitate absque præuia confessione Sacerdos celebrauerit, postea confiteri tenetur. An autem idem sit dicendum de laicis, alij aiunt, alij negant, ego crediderim non teneri.

§. Quarto quæritur, dum præ foribus adest mors, & nulla copia detur alicuius Sacerdotis a quo accipere communionem possit decumbens æger, eo casu nonnulli volunt posse laicum sibi vita periclitanti propter absentiam presbyteri Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare; sic non multi sab hinc annis fecisse dicitur felicis memoriæ & recordationis Serenissima Scotiæ Regina iamiam martyrio coronanda.

3. Decimo quarto 16. §. Volenti. Quicquid dicat Richardus, citatus hic ab auctore, nullo pacto licet differre confessionem ad deuotius confitendum, per concilium Trid.

EXAMINATORES futurorum parochorum singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponi debent, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur, adueniente que vacatione cuiuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant; indeque succedenti alia vacatione aut eosdem, aut

alios tres quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. cauere autem debent prædicti examinatores, ne occasione huius examinis, nec ante, nec post accipiant, alioquin Simoniæ vitium incurrent. Sess. 24. cap. 18.

EXCOMMVNICATIO. I. num. 10. Papa cum nulli homini, vel legi humanæ qua sola fertur excommunicatio quoad pœnam subijciatur, neque propter hæresim incidit in excommunicationem de qua loquitur hic auctor, sed incurrit Diuinam, secundum Caiet. de auctoritate Papæ, & concilij, cap. 10. 16. & 20.

Additio ad num. 12. In monitorijs faciendis, salutiferam formam seruandam præscribit concilium Tridentinū, Sessione 23. de reform. capitulo tertio generali, in hæc verba: Quamuis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobriè tamen magnaque circunspectione exercendus est, cum experientia doceat, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. Quapropter, excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus præterquam ab Episcopo decernantur, & tunc non alias quam ex re non vulgari, caussaque diligenter ac magna sagacitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiusuis sæcularis etiam magistratus auctoritate edicatur, sed totum hoc in eius arbitrio & conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore, eas decernendas esse iudicauerit. De forma excommunicationis, vide Ioan. de Neuiz. in sua Silua Nuptiali, libro tertio, in verbo, monitorie. Nauarr. in repet. cap. inter verba, conclus. 6. Corrolar. 66. 11. quæstione tertia, consilio septimo, de sent. excommunicationis. Henriquez. in Summa, libro quinto, de excommu. capitulo 8. Ripam etiam, in tract. de peste, in fine, à numero 121. vsque ad 128.

Excomm. 5. præter Constitutionem Conc. Constantiensis, citatam hic à Syluest. extat etiam Extrauagans Leonis X. in concil. Lateran. Sessione vndecima, fol. 179. à tergo, in antiquis, vbi habetur, nos non teneri euitare nisi percussores clericorum, & publicè denunciatos. Et licet extendat Syluester illam Constitutionem ad omnes notorios excommunicatos, nihilominus, placet nobis magis Soti sententia in quarta distinctione vigesimasecunda, quæstione prima, articulo quarto. Decij, in cap. à nobis, numero 21. non esse nimirum euitandos nisi publicos percussores, & publicè denunciatos. Quæ sit autem grauis, vel leuis percussio, declarauit Ioannes XXII. Vide eius declarationem in Nauarr. capitulo vigesimoseptimo, carta 547. in responsionibus ad quæstiones propositas, & infra, verbo, percussio.

MVLTAE excommunicationes hic allatæ ab auctore quæ erant olim reseruatæ Papæ, nunc factæ sunt in Bulla Cenæ Domini. Bulla autem Cenæ Domini nihil aliud est quam processus Papæ quo die Iouis sanctæ Cenæ excommunicat varium genus peccantium; eas autem non notamus, tum quia nimis longum esset, tum quia putamus omnibus notas: nam regulares confessores tenentur habere apud se transumptum Bullæ exceptis patribus Societatis Iesu quibus sat est vt vnam habeant in collegio. Curati vero tenētur singulas populo enuntiare, nec possunt vllam excusationem allegare aut ignorantiam prætendere; quia subdit Papa cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Multæ aliæ excommunicationes inueniuntur præter eas quæ ab auctore afferuntur à Concilio Trid. quas omnes videre poteritis apud auctorem Candelabri aurei, qui omnes in vnum contulit.

EXEQVVTOR Apostolicus potest conferre beneficium Sedi Apostolicæ deuolutum, non autem illud, cuius collatio ad Papam spectat, nisi ad hoc habeat speciale mandatum. Sic decidit Rota; immo addit, quod Nuncius habens potestatem à Papa, beneficia qualitercunque vacantia conferendi, non potest beneficia generaliter reseruata conferre, quia hæc in generali mandato non venerunt.

EXEMPTIO præter ea quæ de exemptione scribit auctor hic, sciendum est Pium Quartum concessisse Episcopis residentibus vt Iurisdictiones habeant contra clericos sæculares & etiam regulares extra claustra degentes, quomodolibet exemptos; quæ facultas postea ampliata est per concilium Tridentinum, vt diximus suo loco, vide etiam summam Bullarij, in Verbo, exemptio. Compendium Priuilegiorum eodem verbo, & ibi Capucini notationes.

PRAE-

Falsarivs. Falsans litteras Papales est excō municatus in Bulla Cenæ Domini. Addit. ad nu.5. & 6. non licet ex Couarru. lib.1. Nauar. resolutionum, c.2. nu.3. amissæ scripturæ de hę reditate, aut nobilitate, aliam similem facere eti amsi nulli fiat iniuria, sicut neq; licitum est mutui soluti instrumētum falsum producere.

Familiaris Episcopi non subditus, non potest ab eo ordinari, nisi per triennium secum commoratus fuerit & beneficium, quacunque fraude cessante statim reipsa illi cō ferat, consuetudine quacunque etiam immemorabili non obstante, sess.23. c.9. quales autem esse debeant conc. Trid. sess. 2. de refor. c.11. vide etiam sess. 14. de reform. c.11.

Femina. Additio ad nu.2. quod femina nun possit vti habitu virili determinauit congreg. conc. c.13. non erit tamen illicitum si aliquan do vtatur ob honestam delectationem, vt docet Nauar. c.23. ex D. Thoma.

Fevdvm. Feudalia statim directis dominis si locum in terris suis feudatarij ad monomachiam inter christianos concesserint.

Fides. Prouisi de beneficijs fidei possessionem (vt diximus verbo, beneficium) facere tenentur. Forma autē dictæ professionis fidei hæc est. Ego N. firma fide credo & profiteor, omnia, & singula quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet, & statim dicit credo quod dicitur in Missa a sacerdotibus. deinde dicit Apostolicas, & ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector.

Item sacram Scripturam iuxta eum sensum quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum admitto, nec eam vmquam, nisi iuxta vnanimem cōsensum patrum accipiam, aut interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere, & proprie sacramenta nouæ legis a Iesu Christo domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis licet non oīa singulis necessaria, s. Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinē, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos ecclesiæ catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto.

Omnia & singula quę de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificiū pro viuis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem catholica ecclesia transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum & verū Sacramentum summi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari.

Similiter, & sanctos vna cum Christo regnantes venerandos, atque inuocandos esse eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmiter assero imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum sanctorum habēdas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationē impartiendā.

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in ecclesia relictam fuisse, illarūque vsum christiano populo maxime salutarem affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam ecclesiam, omnium ecclesiarum matrem, & magistram agnosco.

Romanoq; Pontifici B. Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro.

Cætera item omnia a sacris canonibus, & ęcumenicis concilijs, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita ac declarata indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno reijcio, & anathematizo.

Hanc veram catholicam fidem extra quam nemo saluus esse potest, quam in presentispō te profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque meis subditis, siue illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit teneri, doceri, & prædicari quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo adiuro: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Fides. Additio ad nu. 7. Barth. Medina lib. 1. c. 14. §. 2. pag. 64. arbitratur implicitam fidem interdum ſufficere, & dat exemplum de ruſtico paſtore in ſiluis degente, qui cũ nullum habeat doctorem, dogmata fidei explicita diſcere non poteſt. Hanc ſententiam reijciunt multi doctores. Sa tamen non audet improbare hanc ſententiam. Dicere autem laicũ non teneri ad aliquẽ fidei articulum explicite credendum, ſed ſatis eſſe credere quod credit eccleſia, hæreſis eſt damnata ab inquiſitoribus Aragoniæ ex pręcepto ſummi Pontificis. Hac de re, vide Bannem, Caiet. 2. 2. q. 3. ar. 1.

FILIVS. Additio ad nu. 4. Pins IV. reuocauit facultates legitimandi ſpurios in præiudiciũ aliorum. Pius V. 1571. reuocauit facultates teſtandi, & diſponendi de rebus eccleſiaſticis in illegitimos.

Incapaces etiam illegitimi in locis acquiſitis montis S. Ioannis non vacabilis, ſuccedere poſſunt: non tamen illegitimi in locis emptis fructibus, penſionibus alijsve rebus eccleſiaſticis ex Bulla Clem. VIII. 1594.

Legitimatus a Papa quantum ad ſpiritualia eſt etiam quantum ad temporalia, vt nonnullis placet. Epiſcopus ſcienter ordinans illegitimum cenſetur cum illo diſpenſare.

FISCVS ante condẽnationẽ ius non habet, vnde ſi lex dicat, vt ſi quis teneatur bona dare fiſco, non tenetur ante ſententiam Iudicis.

FORVM. Contra perſonas Eccleſiaſticas foro ſuo renunciantes, vel alias perſonas Eccleſiaſticas ad forum laicale trahentes, extat Decretalis Innocentij III. & excommunicatio in Bulla Cenæ. Extat etiam pro Militibus Regularibus Conſtitutio Clem. VIII. vide Summã Bullarij, verbo, forum competens, car. 257.

FRATRES S. Ioannis Hieroſolymitani tenẽtur ad contributionem Seminarij, ex concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 16. cum adoleſcentiũ, §. & quia.

FRVCTVS. Contra occupantes fructus Eccleſiaſticos, adeſt Decretum conc. Triden. ſeſſ. 22. c. 11. A quibus autem tuta conſcientia percipi non poſſint, habetur eodem cap. ſicuti quando fructuum ſequeſtro vtendum ſit, habetur ſeſſ. 21. c. cum præcepto.

FVNAMBVLI peccant mortaliter volitantes per funes ex altiſſimo loco, ex Nauar. c. 15. nu. 18. quod tamen limitat Nauar. niſi velociſſimis ſint, quod ego diffieile crediderim: nam fere ſemper iſti moriuntur morte violenta.

FVNVS. Laici poſſunt ponere modũ funeralibus ne fiant ſcilicet immoderati ſumptus cerę ac reliquæ pompæ, nec hoc eſt contra libertatem eccleſiaſticam, ex Nauar. c. 27. n. 102.

GABELLA. Epiſcopus ex cauſa cũ Capituli conſenſu eccleſijs ſibi pleno iure ſubiectis tributum, ſiue penſionem, aut gabellam imponere poteſt.

Gabellam abſque vi, & fraude non ſoluere, aut etiam poſtea non reſtituere, non eſſe mortale, aſſerunt viri docti. Certæ gabellæ quæ exiguntur pro portandis, & exportandis quæ ſunt ad victum neceſſaria, nõ obligant in conſcientia.

Bona Mendicantium ab omni exactione ſunt exempta, vt coloni, negociorum geſtores ex Pio V. contra imponentes gabellas perſonis eccleſiaſticis, eſt excõicatio in Bulla.

GRATIA. De gratia quo ad Deũ ſtatuit hęc conc. Trid. ſeſſ. 6. De iuſtificatione. I. quod ſi quis hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiunt abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo: anathema ſit. II. quod ſi quis dixerit ad hanc ſolum diuinam gratiam per Ieſum Chriſtum dari, vt facilius homo iuſte viuere, ac vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægre tamen & difficulter: anathema ſit.

HABITVS clericalis. Omnes eccleſiaſticæ perſonæ quantumque exemptæ quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, aut perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumque eccleſiaſtica obtinuerint, veſtes, & habitum clericalem deferre debent. quæritur hic cum iura canonica de habitu clericali nihil diſponant, niſi circa longitudinem, & breuitatem, quid dicendum ſit de habitus qualitate. Reſpondetur, quod in hoc caſu illæ cenſentur veſtes, & habitus honeſti, qui vſu, & conſuetudine regionis, & prouinciæ admittuntur. ſic Glo. in c. ſi quis virorum, 30. d. & in c. clerici, ver. deauratis, Iul. Clar. in pract. crimin. quæſt. 36. nu. 11. Foller. in pract. crim. in verbo, audiantur excuſatores, num. 42. Nulli regularium per concilium Trident. poteſt dari licentia occulte ferendi habitum ſuæ religionis de habitu congregat. Ioannis de Dio approbato a Pio V. vide determinationem congreg. editam anno 1588. & conſtitutionem Greg. XIIII.

HAERETICVS. Contra hæreticos eſt excõmun. in Bulla Cenæ, & per Papam Clemen. VIII. fuit facta innouatio Conſtitutionis felicis recordationis Pauli III. contra negantes Trinitatem, aut Diuinitatem Ieſu Chriſti aut eius conceptionẽ de Spiritu ſancto, aut eius mor-

mortẽ, ut nos redimeret, aut Virginitatẽ Beatissimæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ. Fuit autem publicata Romę 14.Februa. 1603.

Haeresis I.n.12. Papa Clem.VIII. edidit Constitutionem qua non licet Italis extra Italiam agentibus, habitare in illis locis in quib. libere, & publicus cultus siue vsus Catholicæ Religionis non existat, quid aũt & illi tũ facere, vel euitare debeant, ibi habetur apertè. Fuit publicata Romæ die 26.Iulij, 1596.

De præeminentia Inquisitorum generaliũ hæreticæ prauitatis extat Constit. Pauli V.

Qui obdurato animo per annum censuris ecclesiasticis insorduerit, contra illum agendum est tanquam de hæresi suspectum, ex concil. Trid. sess. 25.c.18.

Haeresis. Hæresim non dissoluere matrimonij uinculum determinauit conc. Trid. sess. 24. can.5.

Homicidium. nu.2. & 3. de homicidio rectè Catechismus in præcepto, Non occides. Quod autem homicidium impediat quo minus ad sacros ordines promoueri possit, cuiq; dispensatio denegetur, vide Cõc.T.Sess.23.c.7

Hora Canonica. Additio ad n.7. ex motu Pij V. habentes pensionem, tenentur ad officium B. Mariæ.

Additio ad n.5. Nunc obseruatur Constitutio Pij V. vt in Breuiario. Quid vero teneatur beneficiarius restituere, & ad quid obligetur pensionarius, vide motum Pij V. recitatum a Nauar.cap.25.n.128.

Contra beneficiatos non recitantes horas Canonicas, extat decretum conc. Lateranen. sub Leone X. vt videre est in Bullario fol. 194. pro quo vide etiam Dominicũ Sotum lib.10. de iustitia & iure, q.5.art.6. Nauar.c.25.n.122. extat etiam Const. Pij V.

Hospitale nu.16. ex conc. Trid. sess.22. Episcopus habet ius visitandi hospitalia; qui etiam curare debet, vt hospitalia a suis administratoribus, & quomolibet exemptis fideliter, ac diligenter administrentur; quæ quidem administratio vni vltra triennium ex eodem, sess. 25.c.8. non est concedenda.

Hospitalis administrator non tenetur reddere rationem ordinario si in eius institutione id expresśe est cautum, ex Congr. conc.

Addit. ad nu.7. Hospitale in beneficium obtineri potest, seruanda tamen hospitalitas; quod si fructus in hospitalitatem deputati expendi non poterũt, eo quia ibi tantus peregrinorum, & infirmorum numerus non reperiatur, iuxta numerum in fundatione præscriptum, in alium pium vsum fructus sunt conuertendi.

FINIS.